b) יְדֵי הָיְתָה בְּפ׳ *manus mea est in aliquem* i. e. contra eum (Gen. XVI, 12), ei vim et iniuriam infero. Gen. XXXVII, 27. 1 Sam. XVIII, 17. 21. XXIV, 13. 14. Jos. II, 19. Sic יַד יְ הָיְתָה בְּ de manu Dei puniente et affligente Ex. IX, 3. Deut. II, 15. Iud. II. 15. 1 Sam. VII, 13. XII, 15, raro (in bonam partem) opem ferente, favente 2 Par. XXX, 12. Esr. IX, 2; ad vitandam huius formulae mediae ambiguitatem additur לְרָעָה Iud. II, 15. Tantum in malam partem usurpatae sunt formulae: נָתַן יָדוֹ בְּ (de Deo) Ex. VII, 4, et נָגְאָה יַד יְ בְּ Ruth I, 13, in bonam dictum est Jes. XXV, 10: תָּנוּחַ יַד יְ בְּהַר הַזֶּה *quiescet manus Jovae super hoc monte.*

c) Itidem in utramque partem (sed saepius tamen in bonam) utuntur hac formula: הָיְתָה יַד יְ עַל פ׳ *manus Dei est super aliquo*, scil. opem latura. Esr. VII, 6: כְּיַד יְ אֱלֹהָיו עָלָיו *quum manus Jehovae, dei eius, super eo* esset. Comm. 28. VIII, 18. 31. Bis diserte dicitur יַד אֱלֹהִים הַטּוֹבָה Esr. VII, 9 Neh. II, 8, vel additur לְטוֹבָה Esr. VIII, 22. In bonam partem porro dictum est Jes. I, 25: אָשִׁיבָה יָדִי עָלָיִךְ, sed in malam Am. I, 8: הֲשִׁיבֹתִי יָדִי עַל עֶקְרוֹן *convertam manum meam contra Accaronem*, et sic sq. אֶל (pro עַל) Ez. XIII, 9, et in N. T. Act. XIII, 11: *χεὶρ Κυρίου ἐπί σε, καὶ ἔσῃ τυφλὸς κ. τ. λ.*

d) Formulâ: *manus Dei est super* (עַל) *aliquo* praeterea utuntur in hanc sententiam, *spiritu divino agitari caepit* vates, quandoquidem manu imposita spiritus divinus cum hominibus communicatur. Ez. I, 3. III, 14. 22. XXXVII, 1. 2 Reg. III, 15, sq. אֶל (pro עַל) 1 Reg. XVIII, 46. Idem est חָזְקָה יַד יְ עַל Ez. III, 14 (cf. Jes. VIII, 11) et נָפְלָה יַד יְ עַל Ez. VIII, 1 coll. XI, 5, ubi pro יָד est רוּחַ. Ex his intelligis, quid sit Jer. XV, 17: מִפְּנֵי יָדֶךָ *propter manum tuam* i. e. propter spiritum tuum, qui me agitat. Jarchi: מפני נבואה הבאה לי מאתך *propter prophetiam, quae mihi venit a te.*

e) נָתַן יָד *manum dedit*, est fidem dantis 2 Reg. X, 15. Esr. X, 19 (cf. ܝܰܕ quod apud Lexicographos arabicos inter alia: fideiussio in pignore, subiectio, deditio explicatur), spec. victi victori manus victas dantis (cf. manus dare, manus dedere Nep. Hamilc. 1. Plaut. Pers. 5, 2, 72. Ovid. Fast. 3, 688. Heroid. 4, 4) Ezech. XVII, 18. Jer. L, 15. Thren. V, 6. 2 Par. XXX, 8: תְּנוּ יָד לַיהוָה תְּנוּ יָד *fidem date Jehovae.* Diversum est נָתַן יָד תַּחַת פ׳ subiecit se alicui 1 Par. XXIX, 24.

f) *Manus* nonnunquam dicitur α) de *manu Dei* (ut שֵׁם יְהוָה pro חֶשְׁבָּם, רוּחַ יְ pro הָרוּחַ). Sic Jes. VIII, 11: בְּחֲזָקַת יַד יְהוָה pro בַּחֲזֻקָּה הַיָּד (vide litt. d et חֲזָקָה) *in impetu manus divinae.* Sine art. β) de *manu* (i. e. ope) *humana* opp. vi divinae. לֹא בְיָד Iob. XXXIV, 20 et בְּאֶפֶס יָד Dan. VIII, 25 sine vi humana (ohne Menschenhand, ohne menschliches Zuthun), sola Dei potentia, chald. לָא בִידִין Dan. II, 34. Cf. Thren. IV, 6: לֹא חָלְכוּ בָהּ יָדַיִם *non immissae sunt manus* (humanae), sine manuum humanarum ope.

g) *Manus Dei* est α) divina agendi ratio, das *Handeln* Gottes (i. q. דֶּרֶךְ יְהוָה der *Wandel* Gottes). Iob. XXVII, 11: אוֹרֶה אֶתְכֶם בְּיַד אֵל *instituam vos de manu Dei*, de divina agendi ratione, docebo vos, quomodo Deus agere soleat. β) *potestas* (cf. no. 3) et *tutela* Dei. Hinc בְּיַד יְהוָה est: in potestate Dei Ps. XXXI, 16. XCV, 4. Prov. XXI, 1, in tutela Dei Jes. LXII, 3.

h) יָד לְיָד *manu in manum* (von Hand zu Hand) i. e. per omnes generationes et aetates, et cum negandi particula: *nunquam*. Prov. XI, 21: יָד לְיָד לֹא יִנָּקֶה רָע *per omnes generationes impunis non erit malus.* XVI, 5. (Similiter Persae utuntur formula دست بدست Schultens. animadvv. ad h. l. et syr. ܐܺܝܕ ܠܐܺܝܕ est sigillatim, unus post alium. Eodem pertinet, quod Arabes يَد *successionem* interpretantur).

i) יָד לְפֶה *manus ad os* Prov. XXX, 32 i. e. tace, sile (cf. Iob. XXI, 5. XXIX, 9. XXXIX, 34. Mich. VII, 16). Pers. دست بر دهان.

k) שׂוּם יָד עַל רֹאשׁ 2 Sam. XIII, 19 nostr. die Hände über dem Kopf zusammenschlagen, gestus graviter lugentis, cf. Jer. II, 37.

Alias locutiones v. sub verbis נִיחָא, נִיצָּא, נָגַשׁ, נָגַע, נָשָׂא, נָתַן, סָגַר, שָׁלַח, רָפָה cet., et adiectivis רַב, חָזָק.

Cum praepositt. ita, ut nonnunquam propria vis nominis pereat:

aa) בְּיָדִי α) *in manu mea*, saepe pro *mecum*, post verba ferendi, ducendi, ut *secum ferre.* 1 Sam. XIV, 34: וְנִגַּשׁ כָּל הָעָם אִישׁ שׁוֹרוֹ בְיָדוֹ *et secum ducebat universus populus quisque taurum suum.* Jer. XXXVIII, 10: קַח בְּיָדְךָ מִזֶּה שְׁלֹשִׁים אֲנָשִׁים *tecum abducas hinc triginta viros.*

Gen. XXXII, 14. XXXV, 4. Num. XXXI, 49. Deut. XXXIII, 3. 1 Sam. XVI, 2. 1 Reg. X, 29. Quae *mecum* duco, fero, ea possideo: propterea refertur ad possessionem, ut אֵת, עִם, lat. *penes*. Eccl. V, 13: *gignit filium* וְאֵין בְּיָדוֹ מְאוּמָה *isque nihil habet* (cf. nostr. etwas in der Hand haben, et hebr. יָדַי מָצְאָה דָבָר s. v. מָצָא). Chald. Esr. VII, 25: *sapientia dei tui, quae in manu tua* i. e. qua polles. Aliquid *secum ferre* dicitur etiam pro: *mente agitare, volutare.* 1 Sam. XXIV, 12: אֵין בְּיָדַי רָעָה *nil mali mecum fero*, molior. — *β) in manum meam* i. e. in potestatem meam, post verba tradendi Gen. IX, 2. XIV, 20. Ex. IV, 21. 2 Sam. XVIII, 2. Iob. VIII, 4. Ind. XV, 18. Inde צאן יָדוֹ grex in manum eius traditus Ps. XCV, 7, et eodem referenda sunt verba vulgo male intellecta Jes. XX, 2: *dixit Dominus* בְּיַד יְשַׁעְיָהוּ LXX. *πρὸς Ἡσαΐαν*, videl. revelationem ei tradens. Saad. لِيشعيا. Simillima ratio in Carm. sam. 1, 11: ⟨illegible⟩ *super manum Mosis revelasti* i. e. revelationem ei tradidisti. (Quum בְּיַד saepe sit: *per manum*, litt. *γ*, Hitzigius id etiam h. l. retinendum putat, ista *per* Jesaiam dicta etiam *ad eum* directa, hoc posterius autem omissum esse observans. Sed cave credas, id in quo caput rei versabatur *ad* quem) a scriptore sacro omissum, id quod nunc quidem nullius momenti erat (*per* quem) verbis expressum esse). — *γ) per manum meam*, saepe pro *per me, me mediante.* (Syr. ⟨illegible⟩, aethiop. ΩΓΛ.Ρ: per, v. Lud. Lex. p. 376. 377). Num. XV, 23: *quaecunque Deus vos iussit* בְּיַד מֹשֶׁה *per Mosen.* 2 Par. XXIX, 25. 1 Reg. XII, 15. Jer. XXXVII, 2 cet. Saepe post verba mittendi 1 Reg. II, 25: *et misit rex Salomo* בְּיַד בְּנָיָהוּ. Ex. IV, 13. Prov. XXVI, 6. 1 Sam. XVI, 20. 2 Sam. XII, 25, cf. Act. XI, 30. XV, 23. — *δ) ad manum meam* i. e. *ante me, in conspectu meo* i. q. לְפָנַי. (Hoc sensu Arabes frequentant بَيْنَ يَدَيْنِ inter manus alicuius v. Cor. 2, 256. 3, 2. 20, 109. Schult. Opp. min. p. 29. 30, ad Iob. p. 391, Graeci *ἐν χερσίν* Apollon. Rhod. 1, 1113, cf. *πρὸ χειρῶν* nostr. *vorhanden, διὰ χειρῶν ἔχειν*, lat. hostes sunt *in manibus* i. e. in conspectu Caes. bell. gall. 2, 19. Sallust. Iug. 94. Virg. Aen. 11, 311: ante oculos *interque manus* sunt omnia vestras, i. e. *πρόχειρά ἐστι*. 1 Sam. XXI, 14: *dementem se simulabat* בְּיָדָם *in conspectu eorum.* Iob. XV, 23: *novit* הָכֵן בְּיָדוֹ יוֹם חֹשֶׁךְ *ei instare diem tenebricosum.*

bb) בֵּין יָדַיִם *inter manus*, in pectore, corpore anteriore. Zach. XIII, 6. Cf. בֵּין עֵינַיִם in fronte.

cc) בְּיַד *pro manu*, in formula בְּיַד חֲסָדָהּ pro manu regis 1 Reg. X, 13. Esth. I, 7. II, 18 i. e. pro liberalitate regia. Vulg. Esth. 1 ut magnificentia regia dignum erat, cap. 2: iuxta magnificentiam principalem. Significatur manus regis liberalis, aperta. Minus apte alii: *pro potentia regis*, nam non *vis* et *robur* eius in his spectabatur, sed *liberalitas*, munificentia.

dd) מִיַּד *e manu* i. e. potestate *alic.*, frequentatur post verba poscendi Gen. IX, 5. XXXI, 39. Jes. I, 12, accipiendi Gen. XXXIII, 19. Num. V, 25, liberandi Gen. XXXII, 12. Ex. XVIII, 9. Num. XXXV, 25, unde dr. e manu leonis et ursi 1 Sam. XVII, 37, canum Ps. XXII, 21, gladii Iob. V, 20, orci Ps. XLIX, 16. LXXXIX, 49, flammae Jes. XLVII, 14.

ee) עַל יַד, עַל יְדֵי *α) super manum, manus* alic., post verba tradendi, mandandi Gen. XLII, 37. 1 Sam. XVII, 22: וַיִּשְׁתֹּשׁ דָּוִד אֶת־הַכֵּלִים מֵעָלָיו עַל יַד שֹׁמֵר הַכֵּלִים *et reliquit Davides vasa a se deposita sub manu custodis sarcinarum.* Iob. XVI, 11: עַל יְדֵי רְשָׁעִים יַסְגִּרֵנִי *in manus impiorum coniecit me.* 2 Reg. X, 24. XII, 12. XXII, 5. 9. Esr. I, 8. Sic: tradere עַל יְדֵי חֶרֶב in manus gladii Ps. LXIII, 11. Jer. XVIII, 21. Sed in eandem sententiam etiam dr. מִיְדֵי, תַּחַת יַד sub manus alic. Gen. XVI, 9. XLI, 35. Jes. III, 6. (Cf. Barhebr. p. 479). — *β) ad manus alic.* i. e. *manu ducente* aliquo, s. *ductu, sub auspiciis* eius (an der Hand jemandes). 1 Par. XXV, 3: עַל יְדֵי *sub ductu* s. *auspiciis patris eorum.* Coum. 2 6. VII, 29. Etiam de absente et mortuo, quem ducem sequuntur posteri. 2 Par. XXIII, 18: עַל יְדֵי דָוִיד *duce Davide*, i. e. secundum Davidem, ex instituto Davidis. Esr. III, 10. De rebus 2 Par. XXIX, 27: *cocpit cantus cum tubis* עַל יְדֵי כְּלֵי דָוִיד *ad organa* (musica) *Davidis* i. e. sequebatur cantus modos instrumentorum musicorum Davidis. Cf. de hoc idiomate Lud. de Dieu ad Jer. V, 31, Criticae sacrae p. 240. (Arab. عَلَى يَدَيْهِ, عَلَى بِدَيْهِ sub auspiciis, cura eius, quae formula in numis arabicis de eo frequentatur, qui numos cudi iussit, v. Fraehn recensio numm. T. I, p. 30. 33. 93. 96. 104—108. 581 sqq.) Vide etiam sub no. 5.

ff) לְיַד v. no. 1, litt. g, et no. 5.

Dual. יָדַיִם *utraque manus* corporis humani, etiam pro plurali Iob. IV, 3. Prov. VI, 17. Jes. XIII, 7 et saepe.

2) Plur. יָדוֹת *manus artefactae*, etiam *de rebus, quae manuum speciem referunt*, a) *cardines* asserum (Zapfen) Exod. XXVI, 17. 19. XXXVI, 22. 24. b) *axes* rotae 1 Reg. VII, 32. 33. De discrimine inter dualem et pluralem fem. in substantivis membra designantibus v. Lgb. 540. (Arab. يَدٌ manubrium, ut molae, securis, syr. plur. ⟨illegible⟩ *idahotho* (non ⟨illegible⟩ *ijadhotho* ut ap. Castell.) manubria, cardines. Apud Persas دست est manus, دسته manubrium; ut چشم oculus, چشمه fons; گوش auris, گوشه angulus; تخم semen pr. dictum, تخمه trop. pro gente. De simili usu Teminini in lingua veteris Britanniae v. Ephem. lit. Ienens. 1809 no. 119). Cf. בָּזוֹת.

3) Quum manus sedes sit roboris, metaph. *potestas, robur* (ita quidem ut propria ve. vis plerumque pereat, cf. supra 1, dd). בְּיַד eum vi, robore. Jes. XXVIII, 2. Ps. LXXVI, 6: *cunctique viri fortes non invenicbant* יְדֵיהֶם *manus suas* i. e. robore se destitutos videbant. (Cf. in vita Tim. I, 44: صادفوا بيدهم والحصير *invenerunt manum*

suam et latus i. e. promtam habuerunt omnem vim). De uno egregio facinore Ex. XIV, 31 (cf. *manus* Virg. Aen. 6, 688). Spec. *praesidium, auxilium* Deut. XXXII, 36: אָזְלַת יָד *evanuit auxilium.* (Sic arab. يَدٌ vis Euri Ibn Dorcid 119, لَا يَدَ لَكَ بِ nihil vales in ea re, مَنْ يَدُهُ اليه manum ei praebuit i. e. opem tulit vit. Tim. II, 570 Mang. cf. lat. *manum dare*, syr. ܐܝܕܐ potestas Romanorum Assem. bibl. I, p. 388 not., pers. دست potentia). De *manu brevi* et *longa* v. sub verbo קָצַר.

4) Manu verberant, hinc *plaga.* (Cf. lat. *manus* pro ictu, in re gladiatoria). Iob. XX, 22: כָּל־יַד עָמָל תְּבֹאֻנּוֹ *omnis plaga aerumnosi invadit eum*, quaecunque aerumnosos invadere solet. XXIII, 2: יָדִי כָּבְדָה עַל אַנְחָתִי *plaga mea* (calamitas mea) *gravior est quam suspirium meum.*

5) *latus*, pr. de utroque latere hominis, ubi sunt manus et brachia (cf. lat. ad dextram, sinistram manum, ad hanc manum Terent. Ad. 4, 2, 31, germ. *rechter Hand*, gr. *ποτέρας τῆς χειρός*; Eurip. Cycl. 675. Syr. Thren. II, 3: *flamma* quae *vorat* ܐܝܩܕܬ *ad latera sua* pro hebr. סָבִיב. Etiam sin. *schelà* est *manus* et *latus*). Hinc Dual. יָדַיִם pr. utrumque latus, maxime in formula רָחַב יָדַיִם *latus* (a, um) *utrinque* i. e. longus et latus, late patens Gen. XXXIV, 21. Ps. CIV, 25. Jes. XXXIII, 21 cet. In Sing. de latere i. e. *ripa* fluvii Ex. II, 5. Deut. II, 37 (syr. ܝܡܐ littus i. q. ساحل البحر Novar.). Cum Praepositt. לְיַד 1 Sam. XIX, 3. 1 Paral. XVIII, 17. XXIII, 28. Prov. VIII, 3 (sam. ⟨ⲧⲙⲁ⟩ tritum pro אֶל, pr. ad latus, versus regionem alic. rei). בְּעַד יַד 1 Sam. IV, 18, אֶל יַד 2 Sam. XIV, 30. XVIII, 4, עַל יַד Jos. XV, 46. 2 Sam. XV. 2. 2 Paralip. XVII, 15. XXXI, 15. Iob. I, 14. Neh. III, 2 sq., עַל יְדֵי Num. XXXIV, 3. Iud. XI, 26 *ad latus, iuxta* (syr. ܥܠ ܝܕ iuxta). 1 Par. VI, 16: אֲשֶׁר הֶעֱמִיד דָּוִיד עַל יְדֵי שִׁיר בֵּית יְהוָה *quos constituit Davides apud cantum templi*, plane ut nostrum: er stellte ihn an bey dem Gesange. Plura de particula עַל יְדֵי vide no. 1, ee. — E cod. Samaritano huc pertinet peculiaris scriptura loci Deut. XXXIII, 12: יד יד יהוה ישכן, quam ita reddit interpres Chald. Sam.: ⟨ⲁⲙⲁⲥⲁⲙ ⲁⲓⲁⲁⲙ ⲧⲁ ⲧⲁ⟩ *ad latus, latus Jehovae habitat.* Vide Comment. de Pent. Sam. p. 60. Plur. יְדוֹת latera a) solii regii, *brachia* dicas, *fulcra lateralia* 1 Reg. X, 19. b) *prominentiae laterales* basium ibid. VII, 35. 36.

6) *locus* Deut. XXIII, 13. Num. II, 17: אִישׁ עַל יָדוֹ *quisque suo loco.* Jer. VI, 3. Jes. LVI, 5 (cf. no. 8). LVII, 8: יָד חָזִית *locum eligis* tibi. Ez. XXI, 24. Dual. id. Jos. VIII, 20: לֹא הָיָה בָהֶם יָדַיִם לָנוּס *non erat iis locus ad fugiendum.*

7) *pars* (fort. pr. manipulus, pars rei capienda inter dividendum. Aeth. ⟨ⲁⲓⲧ⟩ manus et *pars*. Sam. ⟨ⲧⲁⲓⲁ⟩ pars, pr. manus). Dan. XII, 7. Plur. יָדוֹת 2 Reg. XI, 7: וּשְׁתֵּי הַיְדוֹת אַתֶּם *et duae partes vestrum*, opp. tertia pars. Gen. XLVI, 24: אַרְבַּע הַיְדוֹת *quattuor partes*, opp. חֲמִישִׁית quinta pars. Neh. XI, 1. (Cf. פֶּה. (Cf. syr. ⟨ⲁⲙⲁⲥⲁⲙ⟩ *duae* tertiae *partes*, $^2/_3$, Assem. bibl. II, 12, ubi male redditur: dimidia pars). Etiam hoc contextu Dan. I, 20: *et invenit eos* עָשֶׂר יָדוֹת עַל כָּל־ חַרְטֻמֵּם *decem partibus* i. e. decies *sapientiores omnibus magis.* Gen. XLIII, 34. 2 Sam. XIX, 44. (Cf. itidem syr. ⟨ⲁⲙⲁⲥⲁⲙ⟩ pro: vicis una, ut ⟨ⲁⲙⲁⲥⲁⲙ ⲁⲓⲁⲁⲙ⟩ alia vice, *ἕτι ἅπαξ* 2 Macc. III, 37).

8) *monumentum* i. q. שֵׁם victoriae 1 Sam. XV, 12, sepulcrale 2 Sam. XVIII, 18. Jes. LVI, 5: *dabo iis in moenibus meis* יָד וָשֵׁם *monumentum* (l. portionem) *et nomen.* Quum in cippis nonnullis sepulcralibus in ruinis veteris Carthaginis repertis (vide Gesenii Monumm. Phoenicia, tab. 16. 17, et p. 174) *manus elata* compareat, hoc cipporum emblema isti Hebraeorum usui, quo monumentum *manum* appellant, utcunque cognatum putes, atque Hamakerus (diatribe de monumm. Pun. p. 20) observat, manum illis cippis non aliam ob causam insculptam esse, quam ut, lapides istos monumenta sepulcralia esse, significaretur. Mihi contra *manus* illa *elata* precantis, adorantisque (v. Ps. XXVIII, 2. LXIII, 5. CXXXIV, 2.) esse videtur, et credibile est, cippos ab illo manus emblemate quasi solemni hoc nominis accepisse. Sed haec Archaeologis disputanda et diiudicanda relinquo, unum monens, illud monumentorum Punicorum emblema etiam in cippis Indicis a me visum esse (v. Monum. Phoen. l. c.)

De *Duali* vide no. 1. 3. 5. 6. De *Plurali* יָדוֹת no. 2. 5. 7.

יַד chald. st. emph. יְדָא Dan. V, 5. 24, c. suff. יְדֵהּ, יְדֵהּ, יְדֵהֹם, יְדֵיהוֹן Esr. V, 8. Dual. יְדַיִן Dan. II, 34. 45 i. q. hebr. יָד *manus.* בְּיַד a) *in manu*, ubi esse dicitur aliqua res, quam quis *secum* habet. Esr. VII, 25: *secundum sapientiam dei tui* i. e. divinam tuam sapientiam דִּי בִידָךְ *quae in manu tua* est, i. e. tecum et a Deo tibi data est. Syr. quam Deus tibi dedit. Vers. 14. b) *in manum*, יְהַב בְּיַד פְּ׳ dare in manum i. e. potestatem alic. Esr. V, 12. Dan. II, 35. VII, 25. — מִן יַד *e manu* i. e. potestate, post verbum liberandi (cf. hebr. מִיַּד) v. c. e manu leonum Dan. VI, 28. Ad Esr. VII, 14. 25 cf. hebr. no. 1, aa.

יְדוֹת *fons*, fort. ab eiaculando v. p. 332.

יָדָה *lex*, a iaciendo i. e. ponendo, v. p. 359.

* * *

A *confitendi* et *laudandi* significatione sunt:

הֹדוּת f. pl. Neh. XII, 8 *laudationes, cantica, chori.* Nomen illud idem valere quod הוֹדוּת *chori*, satis certum est (cf. XI, 7), sed forma analogiae grammaticae repugnat, et haud scio an reponendum sit: הֹדוּת, quod ipsum fortasse significatum est puncto litterae Jod inserto (cf. הוּא et הִיא), cui Kibbuz additum est, quo indicetur, illud punctum non Dagesch esse, sed *Schurek.*

Nonnulli codd. habent הוֹדִיוֹת. Quod Simonis illam formam a rad. כּוֹד derivandam putat, quae est leniter incessit, leniter cecinit, probabilitate caret.

הוֹד v. sub rad. נָהַד.

תּוֹדָה f. 1) *confessio.* Jos. VII, 19: תֵּן־לוֹ תוֹדָה *fac ei confessionem.* Esr. X, 11. — 2) *gratiarum actio* Ps. XXVI, 7. XLII, 5. Jes. LI, 3 al. זֶבַח תּוֹדָה gratias Deo (instar sacrificii) obtulit Ps. L, 14. 23. CVII, 22. CXVI, 17, non enim de sacrificiis propriis intelligenda est haec formula (cf. CXVI, 17). זֶבַח תּוֹדָה sacrificium eucharisticum Lev. XXII, 29, idem est זֶבַח תּוֹדַת חַשְׁלָמִים VII, 13. 15, cf. 12 et ellipt. תּוֹדָה Ps. LVI, 13. 2 Par. XXIX, 31. Jer. XVII, 26. XXXIII, 11. — 3) *chorus* gratias agentium, Deum celebrantium Neh. XII, 31. 38. 40. (Syr. ܬܘܕܝܐ, ܬܘܕܬܐ confessio, laudatio).

יְדוּתוּן, יְדִיתוּן 2 Paral. XXXV, 15 et יְדוּתִיתוּן 1 Par. XVI, 38 et Ps. XXXIX, 1. LXXVII, 1. Neh. XI, 17 in Chethibh u. pr. (ad formam זְבִידֵלוֹן, יְשַׂרְתֵּן, a יְדוּת laudatio et terminatione וּן, inde fort. qui laudibus Dei operam dat) viri Levitae, eiusdemque vatis (2 Par. XXXV, 15), qui a Davide cum Asapho et Hemano choro musico praefectus erat 1 Par. XVI, 41. XXV, 6. 2 Par. V, 12. Filii eius (בְּנֵי יְדוּתוּן) tum patre moderante sacrae musicae operam dabant, tum aliis, ut portitorum, officiis fungebantur 1 Par. XVI, 42. XXV, 1. 3. 2 Par. XXIX, 14, cf. 1 Par. IX, 16. Neh. XI, 17. לְנַגֵּן עַל יְדוּתוּן Ps. LXII, 1. LXXVII, 1 et לְ׳ לִידוּתוּן Ps. XXXIX, 1 plerique ita interpretantur, ut verba arctius iungant: *praecentori super Jeduthunaeos* pro בְּנֵי יְדוּתוּן: sed quum alibi semper vocabulum לַמְנַצֵּחַ vel nomen auctoris excipiat (לְדָוִד) vel instrumentum musicum modusve carminis (עַל שׁוֹשַׁנִּים, עַל עֲלָמוֹת), *Jeduthun* in hac formula fortasse pro instrumenti modive musici a Jeduthuno inventi nomine habendum est.

יְדָיָה (qui Deum laudat, יְדָה = הוֹדָה, nostr. Lobegott, Dankegott) n. pr. duorum virorum 1) 1 Par. IV, 37. 2) Neh. III, 10.

יְהוֹדָה (a fut. Hoph. *celebratus, laudatus* Gen. XXIX, 35. XLIX, 8) n. pr. *Juda*, quod gesserunt 1) Jacobi filius natu quartus, ex Lea susceptus Gen. XXIX, 35, XXXV, 23. XXXVIII, 1 sqq. XLIII, 3. 8 et saepe, et tribus Israëlitica ex eo orta (נְשִׂיא יְהוּדָה Num. I, 27. XIII, 6. בְּנֵי יְהוּדָה, בֵּית יְהוּדָה 2 Sam. II, 7. 10), iam in deserto et hominum numero et auctoritate reliquis praestans (Num. I, 27. II, 3 sqq. X, 14). Iud. I, 2 sqq. Fines eius in australi Palaestinae parte describuntur Jos. XV, 1 sqq. coll. XIX, 1—9. Huius territorii (אֶרֶץ יְהוּדָה Ruth I, 7) partes erant: הַר יְהוּדָה montanum Judae Jos. XI, 21. XX, 7. XXI, 11 (opp. הַר יִשְׂרָאֵל cf. Maurer ad Jos. XI, 21), etiam κατ' ἐξοχήν הַהָר dictum Jos. XV, 48 sqq., מִדְבַּר יְהוּדָה desertum Judae Jos. XV, 61. Iud. I, 16. Ps. LXIII, 1. Oppidis in ea tribu sitis, quo discernantur ab aliis cognominibus, יְהוּדָה in genit. additur: בֵּית לֶחֶם יְהוּדָה *Bethlehem Judae* Iudd. XVII, 7—9. Ruth I, 1. 2. Salomone mortuo huius tribus, quae inde a Davide regia tribus facta erat, nomen alteri regno cessit, quod Judaeos et Benjaminitas cum aliqua Simeonitarum et Danitarum parte complectens Hierosolymam metropolin habebat (opp. יִשְׂרָאֵל et אֶפְרַיִם), inde Rehabeamus eiusque posteri appellantur מַלְכֵי יְהוּדָה 1 Reg. XIV, 21. 29. XV, 7. 23. XXII, 46. 2 Reg. VIII, 23. XII, 19. XIV, 18. XV, 6. 36. XVI, 19. *Cives Judae* vocantur אַנְשֵׁי יְהוּדָה, בְּנֵי יְהוּדָה 1 Reg. I, 9 (poët. אִישׁ יְהוּדָה Jes. V, 3. 7), בְּנֵי יְהוּדָה Jer. VII, 30 (quod magis usitatum de *tribus* Judae civibus, v. supra), בֵּית יְהוּדָה Jes. XXII, 21. XXXVII, 31. Jer. V, 11. Ez. IV, 6. IX, 9. XXV, 3 cet., poët. בַּת יְהוּדָה filia Judae (v. בַּת) Thren. II, 2. 5 et simpl. יְהוּדָה Jes. I, 1. II, 1. XXXVI, 7. Jer. II, 28. III, 8 et saepe (v. infra); *terra Judae* est אַדְמַת יְהוּדָה Jes. XXVI, 1, אֶרֶץ יְהוּדָה XIX, 17 et simpl. יְהוּדָה Jes. VII, 6, unde עָרֵי יְהוּדָה Jer. IV, 16. VII, 17, עִיר יְהוּדָה urbs (primaria) Judae i. e. Hierosolyma 2 Par. XXV, 28. Quid sit quod saepe copulantur יְהוּדָה וִירוּשָׁלַיִם *Juda et Hierosolyma*, docuimus s. Vav part. p. 394 A. Denique decem tribubus deportatis et post exilium Babylonicum *Judae* nomen ad universam terram Israëliticam translatum est Hagg. I, 14. II, 2. — De sexu nominis quod praecipi solet, masculino illud iungi, ubi populum significet, feminino, ubi terram, minus accuratum est. Ubi de *populo* dicitur, copulatur non solum cum masc. Jes. III, 8 (יְהוּדָה נָפַל). Hos. IV, 15. V, 5. 13. VI, 4. 11. VIII, 14. X, 11. XII, 1 (etiam plur. Jerem. XXXI, 24), sed saepe etiam cum fem. Nah. II, 1. Jer. XIV, 2. XXIII, 6. XXXIII, 16. Thren. I, 3. Malach. II, 11, quatenus *cives* s. *civitas* sub imagine mulieris cogitatur (v. Jer. III, 8: וַתֵּרְאֶה בּוֹגֵדָה יְהוּדָה אֲחוֹתָהּ. Vers. 10. 11), cf. בַּת יְהוּדָה: ubi *terra* significatur, copulatur cum fem. Jes. VII, 6. Joel IV, 20: יְהוּדָה תֵּשֵׁב. Ps. CXIV, 2.

2) alii homines obscuriores a) Neh. XI, 9. b) Esr. III, 9. Neh. XII, 8. c) Neh. XII, 34. d) ib. Comm. 36.

יְהוּד (decurtatum ex יְהוּדָה cf. תּוֹר pro תּוֹרָה) 1) *Judaei, Judaea.* Dan. II, 25: בְּנֵי גָלוּתָא דִי יְהוּד *captivi Judaeorum.* V, 13. VI, 14 Esr. V, 1. 8. VI, 14. (Arab. יَهُودُ et Jod abiecto هُودُ Judaei. Syr. ܝܗܘܕ Judaea. Eadem forma habetur in nomm. pr. hebr. אֲבִיהוּד, אֶשְׁהוּד, אֶתְיהוּד). — 2) oppidum Danitarum Jos. XIX, 45.

יְהוּדִי, pl. יְהוּדִים, rarius יְהוּדִיִּים Esth. IV, 7. VIII, 1. 7. 13. IX, 15. 18 in Chethibh 1) nom. gentil. *Judaeus* (arab. يَهُودِيٌّ) a) civis regni Judae 2 Reg. XVI, 6. XXV, 25. Jer. XXXII, 12. XXXIV, 9. XXXVIII, 19. XL, 11. XLI, 3. XLIV, 1. LII, 28. b) Inde ab exilio ita appellantur omnes Hebraei Nehem. I, 2. II, 16. V, 1. 8. 17. XIII, 23. Esth. III, 4 sqq. IV, 3 sqq. VIII, 1 sqq. IX, 1 sqq. Fem. יְהוּדִיָּה

Judaea 1 Par. IV, 18. — 2) n. pr. viri Jer. XXXVI, 14. 21.

יְהוּדִי chald. *Judaeus* (syr. ܝܗܘܕܝ et ܝܘܕܝ, aeth. ፩ዳዊ: id.), nonnisi pl. יְהוּדָאִין Dan. III, 12, et emphat. יְהוּדָיֵא Dan. III, 8. Esr. IV, 12. 23. V, 1. 5. VI, 7. 14.

יְהוּדִית pr. fem. a masc. יְהוּדִי, inde a) adv. *iudaice* i. e. *linguâ Iudaicâ* 2 Reg. XVIII, 26. 28. (2 Par. XXXII, 18. Jes. XXXVI, 11. 13). Neh. XIII, 24. Intelligenda est lingua *Hebraea*, nam Auctor libri Regum, quem expresserunt Paralipomena et Jesaiae diascenastes, iam eum sequitur linguae usum ex quo *Judaeus* de quolibet *Hebraeo* dicebatur. — 2) n. pr. *Judith*, Esavi uxor Gen. XXVI, 34.

A יְהוּדִי factum est verbum denom. in *Hithpa.* **הִתְיַהֵד** pr. *Judaeum se fecit* i. e. religionem Judaicam amplexus est. Esth. VIII, 17. (Arab. تَهَوَّدَ Judaeum se fecit, Cast. ex 2 Macc. c, 21 vers. Arab., usitatius videtur تَهَاَّ Judaeus factus est, a هُوْدٌ pro יְהוּדִי Cor. 2, 59. 62, 6, Conj. II. Judaeum fecit. Aethiop. ተሀውዶ: et ተኀውዶ: more Judaeorum vixit, *ἰουδαΐζειν*.

יָדַע imp. דַּע, c. ה parag. semel דְּעָה pro דְּעִה Prov. XXIV, 14, inf. absol. יָדוֹעַ, cstr. דַּעַת c. suff. דַּעְתִּי, fut. יֵדַע, semel יְיֵדַע Ps. CXXXVIII, 6 (v. Lgb. p. 389)

A) pr. *videre*, oculis percipere. (Latissime patet hoc thema in linguis indogermanicis tum primario videndi, tum secundario *sciendi* significatu, ut sanscr. *wid* scire, zend. *weedem*, gr. *Fιδεῖν*, lat. *video*, goth. *witan* videre et scire, nostr. *weten*, *wissen*, boruss. *viddai* vidit, adeoque in slavicis, ut polon. *widze*, bohem. *wedeti*, cf. Pott etym. Forschungen I, p. 246, in quibus cunctis prima radicalis est *v*, non *j*, quemadmodum etiam hebr. ידע est pro ודע. Ex linguis semiticis hanc radicem habent Chaldaei et Syri, v. infra, praeterea Aethiopes in ኦዲየ: et ኦዲዮአ: annunciavit, praedicavit i. e. הוֹדִיעַ. Ceterum a nostra radice aliena est arabica وَدَعَ *posuit*, neque audiendi sunt, qui *sciendi* potestatem apud Hebraeos repetant a *reponendo* sc. in animo hominis). Propria *videndi* potestas quam a Lexicographis parum intellectam esse video, non paucis in exemplis exstat. Gen. III, 7: *aperti sunt oculi eorum* וַתִּפָּקַחְנָה עֵינֵיהֶם וַיֵּדְעוּ כִּי עֵירֻמִּים הֵם *et viderunt se nudos esse.* Ex. II, 4: *et soror stabat e longinquo* לְדָעָה מָה יֵעָשֶׂה לוֹ *ad videndum eventum rei* 1 Sam. XXII, 3. Non raro ponitur in iisdem formulis, in quibus alibi est רָאָה (*ὁράω*), velut Deut. XXXIV, 10: אֲשֶׁר יְדָעוֹ יְיָ פָּנִים אֶל פָּנִים *quem viderat Jova de facie* (cf. eodem nexu רָאָה Gen. XXXII, 31. Ind. VI, 22. 2 Reg. XIV, 8. 11), lt. יָדַע אֶת־שְׁלוֹם פ׳ Esth. II, 11 i. q. רָאָה שְׁלוֹם פ׳ Gen. XXXVII, 14. Copulatur etiam *audiendi* verbo, ubi indicandum est, quod quis oculis et auribus perceperit. Jes. XL, 21: הֲלֹא תֵדָעוּ הֲלֹא תִשְׁמָעוּ *annon vidistis, nonne audivistis?* Comm. 28: הֲלֹא יָדַעְתָּ אִם לֹא שָׁמַעְתָּ. XLIII, 19: הֲלֹא תֵדָעוּהָ *nonne videtis illud?* Prae ceteris memorabilis est locus Jes. XLIV, 18: לֹא יָדְעוּ וְלֹא יָבִינוּ כִּי טָח מֵרְאוֹת עֵינֵיהֶם מֵהַשְׂכִּיל לִבּוֹתָם *non vident, neque animadvertunt, nam obliti sunt oculi eorum, ne videant, neve intelligant corda eorum*, ubi יָדַע tribuitur oculis et respondet verbo רָאָה, בִּין respondet verbo הַשְׂכִּיל et cordi i. e. menti tribuitur. Etiam LXX. interpretes passim pro ידע utuntur aor. 2 *εἶδον vidi*, velut 1 Sam. X, 11: ἴδοντες οἱ εἰδότες αὐτόν. Iob. XXVIII, 13. XXXI, 6. Eccl. III, 21. — Longe frequentius יָדַע est

B) *vidisse* et quod inde sequitur *animadvertere, cognoscere, novisse, scire, experiri* (cf. gr. *οἶδα vidi*, inde *novi*). Jes. VI, 9: שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל תָּבִינוּ וּרְאוּ רָאוֹ וְאַל תֵּדָעוּ *audite audiendo, neque intelligetis, videte videndo, neque tamen animadvertetis*, ubi יָדַע est id, quod visum sequitur, nisi quis aut sensibus et mente caret aut obfirmato animo est. (LXX. καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε). Eccl. VI, 5: שֶׁמֶשׁ לֹא רָאָה וְלֹא יָדָע *solem non vidit neque expertus est.* Ut singula persequamur, est igitur

1) *animadvertit* (wahrnehmen, gewahrwerden), tum oculis (Jes. VI, 9), tum tactu Gen. XIX, 33, maxime mente, hinc *intellexit* (einsehen, merken) Iud. XIII, 21: אָז יָדַע מָנוֹחַ כִּי מַלְאַךְ יְיָ הוּא *tunc intellexit Manoach, illum angelum Jovae* fuisse. Gen. VIII, 11. 1 Sam. XX, 33. XXIII, 9. Addito לִבָּם Deut. VIII, 5. Sq. בְּ rei, ex qua aliquid intelligitur. Gen. XV, 8: בַּמָּה אֵדַע *unde intelligam?* XXIV, 14. XLII, 33. Ex. VII, 17. Ps. XLI, 12.

Saepe est consilii et voluntatis: *animum advertit ad aliquid*, *auf etwas merken.* 1 Sam. XXIII, 22: דְּעוּ וּרְאוּ אֶת־מְקוֹמוֹ *animum oculosque advertite ad locum, ubi sit,* merket und sehet nach seinem Aufenthaltsorte. Comm. 23: רְאוּ וּדְעוּ מִכָּל הַמַּחֲבָאִים. XII, 17. XXV, 17. Iob. V, 27: דַּע לָךְ *merke* (es) *dir.*

Ex peculiari quadam poëtarum hyperbole *non animadverti* dicuntur ea, quae tam inopinato et subito fiunt, ut iam facta sint, antequam animum ad ea advertas. Ps. XXXV, 8: *pernicies cum invadat* לֹא יֵדָע *et non animadvertat*, i. e. cum non opinantem subito opprimat. Iob. IX, 5: *transfert montes* לֹא יָדָעוּ i. e. improviso, subito. Cant. VI, 12: לֹא יָדַעְתִּי נַפְשִׁי שָׂמַתְנִי וגו׳ *me non opinantem animus meus transferebat* i. e. inopinato, subito me translatum vidi. Jer. L, 24. Sic מִי יוֹדֵעַ *quis animadvertit?* pro nemo animadvertit, subito, parall. פִּתְאֹם. Prov. XXIV, 22. (Ita apud Arabes Cor. 16, 28: *evertit eos Deus* فَأَتَاهُمُ ٱللَّهُ مِنْ حَيْثُ لَا يَشْعُرُونَ et non animadvertebant i. e. improviso. Locm. fab. 28: وَهُوَ لَم يَعلم. 1001 noct. no. 162: لَم يَشعر وَلَا كَانَ إِلَّا improviso ecce puellam).

Inde est etiam *curavit* aliquid: quae enim nobis curae sunt, ad ea diligenter animum advertimus. Sq. acc. Gen. XXXIX, 6: לֹא יָדַע נֵאוּתוֹ *nihil curavit* rerum

suarum. Prov. IX, 13: בַּל יָדְעָה־מֻּה *neque curat quicquam.* XXVII, 23: יָדֹעַ תֵּדַע פְּנֵי צֹאנֶךָ *cura faciem* (conditionem) *gregum tuorum.* Iob. IX, 21: לֹא אֵדַע נַפְשִׁי *non curo vitam meam*, additur: אֶמְאַס חַיָּי. Jes. LI, 7: יְרֵאַי צֶדֶק *quibus iustitia cordi est.* Sq. בְּ Iob. XXXV, 15: לֹא יָדַע בַּפַּשׁ *non curat iniquitatem.* Spec. dr. a) de deo animum advertente ad homines, eos (prae ceteris) curante. Ps. LXXIII, 11. CXLIV, 3. Iob. XXII, 13. Jes. LVIII, 3. Nah. I, 7, sq. לְ praegn. Am. III, 2: *vos solum curo et eligo ex omnibus gentibus terrae.* Gen. XVIII, 19: יְדַעְתִּיו לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה *cum* (Abrahamum) *curavi*, elegi, eius respectum habui, *ut iubeat* cet. Cf. Ps. I, 6. — b) de hominibus deum curantibus, colentibus. Hos. VIII, 2. XIII, 4. Ps. XXXVI, 11. IX, 11: יֹדְעֶיךָ שְׁמֶךָ *curantes* i. e. colentes *nomen tuum.* Iob. XVIII, 21: (אֲשֶׁר) לֹא יָדַע אֵל *qui deum non curat*, atheus 1 Sam. II, 12. — Iob. XXXIV, 4: נְדָעָה בֵּינֵינוּ מַה־טּוֹב *animum advertamus* (videamus, dispiciamus, scrutemur) *inter nos, quid bonum sit?* Parall. נִבְחֲרָה eligamus.

2) *rescivit*, tum videndo (v. Exod. II, 4. 1 Sam. XXII, 3), tum audiendo Gen. IX, 24. Lev. V, 1. 3. Deut. XI, 2. Neh. XIII, 10, tum *re ipsa expertus est* Iob. V, 25: וְיָדַעְתָּ כִּי רַב זַרְעֶךָ. C. acc. *expertus est* v. c. amorem et odium Eccl. VIII, 1. 5: *servans praeceptum* לֹא יֵדַע דָּבָר רָע *non experietur quicquam mali.* Sq. כִּי Exod. VI, 7: וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם. Jes. XLV, 6: לְמַעַן יֵדְעוּ. Ez. VI, 7. 13. VII, 4. 9. XI, 10 cet. Peculiaris eius usus est in minis, ut nostr. *du wirst es schon gewahr werden, erfahren, fühlen*, lat. *tu ipse videbis, senties.* Ps. XIV, 4: הֲלֹא יֵדְעוּ כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן *ecce! experiuntur malefici*, i. e. experiuntur, quid sit poenas divinas provocare, experiuntur supplicia divina. Hos. IX, 7: יֵדְעוּ יִשְׂרָאֵל *videbunt Israëlitae.* Iob. XXI, 19: יְשַׁלֵּם אֵלָיו וְיֵדָע *ei retribuat* Deus, *ut videat.* Jes. V, 19. IX, 8. Schult. Opp. min. ad Iob. XXI, 19: „arabice علم *novit*, *scivit* in Alcorano notat poenas luere pluribus in locis. Sur. 40, 72: *qui abnegant librum eaque, quae per legatos nostros misimus,* وسوف يعلمون hi *certo cognoscent.* Sur. 26, 48 Pharao incantatoribus suis, qui Mosis miraculis fidem adhibebant, ita minatur: ولتسوف تعلمون *certe futurum est ut cognoscatis.* 19. *omnibus enim vobis manus et pedes ex diversis lateribus abscindam, et omnes cruci affigam.* Eadem reperies Sur. 7, 12. Sic apud Abulpharag. hist. dyn. p. 530: قبل ان ياتيكم العذاب وانتم تعلمون بغتة *antequam vos poena de improviso obruat et luatis*, proprie *cognoscatis.* Hunc usum verbi علم non attendisse videtur celeberr. Pocockius, quum vertit: vos autem nostis [quid facere oporteat]."

3) *cognovit* aliquem (kennen lernen) Deut. IX, 24, aliquid, ut terram Num. XIV, 31. — Prov. XXIV, 14: כֵּן דְּעֵה חָכְמָה לְנַפְשֶׁךָ *ita* i. e. talem, quale mel est *cognosce* cognosces *sapientiam animo tuo.* LXX. αἰσθήσῃ. Per euphemismum de consuetudine et familiaritate sexuum a) de viro: *cognovit* mulierem i. e. *concubuit* cum ea. Gen. IV, 1: וְהָאָדָם יָדַע אֶת־חַוָּה. 17. 25. XXIV, 16: בְּתוּלָה אִישׁ לֹא יְדָעָהּ ... הַנַּעֲר *puella* erat ... *virgo, vir non cognoverat eam.* 1 Reg. I, 4. 1 Sam. I, 19. De stupro turpi et violento Ezech. XIX, 7. Transfertur etiam ad turpem cum pueris concubitum Gen. XIX, 5. (Eodem modo cognoscendi verba etiam in aliis linguis, tum orientalibus, tum occidentalibus transferri solent, ut syr. ܝܕܥ pro συγγενέσθαι Judith XII, 16, معصم Matth. I, 25 Ethpe. معصم sec. Novar. p. 371: (بالجبر؟) انعرف بالجبر coire matrimonio, arab. عرف cognovit, sq. ل concubuit cum femina, aeth. ፌሠመ፡ v. c. ፌሠመ፡ ለሚኣ ቪ፡ቱ፡: cognovit uxorem suam Gen. IV, 1; gr. *γινώσκω* non solum in N. T. Matth. I, 25, sed etiam apud scriptores profanos, maxime Plutarchum Cat. min. 7: *ἐν πολλοῖς, οἷς ἐβίωσε, χρόνοις μίαν .... γυνὸς γνναῖκα.* Romul. 5. Alex. 21. Pomp. 36. Moral. T. II. p. 212. 226. Heliod. I p. 14 et quae notavit Guil. Dindorf. ad Steph. thes. ed. Paris. II. p. 629. 30; verborum *γνωρίζω* et *εἰδέναι*, quae ita adhiberi observat Fritzsche ad Matth. l. c., exempla desidero; lat. *cognoscere* Instin. 5, 2: uxor Aegidis regis, quam adulterio cognoverat [Alcibiades]. Cf. Fesselii advers. sacra II, 14. Itaque vix dici potest, quantopere fallantur, qui ad יָדַע coeundi significatu conferant arab. وَدَعَ deposuit, ut Koehlerus in observvv. p. 5 al. Quod etiam hodie ital. et gall. dicitur *conoscere*, *connoître*, ex usu biblico fluxisse potest). b) de muliere: יָדְעָה אִישׁ cognovit virum i. e. virum experta est concubitu Gen. XIX, 8. Iud. XI, 39, plenius לֹא יָדְעָה אִישׁ לְמִשְׁכַּב זָכָר Num. XXXI, 17. Iud. XXI, 12, cf. יָדְעָה מִשְׁכַּב זָכָר i. e. viri notitiam habet Vers. 18. 35. (Ita Arabes utuntur verbo وطئ v. c. 1001 noct. no. 161: ابنتي صبية لا راث رجلا filia mea virgo est, neque cognovit virum. In N. T. Luc. I, 34. Lat. Ovid. Heroid. 6, 133: turpiter illa virum cognovit adultera virgo. Trebell. Pollio trig. tyr. 30: Zenobiae ea castitas fuisse dicitur, ut ne virum suum quidem sciret, nisi tentatis conceptionibus).

4) *novit* aliquem (aliquid), nostr. *kennen*, c. acc. pers. Gen. XXIX, 5. Ex. I, 8. 2 Sam. III, 25. Jes. XLV, 4. 5 al. Ps. XVIII, 44: עַם לֹא יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי *populi*, quos *non noveram, mihi serviunt.* LXXXI, 6: שִׂפַת לֹא יָדַעְתִּי *labium* (i. e. vocem) *mihi ignoti.* Iob. XI, 11; c. acc. rei Deut. XXXIV, 6: לֹא יָדַע אִישׁ אֶת קְבֻרָתוֹ *nemo novit sepulcrum eius.* Jes. XXIX, 12: לֹא יָדַעְתִּי סֵפֶר *non novi scripturam* i. e. scribendi legendique artis imperitus sum. Ps. CIV, 19: שֶׁמֶשׁ יָדַע מְבֹאוֹ *solem*, qui *novit occasum suum.* Iob. XXI, 27. XXIII. 10. XXVIII, 13. 23 XXXIX. 2. Ps. CXXXIX, 2. 4. Gen. XXX, 26. Jes. LIX, 8: דֶּרֶךְ שָׁלוֹם לֹא יָדָעוּ *non novit pacem* cf. Iob. XX, 20. Jes. XLVII, 8. Sq. לְ rei. Ps. LXIX, 6. it. sq. acc. et כִּי 2 Sam. XVII, 8: יָדַעְתָּ אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אַנְשָׁיו כִּי גִבֹּרִים הֵמָּה. Jer. X, 23. Ps. CXIX, 75. Omisso accusativo pronominis Iob. XXXVI, 26: *en! Deus* est *magnus* יְדָעֵנוּ לֹא *neque norimus* eum, magnitudinem eius. XXXVII, 5. Jes. I,

3: *novit bos possessorem suum* .... וְיִשְׂרָאֵל לֹא יָדָע *et Israël non novit* cum, i. e. possessorem suum, Jovam. Male alii absol. (v. no. 6): *non sapit.* יוֹדֵעַ פִּי בְּשֵׁם novit aliquem nomine i. e. propius novit, familiarius cognitum Exod. XXXIII, 12. 17. — Part. act. יוֹדֵעַ qui novit. Iob. XIX, 13: יוֹדְעַי *qui me noverunt*, meine Bekannten. Sq. genit. *peritus* alicuius rei. יוֹדֵעַ צַיִד peritus venationis Gen. XXV, 27, יוֹדְעֵי חַיִם rei maritimae periti 1 Reg IX, 27, יוֹדְעֵי נְהִי Am. V, 16, יוֹדְעֵי דַת וְדִין Esth. I, 13. — Part. pass. יְדוּעַ *notus*, sq. לְ Deut. I, 13: *viri* יְדֻעִים לְשִׁבְטֵיכֶם qui *noti* sunt *tribubus vestris*, omisso dativo Comm. 15 (cf. syr. ܝܕܺܝܥ notus, nobilis). Poët. sq. genit. id. Jes. LIII, 3: יְדוּעַ חֹלִי *notus morbo* (dat.), der Krankheit bekannt, vertraut, morbo familiaris: ita enim rectius explicant LXX. Vulg. Syr., quam alii: *notus morbo* (abl.), morbis et calamitatibus perpessis insignis, ut Symm. *γνωστὸς νόσῳ*, et Kimchius.

5) *scivit* (wissen) aliquid. Coniungitur a) cum subst., sq. acc. ut יָדַע בִּינָה (v. בִּינָה), יָדַע דַּעַת scivit scientiam i. e. scientia, prudentia, polluit Prov. XVII, 27 al. Iob. XV, 9: יָדַעְתָּ וְלֹא נֵדָע. XX, 4. XXXVIII, 18; sq. בְּ (quod h. l. partitivum est) nostr. *von* etwas wissen Gen. XIX, 33. 35. 1 Sam. XXII, 15. Jerem. XXXVIII, 24; עַל (de) Iob. XXXVII, 16, לְ — יָדַע בֵּין scire discrimen inter et inter Jon. IV, 11. 2 Sam. XIX, 36 (v. pag. 203). — b) cum verbis, et quidem cum infinit. nudo Jer. I, 6: לֹא יָדַעְתִּי דַבֵּר. 1 Sam. XVI, 18; cum gerundio Eccl. IV, 13: אֲשֶׁר לֹא יָדַע לְהִזָּהֵר עוֹד *qui nescit commonefieri*, monitis parere. X, 15, sed aliter IV, 17: *nesciunt* עֲשׂוֹת רַע *se male facere*, sie glauben nicht übel zu thun; cum verbo finito Iob. XXXII, 22: לֹא יָדַעְתִּי אֲכַנֵּה *nescio adulari* 1 Sam. XVI, 16. Neh. X, 29, interiecto ו Iob. XXIII, 23: וְיָדַעְתִּי וְאַנְעַצְאֲחוּ. — c) sq. integra sententia, plerumque praemisso כִּי. Gen. XX, 6: יָדַעְתִּי כִּי בְתָם־לְבָבְךָ עָשִׂיתָ זֹאת. III, 5. XXII, 12. XXXVIII, 16. XLIV, 27. Ex. XXXIV, 29. Num. XI, 16. Jos. VIII, 14. Iud. XVI, 20. 1 Sam. XIV, 3. 2 Sam. I, 5. 2 Reg. IV, 1. Iob. IX, 2. 28. X, 13. XIII, 18. XV, 23. Prov. VII, 23. IX, 18, raro hoc omisso Iob. XIX, 25: יָדַעְתִּי גֹּאֲלִי חָי *scio redemtorem meum vivum* esse; sq. הַ utrum, an Iud. XVIII, 5, saepe etiam cum pronominibus interrogativis, ut מִי Gen. XXI, 26: לֹא יָדַעְתִּי מִי עָשָׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה. XLIII, 22; מָה Ex. XXXII, 1: לֹא יָדַעְנוּ מֶה־הָיָה לוֹ. XVI, 15, לָמָּה Dan. X, 20, מֵאַיִן et אָנָּה (unde et quo) Jos. II, 4. 5, אֵי מִזֶּה unde 1 Sam. XXV, 11, בְּשֶׁלְּמִי (propter quem) Jon. I, 7. — d) omisso accusativo pronominis (id, hoc), ut post verba dicendi. Gen. XLVIII, 19: *scio* (hoc), ich weiss es. IV, 9: לֹא יָדַעְתִּי *nescio*, nostr. ich weiss nicht, pro pleniore: ich weiss es nicht. Cant. I, 8: אִם לֹא תֵדְעִי לָךְ *si nescis*, wenn du *es* nicht weisst (לָךְ redundat, cf. Iob. V, 27). Iob. XXXVIII, 5: מִי שָׂם נְצִיָּדָהּ כִּי תֵדָע *quis apposuit mensuras eius? nam tu scis* (iron.). Comm. 21 Ps. CXXXIX, 14: נַפְשִׁי יָדַעַת מְאֹד *animus meus* (hoc) *bene scit*, id probe agnoscit. — Nota formulas: aa) מִי יֵדַע quis scit? i. e. nemo facile sciat, sq. acc. Eccl. VI, 12. VIII, 1 (cf. III. 21), sq. אוֹ — הַ (utrum — an) Eccl. II, 19. Sed leniter affirmantis, certe sperantis et optantis est (ut *nescio an*, *haud scio an*), sq. fut. 2 Sam. XII, 22: מִי יוֹדֵעַ יְחָנֵּנִי יְהוָה *quis scit?* fortasse *miserebitur mei Jehova*. Joel II, 14. Jon. III, 9. Sq. אִם et pract. Esth. IV, 14: וּמִי יוֹדֵעַ אִם לָעֵת כָּזֹאת הִגַּעַתְּ לַמַּלְכוּת *et nescio an propter hoc tale tempus perveneris ad regnum.* Aliud est Prov. XXIV, 22, v. no. 1. — bb) יָדַע טוֹב וְרָע *scire*, quid *bonum et malum sit*, i. e. sapere. Gen. III, 5: וְהְיִיתֶם כֵּאלֹהִים יֹדְעֵי טוֹב וָרָע *et eritis sicut Deus, scientes bonum et malum.* Comm. 22: הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ לָדַעַת טוֹב וָרָע, inde עֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע arbor sapientiae II, 17. Contra *nescire bonum et malum* dicuntur et pueri teneri Deut. I, 39 cf. Jes. VII, 15, et senes decrepiti, qui ad infantiam quasi rediernnt 2 Sam. XIX, 36. Cf. Hom. Od. 18, 228. *αὐτὰρ ἐγὼ θυμῷ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα, Ἐσθλά τε καὶ χέρηα· πάρος δ' ἔτι νήπιος ἦα.*

6) absol. aliquid scire, inde *sapere*. Iob. VIII, 9: *hesterni sumus* וְלֹא נֵדָע *nec scimus* quicquam, i. e. non sapimus. Ps. LXXIII, 22: אֲנִי נָעַר וְלֹא אֵדָע. Jes. XXXII, 4. XLIV, 9. 18. XLV, 20. LVI, 10. Part. יְדֻעִים i. q. חֲכָמִים Iob. XXXIV, 2. Eccl. IX, 11. Inde דַּעַת sapientia.

Niph. נוֹדַע fut. יִוָּדֵעַ in pausa יִוָּדָע 1) pass. (oculis) *cerni*, *animadverti*, *apparere*. Gen. XLI, 21: וְלֹא נוֹדַע כִּי בָאוּ אֶל קִרְבָּנָּה *non animadversum est, eas in viscera* (ventrem) *illarum intrasse* (man sah es, bemerkte es nicht). 1 Reg. XVIII, 36. Ps. LXXVII, 20. LXXIV, 5: יִוָּדַע כַּמְבִיא לְמַיְעָלָה קַרְדֻּמוֹת *videbatur, quasi sursum tolleret secures*, i. e. ab hostibus non aliter saevitum est in locis sacris, quam a lignatoribus ligna in silvis caedentibus. — 2) *cognosci* ab aliquo (sq. לְ Ruth. III, 3), aliqua re (sq. בְּ Ex. XXXIII, 16); inde *cognitum, notum esse, fieri*, a) de personis, addito בְּ loci, ubi quis notus sit Ps. LXXVI, 2: נוֹדַע בִּיהוּדָה אֱלֹהִים. LXXIX, 10. Prov. XXXI, 23. Jes. LXI, 9, vel לְ eius, cui notus sit Ex. VI, 3. Jes. XIX, 21. Ez. XX, 5, it. אֶל Ez. XX, 9 (sed Ps. XLVIII, 4: נוֹדַע בְּמִשְׂגָּב ... אֱלֹהִים est: *Deus notus est ... ut refugium*). — 1 Sam. XXII, 6: נוֹדַע דָּוִד וַאֲנָשִׁים וגו׳ *notus est Davides cum comitibus suis* i. e. notus est locus, ubi lateat. Ps. IX, 17: נוֹדַע יְיָ מִשְׁפָּט עָשָׂה *notus est Jova*, quod *ius exercet*. b) de rebus. Ex. II, 14. Lev. IV, 14. Iud. XVI, 9. 2 Sam. XVII, 19. Nah. III, 17. Neutr. *notum est* (es ist bekannt), sq. לְ pers. 1 Sam. VI, 3, sq. מִי Ex. XXI, 36, מִי Deut. XXI, 1. — 3) pass. Hiph. no. 2 *edoctus est* experientia et poenis, cf. Kal no. 2. Prov. X, 9: מְעַקֵּשׁ דְּרָכָיו יִוָּדֵעַ *qui perverse vivit*, poenis *edocebitur*. Jer. XXXI, 19: אַחֲרֵי הִוָּדְעִי *postquam* experientia et poenis datis *edoctus sum*. Bene Luth. nachdem ich gewitzigt bin.

Pi. causat. *scire fecit*, *indicavit* alicui aliquid, c. duobus accusatt. Iob. XXXVIII, 12. *Pu.* part. מְיֻדָּע *notus*, c. Sull. מְיֻדָּעַי notus meus Ps. XXXI, 12. LV, 14. LXXXVIII, 9. 19. Fem. *notum* Jes. XII, 5 Chethibh.

Po. יוֹדֵעַ i. q. *Pi. indicavit*, c. acc. pers. 1 Sam. XXI, 3: וְאֶת־הַנְּעָרִים יוֹדַעְתִּי אֶל מָקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי *et pueris indicavi* (significavi, mandavi) ut venirent *in aliquem*

locum. Ferri possit eiusmodi constructio praegnans, non male tamen Dathius: „pro יוֹדְעֶיהָ fortasse legendum est הוֹדַעְתִּי. Sic Vulgatus legisse videtur, qui vertit *condixi.* Etiam *oi ó* Ain ante Daleth legisse videntur, sed ab יצד derivasse, habent enim *διμεμαρτύρημαι.*" Radix יצד certe in Niph. coniungitur sq. אֶל Num. X, 4. Neh. VI, 10 (sich verabreden und zusammenkommen an einen Ort). Kimchi בנין הופעתי.

Hiph. הוֹדִיעַ (imp. הוֹדַע) 1) causat. Kal litt. A *ostendit, monstravit* alicui aliquid, c. dupl. acc. Jer. XVI, 21: אוֹדִיעֵם אֶת־יָדִי *ostendam iis manum meam* i. e potentiam meam. Sq. לְ pers. Exod. XVIII, 20: *monstrabo iis viam.* — 2) *certiorem fecit* aliquem de aliqua re, *indicavit, nunciavit* alicui aliquid. Coniungitur a) sq. dupl. acc. pers. et rei. Gen. XLI, 39: אַחֲרֵי הוֹדִיעַ אֱלֹהִים אוֹתְךָ *postquam Deus haec omnia tibi indicavit.* Ex. XXXIII, 12. 13. Jes. V, 5. Ez. XX, 11. XXII, 2. Dan. VIII, 19. Prov. XXII, 21 et saepe. Etiam omisso accus. pronominis Jer. XI, 18. b) sq. acc. rei et dat. pers. Dent. IV, 9. 1 Sam. X, 8. Ps. LXXVIII, 5. CIII, 7. CXLV, 12. Neh. VIII, 12. IX, 14, it. לְ pers. et אֶל rei. Jes. XXXVIII, 19: אָב לִבָּנִים יוֹדִיעַ אֶל אֲמִתֶּךָ *pater filios certiores facit de fide tua.* c) sq. acc. pers. et iutegra sententia Iob. X, 2: הוֹדִיעֵנִי עַל מָה תְּרִיבֵנִי. 1 Sam. VI, 2. XXVIII, 15. 1 Reg. I, 27, cf. Jos. IV, 22. d) sq. acc. rei. Jes. XII, 4: הוֹדִיעוּ בָעַמִּים עֲלִילוֹתָיו. Ps. CV, 1. LXXVII, 15. XCVIII, 2. Iob. XXVI, 3. Sq. עַל rei (de). Jes. XLVII, 13: מוֹדִיעִים לֶחֳדָשִׁים מֵאֲשֶׁר יָבֹאוּ עָלֶיךָ *qui certiorem faciunt* te (praedicunt populo) *singulis mensibus de eo quod tibi eveniet.* — 3) *docuit, edocuit,* sq. acc. pers. Iob. XXXVIII, 3: אֶשְׁאָלְךָ וְהוֹדִיעֵנִי *interrogabo te, edoce me.* XL, 7. XLII, 4. Jes. XL, 13, it. dat. pers. Prov. IX, 9: הוֹדַע לְצַדִּיק, c. acc. rei Ex. XVIII, 16, c. dupl. acc. pers. et rei Jes. XL, 14. Ezech. XLIII, 11. Ps. XVI, 11. LI, 8, c. acc. pers. et gerundio verbi Prov. XXII, 19. Minando dictum est 1 Sam. XIV, 12: מוֹדִיעָה אֶתְכֶם דָּבָר *docebimus vos aliquid,* nostr. wir wollen es zeigen, lehren. Cui similis esset hic usus: *edocuit* aliquem *poenis, punivit* eum (v. ad Kal no. 2). Iud. VIII, 16: *sumsit seniores urbis et spinas silvestres deserti atque tribulos* וַיֹּדַע בָּהֶם אֶת אַנְשֵׁי סֻכּוֹת *et punivit iis Succothenses,* spinis impositos tribulis ferreis eos comminuens. Sed ut dicam quod sentio, iste verbi usus illi loco haud satis convenit, et nescio an cum vers. Alex. (ἤλόησεν) legendum sit וידש, quo verbo scriptor de eadem re utitur Vers. 7 et LXX. reddunt ἀλοίσω. Vulg. *contrivit.* Chald. תַּבַּר, syr. ܬܒܪ, vel legentes vel coniicientes וירע, idque explicantes ex chald. רעע confregit. Eadem et scriptura et interpretatio non displicuerit Ezech. XIX, 7, ubi pro וַיֵּדַע אַלְמְנוֹתָיו *concumbit cum viduis eius* facile praeferas: *diruit palatia eius,* cum sequatur: עָרֵיהֶם חָרְבוֹת נִשַּׁם וּמְלֹאָהּ. Ceterum quod R. Jona et R. Juda apud Kimchium radici ידע propter hos locos coll. Prov. X, 9. Jer. XXXI, 19 etiam frangendi potestatem tribuebant, id ipse Kimchius iam recte refellit.

Hoph. הוּדַע (pro vulg. הוּדָע) *notum factum est, innotuit* sq. אֶל pers. Lev. IV, 23. 28. LXX. γνωσθῇ αὐτῷ. Chald. אִתְיְדַע לֵיהּ. Kimchi: נוֹדַעְתָּ. החלם חנוכת שורק. Part. fem. מוּדַעַת Jes. XII, 5 Keri.

Hithpa. הִתְוַדַּע *notum se fecit, agnoscendum se praebuit* Gen. XLV, 1, *revelavit se,* sq. אֶל Num. XII, 6.

יָדַע chald. fut. יְדַע Dan. II, 9. 30. IV, 14 i. q. hebr. spec. 1 *animadvertit, intellexit* Dan. II, 8. V, 23. 2) *rescivit, cognovit* ib. IV, 6. VI. 11. 3) *scivit, novit* ib. V, 22. Part. pass. יְדִיעַ לְמַלְכָּא *notum sit regi.* Esr. IV, 12. 13. (Syr. ܝܕܥ id. Aph. ܐܰܘܕܶܥ i. q. hebr. Hiph. Ethpe. Ethpa. et Ettaph. pass.).

Aph. הוֹדַע fut. יְהוֹדַע, part. מְהוֹדַע *notum fecit, indicavit,* sq. acc. rei et dat. pers. Dan. II, 15. 17. 28; c. acc. pers. Dan. II, 23. 29. IV, 15. V, 15. 16. 17. VII, 16.

יָדָע (sapiens) n. pr. viri 1 Par. II, 28. 32.

יָדוּעַ (sciolus, hariolus, syr. ܝܰܕܽܘܥ) n. pr. virorum 1) Neh. X, 22. 2) ibid. XII, 11. 22.

יְדַעְיָה (quem Jehova curavit) n. pr. viri 1 Par. IX, 10. XXIV, 7, cf. Zach. VI, 10. 14.

יְדוּתוּן (a Deo cognitus) n. pr. filii Benjamini 1 Par. VII, 6. 10. 11.

יְדַעְיָה (a forma abstracta יְדִיעוֹן, ut חָכְמוֹן, sapientia, addito יָ—), plur. יְדַעְיִים pr. sciens, sapiens, inde *vates, hariolus,* ubique in malam partem de prophetis falsis (cf. syr. ܝܰܕܥܳܢܳܝܳܐ, quod Pesch. habet pro יְדַעֳנִי, arab. عَلَّامٌ sciens, it. magus, nostr. *weis*sagen, et in malam partem weiser Mann, kluge Frau, de hariolis, qui plebeculae verba dant) Lev. XIX, 31. XX, 6. Deut. XVIII, 11. 1 Sam. XXVIII, 3. 2 Reg. XXI, 6. XXIII, 24. 2 Par. XXXIII, 6. Jes. VIII, 19. XIX, 3. Fere ubique cohaerentiungitur cum syn. אוֹב q. v. In sing. collect. 1 Sam. XXVIII, 9. 2) *spiritus fatidicus, python,* quo instructi esse credebantur huiusmodi praestigiatores Lev. XX, 27 cf. אוֹב no. 2, a. LXX. in libb. Regg. γνωστής, quater ἐγγαστρίμυθος.

יָדַע inf. nominascens, *quod quis scit, cognitum habet, scientia, sapientia.* Non legitur nisi apud Iobum in sermonibus Elihui. Iob. XXXII, 10: אַחֲוֶה דֵעִי אַף־אֲנִי *proferam et ego scientiam meam.* V. 6. 17. XXXVI, 3. Plur. דֵּעִים perfectae scientiae (de Deo) ibid. XXXVII, 16.

דֵּעָה f. *scientia, cognitio, sapientia.* Ps. LXXIII, 11. Jes. XXVIII, 9. Jer. III, 15. Sq. acc. (more infinitivi) Jes. XI, 9: דֵּעָה אֶת־יְהוָה *cognitio Jehovae,* das Erkennen den Jehova. Plur. 1 Sam. II, 3: אֵל דֵּעוֹת יְהוָה. Iob. XXXVI, 4: תְּמִים דֵּעוֹת cf. de Deo XXXVII, 16.

דַּעַת f. id. 1) *scientia, cognitio* alicuius rei, quod quidem obiectum ponitur vel in acc. Gen. II, 9: עֵץ הַדַּעַת

טוּב יָדַע. Comm. 17. Jer. XXII, 16: דַּעַת אֹתִי *cognitio mei*, vel in genit. דַּעַת דַּרְכִּי Jes. LVIII, 2. Iob. XXI, 14, דַּעַת אֱלֹהִים Jes. XI, 2. Hos. IV, 1. VI, 6. Prov. II, 5. IX, 10 cognitio Dei, pro quo semel *κατ' ἐξοχήν* הַדַּעַת. Genitivus subiecti est, דַּעַת שַׁדַּי Iob. XXXIII, 3 דַּעְתָּךְ Iob. X, 7. — Ps. XIX, 3: *nox nocti nunciat* דַּעַת *cognitionem* sc. de gloria creatoris. CXXXIX, 6. בִּבְלִי דַעַת sine scientia i. e. inscius, per ignorantiam, opp. consulto, de industria. Deut. IV, 42. XIX, 4. Jos. XX, 3. 5. — Dubium est מִבְּלִי דַעַת Jes. V, 13 quod vel reddi potest: *propter defectum cognitionis* (sc. Dei), quia non cognoscunt Deum, Alex. *διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον*, cf. מִבְּלִי הַדַּעַת Hos. IV, 6, quod ibi est pro מִבְּלִי דַעַת יְהוָה IV, 1. VI, 6; vel: *ita ut nesciant*, non animadvertant (v. rad. litt. B, a) i. e. improviso, inopinato, subito, ut Lutherus. Illi interpretationi obstare videtur, quod דַּעַת articulo caret (licet hoc excusari possit coll. אֱלֹהִים pro הָאֱלֹהִים): haec igitur certior videtur.

2) *intelligentia*, *intellectus*, *sapientia*. Jes. XL, 14. Iob. XXI, 22. Prov. I, 22. 29. VIII, 9. X, 14. XII, 1. 23. XIV, 7. 18. XV, 2. 7. 14 al. Saepe copulatur cum synn. תְּבוּנָה חָכְמָה Ex. XXXI, 3. XXXV, 31. 1 Reg. VII, 14. Prov. I, 4. II, 6. Jes. XXXIII, 6. XLIV, 19. Eccl. I, 16. II, 26. אִישׁ דַּעַת vir intelligens Prov. XXIV, 5. יָדַע דַּעַת intelligentia pollnit Prov. XVII, 27. רוּחַ דַּעַת vana sapientia Iob. XV, 2. בְּדַעַת cum sapientia, sapienter Prov. XIII, 16, contra לֹא בְדַעַת Iob. XXXIV, 35, בְּלִי דַעַת Iob. XXXVIII, 2. XLII, 3, בִּבְלִי דַעַת XXXV, 16. XXXVI, 12.

מוֹדָע, **מֹדָע** m. Prov. VII, 4 et **מוֹדַעַת** Ruth II, 1 Keri *familiaritas*, et concr. *familiaris*, *amicus*, *amica*, nostr. *Bekanntschaft* pro *Bekannter*.

מוֹדַעַת f. id. Ruth. III, 2.

מַדָּע et **מַדַּע** (2 Paral. I, 10) Jod inserto more verborum פֹּעַל m. recentioris Hebraismi et Aramaismi vocabulum (v. chald.) *scientia*, inde

1) *intelligentia*, *sapientia* (copulatur cum חָכְמָה, הַשְׂכֵּל). 2 Par. I, 10—12. Dan. I, 4. 17.

2) *conscientia* (Bewusstseyn), *cogitatio*. Eccl. X, 20: גַּם בְּמַדָּעֲךָ עָשֶׁךְ אַל תְּקַלֵּל *etiam in conscientia* i. e. in animo, cogitando *regi ne maledicas*. LXX. *ἐν συνειδήσει σου*. Vulg. in cogitatione tua. Kimchi: בהשבתך in cogitatione tua. Pro gr. *συνείδησις* 2 Cor. V, 11 Syrus habet ܡܕܥ.

מַנְדָּע (*dd* more Chaldaeorum in *nd* mutato) i. q. hebr. מוֹדָע 1) *cognitio*, *scientia* Dan. II, 21. V, 12. 2) *intellectus* ibid. IV, 31: מַנְדָּעִי יְחִזֵר *et intellectus redibat ad me*. ib. 33. (Syr. ܡܕܥ, ܣܟ̈ܠܐ id. Sam. ⳩⳵ⳉⳍ Carm. sam. 4, 14. In Targg. saepius pro דַּעַת).

מְדוּעַ (contr. ex מַה־זֶּדוּעַ *quid edoctus* i. e. qua ratione ductus, gr. *τί μαθών;* paullo aliter Rabbini apud Kimchium ex מַה־דּוּעַ pro מַה־זֶּדוּעַ quae est scientia s. mens et ratio? sed talis nominis nullum vestigium exstat) adv. interrogandi: *quare? cur?* Gen. XXVI, 27. XL, 7. Ex. II, 18. V, 14. XVIII, 14. Jos. XVII, 14. 1 Sam. XX, 2. 2 Sam. XVIII, 11. XIX, 42. 44. 1 Reg. I, 6. Iob. III, 12. XVIII, 3. XXI, 7. XXIV, 1. XXXIII, 13. Jer. VIII, 5. 19. 22. Neh. II, 2. 3. In interrogatione obliqua Exod. III, 3. — Iob. XXI, 4 אִם מַדּוּעַ non inngenda sunt (ut fecit Winerus p. 404), sed אִם respondet הֲ interrogativo in membro priore, v. אִם B, 2 (pag. 108 col. 1).

יָהּ v. יְהוָה.

יָהַב *dedit* i. q. נָתַן, radix apud Hebraeos rara et defectiva, in linguis cognatis usitatissima. Arab. وَهَبَ, aeth. ወሀበ: chald. יְהַב in dial. hierosol. יַב, syr. ܝܗܒ, sam. ⳉⳄⳁ. (Quum stirps primaria חב *cupiendi* potestatem habeat [v. Lex. man. v. אָהַב], et imp. הַב *cedo!*, qui in Hebraismo fere solus usitatus est, et ipse *cupientis* sit, Böttcherus in Wineri Zeitschrift II, p. 90 sqq. suspicatur ex hoc imperativo demum exortam integram radicem יָהַב hancque proprie esse: capere, accipere fecit, quo fortasse factum est, ut pariter atque synonyma arabica عَطَى, نَاوَلَ, وَهَبَ c. acc. personae, cui datur, coniungi soleat).

Praeteriti exemplum exstare videtur (quicquid iactat et calumniatur Boettcherus l. c.) Ps. LV, 23: הַשְׁלֵךְ עַל יְהוָה יְהָבְךָ *committe Jovae* (cf. Ps. XXXVII, 5) id quod *tibi dedit* vel *imposuit* i. e. sortem tuam, concise pro אֲשֶׁר יָהַב לָךְ, cf. ad illam ellipsin Iob. XXIV, 19. Ps. XII, 6, ad suff. דְּ pro לָךְ, quae supra dicta sunt de verbis dandi et infra ad rad. נָתַן. Kimchi: יְהָבְךָ אשר נתן לך עד היום הזה. Id quod *Deus* alicui *dedit*, esse *sortem* eius (i. q. חֶלְקָה Ps. XXXVII. l. c.), et per se evidens est et ostendit syn. מָנָה sors Jer. XIII, 25 a מָנָה tribuit, attribuit, cf. chald. יַהֲבַת מוֹהֲבִית בַּאֲדָא portio calicis Ps. XI, 6, מוֹהֲבִית בְּאִידִי Ps. XVI, 5 pro מָנַת כּוֹסִי portio calicis mei (pro sorte), syr. ܝܗܒ sortem dedit i. e. iecit. Quanquam alia quoque ratio ferri potest, et ipsa a Rabbinis iam proposita, qua יָהַב vel יְהַב nomen esse ponitur significans: *quod alicui datum* i. e. *sorte attributum est* i. e. sors, vel curae, calamitates ab aliquo perferendae. Kimchi: או יהבך שם כלומר מה שהניח השלך על יהוה כי הוא נותן לך והוא יכלכלך, cf. supra chald. יַהֲבָא et מוֹהֲבִית. Tertia quaedam huic locum expediendi ratio, et ipsa non inepta, ab usu loquendi certe minus confirmata est. Statuunt enim Talmudistae nomen יהב *oneris* significatum habuisse, et provocant ad usum quendam Aramaeorum [non Arabum, ut a recentioribus quibusdam annotatum video; verba enim mox e Talmude laudanda chaldaea sunt, quanquam ab Judaeo Arabe dicta]. Kimchi: *Talmudistae onus*

interpretantur לקחיהי בלשון ארמי באטרם לא חוו ידעי רבנן מאי תשלך על יהיה יהבך שיעוה להחויא טיעמא דקאמר להחוא גברא שקול יהביך ושדי אגמלאי [i. e. sume onus et proiice illud super camelos]", cf. Megilla fol. 18 col. 1. Bereschith rabba sect. 79 it. Juda ben Karisch ad h. l. in Eichhorn. bibl. III, p. 967. Et potuit profecto *onus* ab *imponendo* dici: *ponendi* enim significatum יהב quod ignorare non debebat Boettcherus l. c. p. 92, lin. 11. 12) apud Hebraeos et Aramaeos non minus habet quam יָתַן apud Hebraeos, v. imp. הַבָּה no. 2, chald. יְהַב no. 2, sam. יהב sq. עַל praeposuit Gen. XLI, 43, in carcerem posuit. conicit XXXIX, 20, cf. XLI, 42 al. — Ex coniectura etymologica Boettcherus l. c. reddit: *desiderium tuum*, a cupiendi significatu in stirpe הב, de qua supra. Mere coniecturalia sunt, quae habent vett. ut LXX. *μέριμνα*, Vulg. *cura*, chald. בָּרְכָה, quod reddunt *spes tua*, fortasse rectius: *onus tuum* a סבר portavit i. q. נָשָׂא, ut conveniat cum illa Talmudistarum interpretatione. Eodem pertineret. si modo scriptura sana esset, Hos. IV, 18: אָהֲבוּ חֲבִי קְלוֹן מָגִנֶּיהָ, quod ita interpretantur Hebraei, ut הַבִי sit pro יָהֲבִי (cf. רַד pro יָרַד, תָּחָה pro יָתָּה) et constructio *ἀσυνδέτος*: *amant dare delecus principes eius.* Hieron. dilexerunt afferre. Paulo aliter Kimchi: אהבו תניד לעיר הבו. Sed ita languet oratio, quae hanc sententiam flagitat: *amant ignominiam.* Vix igitur dubito quin alterum illud חבו, quod הַבוּ pronunciant Grammatici, spurium sit et librario debeatur, qui tres litteras ח ב ו per errorem bis a se scriptas etiam postea errore animadverso non deleverat, ne codicis elegantia detrimentum caperet, fortasse punctis tantum notaverat, quae a lectoribus reliquisque librariis neglecta sunt.

Praeterea in solo imp. הַב semel Prov. XXX, 15, alibi c. He parag. הָבָה, fem. הָבִי Ruth III, 15 pl. הָבוּ 1) *da, cedò*, pl. *date*, sq. acc. obiecti. Gen. XXIX, 21: הָבָה אֶת־אִשְׁתִּי. XLVII, 16. Zach. XI, 12, et dat. pers. cui datur Gen. XXX, 1: הָבָה לִי בָנִים. Iud. I, 15. Ps. LX, 13. Deut. XXXII, 3: הָבוּ גֹדֶל לֵאלֹהֵינוּ. 1 Par. XVI, 28. 29. Ps. XXIX, 1. 2. XCVI, 7. 8. Absol. לִי הָבָה *date mihi* (aliquid). Iob. VI, 22. Additur dat. pronominis, qui redundat 2 Sam. XVI, 20: הָבוּ לָכֶם עֲצָה *date consilium*, cf. Iud. XX, 7. — 2) *pone*, pl. *ponite*. 2 Sam. XI, 15: הָבוּ אֶת־אוּרִיָּה אֶל־נֹכַח פְּנֵי־מִלְחָמָה. Deut. I, 13: הָבוּ לָכֶם אֲנָשִׁים *constituite vobis viros.* Ios. XVIII, 4. — Abit 3) in adv. hortandi: *age*, i. q. נָהָה Gen. XI, 7, quo significatu forma הָבָה ponitur etiam, ubi compellantur mulieres Gen. XXXVIII, 16, vel plures ibid. XI, 3. 4. Exod. I, 9, quo eodem significatu etiam לָכָה declinari non solet Gen. XIX, 32. (Arab. هَبْ da, concede).

יְהַב chald. Dan. III, 28, imp. הַב Dan. V, 17, part. act. יָהֵב II, 21, pract. pass. יְהִיבַת, יְהִיבוּ Dan. VII, 11. 12. Esr. V, 14 (fut. et inf. repetuntur a verbo יְתַן, cf. syr. ܢܬܰܠ fut. ܢܳܗܰܒ a rad. ܝܗܒ) chald. i. q. hebr. 1) *dedit*, sq. accus. rei et dat. pers. Dan. II, 21. 23. 37. V, 17—19. 28. VII, 4. 6. 12. 14. 27. Esr. V, 14. יְהַב בְּיַד dare in potestatem alic. Dan. II, 38. Esr. V, 12. Absol. *dedit* pro *obiecit, obtulit* (dahin geben, Preiss geben) Dan. III, 28. יְהַב שֶׁכְמֵהּ rationem reddere VI, 3. — 2) *posuit*, *iecit*, v. c. in ignem Dan. VII, 11, iecit fundamenta Esr. V, 16. In Targg. id. persaepe.

Ithpe. יִתְיְהַב fut. אִתְיְהַב *datus*, *traditus est*, sq. לְ pers. alicui. Dan. IV, 13. VII, 25. Esr. IV, 20. VI, 4. 8. 9. VII, 19.

חֲבָחֲבִים pro זִבְחֵי הַבְהָבִים m. pl. *dona*. Hos. VIII, 13: זִבְחֵי הַבְהָבַי *sacrificia mihi danda*. Kimchi מתניתי. Addit tamen, alios interpretari *ustulata*, *tosta* ex usu Talmudicorum, quibus חבהב est *torrere*, et Arabum, quibus حَبْحَبَ est torrens. Ita etiam Jarchi et Tanchum Hierosol. (v. Pococke ad h. l.), contextu parum favente. Huic magis favet interpretatio *τῶν ὁ: θυσιαστήρια τὰ ἐγκαπνίσια*, qua הַבְהָבִים ex אֲהַבְהָבִים ortum ponitur. Eandem vindicare studuit Boettcherus l. c. p. 90. 91.

יָהַד *Hithpa.* הִתְיַהֵד v. rad. יָהָה p. 575.

יְהוָה n. pr. summi numinis apud veteres Hebraeos, de quo disputationem nostram ita instituere visum est, ut primum de vera eius pronunciatione deinde de origine et significatione, denique de usu eius disseramus.

I.

Licet inde a *Galatino*, seculi decimi sexti scriptore (de arcanis catholicae veritatis lib. 3, non, ut alii voluerunt, iam inde a *Raymundo Martini* in pugione fidei, v. Gusset. Lex. p. 383) pene omnium usu receptum sit, nomen יְהוָה iis quibus in codicibus munitum est vocalibus pronunciare *Jehova*, nihilominus hodie tantum non omnes in eo consentiunt, puncta illa vocalia non vera et genuina, sed a voce אֲדֹנָי petita esse. Nimirum Hebraei recentiores, sed iam ante Versionis Alexandrinae tempora *), vel veterem quandam superstitionem sectantes (cf. Herod. 2. 86. Cic. de nat. deor. 3, 56, it. tritum illud *μὰ τόν, μὰ τήν* pro *μὰ Δία* Pausan. Corinth. 34. Schol. ad Arist. Ran. 1374), vel falsa legis cuiusdam Mosaicae interpretatione decepti (Lev. XXIV, 16: נֹקֵב שֵׁם יְיָ מוֹת יוּמָת, deinde: וּנְקָבוֹ שֵׁם וַיָּמֹת, ubi reddunt: *qui profert nomen Jovae morietur — quia protulit nomen, morietur*, quum sententia potius sit: *qui maledicit nomini divino* cet. v. infra ad נָקַב) hoc nomen adeo sacrosanctum habebant, ut vel pronunciationem eius religioni sibi ducerent. Philo de vita Mosis III, p. 519 ed. Colon. ... *ὀνόματος ὃ*

*) Prima eius rei vestigia iam in ipso V. T. comparent Gen. XXXII, 30. Jos. V, 14. 15. Iud. XIII, 18, praeterea in eo quod a nonnullis argenteae aetatis scriptoribus יהוה prorsus fere abest. v. T. I. p. 97 B. 98 A.

μόνοις τοῖς ὦτα καὶ γλῶτταν σοφίᾳ κεκαθαρμένοις θέμις ἀκούειν καὶ λέγειν ἐν ἁγίοις, ἄλλῳ δ' οὐδενὶ τὸ παράπαν οὐδαμῶς. Ibid. p. 529· *εἰ δέ τις οὐ λόγῳ βλασφημήσειεν εἰς τὸν ἀνθρώπων καὶ θεῶν κύριον, ἀλλὰ καὶ τολμήσειεν ἀκαίρως αὐτοῦ φθέγξασθαι τοὔνομα, θάνατον ὑπομενάτω τὴν δίκην.* Joseph. Archaeol. II, 12 §. 4: *ὁ θεὸς αὐτῷ σημαίνει τὴν ἑαυτοῦ προσηγορίαν ..... περὶ ἧς οὐ μοὶ θέμις εἰπεῖν.* Talmud. Sanhedr. c. 2 fol. 90, 1: אף החוגה את השם באותיותיו אין לו חלק בעולם הבא *etiam qui pronunciat nomen* (Dei) *suis litteris, non est ei pars in seculo futuro.* Maimonides in libro Jad chasaka c. 14 §. 10: ואומר את השם בכתבו והוא השם המהגה ניוד הא ויו הא וזה הוא השם המפרש האמור בכל מקום ומדיבוק אינרים אתו בכנויו הוא באלף דלת שאין מזכירין את השם בכתבו אלא במקדש בלבד ובשבת שמעון הצדיק פסקו הכהנים מלברך בשם המפרש אפילו במקדש כדו שלא ילמוד אותו אדם שאינו חשוב ושאינו הגון i. e. *pronunciat* (sacerdos in templo) *nomen secundum scripturam eius, atque hoc est illud quod effertur per Jod, He, Vav, He, quod Schem hammephorasch dicitur. In omni loco et provincia efferunt illud per cognomen eius, videlicet* אד, *neque enim pronunciant nomen illud secundum scripturam eius, nisi in templo tantum. At ex quo mortuus est Simeon Justus, desierunt sacerdotes benedicere per nomen illud, etiam in ipso templo, ne illud disceret homo, qui non esset honestus et bonae existimationis.* Id. More Nebochim 1, 61: *nomen hoc non pronunciabatur, nisi in sanctuario et quidem a sacerdotibus Dei sanctificatis in benedictione sacerdotali et a pontifice ipso die ieiunii.* Theodoret. quaest. 13 in Exod. *τοῦτο δὲ* (*ὄνομα*) *παρ' Ἑβραίοις ἄφραστον ὀνομάζεται· ἀπείρηται γὰρ παρ' αὐτοῖς διὰ τῆς γλώττης προφέρειν.* Euseb. praep. evang. II, p. 305. Vide plura ap. Relandum, Decade dissert. p. 47 sqq. 173 sqq. 423. Ubicunque igitur in libris sacris nomen illud *ἄῤῥητον* legebatur, pro eo attributum Dei (כנוי) אֲדֹנָי efferre, eamque ob causam post puncta inventa in codicibus, qui vocalibus ornati essent, vocales nominis אֲדֹנָי more in lectionibus masoreticis recepto quatuor litteris יהוה substernere solebant: ita quidem, ut prima littera Jod Schwa simplici, non composito muniretur (יְהוָה, non יֱהוָה *), reliqua puncta omnia ad vocabulum אדני accommodarentur. Hoc ita se habere, apparet etiam ex his: a) cum praefixis ב, ל, ו, מ, non scriptum est בִּיהוָה, לִיהוָה, וַיהוָה, מַיהוָה, ut alibi בִּירוּשָׁלַם, sed ubique cum Patach בַּיהוָה Ps. XI, 1. XXVI, 1. XXXII, 10. 11. XXXIII, 1. XXXVII, 3. LXIV, 11, לַיהוָה Ps. VII, 1. XIII, 6. XVI, 2. XVIII, 1. XXIV, 1. XXVII. 6. XXXI, 25. XXXII, 5. XXXIII, 2, וַיהוָה XXXIV, 18, מֵיהוָה XXXIII, 8. XXXVII, 39, ut in בַּאדֹנָי, לַאדֹנָי, מֵאדֹנָי. b) in litteras בגדכפת post nomen יהוה Dagesch lene immissum est (Ps. I, 6: יֹדֵעַ יְהוָה דֶּרֶךְ. II, 11. XI, 4. XII, 2. 8. LXIX, 17), quod flagitabat forma אֲדֹנָי, cuius Jod consonans est, non admisisset He quiescens in יְהוָה, si hoc suis ipsius vocalibus munitum fuisset. c) ubicunque in textu est אדני יהוה, scriptum exstat אֲדֹנָי יְהוִה Jes. XXVIII, 16. XXX, 15. XLIX, 22. LII, 4. Ez. II, 4. III, 11. 27. V, 5. 7. 8. VI, 3. VII, 2. Am. III, 11. V, 3. Ne enim bis pronunciandum ipsis esset *Adonai*, pro יהוה in hac compositione efferebant *Elohim*, nomenque tetragrammaton vocis אֱלֹהִים vocalibus ornabant. Illam autem sive legem sive superstitionem, qua Judaei a nomine divino efferendo abstinerent, iam nonnullis ante Christum seculis invaluisse, ex eo apparet, quod LXX. interpretes nunquam non יהוה ὁ *Κύριος* reddunt, ut alibi אֲדֹנָי: similemque rationem sequuntur Samaritani, qui pro יהוה שיבא i. e. *nomen* efferre solent (Reland de Samaritanis §. 12. Huntington epist. 33). — Singula argumenta, quibus modo probavimus tetragrammaton non suis, sed alienis vocalibus scriptum esse, accuratius exposita et vindicata habes in Drusii, S. Amamae, Cappelli, Buxtorfii, Altingii dissertationibus, quas una cum adversariorum (Gatackeri, Fulleri, Leusdenii) opusculis collectas exhibet H. Relandus, Decade exercitationum philologicarum de vera pronunciatione nominis Jehova. Traj. ad Rhenum 1707. 8. In eorum argumentis, qui יְהוָה genuinas sibique proprias vocales habere censent, nullum est, quod aliquam ne dicam vim ad persuadendum sed veritatis tamen speciem habeat, praeter hoc, quod prior tetragrammati pars, quae saepe in nominibus propriis comparet, יְהוּ effertur, ut יְהוֹנָתָן, יְהוֹחָנָן al. (v. Michaëlis Suppl. p. 524 **) Meyer Blätter f. höhere Wahrheit XI, p. 306), sed etiam hanc formam ex ea nominis יהוה pronunciatione, quae maiore suo iure genuina habetur, explicari posse, infra videbimus.

II.

Quodsi igitur vocales vocis יְהוָה alinnde arcessitae sunt, iam porro quaerendum est, *quibus tandem vocalibus hoc nomen pronunciandum sit?* quod orali tantum institutione, caque paullulum arcana, Rabbinorum discipulis traditum esse narrat Maimonides, More nebochim 1, 62: צוונו בברכת הכהנים ובזה שם יי בכתבו אשר הוא שם המפרש ולא היה נודע אל כל אדם איך יהיה הדבור בו ובאיזה תנועה ינעי כל אות באותיותיו או אם ידגש קצת אותיותיו אם היתה אות מקבלת דגשות אבל אנשי החכמה היו מוסרים אותו זה לזה רוצה לומר חואר הדבור בו ולא היו מלמדים אותו לאדם אלא להלמיד הגון

*) Cabbalisticis rationibus hoc tribuit Asarias in Meor Enaim c. 6 fol. 42. „Quod Jod habet Scheva simplex .... parum interest, cum Scheva ab initio vocis apud priscos instar Λ rapti h. e. Cateph-patach pronunciatum fuerit. Vel etiam fieri potest, ut compendii caussa ita scripserint, quia crebberrime in sacris litteris occurrit.“ Buxtorf ap. Reland. l. c. p. 393. Fortasse יְהוָה tum demum scribebant pro יַהְוֶה, postquam puncta illa vocalia cum litteris iam in unum coalescere coeperant.

**) „Ex consueta sententia nomini ab הוה fuit ducto, tria tempora insunt, Jod ex futuro petito (quod quidem dubio caret), Cholem ex participio, quo praesens tempus indicant Hebraei, et Kamez ex praeterito, ut eum designet *qui idem semper fuit, est, eritque*: cui sententiae et meum, si quis est, calculum adiecerim.“

פעם אחת בשבוע *mandatum accepimus de benedictione sacerdotum et cum ea de pronunciando nomine Dei secundum scripturam eius i. e. de Schem hammephorasch. Non constabat autem cuilibet homini eius pronunciatio, qua vocali singulae litterae essent efferendae, an littera aliqua esset dagessanda i. e. an reciperet duplicationem. Sed viri sapientes tradebant sibi invicem, volo dicere, modum pronunciationis. Non docebant autem ullum hominem nisi discipulum honestum, idque semel in septimana.* E scriptoribus Graecis tum profanis tum ecclesiae patribus plerique numen Hebraeorum *IAΩ* appellatum fuisse memoriae produnt, pauciores *IEYΩ*, *IAOY*, unus Theodoretus addit, Samaritanorum pronunciationem fuisse *IABE*. Diod. Sic. 1, 94: *παρὰ μὲν γὰρ Ἑβραίοις Ζαθραίσκην ἱστοροῦσι τὸν ἀγαθὸν δαίμονα προσποιήσασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι .... παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν ΙΑΩ ἐπικαλούμενον θεόν.* (Quod Hengstenbergius de authentia Pentat. I, pag. 227 etiam Plutarchum symp. IV probl. 5 laudat, qui Iudaeorum deum *IAΩ* appellet, falsum est. Licet enim probl. 6 de Iudaeorum deo disputetur, nomen eius non memoratur). Porphyrius ap. Euseb. praep. evang. 10, 11: *ἱστορεῖ δὲ τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα ..... Σαγχωνιάθων ὁ Βηρύτιος εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἰερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ ΙΕΥΩ.* Tzetzes Chiliad. 7, 126: *ἑβραϊκῶς τὸ ΙΑΩ ἄῤῥητον σημαίνει.* Hesych. Ὀζείας [עזיה], *ἰσχὺς Ἰαώ*, id. Ἰωαθάμ, *Ἰαὼ συντέλεια.* Clemens Alex. Strom. V p. 666 Oxon. *ἀτὰρ καὶ τὸ τετράγραμμον ὄνομα τὸ μυστικὸν, ὃ περιέκειτο οἷς μόνοις τὸ ἄῤῥητον βάσιμον ἦν. λέγεται δὲ ΙΑΟΥ* (Cod. Turin. ap. Didym. Taurin. p. 32 *ἰὰ οὲ*, quod accurate imitatur יהוה), *ὃ μεθερμηνεύομενον ὁ ὢν καὶ ὁ ἐσόμενος.* Origenes in Dan. T. II p. 45: *Ἰερεμίας ... ἑρμηνεύεται μετεωρισμὸς Ἰαώ.* Irenaeus adv. haeres. 2, 66: vocabulum Jaoth (lege *Jaoh*) extensa cum aspiratione novissima syllaba mensuram praefinitam manifestat. Hieron. in Ps. VIII: *Prius nomen Domini apud Hebraeos quatuor litterarum est, Jod, He, Vav, He, quod proprie dei vocabulum sonat et legi potest* Jaho (ita vett. editiones, recentiores male *Jehova*), *et Hebraei ἀῤῥήτον id est ineffabile opinantur.* Theodoret. quaest. 15 in Exod. (T I p. 133 Hal.) *καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται ΙΑΒΕ, Ἰουδαῖοι δὲ Λία* (= אֲהָיֶה) cod. Aug. *Ἰά.* Epiphanius haer. 20 (40) T. I p. 296 Petav. haec Dei nomina recenset: *Ἠλὶ, Ἐλωὶ, Ἰσραὴλ* (?), *Σαβαὼθ, Ἑλλιών, Ῥαββωνὶ, Ἰὰ, Ἀδωναῖ, ΙΑΒΕ*, et paulo post *ΙΑΒΕ* declarat: *ὃς ἦν καὶ ἔστι καὶ ἀεὶ ὤν*, laudatis verbis Ex. III, 14. Apud Gnosticos *ΙΑΩ* Iudaeorum deus mox in aeonum numero recensetur (Iren. 1, 34. Epiphan. haer. 26) et propterea in gemmis una cum *Ἀβρασάξ, Ἀδωνί, Σαβαώθ* comparet (v. *Matter* histoire du gnosticisme tab. 8—10. Bellermann über die Gemmen der Alten mit dem Abraxasbilde, fasc. I. II. Berlin 1817. 1818. 8.): gnostici etiam hominis fetus esse videtur illud Clarii Apollinis oraculum a Macrobio (Sat. 1, 18) laudatum, ex quo hic, *Ἰαώ* solem fuisse, conficit:

φράζεο τὸν πάντων ἕνατον θεὸν ἔμμεν ΙΑΩ
χείματι μὲν τ' ἄϋδην, Λία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο
ἠέλιον δὲ θέρους, μεσομήρην δ' ἄβρὸν ΙΑΩ,

(v. Jablonski Panth. aegypt. 1, 250 sqq.).

Horum igitur scriptorum auctoritatem secuti multi e recentioribus יַהְוֶה *Jahvo* (*Ἰαώ*) pronunciandum censuerunt, ut sit nomen formae יַעְקֹב. Sed obstant tamen grammaticae rationes, quum huiusmodi formam certe in nomine vere hebraeo a verbo הָיָה ducto vix reperias: neque ista Graecorum auctoritas ita magni momenti esse videtur, praesertim cum litterae יהוה vocalibus carentes vix aliter pronunciari possent, quam *Jaoh* (v. Iren.), *Ἰαώ, Ἰαού* (ו = *ου*), *Ἰευώ* (ה = ε). Magis igitur placent, qui (quod cum Samaritanorum pronunciatione a Theodoreto laudata convenit) יַהְוֶה efferendum existimant, quae forma tum eo commendatur, quod formae deeurtatae ex ea facillime explicantur (ex יַהְוֶה fit יָהְוֶ, ut יְהוָה, יְהִי, יֶהְיֶה, יְהֹוָה; inde abiecto Vav tono carente יֶהְ; et ex eodem fonte oritur etiam יְהוֹ pro יַהְוֹ = יַהְוֶ, v. Hitzig ad Jes. p. 4): tum eo quod grammaticis rationibus et origini in ipso V. T. (Exod. III, 14) propositae egregie accommodata est. Postquam enim Moses a Deo petiit, ut nomen suum sibi indicaret, hic respondet: אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה וַיֹּאמֶר כֹּה תֹאמַר לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶהְיֶה שְׁלָחַנִי אֲלֵיכֶם, quibus verbis primum significatur יהוה idem esse quod יַהְוֶה, pro qua tertia persona Jehova de se loquens prima utitur (LXX. *ἐγώ εἰμι ὁ Ὤν ..... ὁ Ὤν ἀπέσταλκέ με*); dein hoc non simpliciter *cum* esse *qui sit*, quod quam frigidum sit, nemo non videt, sed emphatice *qui semper idem sit* i. e. *immutabilem, aeternum.* Atque huic et significationi et origini (Gr. Venet. barbare: *ἡ ὀντότης*) etiam alibi in Vetere et N. T. alluditur (Mal. III, 6: אֲנִי יְהוָה לֹא שָׁנִיתִי. Hos. XII, 6: יְהוָה זִכְרוֹ *Jova* i. e. immutabilis est *nomen eius.* Apoc. 1, 4. 8 cf. nobilissimam inscriptionem in Isidis templo Saïtico: *Ἐγώ εἰμι τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον* Plut. de Isid. et Osir. cap. 9) linguaeque rationibus nihil accommodatius est, si modo statuimus, יַהְוֶה (v. supra) esse derivatum futuri Kal a הָוָה, quae est forma antiquior pro הָיָה, ut יָבֹן, יָצָק al. In hac igitur explicatione antiquitus recepta (v. supra Clem.) Alex. et Epiphanium acquiesci potest *), eo magis quum oleum fere et operam perdidisse censendi sint,

*) Unam addere liceat coniecturam iis maxime non displiciturum, qui illud etymon nimis subtile, reconditum et ab Hebraeorum antiquiorum ingenio alienum censuerunt, ut Roppe (ad Exod. l. c. in Pottii syll. IV p. 59), Bohlenius (ad Gen. p. 103), Vatkius, theol. bibl. p. 671. Quid enim si statuamus, יְהוָה esse potius a fut, Hiph. (ut יַבְהָ) et *cum* significare: *qui existere facit* i. e. *creatorem*, vel secundum primariam verbi potestatem (p. 370) *cum qui vitam dat* i. e. יַהְוֶה? — Ceterum eximium argumentum, quo probetur etymon nominis יהוה a הוה = הָוָה fuit, exstat in duobus nominibus יְהוֹאָא et יְהוֹשֻׁעַ pro יְהוֹהוּאָא et יְהוֹשֻׁעַ vel potius pro יְהֹוָהוּאָא, יְהֹוָהוֹשֻׁעַ. Ex his enim apparet, pro יַהְוֶה etiam dici potuisse יְהוָה, v. infra יְהוֹאָא, יְהוֹשֻׁעַ.

qui peregrinam huic vocabulo originem vindicare vellent. Nam neque in Phoenicia (*Ἰευώ* apud Philonem Bybl. l. c. est ipse Hebraeorum יהוה) neque in Aegypto vetere (*Ἰαώ* Gnosticorum itidem est יהוה Veteris Testamenti) vestigia eius reperta sunt: neque eorum opinio, qui et יהוה et *Jovis* (unde *Ju*-piter) ex antiquissimo quodam fonte orientali fluxisse coniecerunt, magna veri specie gaudet: *Jovis* enim teste Varrone de ling. lat. 5, 20 ortum est ex *Diovis*, (ut *bellum* ex *duellum*), quod ex *Ζεύς*, *Διός* ortum esse admodum probabile est. Licet igitur inter *Jehova* et *Jov*-is aliqua similitudo intercedat, nulla fere est inter יַהְוֶה et *Ζεύς*, *Διός*, *Diovis*. Cf. Tholuck über den Ursprung des Namens Jehova aus Aegypten und Indien, Litt. Anzeiger 1832 p. 212 sqq. Hengstenberg Authentie des Pentateuchs I p. 204 sqq. Singularem *Gesneri* (de laude Dei per septem vocales, Comment. Gotting. ad annum 1751. T. I p. 245) hypothesin, qui ex loco (male intellecto) libri *περὶ ἑρμηνείας* (§. 71: *ἐν Αἰγύπτῳ .... τοὺς θεοὺς ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς*) colligere volebat, summi numinis nomen *IEHΩOYA* iam ab Aegyptiorum sacerdotibus in templo decantatum esse, explosit *Didymus Taurinensis*, de pronunciatione divini nominis quatuor litterarum, Parmae 1799 p. 72 sqq. cf. eiusd. literaturae copticae rudimentum p. 44. Ne hoc quidem certo effici potest, Hebraeorum numen antiquitus etiam ab aliis populis cultum esse: nam neque quae Gen. XIV, 18. XX, 3 sqq. narrata sunt, neque Hierombali, sacerdotis *τοῦ Ἰευώ* mentio apud Porphyrium (v. supra) quicquam probant, nedum illud quod nomina propria cum *Jo*, *Ja* composita passim etiam gentilibus tribuuntur (v. Hamakeri miscell. Phoen. p. 174. 175. Lindberg apud Falbium, sur l'emplacement de Carthage p. 103, et contra Monum. nostra Phoenicia p. 181).

III.

Quid nomen proprium יהוה differat ab הָאֱלֹהִים et אֱלֹהִים de *vero Deo* usurpatis, iam supra (p. 97 B. 98 A) breviter exposuimus. His quae ibi dicta sunt, addendum, in libris prophetarum fere solum יְהוָה utpote sanctius augustiusque nomen reperiri, אֱלֹהִים absol. de summo Deo rarissimum esse, et non nisi in certis quibusdam formulis (max. in genit.) adhiberi, ut Jes. XIII, 19 (et ita Jer. L, 40. Am. IV, 11 cf. Gen. XIX, 29). LIII, 4. — Jer. XXXV, 4 (אִישׁ אֱלֹהִים, v. infra). Ezech. I, 1. XL, 2. Hos. IV, 1. VI, 6 (ubi דַּעַת אֱלֹהִים cognitio Dei, aptior erat quam דַּעַת יְהוָה). XII, 5 (ex Gen. XXXII, 25). Mich. III, 7. Zach. VIII, 23 (אֱלֹהִים עִמָּכֶם). XII, 8 (כַּאלֹהִים כְּמַלְאַךְ יְי). Mal. III, 15 (deum tentare) 18. Contra in solennioribus formulis, maxime prophetarum, *nunquam non* יְהוָה ponitur, v. c. כֹּה אָמַר יְהוָה, in prophetis sexcenties, praeterea Exod. IV, 22. VII, 17. 26. VIII, 16. IX, 1. 13. X, 3. XI, 4. XXXII, 27. 1 Sam. XV, 2. 2 Sam. VII, 8. XII, 7. 11. 1 Reg. XIII, 21. XIV, 7. XVII, 14. XX, 13. 2 Reg. I, 4. 6. 16. II, 21. III, 16. 17 al. (nunquam נְאֻם הָאֱלֹהִים); נְאֻם יְהוָה persaepe in prophetis, praeterea Gen. XXII, 16. Num. XIV, 28. 1 Sam. II, 30. 2 Reg. IX, 26. XIX, 33. XXII, 19. Ps. CX, 1 (nunquam נְ' אֱלֹהִים); אֲנִי יְהוָה Ex. VI, 2 (וַיְדַבֵּר אֱלֹהִים וַיֹּאמֶר אֵלָיו אֲנִי יְהוָה). 6. 7. 8. VIII, 18. XII, 12. XIV, 4. 18. XV, 26. XVI, 12. XX, 2. 5. XXXI, 13. Lev. XI, 44. 45. XVIII, 2. 4. 5. 6. 21. 30. XIX, 2. 3. 4. 10. 12. XXI, 8. XXII, 2. 8. 9. 30. 31. 32. Jes. XLIII, 11. 15. XLIV, 24. XLV, 3. 5—7. 18. 19. 21. XLVIII, 17. XLIX, 23. 26. LX, 16. Jer. XXIV, 7. Ez. XI, 10. 12 et saepe (nunquam אֱלֹהִים); in iurandi formula חַי יְהוָה 1 Sam. XIV, 39. 45. XX, 3. XXV, 26. 34. XXVI, 10. 16. 2 Sam. IV, 9. XII, 5. XIV, 11. 1 Reg. I, 29. II, 24. XVII, 1. 12. XXII, 14. 2 Reg. II, 4. 6. III, 14. Jer. IV, 2. V, 2. XII, 16. XVI, 14. XXIII, 7. XXXVIII, 16. XLII, 7. XLIV, 26 (nunquam אֱלֹהִים, etiam in iis capitibus, in quibus hoc nomen creberrimum est, v. 1 Sam. XIV, 45). Etiam in his locutionibus יְהוָה pro peculiari indole sua multo frequentius est: דְּבַר יְהוָה, (דִּבְרֵי יְהוָה) Gen. XV, 1. 4. Ex. IV, 28. IX, 20. 21. XXIV, 3. 4. Num. XI, 24. XV, 31. Deut. V, 5. Jos. VIII, 8. 27. 1 Reg. VI, 11. XII, 24. XVII, 2. 5. 8. 2 Reg. I, 17. III, 12. VII, 1. Jes. I, 10. XXVIII, 13. 14. XXXVIII, 4. XXXIX, 8. LXVI, 5. Jer. I, 2. 4. 11. 13. II, 1. 4. VI, 10. VIII, 9. XIV, 1. XX, 8. XXII, 2. XXIX, 30. XLII, 7. XLIII, 8. Ez. I, 3. VI, 1. 3. XXXVI, 4. Hos. I, 1. IV, 1. Joel I, 1. Mich. I, 1. IV, 2. Zeph. I, 1. II, 5. Zach. VII, 4. Ps. XXXIII, 4. 6 al. (דְּ אֱלֹהִים 1 Sam. IX, 27. 1 Par. XVII, 3. XXVI, 32. XXV, 5.); שֵׁם יְהוָה (etiam in iis capitibus, quae alias Elohim in deliciis habent, v. 2 Sam. VI, 2) Gen. IV, 26. XII, 8. XIII, 4. XVI, 13. XXI, 33. XXVI, 25. Ex. XX, 7. XXXIII, 19. XXXIV, 5. Lev. XXIV, 16. Deut. V, 11. XVIII, 5. 7. 22. XXI, 5. XXVIII, 10. XXXII, 3. Jos. IX, 9. 1 Sam. XX, 42. 2 Sam. VI, 2. 1 Reg. V, 19. VIII, 20. X, 1. XVIII, 24. XXII, 16. 2 Reg. V, 11. Jes. XXIV, 15. XXX, 27. XLVIII, 1. L, 10. LIX, 19. LX, 9. Ps. VII, 17. XX, 8. CXIII, 1. 2. 3. CXVI. 4. 13. CXVIII, 10. 11. 12. 26. Prov. XVIII, 10. Iob. I, 21 (שֵׁ' אֱלֹהִים semel Ps. LXIX, 31); יַד יְהוָה Exod. IX, 3. XVI, 3. Num. XI, 23. Deut. II, 15. Jos. IV, 24. XXII, 31. Iud. II, 15. 1 Sam. V, 6. VII, 13. XII, 15. 2 Sam. XXIV, 14. 1 Reg. XVIII, 46. 2 Reg. III, 15. Jes. XXV, 10. XL, 2. XLI, 20. LI, 17. LIX, 1. LXVI, 14. Jerem. LI, 7. Ez. I, 3. III, 14. 22. VIII, 1. XXXVII, 1. XL, 1. Ps. LXXV, 9 (in quo quidem carmine Deus alibi est *Elohim*). Prov. XXI, 1. Iob. XII, 9 (quum in poëtica huius libri parte nominis יְהוָה praeterea nullus usus sit). (יַד אֱלֹהִים 1 Sam. V, 11. Eccl. II, 24. IX, 1, יַד אֵל, יַד אֱלוֹהַּ Iob. XIX, 21. XXVII, 11); פִּי יְהוָה Ex. XVII, 1. Lev. XXIV, 12. Num. III, 16. XXXIX. 4. 37. 41. 45. IX, 18. 20. 23. XIII, 3. XIV, 41. XXXIII, 2. 38. XXXVI, 5. Deut. I, 26. 43. VIII, 3. IX. 23. XXXIV, 5. Jos. XV, 13. XIX, 50. XXI, 3. 1 Sam. XII, 14. 15. 1 Reg. XIII, 26. 2 Reg. XXIV, 3. Jes. XL, 5. LVIII, 14. LXII, 2. Jerem. XXIII, 16. Mich. IV, 4 (nunquam פִּי אֱלֹהִים); עֵינֵי יְהוָה Gen. VI, 8. XXXVIII, 7. 10. Lev. X, 19. Num. XXIV, 1. XXXII, 13. Deut. VI, 18. IX, 18. XII, 25. 28. XIII, 19.

XVII, 2. XXXI, 29. Iud. III, 7. 12. IV, 1 cet. 1 Sam. XII, 17. XXVI, 24. 2 Sam. XI, 27. 1 Reg. XI, 6. XIV, 22. XV, 5. 11. 26. XXII, 53. 2 Reg. III. 2. 18. Jes. XLIX, 5. Jer. LII, 2. Am. IX, 8. Ps. XXXIV, 16. CXVI, 15. (כ׳ אֱלֹהִים Num. XXIII, 27. Prov. III, 4); קוֹל יְהוָה Ex. XV, 26. Deut. V, 22. VIII, 20. XIII, 19. XV, 5. XVIII, 16. XXVI, 14. XXVII, 10. XXVIII, 1. 2. 15. 45. XXX, 8. 10. 1 Sam. XII, 15. XXVIII, 18. 1 Reg. XX, 36. 2 Reg. XVIII, 12. Jer. III, 25. VII, 28. XXVI, 13. XXXVIII, 20. XLII, 21. XLIII, 4. 7. XLIV, 23. Zach. VI, 15. Ps. XXIX, 3 — 5. 7 — 9. CVI, 25. Dan. IX, 10 (ק׳ אֱלֹהִים Deut. IV, 33, pl. Exod. IX, 28); כְּבוֹד יְהוָה Ex. XVI, 7. 10. XXIV, 16. 17. XL, 31. 35. Lev. IX, 6. 23. Num. XIV, 21. XVI, 19. XVII, 7. 1 Reg. VIII, 11. Jes. XXXV, 2. XL, 5. LVIII, 8. LX, 1. Ez. I, 28. III, 12. X, 4. XLIII, 4. 5. XLIV, 4. Ps. CIV, 31. CXXXVIII, 5 (כ׳ אֱלֹהִים Prov. XXV, 2, כ׳ אֵל Ps. XIX, 2); אַף יְהוָה Num. XI, 10. 33. XII, 9. XXV, 3. XXXII, 10. 13. 14. Deut. VI, 15. VII, 4. XI, 17. XXIX, 19. 26. Jos. VII, 1. Iud. II, 14. 20. III, 8. X, 7. 2 Sam. VI, 7. XXIV, 1. 2 Reg. XXIV, 20. Jes. V, 25. Jer. XII, 13. XXIII, 20. XXX, 24. LI, 45. LII, 3. Zeph. II, 2. 3. Ps. CVI, 40. Thren. II, 22 (bis אַף אֱלֹהִים Num. XXII, 22. Ps. LXXVIII, 31); — עֶבֶד יְהוָה Jos. I, 1. 13. 15. VIII, 31. 33. XI, 12. XII, 6. XIII, 8. XIV, 7. XXII, 4. 5. XXIV, 29. Iud. II, 8. 2 Reg. XVIII, 12. Jes. XLII, 19. LIV, 17. Ps. XVIII, 1. XXXVI, 1. CXIII, 1. CXXXIV, 1. CXXXV, 1 (עֶבֶד הָאֱלֹהִים bis in libris recentioribus Dan. IX, 11. Neh. X, 30); נִלְאָה יְ Gen. XVI, 9. 10. 11. XXII, 11. 15. Exod. II, 2. Num. XXII, 22. 23. 26. 27. 31. 34. 35. Iudd. II, 1. 4. V, 23. VI, 11. 12. 21. 22. XIII, 3. 15. 18. 20. 21. 1 Sam. XXIX, 10. 2 Sam. XXIV, 16. 1 Reg. XIX, 7. 2 Reg. I, 3. 15. Jes. XXXVII, 36. Hagg. I. 13. Zach. I, 11. 12. III, 5. 6. XII, 8. Ps. XXXV, 5 (sed נ׳ אֱלֹהִים Gen. XXI, 17. XXVIII, 12. XXXI, 11. XXXII, 2. Ex. XIV, 19. Iud. VI, 20. XIII, 6. 9. 2 Sam. XIV, 17); נָכְשְׁלָה יְהוָה 1 Sam. XXIV, 7. 11. XXVI, 9. 11. 23. 2 Sam. I, 14. 16. XIX, 22. Ps. II, 2. Thren. IV, 20 (נ׳ אֱלֹהֵי יַעֲקֹב 2 Sam. XXIII, 1); נִגְּעוֹת יְ Lev. IV, 2. 13. 22. 27. V, 17. Num. XV, 39. Deut. X, 13. XI, 27. 28. XXVIII, 9. 13. Iud. II, 17. III, 4. Ps. XIX, 9. Neh. X, 30 (in quo libro regnat Elohim); הוֹעֲבַת יְהוָה Deut. XII, 31. XVII, 1. XVIII, 12. XXII, 5. XXIII, 19. XXV, 16. XXVII, 15. Prov. III, 32. XI, 1. 20. XII, 22. XV, 8. 9. 26. XVI, 5. XVII, 15. XX, 23 (nunquam ת׳ אֱלֹהִים); בֵּית יְהוָה Jos. VI, 24. 1 Sam. I, 7. 2 Sam. XII, 20. 1 Reg. III, 1. VI, 37. VII, 40. 48. 51. 1 Reg. X, 5 et saepe. Ps. XXIII, 6. XXVII, 4. XCII, 14 et ubique in prophetis (contra בֵּית אֱלֹהִים Gen. XXVIII, 17. 22. Ps. LII, 10. LV, 15. Dan. I, 2. 1 Par. XXII, 2 et ap. Nehemiam, quod ex horum scriptorum usu pendet; נִזְבַּח יְהוָה Lev. XVII, 6. Deut. XII, 27. XVI, 21. XXVI, 4. XXVII, 6. Jos. IX, 27. XXII, 19. 28. 29. 1 Reg. VIII, 22. XVIII, 30. 2 Reg. XXIII, 9 (כ׳ אֱלֹהִים Ps. XLIII, 4); תִּיכַל יְהוָה 1 Sam. I, 9. III, 3. 2 Reg. XXIII, 4. XXIV, 13. Jer. VII, 4. XXIV, 1. Zach. VI, 14. 15 cet. atque ita תּוֹרַת יְהוָה (ת׳ Jos. XXIV, 26), בְּרִית יְ, דֶּרֶךְ יְ, נַעֲשָׂה יְהוָה al. In iis formulis, quae pro natura sua utrumque Dei nomen admittebant, sunt: יִרְאַ יְהוָה Ps. XV, 4. XXII, 24. XXV, 12. CXV, 11. 13. CXVIII, 4. CXXVIII, 1. 4. CXXXV, 20. Jes. L, 10. Prov. XIV, 2, et יִרְאַ אֱלֹהִים Gen. XXII, 12. Exod. XVIII, 21. Deut. XXV, 18. Iob. I, 1. 8. II, 3. Eccles. VIII, 12, רוּחַ יְהוָה Iud. III, 10. XIV, 6. 19. XV, 14. 1 Sam. X, 6. XVI, 13. XIX, 9. 2 Sam. XXIII, 2. 1 Reg. XVIII, 12. 2 Reg. II, 16. Jes. XI, 2. LIX, 19. XL, 13. LXI, 1. LXIII, 14. Ez. XI, 5. Mich. III, 8, et רוּחַ אֱלֹהִים Gen. I, 2. XLI, 38. Exod. XXXI, 3. XXXV, 31. Num. XXIV, 2. 1 Sam. X, 10. XI, 6. XVI, 16. 23. XIX, 20. 23 (ubi hoc memorabile est, spiritum Dei Saulo salutarem 1 Sam. XVI, 13. 14 appellari רוּחַ יְ, contra malum illum spiritum, quo vexaretur, eodem capite appellari רוּחַ אֱלֹהִים 15. 16. 23; quanquam alibi etiam spiritus malus est רוּחַ יְהוָה רָעָה XIX, 9, et contra רוּחַ אֱלֹהִים in hoc libro etiam in bonam partem accipitur, v. supra); atque sic promiscue אֲרוֹן יְהוָה et אֲרוֹן אֱלֹהִים; הַר יְהוָה et הַר הָאֱלֹהִים ita fere distingui videntur, ut illud de Zione frequentetur Gen. XXII, 14. Num. X, 33. Jes. II, 3. Mich. IV, 2. Ps. XXIV, 3, hoc de Sinai monte Ex. III, 1. IV, 27. XVIII, 5. XXIV, 13. 1 Reg. XIX, 8. semel de montibus Basanitidis (Hermone) Ps. LXVIII, 16. In uno אִישׁ אֱלֹהִים q. d. *vir divinus*, ita constans est nominis *Elohim* usus, ut *Jchovae* nusquam ponatur (v. prae ceteris Jer. XXXV, 4, in quo libro *Elohim* absolute positum nonnisi semel praeter hunc locum comparet L, 40). Deut. XXXIII, 1. Jos. XIV, 6. Iud. XIII, 6. 1 Sam. II, 27. IX, 6. 7. 10. 1 Reg. XIII, 1. 4 — 7. 11. 12. 14. 21. 26 cet. XVII, 18. XX, 28. 2 Reg. I, 9. 12. 13. IV, 9. ib. 22. 27. V, 8. VII, 2. Ps. XC, 1.

De usu cunctarum, quae hactenus recensuimus, formularum dictum est sub vec., quibus vel יְהוָה vel אֱלֹהִים additum est. De una locutione

לִפְנֵי יְהוָה separatim nobis agendum est. Haec est 1) pr. *coram Jova* Gen. XVIII, 22. Exod. VI, 12. 30. XVI, 9. Ps. XCVI, 13. XCVIII, 9 (exultare coram Jova), XCV, 6 (adorare coram eo). 1 Sam. I, 12. 15; *in conspectu Jovae*, i. e. eo praesente, spectante, inspectante. Gen. XXVII, 7: *ut edam tibique benedicam* לִפְנֵי יְהוָה *sub oculis Dei* i. e. Jova praesente et teste. 1 Sam. XXIII, 18: *et* (Davides atque Jonathan) *foedus iunxerunt coram Deo*. Quandoquidem autem Jova in sanctuario habitare credebatur, *coram Jova* est a) *in tabernaculo sacro*, ibique in sancto (הֵיכָל) extra sanctum sanctorum. Ex. XXVII, 21: *in tabernaculo conventus extra aulaeum, quod legem abscondit, struat illud* (candelabrum) *Aharon cum filiis* לִפְנֵי יְהוָה. XL, 25: וַיַּעֲרֹךְ לִפְנֵי יְהוָה. Levit. IV, 6: *et sparsit sanguinem septies* לִפְנֵי יְהוָה אֵת־פְּנֵי פָּרֹכֶת הַקֹּדֶשׁ. Comm. 17. VIII, 26. Exod. XXXIV, 34 (semel in sancto sanctorum Exod. XXVIII, 35); b) *ante portam tabernaculi*,

ubi altare holocausti erat, saepe enim additur: פְּתַח אֹהֶל מוֹעֵד, לִפְנֵי נִשְׁכַּן יְ. Exod. XXIX, 11. 42. Lev. III, 1 (cf. 2). IV, 4. IX, 4 (cf. 5). XII, 7 (cf. 6). XIV, 11. 12. XVII, 4. c) *in templo* Jes. XXXVII, 14, *in atriis eius* 2 Reg. XVI, 14. Jes. XXIII, 18. Ez. XLVI, 3. 9. Est etiam d) *ante arcam foederis*, in qua numen quasi latere credebatur. Jos. IV, 13: עָבְרוּ לִפְנֵי יְ לַמִּלְחָמָה, cf. VI, 7.

2) translate i. q. בְּעֵינֵי יְהוָה *iudice Iova.* Deut. XXIV, 4: *abominatio coram Iova.* Jos. VI, 26: *maledictus coram Iova* (cf. 1 Sam. XXVI, 19). Ex. XXVIII, 38: *favor coram Iova.* Deut XXIV, 13: *iustitia coram Iova*, atque ita absol. in bonam partem: *probante Iova* quoniam ea tantum, quae placent, ante oculos ponimus, ut in formula הִתְהַלֵּךְ לִפְנֵי יְ vitam gerere Deo probatam (v. הָלַךְ), Gen. X, 9: *venator strenuus* לִפְנֵי יְהוָה *qualis Iovae placebat.* Ps. XIX, 15: *meditatio cordis mei* sit לְפָנֶיךָ *coram te* i. e. tibi probetur. Quae autem Iovae placent, ab eo etiam decernuntur. Ita Gen. VI, 13: *finis totius terrae* בָּא לְפָנַי *venit coram me* i. e. mihi placuit, a me decretus est. — Easdem fere significationes habet varior formula לִפְנֵי הָאֱלֹהִים a) *in conspectu Dei* i. e. in loco sacro, apud sacrarium Exod. XVIII, 12. Jos. XXIV, 1. Iud. XXI, 2, in solio divinitus constituto Ps. LXI, 8. b) *iudice Deo.* Gen. VI, 11: *et corrupta erat omnis terra coram Deo.* טוֹב לִפְנֵי אֱלֹהִים Deo placens Eccl. II, 26. VII, 26.

IV.

Saepe componitur cum aliis nominibus et attributis Dei, ut

1) יְהוָה אֱלֹהִים i. e. *Iova Deus* (per appositionem, minime, ut nonnulli voluerant, *Jehova deorum* sc. princeps, v. pag. 96 A), constans numinis appellatio in Geneseos capp. II. III, alibi rarior Exod. IX, 30. 2 Sam. VII, 22. 25. 1 Paralip. XXVIII, 20. XXIX, 1. 2 Par. I, 9. VI, 41. 42. XXVI, 18. Ps. LXXII, 18. Jon. IV, 6, addito art. יְהוָה הָאֱלֹהִים 1 Sam. VI, 20. 1 Paralip. XXII, 1 19. 2 Paralip. XXXII, 16. Longe crebberrima contra est haec compositio sq. genit., ut יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Jos. XIV, 14. XXIV, 2. 23. Ind. IV, 6. V, 3. 5. 1 Sam. II, 30. XIV, 41. XXV, 34. 1 Reg. I, 30. 48. VIII, 20. 25. Jes. XVII, 6. XXXVII, 21. Jer. XI, 3. XIII, 12 al. יְהוָה אֱלֹהֵי אֲבוֹתֶיךָ Deut. I, 21. VI, 3. XXVII, 3, יְהוָה אֱלֹהֵי הָעִבְרִים Ex. VII, 16. IX, 13, יְהוָה אֱלֹהֵי הַמַּיִם Gen XXIV, 7. Jon. I, 9, et c. suff. יְ אֱלֹהַי Ps. VII, 2. 3. XIII, 4, יְ אֱלֹהֶיךָ Ex. XX, 2. 5. XXIII, 19, יְ אֱלֹהָיו Num. XXIII, 21, יְ אֱלֹהֵיהֶם 1 Reg. VIII, 57. 59. 61. Jer. V, 19, יְ אֱלֹהֵיכֶם Levit. XVIII, 2. 4. XIX, 2. XX, 7 cet. יְ אֱלֹהֵיהֶם 1 Sam. XII, 9 et sexcenties. Raris tantum exemplis exstant haec: יְהוָה אֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 22, אֵל הָאֱלֹהִים יְהוָה Jos. XXII, 22, יְהוָה הָאֵל Jes. XLII, 5. Ps. LXXXV, 9, יְהוָה קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל Jes XLV, 11.

2) יְהוָה צְבָאוֹת v. צְבָא.

3) אֲדֹנָי יְהוָה (de punctis יְהוִה ab אֱלֹהִים petitis eorumque causa v. supra p. 576 B) primitus in solenni Dei compellatione, maxime precantium Deut. III, 24. IX, 26. Jos. VII, 7. Iud. VI, 22. 2 Sam. VII, 19. 20. 1 Reg. VIII, 53. praeterea saepissime in formula כֹּה אָמַר אדני יְהוִה Jes. XXVIII, 16. XXX, 15. XLIX, 22. LII, 4. Am. III, 11. V, 3 et נְאֻם אדני יהוה sexcenties ap. Ezechielem (p. 328 B). — Rarius est transpositum יְהוִה אֲדֹנָי Hab. III, 19. Ps. LXVIII, 21. CIX, 21. CXL, 8. CXLI, 8, it. הָאָדוֹן יְהוָה Ex. XXIII, 17.

Denique quaedam nomina propria cum יְהוָה composita sunt: 1) יְהוָה יִרְאֶה (Deus providet), nomen, quod Abrahamus Moriae monti dedit, quem Deus providerat i. e. elegerat (inde נִרְאָה־הָ q. v.) Gen. XXII, 14. — 2) יְהוָה נִסִּי *Iehova* est *vexillum meum*, quod nomen Moses altari a se exstructo imposuit Ex. XVII, 15. — 3) יְהוָה צִדְקֵנוּ *Iehova* est *salus nostra*, propheticum nomen Messiae Jer. XXIII, 6, et Hierosolymae XXXIII, 16. — 4) נִזְבַּח יְהוָה שָׁלוֹם ellipt. pro נִזְבַּח שָׁלוֹם (altare) *Iovae salutis.* שָׁלוֹם in hac formula est genit., ut in יְהוָה צְבָאוֹת. — 5) יְהוָה שָׁמָּה *Iova* est *ibi*, nomen propheticum Hierosolymae Ezech. XLVIII, 35.

יָהּ forma mere poëtica decurtata illa ex יַהְוֶה, vel potius ex genuina eius pronunciatione יַהְוֶה, unde per apocopen יָהּ (ut יִשְׁתַּחֲוֶה pro יִשְׁתַּחֲוֶ), dein abiecto ה tono carente יָהּ, v. supra pag. 577 B. Utraque haec forma promiscue usurpatur in fine multorum nomm. pr., ut אֲלָיָהוּ et אֵלִיָּה, יְשַׁעְיָהוּ et יְשַׁעְיָה, יִרְמְיָהוּ et יִרְמְיָה, ita quidem, ut littera extrema raphata sit. Ipsum יָהּ maxime frequentatur in formulis solennibus, ut הַלְלוּ־יָהּ *celebrate Iehovam!* Ps. CIV, 35. CV, 45. CVI, 1. 48. CXI, 1. CXII, 1. CXIII, 1. 9. CXV, 17. 18. CXVI, 19. CXVII, 2. CXXXV, 1. 21. CXLVI, 1. 10. CXLVII, 1. CXLVIII, 1. 4. CXLIX, 1. 9. CL, 1. 6. Praeterea e. g. Ps. LXXXIX, 9. XCIV, 7. 12. CVI, 1. 48. CXXII, 4. CXXXV, 1. Jes. XXXVIII, 11. Ex. XV, 2: עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *gloria mea et carmen* meum *est Iehova.* Ps. CXVIII, 14. Jes. XII, 2, ubi pro simplici יָהּ est יְהוִה יָהּ. Sed posterius omiserunt 17 codd. LXX. Vulg. Syr. Saad. et recte quidem, quum haec duo nomina non magis copulari posse videantur, quam Jovis Jupiter, Josua Jesus. Neque provocari potest ad Jes. XXVI, 4 et Ps. LXVIII, 5, in quibus יָהּ est praedicatum Beth pleonastico munitum (p. 174 B). Contra appositio est in יָהּ אֱלֹהִים Ps. LXVIII, 19. (Retinuerunt hoc vc. etiam Syri in paucis formulis doxologicis, ut ܝܗ̈ ܡܫܝܚܐ Iehovae gloria, Assem. bibl. orient. II, 230. III, 579).

Forma decurtata יְהוֹ (ex יַהְוֶה, יַהְוֵ, v. pag. 575) et quae inde contracta est יוֹ comparet in priore parte multorum nomm. propriorum. A יְהוֹ ordiuntur haec:

יְהוֹאָחָז m. (quem *Iehova prehendit* i. e. sustentavit) n. pr. 1) regis Israëlis 856—840 a. Chr. filii Iehu. 2 Reg. X, 35. XIII, 1—9. 2 Paralip. XXV, 17. XXXIV, 8. — 2) regis Iudae, filii Iosiae, qui

post trium mensium imperium ao. 611 a. Chr. a Nechone in Aegyptum abductus est 2 Reg. XXIII, 31—35. 2 Par. XXXVI, 1. Scribitur etiam יוֹאָחָז. LXX. Ἰωάχαζ.

יְהוֹאָשׁ (quem *Jehova donavit*, אָשׁ prob. a rad. inusit. אוּשׁ, Syr. donavit p. 56) n. pr. 1) regis Judae 877—38 a. Chr., filii Ahasjae. 2 Reg. XII, 1. 21. XIV, 13, quod etiam יֹאָשׁ scribunt, ibid. XI, 2. XII, 20. 2 Par. XXIV, 1 sqq. — 2) regis Israelitarum 840—25 a. Chr., filii Joahas. 2 Reg. XIII, 10—25, quod itidem contr. יוֹאָשׁ scribitur ibid. V. 9. LXX. Ἰωάς. Alii ubique יוֹאָשׁ scribuntur, v. h. v.

יְהוֹנָדָב (quem *Jehova donavit*) n. pr. trium virorum 1) 1 Par. XXVI, 4. 2) 2 Reg. XII, 22. 3) 2 Par. XVII, 18. Ex eo contractum est יוֹנָדָב q. v.

יְהוֹנָתָן m. (quem *Jehova donavit*, q. d. Θεοδώρος) n. pr. 1) praefecti militum Josaphati 2 Par. XVII, 15. XXIII, 1, aliorum 2) 2 Par. XXVIII, 12. 3) 1 Par. XXVI, 3. 4) Neh. XII, 13. 5) Neh. VI, 18. 6) Esr. X, 6, qui contr. יוֹחָנָן Neh. XII, 22. 23. 7) Esr. X, 28. 8) Neh. XII, 42. Vide infra יוֹחָנָן. Inde gr. Ἰωναθᾶς et Ἰωάννης.

יְהוֹעַדָּה (quem *Jehova respexit*) n. pr. 1) sacerdotis magnae auctoritatis in Samariae regno 2 Reg. XI, 4. 2) 2 Sam. VIII, 18. | XX, 23. 3) 1 Par. XXVII, 34. 4) 1 Par. XII, 27. Inde contr. יוֹעַדָּה q. v.

יְהוֹיָכִין (quem *Jehova constituit*) *Jojachin*, Jojakimi filius, rex Judaeorum a. 600 a. Chr. post trium mensium imperium a Nebucadnezare in exilium abductus 2 Reg. XXIV, 8—17. 2 Par. XXXVI, 9. 10. Jer. LII, 31. Idem nomen scribitur יוֹיָכִין Ez. I, 2, יְכָנְיָה Esth. II, 6. 1 Par. III, 16. 17. Jer. XXVII, 20. XXVIII, 4, יְכָנְיָהוּ (pro יְכָנְיָה) Jer. XXIV, 1 Chethibh, et כָּנְיָהוּ Jer. XXII, 24. 28. XXXVII, 1. LXX. Ἰωαχίν, Matth. I, 11: Ἰεχονίας (יְכָנְיָה).

יְהוֹיָקִים m. (quem *Jehova instituit*) n. pr. *Jojakim*, Josiae filius natu maior, prius אֶלְיָקִים dictus (q. v. p. 101) a Nechone rege institutus, a Nebucadnezare quidem devictus, sed post undecim annorum imperium (611—600) Hierosolymis mortuus 2 Reg. XXIII, 36. XXIV, 1. 2 Paral. XXXVI, 4—8. Jer. I, 3. XXII, 18. XXVI, 1. XXVII, 1. XXXV, 1. XXXVI, 1 auctore libro Danielis I, 1. 2 in exilium abductus.

יְהוֹיָרִיב et **יוֹיָרִיב** m. (quem *Jehova defendet*) n. pr. nobilis sacerdotis Hierosolymitani 1 Par. IX, 10. XXIV, 7. Esr. VIII, 16. Neh. XI, 10. XII, 6. 19. Inde gr. Ἰωαρίβ 1 Macc. II, 1.

יְהוֹנָדָב et **יוֹנָדָב** m. (quem *Jehova impulit*) n. pr. filii Rechab, nomadum Rechabitarum proavi, qui genti suae votum abstinentiae a vino imposuerat. 2 Reg. X, 15. Jer. XXXV, 6. V. יָנַב. 2) 2 Sam. XIII, 5 sq.

יְהוֹנָתָן et **יוֹנָתָן** m. (quem *Jehova dedit*, gr. Θεοδώρος) *Jonathan* n. pr. 1) filii Sauli, generosa erga Davidem amicitia insignis. 1 Sam. XIII. XIV. XVIII, 1 sqq. XX, 1 sqq. XXXI, 5 sqq. — 2) filii Abjathar, 2 Sam. XV, 27. 36. 1 Reg. I, 42. 43. — 3) 2 Sam. XXIII, 32. 1 Par. XI, 34. Nonnulli, qui hoc nomen gerunt, ubique יְהוֹנָתָן scribuntur: 1) filius Gersomi, sacrificulus idololatra Iud. XVIII, 30. 2) 2 Sam. XXI, 21. 1 Par. XX, 7. XXVII, 32. 3) 2 Par. XXVII, 25. 4) 2 Par. XVII, 8. 5) Jer. XXXVII, 15. 20. XXXVIII, 26. 6) Neh. XII, 18. Cf. יוֹנָתָן.

יְהוֹעַדָּה (quem *Jehova ornavit*) n. pr. viri 1 Par. VIII, 36, pro quo IX, 42 יַעְרָה.

יְהוֹעַדָּן n. pr. mulieris 2 Reg. XIV, 2 (in Chethibh יְהוֹעַדִּין). 2 Par. XXV, 1.

יְהוֹצָדָק et **יוֹצָדָק** (quem *Jehova iustum fecit*) n. pr. patris Josuae summi sacerdotis Hagg. I, 1. 12. Esr. III, 2. 8. V, 2.

יְהוֹרָם et **יוֹרָם** (quem *Jehova sustulit*, v. רוּם) *Joram*, n. pr. 1) regis Judaeorum (ab anno 891 ad 884 a. Chr.), filii Josaphat. 1 Reg. XXII, 51. 2 Reg. I, 17. VIII, 16—24. 2 Paralip. XXI, 2—20. 2) regis Israelitarum, ab anno 896 ad 884 a. Chr., filii Ahab. 2 Reg. I, 17. III, 1—VIII, 16. 3) sacerdotis 2 Par. XVII, 8.

יְהוֹשָׁבַע (cuius *sacramentum* est *Jehova* i. e. quae per Jehovam iurat, hunc colit, cf. אֱלִישֶׁבַע n. pr., filia Jorami regis, uxor Jojadae sacerdotis 2 Reg. XI, 2. quae 2 Par. XXII, 11 יְהוֹשֶׁבַעַת scribitur.

יְהוֹשֻׁעַ et **יְהוֹשֻׁעַ** m. (cuius *auxilium Jehova* est, cf. אֱלִישֻׁעַ, nostr. *Gotthilf*), *Josua*, n. pr., quod gerunt 1) Nuni filius, Mosis minister et armiger, deinde Israëlitarum dux et Mose mortuo eius successor Ex. XVII, 9 sqq. Num. XIV, 6 sqq. XXVII, 18 sqq. et in libri Josuae singulis fere capitibus. Aliquoties idem הוֹשֵׁעַ appellatur Num. XIII, 8. 16. Dent. XXXII, 44 (ubi fortasse הוֹשֵׁעַ appellandum est), in recentioribus Libris יֵשׁוּעַ q. v. LXX. Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ. 2) sacerdos summus, Serubabelis aequalis. Zach. III, 1. VI, 11. Hagg. I, 1. 12, qui et ipse יֵשׁוּעַ appellatur, q. v. 3) 1 Sam. VI, 14. 18. 4) 2 Reg. XXIII, 8. LXX. Ἰησοῦς. Vulg. Josua.

יְהוֹשָׁפָט (quem *Jehova iudicat* i. e. cuius causam agit) *Josaphat* 1) rex imperii Judaici, anno 914—889 a. Chr., Asae filius 1 Reg. XXII, 41—51. 2 Par. XVII—XX, qui valli cognomini Hierosolyma inter et montem olivarum sitae עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט nomen dedisse videtur, quanquam id non disertis verbis traditur. Joël IV, 2. 12. 2) cancellarius regis Davidis 2 Sam. VIII, 16. XX, 24. 3) sitarchus Salomonis 1 Reg. IV, 17. 4) pater Jehu regis 2 Reg. IX, 2. 14.

A forma magis contracta יו ordiuntur haec:

יוֹאָב (cuius *pater Jehova* est) *Joabus* 1) filius Zerujae, sororis Davidis, Davidis igitur nepos, regii exercitus dux. Davide mortuo iussu Salomonis interfectus.

2 Sam. II. X. XI. XIV. XIX. XX. 1 Reg. I. II. 1 Par. XX. XXI. 2) 1 Par. IV, 14. 3) Esr. II, 6. VIII, 9. Neh. VII, 11.

יוֹאָח (cuius *frater* i. e. adiutor *Jehova* est) *Joachus*, n. pr. 1) filii Asaph, cancellarii Hiskiae 2 Reg. XVIII, 18. Jes. XXXVI, 3. 2) cancellarii Josiae regis 2 Par. XXXIV, 8. 3) 1 Par. VI, 6. 2 Paral. XXIX, 12. 4) 1 Par. XXVI, 4.

יוֹאָחָז v. יְהוֹאָחָז.

יוֹאֵל (cui *Jehova* est *deus* i. e. cultor Jehovae) n. pr. *Joël*, 1) propheta, Pethuelis filius. Joël I, 1. 2) Samuelis filius natu maximus 1 Sam. VIII, 2. 3) filius Usiae regis 1 Par. VI, 21. 2 Par. XXIX, 12, pro qno (errore manifesto ex similitudinè litterarum ו et ש in vetere alphabeto orto) V. 9 שְׁאוּאֵל. 4) alii 1 Par. IV, 35. V, 4. 8. 12. VII, 3. XI, 38. XV, 7. 11. XXIII, 8. XXVI, 22. XXVII, 20. Esr. X, 43. Neh. XI, 9.

יוֹאָשׁ (i. q. יְהוֹאָשׁ) q. v. Hoc modo contracte scribuntur 1) pater Gideonis Iud. VI, 11. 2) 1 Reg. XXII, 26. 2 Paral. XVIII, 25. 3) 1 Paral. XII, 3. 4) IV, 22.

יוֹזָבָד (i. q. יְהוֹזָבָד quem *Jehova donavit*) n. pr. complurium Levitarum 1) 2 Par. XXXI, 13. 2) Esr. VIII, 33. X, 23. Neh. VIII, 7. XI, 16. 3) Esr. X, 22.

יוֹזָכָר (cuius *Jehova meminit* cf. Diomnestus, Theomnestus, Mnesitheus) n. pr. interfectoris Joasi 2 Reg. XII, 22, 2 Par. XXIV, 26 זָבָד scribitur (vitio manifesto).

יוֹחָא (fort. contr. ex יוֹחָנָה quem Jehova in vitam revocavit, cf. נְיוֹכָה pro נְיוֹחָנָה) n. pr. virorum 1) 1 Par. VIII, 16. 2) XI, 45.

יוֹחָנָן i. q. יְהוֹחָנָן q. v. Hac forma contractiore appellantur 1) duo tribuni militum Davidis 1 Paralip. XII, 4. 12. 2) filius Josiae regis 1 Par. III, 15. 3) pontifex ibid. V, 35. 4) 2 Reg. XXV, 23. Jer. XL, 8. 5) 1 Par. III, 24. 6) Esr. VIII, 12.

יוֹיָדָע i. q. יְהוֹיָדָע q. v. Haec forma contractior de alio quodam viro Neh. III, 6. XII, 10.

יוֹיָכִין v. יְהוֹיָכִין.

יוֹיָקִים v. יְהוֹיָקִים. Haec forma contractior de alio quoque viro Neh. XII, 10.

יוֹיָרִיב i. q. יְהוֹיָרִיב q. v. haec forma etiam de alio viro Neh. XI, 5.

יוֹכֶבֶד (cuius *gloria* est *Jehova* cf. Diocles, Heracles, Theocles, *Θεοκύδης*, *Θουκυδιδής*) uxor Amrami, *mater* Mosis Ex. VI, 20. Num. XXVI, 59.

יוֹנָתָן v. יְהוֹנָתָן. Alii hoc tantum contractius nomen gerunt 1) 1 Par. II, 32. 2) Jer. XL, 8. 3) Esr. VIII, 6. 4) ibid. X, 15. 5) Neh. XII, 11 cf. יְהוֹחָנָן. 6) Neh. XII, 14.

[יוֹעֵאלָה] (fort. pro יוֹעֶזְרָה *adiuvet* eum *Jehova*) n. pr. viri 1 Par. XII, 7].

יוֹעֵד (cui *testis* est *Jehova*) n. pr. viri Neh. XI, 7.

יוֹעֵזֶר (cuius *auxilium* est *Jehova*) n. pr. viri 1 Par. XII, 6.

יוֹעָשׁ (i. q. יוֹאָשׁ) 1) 1 Par. VII, 8. 2) XXVII, 28.

יוֹצָדָק v. יְהוֹצָדָק.

יוֹרָם i. q. יְהוֹרָם q. v. Nomen hoc contractius etiam alii gerunt 1) 2 Sam. VIII, 10, pro quo 1 Par. XVIII, 10 הֲדוֹרָם. 2) 1 Par. XXVI, 25.

יוֹתָם n. pr. (*Jehova* est *integer*) 1) Gideonis filius Ind. IX, 5. 7. 2) rex Judae, Usiae filius 759 — 43 a. Chr. 2 Reg. XV, 5. 7. 32 — 38. 2 Par. XXVII, 1 — 9. Jes. I, 1. Hos. I, 1. 3) 1 Par. II, 47.

* * *

אֶלְיְהוֹעֵינַי (*in Jehovam oculi mei* sc. conversi sunt) n. pr. virorum 1) Esr. VIII, 4. 2) 1 Par. XXVI, 3.

אֶלְיוֹעֵינַי (id.) 1) 1 Par. III, 23. 2) IV, 36. 3) VII, 8. 4) Esr. X, 22. 5) X, 27.

Aliud contractionis genus est in his duobus:

יְהוּא (pro יְהֵיהוּא i. q. יְהוֹדוּא *Jehova* est *Ille*, cf. אֲבִיהוּא et eandem contractionem in יֵשׁוּעַ; in qua nemo haerebit, qui memor sit, יְהִי pro יְהִוֹ, יְהִוֹ ortum esse ex יַהֲוֶה, יַהְוֶה ex יְהוֹ, ut יְהוֹ ex יַהֲוֶה) *Jehu* 1) rex Israëlitarum, prius imperante Joramo regii exercitus dux, dein ab Elisa propheta ad imperium vocatus, quod exstirpata Ahabi dynastia per 28 annos (884 — 56) tenuit, vir idololatriae admodum infestus, sed atrocis ingenii. 1 Reg. XIX, 16. 2 Reg. IX. X. 2 Par. XXII, 7 sqq. LXX. *Ἰοῦ*, cod. Alex. *Ἰηοῦ*, Joseph. *Ἰηοῦς*. 2) propheta tempore Baësae in Samariae regno degens 1 Reg. XVI, 1. 2 Par. XIX, 2. XX, 34, aliorum 3) 1 Par. II, 38. 4) ibid. IV, 35. 5) ibid. XII, 3.

יֵשׁוּעַ (contr. ex יְהוֹשׁוּעַ = יְהוּא v.) forma contractior in sequiore Hebraismo usitata pro antiquiore יְהוֹשׁוּעַ, quae habetur 1) de Josua imperatore Neh. VIII, 17; 2) de eiusdem nominis summo sacerdotë Esr. II, 2. III, 2. Neh. VII, 7. 39. XII, 1. 10. 26. Idem nomen contractius gerunt alii viri in libris post exilium scriptis commemorati 3) 1 Par. XXIV, 11. 4) tres Levitae 2 Par. XXXI, 15. Esr. II, 40. VIII, 33. Neh. VII, 43. VIII, 7. IX, 4. 5. X, 10. XII, 8. 24. 5) Neh. III, 19 cf. VII, 11. Esr. II, 6. — Est etiam nomen urbis a tribu Judae habitatae Neh. XI, 26. — Ex hac forma ortum est nomen graecum *Ἰησοῦς*, quod LXX. ponunt et pro יְהוֹשׁוּעַ et pro יְשׁוּעַ, et quod proximis ante Christum seculis apud Judaeos satis frequens erat (Jesus Siracida,

Jesus summus sacerdos, postea Jason dictus al.). In N. T. servatoris nomen Ἰησοῦς syriace scribitur ܝܫܘܥ.

יָהַץ rad. insusit. Arab. وهص (vic. وهس, وهز, وهد) calcavit, conculcavit, ut pedibus terram. Inde

יַהַץ Jes. XV, 4. Jer. XLVIII, 34, alibi יַהְצָה (Milel) tum ubi ה est locale, ut Num. XXI, 23, tum ubi mere paragogicum est, n. pr. oppidi in finibus Moabitarum desertum versus siti (Num. XXI, 23. Deut. II, 32), Rubenitis, dein Levitis concessi (Jos. XIII, 18. XXI, 36. 1 Par. VI, 63), sed Jesaiae tempore a Moabitis habitati (Jes. XV, 4. Jer. XLVIII, 21. 34). Eusebius (v. Ἰεσσά) illud ponit inter Medeba et Δηβοῦς i. e. Dibon, pro quo Hieron. posuit Deblataim: utrumque ferri potest (v. mappam nostram geogr. ad Jes. XV). Cod. Sam. utroque illo Pentateuchi loco legit יחצה pro יהצה.

יָהַר rad. in verbo insitata, quae *elati, tumidi* significationem habuisse videtur, vic. הָרָה, הַר. Arab. تَيْهُور prominens arenarum cumulus. Inde

יָהִיר adj. *tumidus*, inde *superbus, arrogans.* (Chald. et talmud. id., אִתְיְהַר superbivit, quod etiam in cod. Nasaraeo deprehenditur, יְהִירוּת, יְהִירָא superbia). Prov. XXI, 24: זֵד יָהִיר לֵץ שְׁמוֹ. Hab. II, 5. LXX: ἀλαζών. Vulg. *arrogans.* Targ. Hab. יְחִיר, Prov. מְרִיחַ audax. Syr. Hab. ܡܬܝܗܪ id. Abulwalides Arabum usum arcessens יָהִיר exponit: هو اللجوج المتمادى فى الباطل وهذا اللفظ مجانس للفظ العربى استيهير فلان اى اذا لجّ والتهير بفتح اليا وسكون الها للحجاجة والتمادى *hic est litigosus pertinax s. perseverans in iniquitate. Atque haec vox finitima est arabicae* يَتْهُر *Conj. X perseveravit aliquis, nimirum in litigando, unde* تَيْهُور *lis et perseverantia* (in ea). Omnino pertinaciae significatio in verbo arabico a tumore et arrogantia profecta esse videtur. Ad Abulwalidis glossam cf. Kam. p. 695: التيهير اللجاج .... وقد استيهير تمادى فى الامر.

יוֹב n. pr. filii Issachari Gen. XLVI, 13, fortasse vitiose scriptum pro יָשׁוּב Num. XXVI, 24. 1 Par. VII, 1 Keri.

יוֹבָב v. rad. יָבַב.

יָךְ 1 Sam. IV, 13 Chethibh, vitium manifestum librariorum (quod artificiis philologicis vindicare non debebat Simonis) pro יַד (latus), quod recte repositum est in Keri.

יָכַח in Kal inusit. 1) pr. i. q. נָכַח *rectus fuit,* dein 2) recta ante oculos fuit, *clarus, manifestus* fuit. Vide Faesium in Jahnii et Seebodii Annal. novis phil. T. I p. 214. 215. Congruit arab. وَضَحَ i. q. وَضُحَ apparuit, IV. clara, manifesta fuit via, non وَكَحَ valide conculcavit pede, quod contulerunt Scheidius, Verschuirius in Opusc. p. 324, Hartmann linguist. Einl. p. 276.

Hiph. הוֹכִיחַ 1) pr. rectum fecit, inde rectam fecit causam i. e. *ius dixit, iudicavit* (cf. gr. εὐθύνω, ἰθύνω, nostr. *richten, schlichten* a *recht, schlecht* i. e. rectus). Jes. XI, 3: לֹא לְמִשְׁמַע אָזְנָיו יוֹכִיחַ *non iudicat secundum id, quod auribus accepit.* Gen. XXXI, 42: *vidit Deus laborem meum* וַיּוֹכַח אֱמֶשׁ *et iudicavit* causam meam *nocte praeterita.* — *Iudicare* autem (cf. alia verba iudicandi, nt דִּין, שָׁפַט) est a) *tueri ius* alicuius, max. insontium, oppressorum. Sq. לְ Jes. XI, 4: הוֹכִיחַ בְּעִוְרִישׁוֹר לַעֲנְוֵי אֶרֶץ *tuetur iuste causam miserorum.* Iob. XVI, 21: וְיוֹכַח לְגֶבֶר עִם־אֱלוֹהַּ *ut ius dicat viro* in lite quam habet *cum Deo* i. e. ius eius tueatur. b) sq. לְ *adiudicavit* i. e. destinavit alicui aliquid. Gen. XXIV, 14. 44. — c) Sq. בֵּין: *diiudicavit* lites *inter* hos illosve exortas *schlichten*), *arbitrum egit.* Gen. XXXI, 37. Iob. IX, 33.

2) *rectum esse declaravit, monstravit,* inde *probavit* aliquid (rechtfertigen). Iob. XIII, 15: אַךְ דְּרָכַי אֶל־פָּנָיו אוֹכִיחַ *modo vitae meae rationem probabo ei in faciem* (i. e. ingenue et sine metu cf. אֶל פָּנִים II, 5, עַל פָּנִים I, 11. XXI, 31). Comm. 3: הוֹכַח אֶל־אֶל אֶחְפָּץ *probare Deo* causam meam *cupio.* VI, 25 (v. infra no. 3). — XIX, 5: תּוֹכִיחוּ עָלַי חֶרְפָּתִי *probate mihi opprobrium meum,* probate me iure meritoque opprobrio affici. Spec. *defendit causam suam* in foro (cf. Iob. XIII, 3). Jes. XXIX, 21. Am. V, 10.

3) *rexit* (peccantem, errantem cf. Cic. Mur. 29. Caes. b. civ. 3, 57) i. q. *admonuit,* nostr. *zurechtweisen,* sq. acc. pers. Lev. XIX, 17: הוֹכֵחַ תּוֹכִיחַ אֶת־עֲמִיתֶךָ *admoncas proximum tuum, ne propter eum in reatum incurras.* Prov. IX, 8. XXVIII, 23, sq. לְ pers. Prov. IX, 7. XV, 12. XIX, 25; it. *arguit* de errore, *convicit.* Iob. XXII, 4: הֵמִיִרְאָתְךָ יוֹכִיחֶךָ *num prae timore arguet te?* Ps. L, 21. Iob. XXXII, 12: אֵין לְאִיּוֹב מוֹכִיחַ *nemo erat, qui Iobum convinceret,* sq. בְּ Prov. XXX, 6: *nihil addas verbis eius* פֶּן יוֹכִיחֲךָ וְנִכְזַבְתָּ *ne arguat te et mendacii reus fias.* Max. addito vituperio: *arguit, reprehendit,* ἐλέγχειν. Ps. L, 8: *non propter sacrificia tua arguo te.* Iob. VI, 25: מַה־יּוֹכִיחַ הוֹכַח נָכֹם *quid probat arguere vestrum,* redargutio vestra. Comm. 28: *num verba arguere vultis?* XV, 3: *arguendo verbis, quae nil prosunt.* Gen. XXI, 25: וְהוֹכִיחַ אַבְרָהָם אֶת־אֲבִימֶלֶךְ *et Abramus arguit Abimelechum,* cum reprehendit, obiurgavit. Part. מוֹכִיחַ reprehensor Prov. XXV, 12. Ezech. III, 26. מוֹכִיחַ אָדָם Prov. XXVIII, 23, מוֹכִיחַ אֱלֹהִים reprehensor Dei Iob. XL, 2. Deim

4) fortius: *castigavit* (zurechtweisen durch Züchtigung), *punivit* (cf. ἰθύνω Θυράτῳ Herod. 2, 177, παιδεύω). Ps. CXLI, 5: *feriat me iustus, castiget me.* Prov. XXIV, 25; inde de Deo homines castigante Iob. V, 17: *beatus homo, quem Deus castigat.* Prov. III, 12. Ps. VI, 2. XXXVIII, 2. XCIV, 10. 2 Sam. VII, 14. Hab. I, 12. Ps. CV, 14: וַיּוֹכַח עֲלֵיהֶם מְלָכִים *et puniebat propter eos* (Israëlitas) *reges.* Iob. XIII, 10: *immo puniet vos.* Eodem referendum videtur 2 Reg. XIX, 4. (Jes. XXXVII, 4): *fortasse audivit Iehova deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriae* אֲשֶׁר חֵי וְהוֹכִיחַ בְּדִבְרִים אֲשֶׁר שָׁמַע יְהוָה אֱלֹהֶיךָ *ad conviciandum deum vivum, et puniet* (eum) *propter verba quae audivit* cet. (Ita ex veteribus Chald. וְיַעְבֵּיד פּוּרְעָנוּתָא עַל כָּל־פִּתְגָמַיָּא *et vindictam sumet propter omnia verba* cet. ex recentioribus Faesius, Maurerus: reliqui paene omnes verba וְהוֹכִיחַ וגו׳ reddunt: *et* ad *maledicendum verbis, quae audivit Iova deus tuus,* praeeunte Alex. et Vulg. ὀνειδίζειν λόγοις οὓς ἤκουσε κ. τ. λ. *ad exprobrandum sermonibus* cet., sed languente sententia, cui accedit, quod *conviciandi, maledicendi* significatus nostro verbo sine causa tribuitur).

Hoph. castigatus est, pass. Hi. no. 3. Iob. XXXIII, 19.

Niph. 1) pass. Hi. no. 2. *redargutus est, convictus est.* Part. fem. נוֹכָחַת Gen. XX, 16: וְנוֹכָחַת *et redargutа* iniuriae convicta l. *castigata erat* Sara, quae sua culpa peccati reum fecerat Abimelechum, nunc ab eodem beneficiis cumulata. Verba sunt scriptoris, non Abimelechi. Aliis, ut Ewaldo (gr. min. §. 403), Maurero, נוֹכָחַת est 2 Praet. pro נִכְחַת (coll. לָקַחַת pro לָקְחַת XXX, 15?) hoc sensu: *et iudicata es* i. e. et salvum est ius tuum, et satisfactum est tibi (verba Abimelechi): quod praeferrem, si certa exempla illius formae exstarent. Non male propterea Faesius existimat, נוֹכָחַת h. l. esse nomen

pr. tuitio iuris (v. Hii. no. 1, a), *satisfactio*, hac sententia: *et satisfactio* erit tibi. — 2) recipr. *mutuo disceptare* Jes. I, 18, *disceptare cum* aliquo, sq. עִם Iob. XXIII, 7.

Hithpa. הִתְוַכַּח i. q. Niph. no. 2. Mich. VI, 2, sq. עִם pers.

תּוֹכָחָה f. *castigatio, poena* (v. rad. Hii. no. 4) 2 Reg. XIX, 3. Jes. XXXVII, 3. Hos. V, 9. Plur. תּוֹכָחוֹת poenae Ps. CXLIX, 7.

תּוֹכַחַת f. pl. תּוֹכָחוֹת constr. תּוֹכְחוֹת 1) *demonstratio, vindicatio iuris sui, defensio.* Iob. XIII, 6: שִׁמְעוּ־נָא תוֹכַחְתִּי. Plur. *argumenta*, quibus aliquis utitur ad se defendendum. Iob. XXIII, 4. Ps. XXXVIII, 15: אֵין בְּפִיו תוֹכָחוֹת *in cuius ore non sunt defensiones*, qui patienter fert calamitates, nil obloquitur. Inde Prov. XXIX, 1: אִישׁ תּוֹכָחוֹת מְקָשֶׁה עֹרֶף esse videtur: *qui, ubi vituperatur, obloqui* se defendere *solet*, pervicax. Al. *qui reprehenditur et pervicax est*, quod etiam ferri potest. — 2) *reprehensio, castigatio*, quae verbis fit (v. rad. no. 3) Prov. I, 23. 25. 30. III, 11. V, 12. X, 17. XII, 1. XIII, 18. XV, 5. 10. 31. 32. XXVII, 5. XXIX, 15. Plur. תּוֹכָחוֹת מוּסָר reprehensio cum castigatione coniuncta Prov. VI, 23. — 3) *castigatio, poena.* Ps. LXXIII, 14. Hab. II, 1. Plur. Ps. XXXIX, 12. Ez. V, 15: תּוֹכָחוֹת חֵמָה. XXV, 17.

יָכַל, raro plene יָכוֹל 2 Par. VII, 7. XXXII, 14, יְכָלְתִּי Iud. VIII, 3, יְכָלְתִּיו Ps. XIII, 5. fut. יוּכַל (pr. fut. Hoph. potens factus est, v. Lgb. p. 460: non enim hoc esse fut. Kal, ut olim volebant et nuper repetierunt, vel inde patet, quod in n. pr. יוּכַל Jer. XXXVIII, 1 etiam scribitur יְהוּכַל XXXVII, 3), pl. יוּכְלוּ, inf. absol. יָכוֹל Num. XIII, 30, estr. יְכֹלֶת Num. IV, 16

1) *valuit, potuit.* (Chald. et sam. id. Cognatum est כּוּל cepit, sustinuit, unde Cholem in altera syllaba, cf. יָקַשׁ et קוּשׁ. Cf. chald. et aethiop. כָּהֵל potuit). Coniungitur sq. accus. Iob. XLII, 2: יָדַעְתִּי כִּי כֹל תּוּכָל *scio te omnia posse*, creberrime sq. gerundio verbi (nostr. vermögen zu thun). Gen. XIII, 6: לֹא יָכְלוּ לָשֶׁבֶת יַחְדָּו *non poterant unâ habitare.* 16. XV, 5. XIX, 19. XXXI, 35. XLV, 1. 3. XLVIII, 10. Ex. VII, 21. 24. IX, 11. XII, 39. XV, 23. Num. XI, 11. XXII, 11. 18. XXIV, 13. Deut. VII, 17. XXXI, 2. Ruth IV, 6. 1 Sam. XVII, 39. Jes. XXXVI, 8 al., rarius, maxime in sermone poëtico sq. inf. nudo Gen. XLIV, 1: כַּאֲשֶׁר יוּכְלוּן שְׂאֵת Exod. II, 3. XVIII, 23. Num. XXII, 37. 38. Deut. I, 9. Ps. XVIII, 39. LXXVIII, 20. Iob. IV, 2. Jes. XLVI, 2. XLVII, 11. LVII, 20. Thren. I, 14, it. sequ. verbo finito, idque tribus illis modis, de quibus diximus in Gramm. hebr. §. 139, 3 a) *ἀσυνδέτως* eodem tempore et numero. Thren. IV, 14: לֹא יוּכְלוּ יִגְּעוּ *non possunt tangere.* b) *ἀσυνδέτως*, sed ita ut verbum ex יָכַל pendens in futuro ponatur (ut syr. ܢܫܰܩ volebat tollere). Num. XXII, 6: אוּלַי אוּכַל נַכֶּה בּוֹ וַאֲגָרְשֶׁנּוּ *fortasse efficere potero*, ut *eum percutiamus* (videl. ego et populus, vel ego et tu, Bileame, ego bello, tu diris) *eumque expellam.* Pesch. כמ נפצש ad verbum: *fortasse poterimus percutiemus.* Saad. لعلي استطيع احاربه *fortasse potero debellabo eum.* Cf. quae de h. l. observavimus Ephem. litt. Hal. 1832, Intell. Bl. no. 34. Quae contra iuveniliter disputata sunt in *Annalen d. Theol.* Coburgi 1832 mens. Nov. ad commendandam eorum sententiam, qui נַכֵּה infinitivum Pi. pro נַכּוֹת esse voluerant, abunde refelluntur tum communi linguarum Semiticarum usu, in quibus verbum ex *posse* pendens *ἀσυνδέτως* poni solet (v. arab. اسْتَطَاعَ et اسْتَطَاحَ, maxime Syros, qui pro *potuit ire* dicere possunt: *potuit et ivit, potuit ivit, potuit ut iret, potuit iret* ut h. l., potuit *iens* v. Hoffmanni gr. syr. p. 341. Agrelli suppl. p. 33. 34), tum forma נַכֵּה, quae inf. Pi. esse nequit. c) praemisso Vav copulativo. Esth. VIII, 6: אֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי *quomodo possim videre?* — Denique absol., sed ita ut id quod aliquis potest ex praecedentibus facile intelligatur. Jes. XXIX, 11: לֹא אוּכַל *non possum* sc. legere. Iob. XXXI, 23. XXXIII, 5.

Spec. est a) *potuit efficere, effecit* et plus est quam עָשָׂה. 1 Sam. XXVI, 25: גַּם עָשֹׂה תַּעֲשֶׂה וְגַם יָכֹל תּוּכָל, 1 Reg. XXII, 22: תְּפַתֶּה וְגַם תּוּכָל *pellice* (eum), *et etiam efficies.* Jer. III, 5: דִּבַּרְתְּ וַתַּעֲשִׂי הָרָעוֹת וַתּוּכָל *loqueris et facis mala idque* gnaviter *perficis.* Contra Ps. XXI, 12: חָשְׁבוּ בְזִמָּה בַּל יוּכָלוּ *excogitabant consilia*, sed *non perficere poterant.* Jer. XX, 11. Jes. XVI, 12. b) *potuit* per legem (*dürfen*) vel per mandatum divinum i. e. *licuit* ei. Gen. XLIII, 32: לֹא יוּכְלוּן הַמִּצְרִים לֶאֱכֹל אֶת־הָעִבְרִים *non licet Aegyptiis coenari cum Hebraeis.* XIX, 22. Num. IX, 5. Deut. XII, 17. XVI, 5. XVII, 15. XXI, 16. XXII, 3. 19. c) *potuit a se impetrare.* Gen. XXXVII, 4: *non poterant eum amice alloqui* i. e. a se non impetrabant, ut eum amice alloquerentur, cf. Iob. IV, 2. Esth. VIII, 6. Hos. VIII, 5: עַד אָנָה לֹא יוּכְלוּ נִקָּיֹן *quousque non poterunt innocenter agere?* quamdiu integritatis praestandae consilium capere non poterunt? d) *ferre potuit*, pro pleniore יָכֹל לָשֵׂאת Jer. XLIV, 22. Prov. XXX, 21. Jes. I, 13: לֹא אוּכַל אָוֶן וַעֲצָרָה. Ps. CI, 3: אתו לֹא אוּכָל *hunc* (fastuosum) *ferre non possum.*

2) *valuit, praevaluit*, in pugnando. Gen. XXX, 8: נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי עִם אֲחֹתִי וְגַם יָכֹלְתִּי *certamina Dei certavi cum sororibus meis et praevalui.* XXXII, 29. Hos. XII, 5. Prope hoc accedit ad no. 1, a. Sq. ל pers. *praevaluit alicui.* Gen. XXXII, 26: וַיַּרְא כִּי לֹא יָכֹל לוֹ *et quum videret, se ei non praevalere.* Iud. XVI, 5. 1 Sam. XVII, 9. Esth. VI, 13. Jer. XX, 10. Obad. 7. Ps. CXXIX, 2, c. acc. Ps. XIII, 5: יְכָלְתִּיו, nisi statuere velis, Suffixum in Dativo cogitandum esse. Cum dat. rei: potens factus est rei intellectu arduae i. e. comprehendit eam. Ps. CXXXIX, 6.

יָכַל, chald. fut. יְכַל Dan. III, 29. V, 16 et more Hebraeo יוּכַל II, 10 1) *potuit*, sq. gerundio verbi Dan. II, 10. 27. 47. III, 17. 29. IV, 15. 34. V, 16.

VI, 5. 21. 2) *praevaluit* alicui, sq. dat. pers. VII, 21. Cf. vie. יְכַהֵל.

יוּכַל Jer. XXXVIII, 1 et יְהוּכַל ib. XXXVII, 3 (verbale Hoph. potens) n. pr. viri.

יְכָלְיָה et יְכָלְיָהוּ (potens per Jehovam) n. pr. matris Usiae regis 2 Reg. XV, 2 et 2 Par. XXVI, 3 Keri.

יָלַד, 2 et 1 pers. יָלַדְתָּ, יָלַדְתִּי, sed cum suff. יְלָדַתְּךָ Ps. II, 7, יְלָדַתְנִי Jer. XV, 10, יְלָדְתָנוּ II, 27 (Patach correpto in Chirek parvum, v. Gramm. §. 27, not. 3, §. 44, not. 1, non a יָלַד coll. יֶלֶד, quum forma intransitiva med. E in hoc verbo locum non habeat), inf. absol. יָלוֹד, constr. לָדָה (לְלֶדֶת Jes. XXXVII, 3, בְּלֶדֶת Hos. IX, 11), vulgo לֶדֶת c. suff. לַדְתִּי, semel לַת 1 Sam. IV, 19, fut. יֵלֵד, part. act. יוֹלֵד, fem. יוֹלֶדֶת, יֹלֶדֶת et יַלֶּדֶת, quae quidem formae diversum usum habent (v. infra), part. pass. יָלוּד

1) *peperit* mater. (Arab. وَلَدَ, aethiop. ወለደ: cf. יֶלֶד, יַלְדָּה. Aram. יֶלֶד, יְלַד, יְלִיד, יַלְדָּא id. Zab. ילד, sed frequentius transpos. ידל. Originem posuerim in *elabendo*, ut יָלַד vicinum sit rad. חָלַד, cf. בָּלַט, בָּלַע). Dicitur de hominibus Gen. IV, 1. 17. 20. 25 et sexcenties, de bestiis Gen. XXX, 39. XXXI, 8. Iob. XXXIX, 1, adeoque de avibus *ova* parientibus (cf. gr. *ὠὰ τίκτειν*) Jer. XVII, 11. Construitur a) absol. Gen. XVII, 17: *num nonagenaria pariet?* XVIII, 13. XX, 17. 1 Reg. III, 17. Jes. XXIII, 4. LXVI, 7. Mich. V, 2. Iud. XIII, 2: אִשְׁתּוֹ עֲקָרָה וְלֹא יָלָדָה *uxor eius sterilis* erat, *nec pariebat*. Jes. LIV, 1. Iob. XXIV, 21. Eccl. III, 2: עֵת לָלֶדֶת וְעֵת לָמוּת *tempus pariendi* (imo *nascendi*, ut recte Vulg., infinitivus enim passive positus est cf. Prov. XII, 7. XV, 22) *et tempus moriendi*, cf. VII, 1. b) plerumque sq. acc. (v. supra), saepe addito dat. patris, cui filius natus est. Gen. XVII, 21: *cum Isaaco*, אֲשֶׁר תֵּלֵד לְךָ שָׂרָה *quem tibi pariet Sara*. XXI, 3. XXIV, 24. XXIX, 34. XXX, 20. XXXIV, 1. XLI, 50. XLVI, 20. Iud. VIII, 31. 1 Paralip. II, 4. Hos. I, 3 al. c) omisso accusativo sq. solo dat. patris. Gen. XVI, 1: וְשָׂרַי אֵשֶׁת אַבְרָם לֹא יָלְדָה לוֹ *et Sara, uxor Abrami, ei non peperit* sc. liberos. VI, 4: יָלְדוּ לָהֶם *et pepererunt iis* liberos. XXX, 2 cf. Niph. et Pu. — Participii feminini plures sunt formae, quae ita distinguuntur: a) יוֹלֶדֶת est subst. (mulier) *pariens, parturiens, puerpera*, v. c. חֲבָלֵי יוֹלֵדָה Hos. XIII, 13, צִירֵי יוֹלֶדָה Jes. XXI, 3, cf. Jes. XIII, 8. XLII, 14. Jer. VI, 24. XXII, 23. Mich. IV, 9. 10. V, 2. Ps. XLVIII, 7. b) יֹלֶדֶת verum est partic. saepe pro verbo finito positum, ut Gen. XVII, 19: שָׂרָה אִשְׁתְּךָ יֹלֶדֶת לְךָ בֵּן Jes. VII, 14. Jer. XXXI, 8, raro est substantive *puerpera* Lev. XII, 7, sq. genit. *genitrix, mater* alic. (Arab. وَالِدَة Cor. 19, 33, syr. ܝܠܕܬܐ id.) יֹלַדְתֶּךָ genitrix tua Prov. XXIII, 25. XVII, 25. Cant. VI, 9. Jer. L, 12. c) יָלְדָה (forma arabizans, ut מָלְכָה pro מָלְכָה) pro verbo finito, in eadem formula: הָרָה וְיָלְדָה בֵּן Gen. XVI, 11. Iud. XIII, 5. 7. — Part. pass. יָלוּד natus, hinc *filius, puer* recens natus. 1 Reg. III, 26. 27. 1 Par. XIV, 4. Sq. genit. יְלוּד אִשָּׁה *muliere natus*, homo, Iob. XIV, 1. XV, 14. XXV, 4. Translate dicunt: *parere* fraudem, nequitiam (cf. הָרָה) Iob. XV, 35. Ps. VII, 15 cf. Jes. XXXIII, 11, et simili metaphora Prov. XXVII, 1: *nescis, quid* (hic) *dies pariturus sit*. Zeph. II, 2: בְּטֶרֶם לֵדָה חֹק *antequam pariat decretum* Dei i. e. antequam eventum habeat (cf. Euripid. Iphigen. Taur. 386: *ὅπως ἔτεκεν ἂν .. Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν*).

2) *genuit, creavit* pater (ut aethiop. ወለደ: arab. وَلَدَ, gr. *τίκτειν, γεννᾶν, λοχεύειν*, lat. *parere* de utroque sexu, *creare* de femina Hor. Ep. 1, 2, 44), unde יְלִידִים Zach. XIII, 3 *parentes, οἱ τεκόντες* Hom. (arab. dual. الْوَالِدَانِ). Gen. IV, 18: *Methusalah genuit* (יָלַד) *Lamechum*. X, 8. 13. 15. 24. 26. XXII, 23. XXV, 3 (ubi Cod. Sam. constanter ponit הוֹלִיד). Prov. XXIII, 22: *obtempera patri tuo* זֶה יְלָדֶךָ *qui te genuit*. 24. XVII, 21. Transfertur ad numen duplici potestate: a) *creare, producere* i. q. בָּרָא (cf. de creatione maris sub imagine infantis nascentis Iob. XXXVIII, 8. 9. Arab. وَلَدَ Conj. II. produxit, effecit aliquid. V. procreata, progenita est res). Iob. XXVIII, 29: *num pluviae est pater* (creator) וּכְפֹר שָׁמַיִם מִי יְלָדוֹ *et pruina coeli, quis creavit eam?* Deut. XXXII, 18: צוּר יְלָדְךָ תֶּשִׁי *petrae*, quae *te creavit, oblitus es*. (Cf. אָב pater it. creator p. 6). De idololatris Jer. II, 27: *dicunt ligno: tu es pater meus, et lapidi: tu genuisti me.* b) *creare* filium i. e. filium Dei (i. e. regem) constituere, cooptare. Ps. II, 7: בְּנִי אַתָּה אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ *tu es filius meus* (rex divinitus constitutus v. p. 217), *hodie te creavi*, cooptavi, constitui. In ipso N. T. generandi vocabulum translate usurpatum habes 1 Cor. IV, 15: *ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.*

Niph. נוֹלַד (bis in plur. נוֹלְדוּ pro נוֹלַדוּ 1 Par. III, 5. XX, 8, cum Dagesch euphonico, et ō correpto in u) *natus est*. Construitur a) absol. יוֹם הִוָּלְדוֹ dies quo natus est, dies natalis eius Eccl. VII, 1. Hos. II, 5 cf. Iob. III, 3. עַם נוֹלָד populus nasciturus Ps. XXII, 32. b) sq. לְ patris. Iob. I, 2: וַיִּוָּלְדוּ לוֹ שִׁבְעָה בָנִים. 2 Sam. XIV, 27. Gen. X, 1, qua in structura duo observanda sunt, *primum* ante subiectum saepe אֵת poni, v. c. Gen. IV, 18: וַיִּוָּלֶד לַחֲנוֹךְ אֶת־עִירָד. XXI, 5. XLVI, 20, *dein*, verbum, etiam ubi ad pluralem refertur, saepe in singulari poni. 1 Par. II, 9: בְּנֵי חֶצְרוֹן אֲשֶׁר נוֹלַד לוֹ III, 4: שִׁשָּׁה נוֹלַד לוֹ בְּחֶבְרוֹן. Comm. 1. XXVI, 6: quae quam causam habeant vide Gramm. hebr. §. 140, 1 cf. Olshausen Emendat. zum A. T. p. 24. 25. Etiam omissa filii mentione (v. Kal no. 1, litt. c) Gen. XVII, 17: הֲלְבֶן מֵאָה שָׁנָה יִוָּלֵד *num centenario nascetur* filius? Ita arab. وُلِدَ (filius) ei natus est. c) Mater, ex qua aliquis natus est, ponitur praemisso בֵּן 1 Par. II, 3. Esr. X, 3: כָּל־נָשִׁים

וְהַנּוֹלָד בְּיָדָם (pro בֵּיתָן) *omnes mulieres et natum ex iis* i. e. liberi earum, et לָ 1 Par. III, 1.

Pi. יִלֵּד *parturientem adiuvit* (arab. Conj. II), sq. acc. Exod. I, 16. Part. מְיַלֶּדֶת *obstetrix*. Gen. XXXV, 17. XXXVIII, 28. Ex. I, 15 sqq. Arab. مُمَلِّدَة, aeth. ⵎⵎⵍⴰⴷⵜ: id.

Pu. יֻלַּד et יוּלַּד (Iud. XVIII, 29. Iob. V, 7) i. q. Ni. *natus est*. Iud. XIII, 8. Ps. LXXXVII, 4. 5. 6. Sq. לְ patris Gen. IV, 26: וּלְשֵׁת גַּם הוּא יֻלַּד בֵּן. Iud. XVIII, 29: דָּן אֲשֶׁר יֻלַּד לְיִשְׂרָאֵל ... *Dan, qui Israëli natus est* i. e. filius Israëlis. Gen. XXIV, 15: *Rebecca, quae nata est Bethuëli* i. e. filia Bethuëlis, et omisso בֵּן X, 21: וּלְשֵׁם יֻלַּד גַּם הוּא *et Semo, etiam huic, nati sunt* filii. Neque solum pater in dativo ponitur, sed etiam alii quibus filius recens natus carus futurus erat. Ruth IV, 17: יֻלַּד בֵּן לְנָעֳמִי. Jes. IX, 5: יֻלַּד יֻלַּד לָנוּ. Cum dat. rei Iob. V, 7: אָדָם לַעְמָל יוּלָּד *homo ad calamitates natus est*. Metaph. *creatus est*. Ps. XC, 2: בְּטֶרֶם הָרִים יֻלָּדוּ *antequam montes nati sunt*.

Hiph. הוֹלִיד 1) *parere fecit* Deus mulierem Jes. LXVI, 9, *fecundavit* vir feminam 1 Paral. II, 18. VIII, 8, *fecundavit* pluvia terram Jes. LV, 10. 2) *genuit* pater i. q. Kal no. 2. Gen. V, 4. 7. 10. 13 sqq. XI, 11 sq. XXV, 19. 1 Par. II, 10 sqq. IV, 2. 8. 11. 12. V, 30 sqq. VIII, 1. 8. 11. 31 — 33. IX, 39. 42. Eccl. V, 13. VI, 3: אִם יוֹלִיד אִישׁ מֵאָה *si quis centum* (liberos) *gigneret*. Translate *creavit*. Iob. XXXVIII, 28: מִי־הוֹלִיד אֲגָלֵי־טָל *quis creavit receptacula roris?* — 3) i. q. Kal: *peperit*, sed translate: *peperit* nequitiam. Jes. LIX, 4, ubi praecessit הָרָה עָמָל (Arab. حَمَلَ Conj. II. et IV. parturivit, peperit mulier, neque hoc a notione huius speciei alienum est: pr. enim est: fetum protulit, elabi fecit).

Hoph. pr. nasci factus est, hinc *natus est*. Inf. הֻלַּדְתּ Gen. XL, 20. Ez. XVI, 5 et הוּלַדְתּ ibid. 4 *nativitas*. Gen. I. c.: יוֹם הֻלַּדְתּ אֶת־פַּרְעֹה *dies natalis Pharaonis*, pr. dies quo in lucem susceperant l. ediderant Pharaonem. De usu accusativi cum passivis vide supra ad Niph. Forma הוּלַדְתּ imitatur verbum נָתַן.

Hithpa. natum se professus est, nomen dedit in tabulas genealogicas inscribendum Num. I, 18. In posterioris aetatis libris pro eo dicunt הִתְיַחֵשׂ.

יֶלֶד m. plur. estr. יַלְדֵי, semel יִלְדֵי Jes. LVII, 4 1) *natus, filius*, poët. i. q. בֵּן. (Arab. وَلَدٌ, نَجْلٌ, سَلِيلٌ, aeth. ⵎⵍⴷ: syr. ܝܠܕܐ id. et puer). De *regis filio xat' ἐξοχήν* Jes. IX, 5, cf. בַּר Ps. II, 12. יַלְדֵי נֵכָר *filii peregrinorum* poët. pro peregrinis (cf. בֵּן p. 216 A), *filii sceleris* pro scelestis Jes. LVII, 4. — Plur. comm. *liberi* i. q. בָּנִים Ex. XXI, 4. Esr. X, 1. Hos. I, 2. Jes. XXIX, 23, etiam de fetu bestiarum Jes. XI, 7. Iob. XXXVIII, 41.

2) *puer*, tum recens natus Ex. I, 17. II, 3 sqq. Ruth IV, 16. 2 Sam. XII, 15 sqq. 1 Reg. III, 25, qui certe in ulnis gestatur Gen. XXI, 8, tum paullo adultior ludis iocisque puerilibus indulgens 2 Reg. II, 24. Iob. XXI, 11. Zach. VIII, 5, sed tenerae aetatis Gen. XXXIII, 13. Jes. LVII, 5 (de sacrificiis puerorum), tum denique *adolescens* Gen. IV, 23 (parall. אִישׁ). XXXVII, 30. XLII, 22 (de Iosepho septendecim annos nato). Dan. I, 4. 10. 13. 15 (de Daniele et sociis). 1 Reg. XII, 8. 10. 14. 2 Par. X, 8. 10. 14 (de iuvenilibus Rehabeami amicis). Eccl. IV, 13.

יַלְדָּה f. *puella*. Gen. XXXIV, 4. Joël IV, 3. Plur. יַלְדוֹת Zach. VIII, 5. Aeth. ⵎⵍⵜ: filia.

יַלְדוּת (denom. a יֶלֶד) f. 1) *adolescentia* Eccl. XI, 9. 10. 2) *pubes, iuventus*. Ps. CX, 3.

יָלוֹד adj. verbale *natus* i. q. יָלוּד. Exod I, 22: כָּל־הַבֵּן הַיִּלּוֹד *omnis puer qui nascitur*. 2 Sam. XII, 14. Jos. V, 5. Jer. XVI, 3. Omisso בֵּן subst. 2 Sam. V, 14.

יָלִיד 1) adj. verbale *natus*, maxime in formula יְלִיד בַּיִת (servus) *in domo* (heri) *natus*, *verna* Gen. XIV, 14. XVII, 12. 13. 23. Lev. XXII, 11. Jer. II, 14 (syr. ܝܠܝܕ̈ܐ id. Ephr. Opp. I, p. 161. Arab. تَلِيدٌ, وَلِيدٌ id. in quo ellipsis vocis البيت esse videtur). 2) subst. *gnatus, filius*. יְלִידֵי הֶעָנָק filii Enaci Num. XIII, 22. 28, יְלִידֵי הָרָפָה 2 Sam. XXI, 16. 18 filii Raphae i. q. רְפָאִים.

מוֹלִיד (genitor) n. pr. viri 1 Par. II, 29.

מוֹלָדָה (partus, ortus) n. pr. oppidi in regione australi tribus Iudae Jos. XV, 26, postea Simeonitis concessi ibid. XIX, 2. 1 Par. IV, 28, cf. Neh. XI, 26. Relandus (Palaest. p. 885. 901), nec male, eam eandem fuisse existimat, quae apud Iosephum (Archaeol. 18, 7 §. 2) et Eusebium (v. Rel. p. 885) *Μαλάθα* appellatur, et ab illo Idumaeae, ab hoc Daromae i. e. australi Iudaeae parti tribuitur.

מוֹלֶדֶת f. pr. partus, inde 1) *ortus* alic. (Geburt, Abkunft jem.) Esth. II, 10: *non indicavit Esther* אֶת־עַמָּהּ וְאֶת־מוֹלַדְתָּהּ. Comm. 20. Plur. מוֹלַדוֹת natales, origines. Ez. XVI, 3. 4. Saepe dr. אֶרֶץ מוֹלֶדֶת terra, qua quis ortus est, *patria* alic. (aeth. ⵎⵍⴷⵜ: patria). Gen. XI, 28. XXIV, 7. XXXI, 13. Ruth II, 11. Jer. XXII, 10. XLVI, 16. Ez. XXIII, 15 et simpl. מוֹלֶדֶת id. Gen. XII, 1. XXIV, 4. XXXI, 3. XXXII, 10. Num. X, 30, plerumque addito אֶרֶץ cum copula, ut אַרְצְךָ וּמוֹלַדְתְּךָ. — 2) pro concr. *progenies* alic. (cf. בּוֹלַדְתָּם al.). De uno nato natave Levit. XVIII, 11: *pudenda filiae novercae tuae* מוֹלֶדֶת אֲבִיךָ *progenici patris tui ... ne retegas*. Comm. 9: *pudenda filiae matris tuae* מוֹלֶדֶת בַּיִת אוֹ מוֹלֶדֶת חוּץ *sive in domo sive extra eam nata est* cet. Collect. de pluribus Gen. XLVIII, 6. — 3) *cognati* alic. (ut civis alic. pro concive), *familia* alic. Gen. XLIII, 7, *gens, populares* eius Esth. VIII, 6.

תּוֹלָד (partus, ortus) n. pr. oppidi Simeonitarum 1 Par. IV, 29, quod etiam אֶלְתּוֹלַד appellatur (p. 102). De Hamakeri commento, qui תלת et תלד „Carthaginiensium numina" in lapidibus deprehendisse sive videbatur, disputavimus in Monum. Phoenic. p. 114. 115. 163. 167 not.

תּוֹלְדוֹת f. pl. 1) pr. *generationes*, inde *familiae, gentes* Num. I, 20 sqq. לְתוֹלְדֹתָם secundum familias (gentes) eorum Gen. X, 32. XXV, 13. Ex. VI, 16. 19. 1 Par. V, 7. VII, 2. 4. 9. VIII, 28. IX, 9. 34. XXVI, 31. Inde סֵפֶר תּוֹלְדוֹת genealogia, stemma Gen. V, 1. Ac Geneseos quidem stemmata ab hac formula ordiri solent: אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת וְגוֹ' X, 1. XI, 10. XXV, 12. XXXVI, 1. 9 cf. Ruth IV, 18. (Arab. تَوْلِيد pro تَوالِيد i. q. תּוֹלְדוֹת, sed, ut videtur, nonnisi in Bibliis arabicis Gen. II, 4. Gol. in app. p. 2776. Aeth. ፐውሊድ: generatio). A stemmatis autem quum historia Orientalium maximam partem profecta sit, est 2) *historia*, max. familiarum. Gen. VI, 9: אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת נֹחַ *haec est historia Noachi.* XXV, 19. XXXVII, 2, adeoque de *originibus* aliarum rerum dicitur. Gen. II, 4: *hae sunt origines coeli et terrae.* Cf. יַחַשׂ et syr. ܝܘܚܣܐ familia, stemma, historia, v. Castelli Lex. ed. Mich. p. 937.

יְלָהּ rad. spuria, quam receperant propter וַתַּלֶד Gen. XLVII, 13, quod est a לָדָה.

יָלַהּ v. הָלַהּ.

יָלַל rad. onomatopoët., in Kal innsit. *ciulavit, ululavit.* Arab. وَلْوَلَ *ululavit*, syr. et zab. ܝܠܠ, chald. Pe. יְלַל Jer. XVII, 2, frequentius Aph. אֵילֵל. Vicinae sunt אָלַל no. II, אָלָה, gr. lat. *ὀλολύζειν, ululare*, arm. լալ *lal*, adde *lilliluh*, quae Nubiensium vox est et lugubris et laeta (Weddington Journal of a visit to some parts of Ethiopia 1822, p. 96. 234. 274).

Hiph. הֵילִיל, fut. יְיֵלִיל Mich. I, 8, sed frequentius וַיְלִיל Jes. XV, 2. 3. XVI, 7, יְיֵלִילוּ Hos. VII, 14, אֲיֵלִיל Jer. XLVIII, 31, תְּיֵלִילוּ Jes. LXV, 14, quod ortum ex forma יְהֵילִילוּ (Jes. LII, 5) ה inter duas vocales in Jod emollito 1) *ciulavit, lamentatus est.* Jer. XLVII, 2. Ez. XXI, 17 al., sq. עַל propter aliquid Jer. XLVIII, 31. LI, 8. Mich. I, 8. (Hos. VII, 14 עַל loci est), sq. בְּ id. Jes. XVI, 7. Tribuitur etiam inanimatis Zach. XI, 2: הֵילֵל בְּרוֹשׁ, atque locis, quae ululatibus resonant Jes. XIV, 31: הֵילִילִי שַׁעַר et eodem modo XXIII, 1: הֵילִילוּ אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ (cf. Virg. 2, 487: penitusque cavae plangoribus aedes Femineis ululant. Sil. 6, 285: resonae silvis ulularunt flebile ripae). In oraculis minacibus saepe ciulare iubentur, quibus calamitas quaedam instat. Jes. XIII, 6: הֵילִילוּ כִּי קָרוֹב יוֹם יְ. XXIII, 6. Jer. XXV, 34. XLVIII, 39. Joël I, 11. 13. Zeph. I, 11. — Amos VIII, 3: הֵילִילוּ שִׁירוֹת הֵיכָל *ciulant* in fletum abeunt *cantica palatiorum.* — 2) Semel de *lactis vocibus* victorum superbientium. Jes. LII, 5: מֹשְׁלָו וְהֵילִילוּ. Targ. גְּנִישַׁהְבָּחִין, Jarchi: ניתפארים gloriantur. (Sic ولول de clamore bellico Barhebr. p. 411. 413, cf. Meyerum in symboll. ad Barhebr. p. 164, *ὀλολύζειν* de laeto clamore ap. Aeschylum et Euripidem al. v. Seidler. ad Eurip. p. 686. Hemsterhus. ad Lucian. I, p. 177, it. *ululare* Luc. 6, 261: laetis ululare triumphis, et contra *ἀλαλάζειν* de ciulatu Euripid. Phoeniss. 358, cl. נְגִינָה, חֶדְוָה, רֶנֶן, quae de utroque vociferationis genere usurpantur). מֹשְׁלָו *domini Israëlis* l. c. sunt tyranni hostiles, ut semper in his capitibus XIV, 5. XLIX, 7, quorum usus plus valet, quam locus XXVIII, 14 ab Hitzigio laudatus, qui *principes populi Israëlitici* intelligit et הֵילִיל etiam h. l. *ciulatum* interpretatur (coll. LXV, 14). Cf. comment. nostr. ad h. l. et additamentum p. 365.

Ho. הוּלַל (ut הוּבַל), semel legitur Ps. LXXVIII, 63: *iuvenes eius comedit ignis* וּבְתוּלֹתֶיהָ לֹא הוּלָּלוּ *et virgines eius non lamentantur*, pr. non lamentari factae sunt (cf. Vers. 64: et viduae non fleverunt). LXX. *οὐκ ἐπενθήσαν.* Vulg. *non sunt lamentatae.* Ita Schnurrerus, quod ferri potest, cf. chald. יְלַל in Kal. Fortasse tamen pronunciandum הוֹלִילוּ in activo i. q. הֵילִילוּ, quam formam insolentiorem (sed cf. תּוֹלָל) non agnoscentes vocalium auctores scribebant הוּלָּלוּ. Quod vulgarem scripturam auctore Chaldaeo (לָא אִשְׁתְּבַחָן) interpretantur *non laudatae sunt* i. e. epithalamiis non celebratae, innuptae manserunt (coll. הִלּוּלָא epithalamium), id per grammaticas quidem rationes licet, sed non licet per parallelismum (לֹא תִבְכֶּינָה Comm. 64).

יְלָל m. *ululatus* ferarum (ut thoum אִיִּים) in deserto. Deut. XXXII, 10: בְּתֹהוּ יְלֶל יְשִׁמוֹן *in deserto ululatus* et *vastitatis.* Apud Arabes يَبَاب *ululatus* est ipsius deserti nomen poëticum, vit. Tim. I p. 412 pag. 9, ubi يباب recte reposuit Willmet. in Lex. p. 818. Kamûs p. 173: أَرْضٌ يَبَابٌ اى خَرَابٌ. Unde in Deuteronomii l. l. etiam struere licet: *in deserto, ululatu* (loco ululatus), *vastitate*, ut tria synonyma cumulentur. Ad ventorum ululatum refert Kimchius. De scriptura cod. Sam. v. sub voc. תְּהֹלָל p. 382 B.

יְלָלָה Zeph. I, 10, cstr. יִלֲלַת Jes. XV, 8. Jerem. XXV, 36. Zach. XI, 3 f. *ciulatus.*

תּוֹלָל m. *vexator* (Quäler), pr. abstr. vexatio, qua quis aliis lamentationes extorquet, verbale Pi. formae תְּקַטֵּל, תְּפָאֵרָה, Semel in plur. Ps. CXXXVII, 3: תּוֹלָלֵינוּ *vexatores nostri*, intelliguntur Chaldaei. Parall. שׁוֹבְבֵינוּ. Ad rad. יָלַל hanc formam recte iam retulerant Kimchi et Io. Simonis, sed male significatione abstracti acceperant: תחת ילללנו היו אמרים לנו שׁירו ונשׂמח loco *ciulatus nostri nos iubebant canere et laetari.* In illam

sententiam in Lex. man. Inde ab edit. 2 propositam concesserunt Winerus, de Wettius. De aliis explicationibus referre iuvat verbis Abulwalidis: *in libro* המستלחק i. e. *supplementi* תוֹלָלִינוּ *retulimus ad radicem* יָלַל ..... *sed admittimus praeterea aliam rationem, ut finitimum sit locutioni Arabum* תלת אלשי ואתלתה *The barbare tribus punctis munito, quod diruendi vim habet* [גָּלַל II i. q. שׁלם subvertit, diruit], q. d. שאלונו נהרסינו שנחה, *ut in illo* (Jes. XLIX, 17): מְהֲרָסֶיךְ וּמַחֲרִיבֽוֹךְ מִמֵּךְ יֵצֵאוּ. *Tandem nonnulli dicunt* תולָלִינוּ *dictum esse pro* שׁוֹלְלֵינוּ (praedatores nostri) ש et ת *inter se permutatis, ut in* בְּרוֹתִים *et* בְּרוֹשִׁים. Hanc postremam sententiam secuti sunt LXX. *ἀναγαγόντες ἡμᾶς*. Vulg. *abducentes nos*, Targ. בְּזָזָנָא *praedatores nostri*, sed שׁוֹלְלֵי ubique vim passivam habet. Magis placeret, תּוֹלָלֵי (ad formam עוֹלֵל = עִילֵי ab תָּלַל, חָתַם a תֶּחֱתָם) ducere a לָלַל תָּלַל stravit, prostravit.

יָלַע 1) i. q. לוּשׁ *linxit*, *corpsit*, *deglutivit* (v. ad rad. לוּשׁ), unde יוֹלָעַת, תּוֹלַעַת. — 2) *blateravit, temere locutus est*, quae significatio ab illa profieiscitur et in syllaba לע crebrior est. Arab. لغى id. max. de iureiurando temerario Sur. 2, 225. Prov. XX, 25: מוֹקֵשׁ אָדָם יָלַע קֹדֶשׁ וְאַחַר נְדָרִים לְבַקֵּר *laqueus* (pernicies) *hominis* est, si *temere proloquitur sacrum* (votum), *et* perniciosum est *post vota quaerere*. Libere LXX. *παγὶς ἀνθρώπῳ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἐχιάσαι*.

תּוֹלַעַת m. 1) *vermis*, a lingendo, deglutiendo dictus (cf. לָלַק); hoc enim (Redslobii) etymon praestat vulgari a שׁלע i. q. תלע altus, elatus, longicollis fuit. Plur. תּוֹלָעִים Ex. XVI, 20. — 2) spec. *vermis coccifer* (plene תּוֹלַעַת שָׁנִי), unde *coccus*, *color coccineus* et *panni coccinei* Jes. I, 18. Thren. IV, 5. Vide תּוֹלָלַת no. 2. — 3) n. pr. a) filii Issachari natu maximi Gen. XLVI, 13. 1 Par. VII: 1. b) iudicis Israelitarum Iud. X, 1. Patron. a litt. a est תּוֹלָעִי Num. XXVI, 23.

תּוֹלָעָה (ad formam תִּרְדָּמָה) Iob. XXV, 6. Jes. XIV, 11, et תּוֹלַעַת hoc posterius absol. et estr. 1) *vermis*, qualis in putredine crescit Jes. XIV, 11. LXVI, 24, plantas arrodit Jon. IV, 7. Deut. XXVIII, 39. Metaph. de homine infirmo et contemto opp. Deo Ps. XXII, 7. Jes. XLI, 14. Iob. XXV, 6. — 2) תּוֹלַעַת שָׁנִי *vermis coccifer* (Kermes-Wurm) et תּוֹלַעַת שָׁנִי *coccus vermis* s. vermium i. e. a vermibus petitus (v. locos s. v. שָׁנִי rad. שָׁנָה), inde *color coccineus*, et *panni coccinei*. Vide שָׁנָה et בַּרְמִיל. Inde ortum est verbum denominativum

Pu. יְתֻלָּעִים *cocco induti* (de militibus). Nah. II, 4.

יָלַק rad. inusit. Arab. لفق Conj. III. coniunctus fuit et adhaesit. Cf. chald. לְפַק et arab. لَفَقَ adiunxit.

יָלֶק f. *porrigo*, *impetigo* pruriens, ab adhaerendo dicta. Lev. XXI, 20. XXII, 22. LXX. *λειχήν*. Vulg. *impetigo*. Kimchi: *Talmudistae* (Gittin fol. 70, 1) *interpretantur impetiginem Aegyptiacam, quae adhaeret usque ad diem mortis.*

יֶלֶק rad. inusit. i. q. לָקַק *linxit*, inde lambendo *deparit*, ut recte Aben Esra. Cf. לחך Num. XXII, 4, it. יָלַע et לחס linxit, quo teste Kamuso de locusta utuntur, quae terrae proventum, ut tinea lanam, lambendo absumit (v. Boch. Hieroz. II, 445). Arab. يَلَقٌ albus, candicans ad nostram radicem nil pertinet. Inde

יֶלֶק m. depascens (forma abstr. pro concr.), hinc *locustae* species, quae una cum aliis locustae speciebus memoratur Joël I, 4. II, 25. Nah. III, 15. Ps. CV, 34, sed alata est Nah. III, 16, horrida s. horripilans (סָגְיָר) Jer. LI, 27. LXX in plerisque locis *βροῦχος* i. e. fetus locustae, nec non certa locustarum species, semel *ἀκρίς* (Jer. l. c.) locusta. Chald. גַּדְיָא locusta alata, sed Syr. عصفور locusta repens, non alata. Recentiores in varias opiniones discesserunt neque incertas, quas vide ap. Rosenm. ad Bochartum l. c., sed verissimam sententiam dixit Creuzerus ad Joël. l. c., qui *attelabum* (*ἀττέλαβον*) intelligit, qua voce designatur locusta, antequam cutem quartum deposuit (vor der letzten der vier Häutungen), qua specie bestiola alis in vagina cornea inclusis et horrentibus subsilit potius quam volat, donec vagina illa abiecta avolat, quo referri videntur verba Nahumi l. c. יֶלֶק פָּשַׁט וְעָף *attelabus exuit* vaginas alarum *et avolat*. Hunc locustae statum bene descripsit Hieron. ad Nah. l. c.: „*Attelabus*, quem significantius *comessorem* interpretatus est Aquila, parva locusta est inter locustam et bruchum et modicis pennis reptans potius, quam volans semperque subsiliens; et ob hanc causam, ubicunque orta fuerit, usque ad pulverem cuncta consumit, quia donec crescant pennae abire non potest," cf. ad V. 17: „Attelabus autem saltem modicas assumat pennas, et cum in altum volare non possit, tamen de terra exsilire nitatur, et tandem perveniens in locustam volitat quidem" cet. Apud Syros, ut bene observat Creuzerus p. 305, respondere videtur ܨܦܣܦܐ, chald. שְׁבוּעָא, quod utrumque ab *exuendo* dictum est (cf. ܨܦܐ i. q. ܦܫܐ et ܐܨܛܦܐ) et attelabum designat vaginas alarum exuentem.

יָמַם rad. inusit. i. q. יוּם, יָמַם (q. v.) *caluit, ferbuit* (dies) cf. חמם et חמם ferbuit dies. Inde

יָמִים et יָמוֹת *dies*, pl. nominis יוֹם, et

יְמוּאֵל (dies Dei, יְמִי i. q. יָם, יוֹם, cf. שִׁמְעִי i. q. שֵׁם, בִּתְיָה i. q. בַּת vir) n. pr. filii Simeonis Gen. XLVI, 10, pro quo vitiose יְמוּאֵל Num. XXVI, 2.

יְמִים v. sub rad. יוֹם.

יָמַם rad. innsit. I) i. q. הָמַם et הָמָה *fremuit, strepuit*, de fluctibus maris (ה et י permutatis, v. pag. 360). Inde יָם mare.

II) i. q. יוֹם, יָמָה (coll. חָמִים, חמה, v. ad יוֹם) *caluit, ferbuit*, ut dies, unde חַמָּה dies; transfertur ad amorem, unde יְמִימָה columba.

יָם cstr. יַם (Kamez servato), praeter formulam יַם־סוּף in qua ubique est Patach sq. Makkef Exod. XV, 4. Num. XIV, 25. XXI, 4. XXXIII, 10. Deut. I, 40. II, 1. XI, 4. Jos. II, 10 al., c. Suff. יַמּוֹ Jer. LI, 36, cum He locali יָמָּה (v. no. 2) pl. יַמִּים m. 2) 1) *mare*, a strependo, fremendo dictum. (Arab. بَحْر, syr. ܝܰܡ̰ܳܐ et fem. ܝܰܡ̰ܬܳܐ, sed posterius magis de lacu, aegypt. IOⲘ, ⲐIOⲘ, quod semiticae originis esse videtur v. Peyron Lex. copt. p. 35. 58). Ubi mare *κατ' ἐξοχήν* intelligitur, plurimis in locis articulo munitur, v. c. חוֹל הַיָּם Gen. XXXII, 13. XLI, 49, שִׂפַת הַיָּם Iud. VII, 12. 1 Sam. XIII, 5, דְּגֵי הַיָּם Gen. I, 26. 28. Iob. XII, 8, etiam apud poëtas occurrit Iob. XXVI, 12. XXXVI, 30. Ps. VIII, 9. XXXIII, 6. LXXVIII, 53 al., sed hi crebrius articulum omittunt Exod. XV, 8. 10. Iob. IX, 8. XI, 9. XXVIII, 14. XXXVIII, 8. 16. Ps. LXVI, 6. LXVIII, 23. LXXIV, 13. LXXVIII, 13. XCIII, 4. Jes. V, 30. XXIII, 2. L, 2. LI, 10 LX, 5 et saepe, quod etiam in sermone vulgari, sed rarius, Et, ut יַם דֶּרֶךְ mare versus 1 Reg. XVIII, 43, עַל־יָם super mari 2 Par. II, 15, cf. אֶל־יָם Esr. III, 7. Ad magnitudinem maris pertinet hoc Jeremiae Thren. II, 13: וְגָדוֹל כַּיָּם שִׁבְרֵךְ *magna instar maris* est *ruina tua*; ad indomitam eius vim Iob. VII, 12: הַיָּם אִם־אֵנִי אִם תַּנִּין *num mare ego, an monstrum marinum?* — Jes. XI, 9: כַּמַּיִם לַיָּם מְכַסִּים *sicut aquae tegunt mare*, int. fundum maris. Hab. II, 14. — מִיָּם עַד־יָם a mari ad mare, i. e. a mari interno ad Indicum Am. VIII, 12. Zach. IX, 10. Ps. LXXII, 8 cf. Mich. VII, 12. — Variae maris magni partes lacusque mediterranei (nam de his quoque יָם dicitur Iob. XIV, 11 cf. syr. ܝܰܡ̰ܳܐ) his nominibus insignuntur: הַיָּם הָאַחֲרוֹן (mare posterius i. e. occidentale) Deut. XI, 24. Joël II, 20, יָם פְּלִשְׁתִּים Exod. XXIII, 31, הַיָּם הַגָּדוֹל (mare magnum) Num. XXXIV, 6. 7. Jos. I, 4. IX, 1. Ez. XLVII, 10. 15. 20. XLVIII, 28 al. de mari interno s. mediterraneo; יָם כִּנֶּרֶת mare Galilaeum s. lacus Tiberiadis Num. XXXIV, 11; יָם הַמֶּלַח (mare salsum) Gen. XIV, 3, יָם הָעֲרָבָה (mare deserti) Deut. IV, 49, הַיָּם הַקַּדְמֹנִי (mare orientale) Joël II, 20. Zach. XIV, 8 de mari mortuo; יַם־סוּף (mare algosum) et יָם מִצְרַיִם Jes. XI, 15 de mari rubro. Pro contextu etiam הַיָּם dicitur de mari interno Jos. XV, 47, Galilaeo Jes. VIII, 23 (Hieron. „mare autem hic lacum appellat Genesareth, qui Jordane influente efficitur"), rubro ib. X, 26, mortuo XVI, 8 (sine art.). Poët. passim *mare* dicitur de regionibus maritimis. נְשִׂיאֵי הַיָּם principes maris Ez. XXVI, 16 sunt principes regionum maritimarum et transmarinarum i. q. נְשִׂיאֵי אֲרָם, et חֲמוֹן יָם divitiae maris Jes. LX, 5 i. q. divitiae gentium maritimarum i. q. שְׁבַע יַמִּים Deut. XXXIII, 19; sic Jes. XXIII, 4: אָמַר יָם מָעוֹז הַיָּם *dicit mare* i. e. urbs maritima (Tyrus), *munimentum maris*. — Plur. יַמִּים *maria* Gen. I, 22. Lev. XI, 9. 10. Ps. CXXXV, 6. Ez. XXVII, 33. 34. Maxime a poëtis frequentatur, ubi in vulgari oratione singularis est, ut חוֹל יַמִּים arena marium Iob. VI, 3. Ps. LXXVIII, 27. Jer. XV, 8 (cf. חוֹל הַיָּם Gen. XXXII, 13. XLI, 49), חוֹף יַמִּים littus marium Gen. XLIX, 13. Iud. V, 17 (cf. חוֹף הַיָּם Jos. IX, 1), לֹב יַמִּים Ps. XLVI, 3. Jon. II, 4, vide praeterea Gen. I, 10 (in quo capite color quidam poëticus est). Deut. XXXIII, 19. Ps. VIII, 9 XXIV, 2. LXV, 8. Jes. XVII, 12. Dan. XI, 45 (ubi יַמִּים est mare internum i. q. הַיָּם).

Maris autem nomen transfertur

a) ad *fluvios magnos*, ut Nilum (Plin. 35, 11: Nili aqua mari est similis. Herod. 2, 97: *ἐπεὰν δὲ ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώρην, αἱ πόλις μοῦναι φαίνονται ὑπερέχουσαι, μάλιστά κη ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ νήσοισι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύπτου πέλαγος γίνεται.* Diod. I, 12. 96) Jes. XVIII, 2. XIX, 5. Nah. III, 8. Iob. XLI, 23, Euphratem Jes. XXVII, 1 (prob. XXI, 1). Jer. LI, 36. Plur. de Nili brachiis Ez. XXXII, 2. (Sic arab. يَمّ de Nilo Cor. 20, 39 et saepe, it. بَحْر النِّيل et *κατ' ἐξοχήν* الْبَحْر de Nilo Elmac. I, 12. Eutych. Alex. I, 86. II, 377. 499, فَرَس الْبَحْر hippopotamus, كَافِر mare et fluvius magnus, *majo* [بَنْيَا] (مَا) apud tribum Arabum Fellata dictam, v. Seetzen in Zachii commerc. litt. XXIV, 233; aethiop. ⵖⵎⵍ: mare, lacus et fluvius magnus; pers. دریا mare, de Euphrate, Schahname ap. Vullers. I, 10, ind. *Sindhu* mare et Indus fluvius al.).

b) hyperbolice ad vascula permagna, unde הַיָּם הַחֻשָּׁת יָם *mare ahenеum* appellatur magnum lavacrum in atrio interiore templi Salomonei 2 Reg. XXV, 13. 1 Par. XVIII, 8 etiam הַיָּם מוּצָק 1 Reg. VII, 23, הַיָּם Comm. 24. 29. 2 Reg. XVI, 17. 2 Par. IV, 3 sqq. (ita aegypt. IOⲘ, ⲐIOⲘ dicitur de lacu qui torculari supponitur Marc. XII, 1. Hagg. II, 17).

2) *plaga occidentalis*, quoniam mare mediterraneum situm est ad occidentem Palaestinae. רוּחַ יָם ventus occidentalis Exod. X, 19. פְּאַת־יָם latus occidentale Ex. XXVII, 12. XXXVIII, 12. יָמָּה occidentem versus Gen. XXVIII, 14. Ex. XXVI, 22. XXXVI, 32. Num. II, 18. III, 23. Deut. III, 27. Jos. V, 1. XII, 7 al. (*ad mare* est הַיְמָּה Num. XXXIV, 5. Jos. XVI, 6. 8. XVII, 9. XIX, 26. 29. XXIV, 6, לַיָּמָּה Jos. XIX, 11); מִיָּם ab occidente Gen. XII, 8. Jos. XI, 2. 3. XIX, 34, מִיָּם לְ ab occasu alicuius loci Jos. VIII, 9. 12. 13. — Bis

(Ps. CVII, 3. Jes. XLIX, 12) יָם copulatur cum septentrione (צָפוֹן), et sunt propterea, qui his certe locis *austrum* intelligant: male, quum etiam alibi plagae componantur non sibi oppositae, sed vicinae, cf. Am. VIII, 12. Deut. XXXIII, 23.

יָם emphat. יַמָּא chald. *mare*. Dan. VII, 2. 3.

יְמִימָה (columba, arab. يَمَامَةٌ a calore venereo dicta, cf. יוֹנָה rad. ינן) n. pr. unius ex filiabus Iobi Iob. XLII, 14.

יָמַן rad. in Kal inusit., finitima radici אָמַן (cf. chald. הֵימִין pro הֶאֱמִין, et contra Jes. XXX, 21) firmus dein fidus fuit. Inde יָמִין manus dextra dicta est, quia hac manu fides datur eaque sublata iuratur (2 Reg. X, 15. Jes. LXII, 8, fidissima dextra Val. Flacc. 5, 65, cf. Simonis ed. 1. 2. 3).

Hiph. הֵימִין et הֵיטִין 2 Sam. XIV, 19, part. מֵימִינִים 1 Par. XII, 2 (adde הַאֲמִינוּנִי pro תֵּימִינוּנִי Jes. XXX, 21) denom. a יָמִין: 1) *dextrâ usus est* (opp. הִשְׂמִיאוּל) 1 Par. XII, 2. 2) *dextram petiit, ad dextram se convertit* Gen. XIII, 9. Ezech. XXI, 21. 2 Sam. et Jes. l. c. (Arab. يَمَّنَ et يَمَنَ a dextra accessit. III. et VI. dextrorsum contendit).

יָמִין comm. (sed plerumque fem. Ps. XVIII, 36. XXI, 9. XXVI, 10. XLV, 5. XLVIII, 11. LXIII, 9. LXXVIII, 54. LXXX, 16. LXXXIX, 14. XCVIII, 1. CXXXVII, 5. CXXXVIII, 7. CXXXIX, 10. Iob. XL, 14. Cant. II, 6. VIII, 3. Jes. XLVIII, 13, raro masc. Prov. XXVII, 16. Exod. XV, 6, ubi semel copulatur cum וְאַדִּרִי)

1) *dextra* manus, quae est fidem dantis, v. ad rad. (Arab. يَمِينٌ, يَمِنٌ, يَمْنَةٌ, aethiop. ፕሞኝ: syr. ܝܡܺܝܢܳܐ manus dextra, et: pars dextra). Gen. XLVIII, 8. 14. Exod. XV, 6. Ps. XLIV, 4 et saepe, redi ad locos modo laudatos. Ps. CXLIV, 8. 11: יְמִינָם יְמִין שֶׁקֶר *dextra eorum* est *dextra fraudis*. Jes. LXII, 8: נִשְׁבַּע יְהוָה בִּימִינוֹ *iuravit Jova per dextram suam* (cf. iurandi formulam apud Arabes ايمن الله per dextram Dei pl. ايمن الله et ايم الله, unde يمين fem. iusiurandum). XLI, 10: תְּעַדְתִּיךְ בִּימִין צִדְקִי, et ita saepe: יְמִין יְיָ Exod. XV, 6. Ps. CXVIII, 15. 16. Hab. II, 16, יְמִין כֹּהֵן Ps. LXXVII, 11 al. Pleonasmus est in hoc: יְדֵךְ וִימִינֶךָ Ps. LXXIV, 11. — a) *a dextra* est עַל יְמִין Iob. XXX, 12, מִיָּמִין 1 Reg. VII, 39. 49. 2 Par. III, 17. IV, 6. 7. 8. b) *a dextra alic.* personae vel rei est: מִ, עַל יְמִין פ, Ps. CIX, 6. Neh. VIII, 4. Zach. IV, 11, מֵאֶל יְמִין ה 1 Sam. XXIII, 24, לִימִין פ Ps. XLV, 10. CIX, 31. Jes. LXIII, 12, מִימִין פ Gen. XLVIII, 13. Ex. XIV, 22. 29. Deut. XXXIII, 2. Ps. XVI, 8. Ez. X, 3. Zach. IV, 3, מִיָּמִין ל 2 Reg. XXIII, 13, מִיָּמִין ב 2 Sam. XXIV, 5. 8. c) *ad dextram* (post verba motus): לַיָּמִין Neh. XII, 31, עַל יָמִין Zach. XII, 6; לִימִין פ ad dextram alic. Ps. CX, 1. d) *dextrorsum* est עַל יָמִין Gen. XXIV, 49. 2 Sam. II, 19. 21. Jes. IX, 19, אֶל הַיָּמִין Jos. XVII, 7. Ez. I, 10, הַיָּמִין Gen. XIII, 9 et יָמִין Jes. LIV, 3. Zach. XII, 3, maxime in formulis: נָסָה יָמִין אוֹ שְׂמֹאל Num. XX, 17. XXII, 26. 1 Sam. VI, 12. Prov. IV, 27 et סוּר יָמִין אוֹ שְׂמֹאל Deut. II, 27. XVII, 20. XXVIII, 14. Jos. I, 7. XXIII, 6. 2 Reg. XXII, 2.

Nota has locutiones: aa) *a dextra* alic. *stare* est adiuvantis Ps. XVI, 8. CIX, 31. CX, 5. CXXI, 5. Jes. LXIII, 12, sed etiam adversarii et accusantis Ps. CIX, 6. Zach. III, 1. bb) *a dextra regis sedere* dicuntur, quibus eximius honos habetur quive in regni quoddam consortium vocati sunt, ut regina 1 Reg. II, 19. Ps. XLV, 10, amici regii regisque administri (Jos. Arch. VI, 11 §. 9 cf. Knapp de Christo ad dextram Dei sedente, in Opusc. I, 39 sqq.), unde Ps. CX, 1: נְאֻם יְיָ לַאדֹנִי שֵׁב לִימִינִי *effatum Jovae ad dominum meum: conside ad dextram meam* i. e. esto regni mei consors in terris, v. intpp. ad h. l. Etiam alibi locus a dextra alic. honoratior est, quo pertinet Iob. XXX, 12. cc) *prehendere dextram* alic. i. e. eum sustentare, iuvare Ps. LXXIII, 23. Jes. XLI, 13. XLV, 1, unde אִישׁ יְמִינֶךָ *vir dextrae tuae* i. e. quem dextra tua adiuvat. Ps. LXXX, 18.

2) *dextra* pars, *dextrum* latus (cf. יָד manus et latus). In genit. aliis nominibus postpositum exprimit adj. *dexter* (יְמָנִי), ut שׁוֹק הַיָּמִין femur dextrum Exod. XXIX, 22. Lev. VIII, 25, יֶרֶךְ יְמִינוֹ femur dextrum eius Iud. III, 16. 21, כָּל־עֵין יָמִין omnes oculi dextri 1 Sam. XI, 2, etiam יַד יְמִינוֹ manus dextra eius Gen. XLVIII, 17. Iud. III, 15. XX, 16, יַד יְמִינִי manus dextra mea Ps. LXXIII, 23. Jer. XXII, 24, יַד יְמִינָם dextra eorum, pro manibus dextris eorum. Iud. VII, 20 cf. יְמִינוֹ Ps. XVII, 10 os eorum pro: ora eorum. (Similiter Syri, licet hi Sullixum nomini regenti annectant: ܟܰܣܦ̈ܰܐ ܝܡܺܝܢܳܐ oculus tuus dexter, ܐܰܝܕ̈ܰܟ ܝܡܺܝܢܳܐ manus tua dextera Matth. V, 29. 30, cf. 39. Luc. VI, 6. XXII, 50. Joh. XVIII, 10. XXI, 6, Barhebr. 483, aethiop. ሠራዊተ: ዘየማን: oculus tuus dexter Mth. V, 29). — Dextra pars autem poni videtur pro recta parte, loco recto et legitimo. Eccles. X, 2: לֵב חָכָם לִימִינוֹ וְלֵב כְּסִיל לִשְׂמֹאלוֹ *cor* (mens) *sapientis est in dextra* (recta, legitima) *parte eius, cor stulti in sinistra* (perversa) *parte*, cf. nostr. das Herz auf dem rechten Flecke haben.

3) *plaga australis*, *auster* (v. ad אָהוֹר pag. 72 B). Ps. LXXXIX, 13. Acc. in australi plaga Iob. XXIII, 9. תֵּימָן הַיְשִׁימוֹן ab austro deserti 1 Sam. XXIII, 19. 24.

4) *felicitas*, quia dextra manus boni ominis erat, unde arab. يَمُنَ felix fuit, يُمْنٌ felicitas. Vide בִּנְיָמִין. Inde n. pr. virorum (Felix): a) filii Simeonis Gen.

XLVI, 10. 1 Par. IV, 24. b) 1 Par. 2, 27. c) Neh. VIII, 7. Inde est

יְמִינִי patron. Num. XXVI, 12. Sed

יְמִינִי est 1) i. q. יָמָנִי *dexter*, bis in Chethibh 2 Par. III, 17. Ez. IV, 6. 2) pro בֶּן־יְמִינִי Benjaminita, v. בִּנְיָמִין p. 219 A.

יְמִנָּה (i. q. יֶמֶנָּא felicitas) n. pr. 1) filii Asseris Gen. XLVI, 17. Num. XXVI, 44. 1 Par. VII, 30. 2) alius viri 2 Par. XXXI, 14.

יָמָנִי fem. יְמָנִית adj. *dexter, a, um*, (a יָמִין, יֶמֶן), ut הָעַמּוּד הַיְמָנִי columna dextra 1 Reg. VII, 21, הָרֶגֶל הַיְמָנִית pes eius dexter Ex. XXIX, 20. — Lev. VIII, 23. 24. XIV, 14 sq. 1 Reg. VI, 8. VII, 39. 2 Reg. XI, 11. 2 Par. IV, 10. XXIII, 10. Ez. XLVII, 1. 2. (Aethiop. ⲩⲙⲛ: id.)

תֵּימָן, semel תֵּנִין Iob. IX, 9 comm. (masc. signif. 2. Obad. 9; fem. significatione prima Jes. XLIII, 6. Cant. IV, 16) pr. quod ad dextram situm est 1) *plaga australis* (v. יָמִין no. 3). Jos. XII, 3. XIII, 4. Iob. IX, 9. XXXIX, 26. Jes. XLIII, 6. Zach. VI, 6. IX, 14. Cum He locali תֵּימָנָה austrum versus Exod. XXVI, 18. 35. XXVII, 9. XXXVI, 23. Num. III, 29. X, 6. Ez. XLVII, 19. Pleon. דֶּרֶךְ תֵּימָנָה Ez. XXI, 2. תֵּימָנָה לְ ab austro alic. Num. II, 10. Poët. תֵּימָן pro רוּחַ תֵּימָן *ventus australis*. Ps. LXXVIII, 26. Cant. IV, 16. Cf. צָפוֹן.

2) n. pr. gentis regionisque Idumaeae, quae a Themano, Esavi nepote, originem ducebat (Gen. XXXVI, 11. 15). Gen. XXXVI, 42. Jer. XLIX, 7. 20. Ezech. XXV, 13. Am. I, 11. 12. Hab. III, 3. Obad. 9, et, ut reliqui Arabes (1 Reg. V, 11), sapientiae laude florebat Jer. XLIX, 7. Bar. III, 22. 23 cf. Iob. II, 11. Patron. est הֵימָנִי Iob. l. c. et IV, 1. XV, 1. XXII, 1. XLII, 7. 9. Gen. XXXVI, 34. 1 Par. I, 45 (unde etiam הֵימָנִי n. pr. viri 1 Par. IV, 6). LXX. *Θαιμάν*, al. *Θεμάν*. Hieronymus in locis Hebraicis: „Theman regio principum Edom in terra Gebalitica, a Theman ..... sortita vocabulum. Sed et usque hodie est villa Theman distans ab urbe Petra quinque (Euseb. quindecim, *ιε'*) millibus, ubi et Romanorum praesidium sedet.“ Hodie nullum eius nominis vestigium in illis regionibus repertum est: cave enim cum Car. Raumero (Palaest. p. 185. 186) eadem putes Themān (تيمان, תֵּימָן) et *Maān* (معان, hebr. מָעוֹן), de quo vide suo loco et ad Burckhardti itin. Syriae p. 1069.

תֵּימָא n. pr. gentis arabicae, quae ab Ismaëlis filio natu nono originem ducebat (Gen. XXV, 15), pariter atque Dedan, quacum bis copulatur (Jes. XXI, 14. Jer. XXV, 23), mercatura nobilis Iob. VI, 19. Respondet gr. *Θαῖμα* Ptolem. 6 p. 179 Bert. (long. 71°, lat. 27°), et arab. تَيْمَاء, de quo vide Amrulkaisi Moall. 74, Abulf. Syriam ed. Köhler p. 14, eiusd. Arabiam p. 33 Gagn. 97 Rommel, ubi castellum est in confiniis Nagdi (نجد) et deserti Syriaci, quod (pro variis auctoribus) ponitur gradu lat. 25—27 (d'Anville 27°). Ex Seetzenio (monatl. Correspondenz XVIII p. 374) discimus, paucis milliaribus id orientem versus distare a Heddije, quod quidem oppidum in via peregrinatorum Damascenorum quotannis Meccam petentium situm est, et trium dierum itinere a Medina abest (Burckhardt. itin. Syriae pag. 1038). Fuerunt iam inter veteres (ut LXX, qui etiam תֵּימָא ubique scribunt *Θαιμάν*, qui תֵּימָן Idumaeae gentem nostrumque תֵּימָא idem esse putarent, graviter propterea reprehensi ab aliis (v. Kocher. ad Jes. XXI, 14), ut operae pretium sit, hanc causam paullo diligentius cognoscere. Atque illorum quidem sententiae praeter Alexandrinorum, si qua est, auctoritatem, hoc maxime favere videtur, quod Thema et Dedan duobus locis (v. supra) copulantur, ut alibi Theman et Dedan (Jer. XLIX, 7. 8. Ezech. XXV, 13): cui accedit quod Themanae nullum vestigium apud Graecos et Arabes exstat. Sed huic obstat situs locorum. Nam Taima Arabum tredecim dierum itinere austrum versus distat a Maān prope Petram Idumaeae sito (v. Burckhardt l. c. p. 1035—38), neque credibile est, Idumaeorum regionem eo usque excurrisse. Contra facile adducor ad credendum, תֵּימָן et תֵּימָא eiusdem originis nomina esse, et hoc ex illo ortum esse, Nun extremo abiecto et ā vocali producto. In hac ipsa radice Nun abiecti duo exempla habes, unum ايم الله pro ايمن الله per dextras Dei, alterum syr. ܐܡܝܢ iuravit, quod nil dubito quin ortum sit ex יָמִין, يمين X. iuravit, تَيْمَان iuramenta; alia sunt: لم يكن pro لم يكن non fuit, הֲכִי talmud. pro הֲכֵין profecto, et ita אַהּ ex אַכֵּן, אָכֵן ex כֵּן, לָכֵי poët. pro לָכֵן Gol. 2155 (cf. *an* et *â* in Nunatione Arabum) cf. *l* abiectum in تعا arab. vulg. pro تعال Caussin p. 12, aeth. ⲢⲂⲒ: pro ⲢⲂⲀⲖ: dixit; et r in talmud. נִימָא pro נֵימַר dicimus, מִימָא pro מֵימַר dicere cf. infra בְּנָא. Occurrat aliquis, تَيْمَاء apud Arabes sibi propriam habere potestatem *deserti*, itaque ex hebraeo vix profectum esse posse: sed hoc ipsum vc. caret etymo in lingua arabica, et admodum credibile est, تيما *descrtum* ortum esse ex תֵּימָן *regio australis*, itaque *arida*, ut contra נֶגֶב regio australis est pr. regio arida coll. zab. תימא meridies, rectius: auster, regio australis (Norberg Lexid. p. 89). Quae quum ita sint, תֵּימָא sub rad. יָמַן tractare non dubitavi.

יָמַר in Kal inusit. i. q. מוּר *commutavit, permutavit.*

Hiph. הֵימִיר commutavit, permutavit Jer. II, 11, ubi plures codd. הֶחֱמִיר (a מוּר).

Hithp. הִתְיַמֵּר *permutatus est* cum al. h. e. *in locum alicuius substitutus est, locum* alic. *occupavit* (cf. arab. بَدَلَ mutavit, permutavit, Conj. V. locum occupavit, تَبَدَّلَ

4) Poëtae etiam *passive* usurpant pro *habitari*, vel *habitabilem esse*, ut idem valeat quod Hophal, quocum Kal significatione passim convenit (cf. יָכַל fut. יוּכַל), pariter atque gr. *ναίω*, maxime *ναιετάω*, Od. 4, 464: Ἰθάκης ἔτι ναιετάοντες. 4, 95. 96: *καὶ ἀπώλεσα οἶκον, εὖ μάλα ναιετάοντα* i. e. bene habitabilem, das wohnliche Haus (alius generis sunt loci, quos laudavimus ad no. 1 litt. i). Dicitur de urbibus Jer. XVII, 25, et regionibus Joël IV, 20: וִיהוּדָה לְעוֹלָם תֵּשֵׁב *Judaea in aeternum habitabitur*, opp. נִצְרִים שְׁמָמָה תִּהְיֶה וֶאֱדוֹם לְמִדְבַּר שְׁמָמָה. LXX *κατοικηθήσεται*. Vulg. habitabitur. Zach. VII, 7: בְּהְיוֹת יְרוּשָׁלִַם יוֹשֶׁבֶת וּשְׁלֵוָה .... וְהַנֶּגֶב וְהַשְּׁפֵלָה יוֹשֵׁב *quum Hierosolyma esset habitata et tranquilla .... et auster atque regio maritima habitati essent*. LXX ὅτε ἦν Ἰερ. *κατοικουμένη*. Saepius etiam לֹא יָשַׁב *non habitari, non habitabilem esse* habetur in descriptione urbium regionumque desertarum. De Babylone Jes. XIII, 20: לֹא תֵשֵׁב לָנֶצַח לֹא תִשָּׁכֵן עַד דּוֹר וָדוֹר, praecessit: כַּאֲשֶׁר הָפַךְ אֱלֹהִים ... הֵנוּחָה, et sequitur: לֹא יַחֲלֹ שָׁם עֲרָבִי וְאָהֳלִים לֹא יַחֲלוּ שָׁם רֹעִים. LXX *κατοικηθήσεται*. Conf. locum parallelum Jer. L, 40, qui, quid sibi velit לֹא יָשַׁב apud Jesaiam vel *σκεπτικώτατον* hominem dubitare non sinit: כַּאֲשֶׁר הָפַךְ אֱלֹהִים אֶת סְדֹם וְאֶת עֲמֹרָה .... לֹא יֵשֵׁב שָׁם אִישׁ וְלֹא יָגוּר בָּהּ בֶּן אָדָם *non habitabit in ea homo, nec commorabitur quisquam in ea*, cf. XLIX, 18. 33. Jer. L, 13 de eadem urbe: מִנְּקֻפָּה וְהוּא לֹא תֵשֵׁב וְהָיְתָה שְׁמָמָה כֻּלָּהּ. Comm. 39. Ez. XXIX, 11 de Tyro: לֹא תַעֲבָר־בָּהּ רֶגֶל אָדָם וְרֶגֶל בְּהֵמָה לֹא תַעֲבָר בָּהּ וְלֹא תֵשֵׁב אַרְבָּעִים שָׁנָה *transibit eam neque*

pes hominis neque pes pecudis, et non habitata erit quadraginta annos (cf. Jer. II, 6: לֹא עָבַר בָּהּ אִישׁ וְלֹא יָשַׁב אָדָם שָׁם). XXVI, 20. De Ascalone Zach. IX, 5, de urbibus Idumaeae Ez. XXXV, 9. — De regionibus Jer. XVII, 6: שָׁכַן חֲרֵרִים בִּמִּדְבָּר אֶרֶץ מְלֵחָה וְלֹא תֵשֵׁב *habitat loca arida in deserto, terram salsam, et quae non habitatur.* De singulis adeo domibus Iob. XV, 28: וַיִּשְׁכֹּן עָרִים נִכְחָדוֹת בָּתִּים לֹא יֵשְׁבוּ לָמוֹ *habitat urbes desolatas, domus non habitatas* i. e. desertas. LXX. οἴκους ἀοικήτους. Alexandrinus et Vulgatus cunctis his locis utuntur passivo κατοικεῖσθαι, *habitari*, rarius Chaldaeus et Syrus, qui plerumque servant activum, quippe quod in his quoque linguis usum passivum et intransitivum admittt. Nos autem paullo copiosius de hoc usu disputavimus iccirco, ut nemini non in oculos incurrat, quam vana sit nupera Hengstenbergii observatio (ad Zach. XII, 6. Christol. V. T. II, p. 286), qui verbo יָשַׁב passivam significationem prorsus abiudicat et in cunctis illis locis *urbes* per prosopopociam *soliis insidentes* vel *non insidentes* sisti affirmat, ignorans nimirum, hanc locutionem non de urbibus solum, sed etiam de regionibus adeoque singulis domibus usurpari, de quibus per eiusmodi prosopopociam loqui absurdum esset. Praeterea sole clarius est, locutionem לֹא יָשַׁב ubique ad solitudinis descriptionem pertinere et plus dicere, quam *in solio non sedere.* Ceterum hoc notandum est, nonnulla exempla, quae hnc retulerunt interprètes, aliorsum pertinere (v. ad no. 1, i).

Niph. נוֹשַׁב *habitatus est* Exod. XVI, 35. Jer. VI, 8. XXII, 6. Ezech. XII, 20. XXVI, 19. XXXVI, 10. XXVI, 17: נוֹשֶׁבֶת מִיַּמִּים *habitata a maribus* i. e. frequentata, celebrata a populis maritimis. חָרְבוֹת נוֹשָׁבוֹת ruinae (denuo) habitatae Ez. XXXVIII, 12.

Pi. collocavit, posuit, vel *aedificavit* (יִרָה pagum) Ez. XXV, 4. Est causat. Kal no. 1 litt. i.

Hiph. הוֹשִׁיב (semel הוֹשִׁבוֹתִים Zach. X, 6 pro הוֹשַׁבְתִּים, quod nonnulli codd. exhibent: in illa forma scribenda vel auctori vel scribae similis vox הֲשִׁיבוֹתִים obversata est) 1) causat. Kal no. 1 *sedere fecit* 1 Sam. II, 8. 1 Reg. XXI, 9. 10. 12. Iob. XXXVI, 7. — 2) causat. Kal no. 3 *habitare fecit* Ps. IV, 9. LXVIII, 7. CXIII, 8, sq. dupl. acc. pers. et loci Ps. CXIII, 9, sq. בְּ loci Gen. XLVII, 6. 2 Reg. XVII, 6. 24. 26. Hos. XII, 10, עַל loci Hos. XI, 11; it. *secum cohabitare fecit* mulierem i. e. *in matrimonium duxit* (cf. aethiop. ⵀⴰⵛⴰⴱ: id. Matth. XIX, 9. 10. XXII, 25, hispan. *casarse*) Esr. X, 2. 10. 14. 17. 18. Neh. XIII, 27. — 3) causat. Kal no. 4 *habitari fecit* terram Ez. XXXVI, 33. Jes. LIV, 3.

Hoph. הוּשַׁב 1) *habitare factus est* Jes. V, 8. — 2) *habitatus est* XLIV, 26.

יֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת (sedens in consessu) n. pr. tribuni Davidis 2 Sam. XXIII, 8, in locis parallelis יָשְׁבָם q. v. sub rad. שׁוּב. Male nonnulli id appellativum esse statuunt.

יֹשְׁבָאָב sedes patris) n. pr. viri 1 Par. XXIV, 12.

יִשְׁבּוֹ בְנֹב (*sedes eius* est *Nobae*, v. נֹב rad. נָבָה) n. pr. viri 2 Sam. XXI, 16 Chethibh. Keri: יִשְׁבִי בְנֹב.

יָשְׁבְעָם (pro יָשַׁב בָּעָם sedes in duro) n. pr. viri 1 Par. XXV, 4. 24.

שְׁבָה (pro יְשִׁיבָה) f. *habitatio* 2 Sam. XIX, 33.

שֶׁבֶת f. pr. inf. *sedere, habitare.* Nonnunquam subst. *sessio*, *sedes*, מְקוֹם הַשֶּׁבֶת sedile solii 1 Reg. X, 19, it. *locus.* 2 Sam. XXIII, 7: *concremantur* בַּשֶּׁבֶת *loco suo.* Kimchi: במקום שבתם.

יוֹשַׁבְיָה (quem habitare fecit Jova) n. pr. viri 1 Par. IV, 35.

יוֹשַׁוְיָה (pro יוֹשַׁבְיָה id.) n. pr. viri 1 Par. XI, 46.

מוֹשָׁב pl. cstr. מוֹשְׁבֵי Ez. XXXIV, 13, cum suff. מוֹשָׁבוֹתֵיכֶם, מוֹשְׁבוֹתָם m. 1) *sedes*, *sella* 1 Sam. XX, 18. 25. Ez. VIII, 3. Iob. XXIX, 7: בָּרְחוֹב אָכִין מוֹשָׁבִי. De inanimatis: sedes i. e. *situs* urbis. 2 Reg. II, 19, v. supra ad rad. no. 1, litt. i. — 2) *consessus* hominum Ps. I, 1. CVII, 32. — 3) *habitatio* Gen. X, 30. XXVII, 39. Num. XXIV, 21. 1 Reg. X, 5. Ps. CXXXII, 13. עִיר מוֹשָׁב urbs habitationis Ps. CVII, 4. 7. 36. בֵּית מוֹשָׁב domus habitationis Lev. XXV, 29. Est etiam a) tempus habitationis. Exod. XII, 40: מוֹשַׁב בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. b) concr. habitatores. 2 Sam. IX, 12: כָּל־מוֹשֵׁב בֵּית צִיבָא.

תּוֹשָׁב (Kamez impuro, inde תּוֹשְׁבֵי 1 Reg. XVII, 1) m. pr. habitatio, concr. *habitator*, ex loquendi usu: *adhabitans*, *advena*, *inquilinus*, de homine peregrino, qui in aliquo populo degit, sed civitatem non habet (Beysass). Exod. XII, 45. Lev. XXII, 10. Ps. XXXIX, 13. Saepe copulantur גֵּר וְתוֹשָׁב Gen. XXIII, 4. Lev. XXV, 35. 47. Num. XXXV, 15. LXX. πάροικος.

יָשַׁח rad. in verbo inusitata, pr. *stitit*, max. erectus, *exstitit*, inde *fuit* (cf. כּוּן stare, كَانَ fuit). In linguis semiticis finitima sunt partim יָשַׁב et יָצַב, partim אָשַׁשׁ et أَسَّ *stabilivit*, fundavit, fulcivit, et fortasse etiam אסה, اسى medicatus est, Conj. III. آسى et واسى solatus est, proprie, erexit (haec enim origo magis placet, quam ea, quam p. 129 proposuimus); adeoque אִישׁ eiusdem familiae esse videtur. In linguis indogermanicis ad verbi substantivi significationem in יָשׁ conferri possint sanscr. *as*, pers. هستن, lat. *esse*, sed haec incertiora sunt. Inde

יֵשׁ (ut בֵּן a בָּנָה) sq. Makk. יֵשׁ־ pr. *exsistentia* (sit venia verbo), inde *quod exstat*, *adest*, *praesto est.* Kimchi: דבר נמצא. Inde

1) *exstat*, *praesto est*, *adest*, gall. il y a. (Arab. ليس, aram. אִיתַי v. pag. 88 et de usu syr. ܐܝܬ

Agrell. suppl. ad synt. syr. §. 5. 6. 8. A primaria eius potestate repetenda est locutio illa pleonastica ܐܝܬ ܠܝ et ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܝ er war da pr. existentia eius erat, ܗܘܐ ܠܝ ich war da). Ut exempla accuratius dispescamus, est a) i. q. *existit*. Ps. LVIII. 12: יֵשׁ אֱלֹהִים שֹׁפְטִים בָּאָרֶץ *existat dii, qui iudicant in terris.* Jes. XLIV, 8: הֲיֵשׁ אֱלוֹהַּ מִבַּלְעָדָי *num existit deus praeter me?* Ps. XIV, 2: לִרְאוֹת הֲיֵשׁ מַשְׂכִּיל *ad videndum num existat sapiens.* 2 Sam. IX, 1. Jer. V, 1. Thren. I, 12. — Jer. XXXI, 6: כִּי יֵשׁ יוֹם *nam erit tempus* cet. b) respondet nostro *es gibt*, gall. *il y a*. Ruth III, 12: יֵשׁ גֹּאֵל קָרוֹב מִמֶּנִּי *est consanguineus propinquior quam ego*, nostr. es gibt einen Verwandten, der näher ist als ich. Iud. XIX, 19: *etiam stramen et pabulum* יֵשׁ *adest*, praesto s. paratum est. 1 Sam. XXI, 5: לֶחֶם קֹדֶשׁ יֵשׁ Eccl. VIII, 14: יֵשׁ צַדִּיקִם אֲשֶׁר *sunt iusti qui* cet. ibid. I, 10: יֵשׁ דָּבָר שֶׁאומַר *est res, de qua quis dixerit* cet. II, 21: — יֵשׁ אָדָם שֶׁ Vii, 15: יֵשׁ צַדִּיק אֹבֵד בְּצִדְקוֹ Prov. XIII, 7: יֵשׁ מִתְעַשֵּׁר *sunt qui divites se gerant.* XI, 24. XVIII, 24. Inde est aa) recentioris Hebraismi locutio יֵשׁ אֲשֶׁר *fuerunt qui*, bis terve repetitum pro *quidam, alii, alii* Neh. V, 2. 3. 4: יֵשׁ אֲשֶׁר אֹמְרִים *fuerunt qui dicerent.* (Cf. syr. ܐܝܬ ܕ pro ὃ μέν, ὃ δέ Matth. XIII, 8. Barhebr. p. 53 lin. extr., rabbin. יש דמרין sunt qui dicant, acth. ∩ *bo* = יֵשׁ, et ubi repetitur: quidam, quidam, Ludolf Lex. 223). bb) *erat quum esset* bis iteratum i. e. nonnunquam erat i. q. הָיָה כְּ Num. IX, 20. 21. Onk. אִית דְּהָוֵי, quae locutio apud Chaldaeos frequentissima significat: nonnunquam erat. Saad. يَكُونُ أَحْيَانًا *quandoque erat.* Jonath. אִית בּזִמַן דְּהוּי erat tempus quo esset, et ita Syr. ܐܝܬ ܕܗܘܐ ܠܝ. — c) addita notatione loci (es ist, befindet sich irgendwo) Gen. XXVIII, 16: אָכֵן יֵשׁ יְהוָה בַּמָּקוֹם הַזֶּה XXIV, 23: הֲיֵשׁ בֵּית אָבִיךְ מָקוֹם לָנוּ Num. XIII, 20. XXII, 29. Iud. IV, 20. XVIII. 14. Jon. IV, 11. Iob. VI, 6, vel populi coetusve, in (ex) quo aliquis est Deut. XXIX, 17: פֶּן יֵשׁ בָּכֶם אִישׁ אוֹ אִשָּׁה 2 Reg. II, 16: יֵשׁ אֶת־עֲבָדֶיךָ חֲמִשִּׁים Esr. X, 44: יֵשׁ מֵהֶם בָּנִים.

2) *est*, pro verbo substantivo. Iud. VI, 13: יֵשׁ יְהוָה עִמָּנוּ. Gen. XXIII, 8: אִם יֵשׁ אֶת־נַפְשְׁכֶם *si est apud animum vestrum*, si vobis placet. יֵשׁ לְאֵל יָדִי est in potestate manus meae (v. אֵל). יֵשׁ וַיֵּשׁ 2 Reg. X, 15 (med.) profecto ita est. — Ita cum suff., quibus subiectum verbi substantivi exprimitur, ut יֶשְׁךָ tu es Iud. VI, 36, יֶשְׁכֶם vos estis Gen. XXIV, 49, יֶשְׁנוֹ is est, ille (illud) est. Esth. III, 8: יֶשְׁנוֹ עַם אֶחָד מְפֻזָּר *est ille* (Israël) *populus dispersus.* 1 Sam. XIV, 39: כִּי יִשְׁנוֹ *si esset illud* (peccatum) *in Jonathano filio meo*, it. XXIII, 23. Deut. XXIX, 14 (ubi locus additus est, ut no. 1, litt. c). Participio iunctum exprimit verbum substantivum. Iud. l. c. אִם יֶשְׁךָ מוֹשִׁיעַ Gen. XXIV, 49. אִם יֶשְׁכֶם עֹשִׂים *si facitis.*

3) יֵשׁ לִי mihi est, *habeo*, i. q. הָיָה לִי p. 374 A. (Syr. ܐܝܬ ܠܝ mihi est, habeo, J. D. Michaëlis gr. syr. §. 97. Hoffmanni gramm. pag. 378. Agrell. suppl. pag. 8). Ruth I, 12: הֲיֵשׁ לִי תִקְוָה *est mihi spes.* Gen. XLIV, 20: יֵשׁ לָנוּ אָב זָקֵן XLIII, 7. 1 Par. XXIX, 3. Iob. XXV, 3. XXVIII, 1. XXXVIII, 28. Jer. XLI, 8. כָּל־אֲשֶׁר יֵשׁ לוֹ quaecunque habebat Gen. XXXIX, 4. 5. 8. — 2 Reg. IV, 13: הֲיֵשׁ לְדַבֵּר לָךְ אֶל־הַמֶּלֶךְ *num habes aliquid colloquii cum rege?* nostr. hast du mit dem Könige zu sprechen? quod idem est atque: *num tibi loquendum est cum rege?* (Ita syr. ܐܝܬ ܠܟ sq. gerundio, mihi faciendum est aliquid v. c. ܐܝܬ ܠܟ ܕܢܥܒܕ mihi standum est v. Agrell. suppl. p. 3-). Non multum differt יֵשׁ אֲלַי pro יֵשׁ אֵלַי obvenit, obtingit mihi Iob. XXXIII, 23. — Etiam omisso dativo. Jes. XLIII, 8: עַם עִוֵּר וְעֵינַיִם יֵשׁ *populus coecus*, et *oculi sunt ei* pro pleniore יֵשׁ לוֹ Iob. XXXIII, 32: אִם יֵשׁ מִלִּין pro אִם יֵשׁ לְךָ מִלִּין *si verba habes.* Eodem referendum videtur illud Prov. VIII, 21 de sapientia hypostatica לְהַנְחִיל אֹהֲבַי יֵשׁ וְאֹצְרוֹתֵיהֶם אֲמַלֵּא *est* mihi *quod impertiar diligentibus me, et thesauros eorum implebo*, cf. locum similem 2 Par. XXV, 9: יֵשׁ לַיהוָה לָתֵת לָךְ *est* suppetit *Jovae, quod det tibi.* Ita ex veteribus iam Jarchius. Kimchius. Sunt qui opponant huic rationi, יֵשׁ sic infinitivo praeponendum fuisse, et deesse accusativum rei post הַנְחִיל, sed illud refellitur loco 1 Sam. XXI, 5: לֶחֶם קֹדֶשׁ יֵשׁ, hoc verbis Deut. XXXII, 8, ubi accusativus rei itidem omissus est. Itaque sine causa idonea inde ab interprete Alexandrino יֵשׁ h. l. nomen esse statuerunt, *opes* designans, pr. substantiam, essentiam alic., vel, quod praestaret, *quod* alicui *praesto est*, *id quod habet*, אֲשֶׁר יֵשׁ לוֹ. LXX ὑπαρξις. Gr. Venet. οὐσία. Aben Esra: *est* כנוי *pro possessione perpetua acquisita in hereditatem aeternam.* Et multo etiam minus ferendum est, quod Schultensius huic voci et nostro loco et duobus aliis (Prov. XIII, 23. XIX, 18) *soliditatis* vim tribuit, laudato „arab. يَشِي solidus fuit", quae significatio mera coniectura etymologica nititur et a linguae usu aliena est. In locis a Sch. laudatis nil fere difficultatis est. XIX. 18: כִּי יֵשׁ תִּקְוָה verte: *dum spes est.* XIII, 23: *multum cibi suppeditat novale* (multo labore partum) *pauperibus*, יֵשׁ נִסְפֶּה בְלֹא מִשְׁפָּט contra *perit* quod *sine iure* partum est.

Apparet ex exemplis, quae laudavimus, subst. יֵשׁ respondere, si linguae usum spectas, verbo substantivo הָיָה, iisque eius significationibus, de quibus supra (p. 373) *tertio* loco disputavimus, ita quidem ut sine temporis numerique discrimine ponatur, plerumque tamen *praesens tempus* designet. Pluriens igitur exemplis valet *est*, c. plur. *sunt* 2 Reg. II, 16. Esr. X, 44. Ps. LVIII. 12. Eccl. VIII, 14, praet. *fuit, erat* Gen. XXXIX. 4. 5. 8. Num. IX, 20. 21. Neh. V, 2. 3. 4, fut. *erit* Jer. XXXI. 6, non raro in sententiis conditionalibus. post אִם Gen. XXIII. 8. 1 Sam. XIV. 39 (si esset) לוּ Num. XXII, 29. Iob. XVI, 4.

Pro לֹא יֵשׁ, quod ipsum in unum verbum (לֵיְסَ, لَيْسَ) contractum frequentant Arabes et Aramaei, Hebraei ponunt אַיִן, אֵין, cuius variis usus cum יֵשׁ accurate congruunt (v. p. 81. 82). Proprie igitur dici non poterat אֵין יֵשׁ, quod tamen bis reperitur per pleonasmum verbi substantivi (1 Sam. XXI, 9. Ps. CXXXV, 17), cf. p. 82 A extr. B. init.

יִשַׁי, semel אִישַׁי 1 Par. II, 13 *Isaï* n. pr., pastor Bethlehemiticus, pater Davidis regis 1 Sam. XVI, 1 sqq. qui utpote homo novus et ignobili patre natus propterea ab inimicis contemtim appellatur בֶּן־יִשַׁי 1 Sam. XX, 27. 30. 31. XXII, 7. 8. 2 Sam. XX, 1. 1 Reg. XII, 16. *Truncus Isaï* Jes. XI, 1 poët. dicitur de familia Davidis, *radix* i. e. surculus *Isaï* ibid. Comm. 10 de Messia. LXX. Ἰεσσαὶ et ita Matth. I, 5. Syr. ܝܫܝ. (Significatione utraque illa forma non multum differre et *virilem*, *fortem* indicare videtur, v. ad rad.).

יוֹשָׁה n. pr. viri 1 Par. IV, 34. Possit ab hac rad. derivari (ad formam גּוֹלָה), nisi potius contr. videretur ex יוֹשַׁוְיָה, v. ad יָשַׁב.

תּוֹשִׁיָּה et **תֻּשִׁיָּה** f. vocabulum poët. Proverbiis et Iobi libro fere peculiare 1) *auxilium*, *salus* ab erigendo, fulciendo, v. rad. Iob. VI, 13: הֲתוֹשִׁיָּה נִדְּחָה נִמְיֹנִי *auxilium a me aufugit*. Parall. עֵזְרָה. LXX. βοήθεια. Syr. liberatio. Prov. II, 7 (LXX. σωτηρία. Vulg. salus). Eodem pertinet Iob. XXX, 22 Keri: תְּמוֹגְגֵנִי תֻּשִׁיָּה *dissolvisti mihi salutem*. Denique Micha VI, 9 secundum scripturam nonnullorum codd. et vett. interpretum omnium: תּוּשִׁיָּה יִרְאֵי שְׁמֶךָ *salus timentibus nomen tuum*, pr. *salus* i. e. salvi, in salute positi sunt *timentes n. t.* Atque magis hoc placet, quam scriptura librorum editorum: תּוּשִׁיָּה וְיִרְאָה שְׁמֶךָ, quam interpretantur ex signif. no. 3: *sapiens* (pr. sapientia) solus *curat nomen tuum*.

2) *consilium* i. q. עֵצָה, itidem ab erigendo s. constituendo. Iob. V, 12: לֹא תַעֲשֶׂינָה יְדֵיהֶם תּוּשִׁיָּה *et manus eorum non exsequuntur consilium*. Bene Vulg. quod coeperant. Kimchi: כל דבר שחשבו לעשות. Inde

3) consilium i. e. *sapientia* (cf. עֵצָה no. 3 p. 611). Kimchi: התורה והחכמה *doctrina et sapientia*. Iob. XI, 6: כִּפְלַיִם לְתוּשִׁיָּה *duplum sapientiae* sc. est ei. (Ita Chald. et Syrus hoc vc. reddunt, quanquam iidem reliqua male accipiunt. Vulg. lex). XII, 16: עִמּוֹ עֹז וְתוּשִׁיָּה *apud eum potentia et sapientia* (Chald. Syr. Vulg.), cf. Comm. 13, ubi idem est חָכְמָה וּגְבוּרָה. XXVI, 3 ironice: וְתוּשִׁיָּה לָרֹב הוֹדָעְתָּ *et sapientiam large patefecisti*. Prov. III, 21. (Chald. intellectus. Syr. doctrina). VIII, 14. XVIII, 1. (Syr. doctrina. Chald. consilium). Jes. XXVIII, 29: הִפְלִא עֵצָה הִגְדִּיל תּוּשִׁיָּה *mirabile reddit consilium et magnum facit sapientium*. Sapientiae significatum Syr. et Chaldaeus etiam nonnullis locis expresserunt, qui ad no. 1 referendi sunt, ut Iob. VI, 13. Mich. l. c. Copulatur cum syn. חָכְמָה, עֵצָה. — Ceterum *solidi* et *realitatis* significationes, quae a veteribus lexicographis passim huic voci tribuuntur, bene explosit J. D. Michaëlis in supplemm. p. 1167.

יָשַׁח rad. inusitata, quam Simonis iam ed. 1 feliciter illustravit coll. arab. وحش (ח et ש transpositis, quod in sibilantibus frequentissimum est) pr. vacuus fuit, de regione deserta et desolata (unde tritum illud וֹחֶשׁ desertum), et de ventre famelico. Conj. IV. famelicus fuit. V. vacuum reliquit stomachum. בָּשׁ וֹחֶשׁ pernoctavit famelicus. Inde

יֶשַׁח *inanitas* ventris, *fames*. Semel legitur Mich. VI, 14: *tu comedes*, *sed non satiaberis* וְיִשְׁחֲךָ בְּקִרְבֶּךָ *et inanitas* erit *in ventre tuo*, quam interpretationem paene flagitat orationis series. Eo magis mirandum, recentiores interpretes, ut Rosenm., posthabita illa explicatione, qua nihil aptius cogitari potest, ineptas priorum Lexicographorum coniecturas recoxisse, ut: *depressio erit in medio tui* (יְשַׁח = יָשַׁח, שִׁיחַ) et *dysenteria erit in medio tui* coll. שֹׁחַ sordes (Michaëlis suppl. 1170).

יָשַׁט in Kal inusit. Hiph. הוֹשִׁיט *extendit*, *porrexit* sq. acc. rei et לְ pers. (aliquid ad aliq.), recentioris Hebraismi vc. Esth. IV, 11: אֲשֶׁר יוֹשִׁיט לוֹ הַמֶּלֶךְ אֶת־שַׁרְבִיט הַזָּהָב *ad quem extendit rex sceptrum aureum*. V, 2. VIII, 4. (Chald. אוּשַׁט extendit, max. manum pro hebr. יָדָיו, sq. בְּ et לְ Gen. XXII, 12. Prov. XXXI, 20 Targ. Syr. ܐܫܛ id. v. c. pro ἐκτείνω τὴν χεῖρα εἰς Act. IV, 30, it. ܐܬܫܛ extendit se Phil. III, 14, sam. ⱣⱰⱱⱲⱭ id. Gen. l. c. adde Carm. sam. 1, 11. 12. 6, 8. Quod vero nuper Uhlemannus in Lexid. Sam. p. 31 hanc rad. retulit ad arab. وسط in medio fuit, id de nihilo est, equidem certe huius cognationis rationem non perspicio).

יָשַׁם i. q. שָׁמֵם *vastatus est*. Cf. etiam אָשַׁם no. 3. Inde fut. יֵשֵׁם Gen. XLVII, 19. Ez. XII, 19. XIX, 7 (quanquam haec tria exempla defective scripta ad ipsum שָׁמֵם referri possunt, ut יִקַּל ad קָלַל, Gramm. hebr. §. 66, not. 3), pl. תֵּישַׁמְנָה Ez. VI, 6. Inde

יְשִׁימָה f. pl. יְשִׁימוֹת *vastationes*, *ruinae*. Ps. LV, 16 Chethibh: יְשִׁימוֹת עֲלֵימוֹ *ruinae* irruant *super eos*, mögen Trümmern über sie zusammenstürzen, imprecandi vox, quam excipit: *utinam vivi descendant in orcum*. In Keri, quod multi codd. in textu habent, separatim legitur יֵשׁ יָמוּת (de quo vide rad. אָמָה no. I), sed nescio

an illud praeferendum sit. Formam יְשִׁימוֹת habes praeterea in n. pr. oppidi בֵּית הַיְשִׁימוֹת p. 195 A.

יְשִׁימוֹן m. *vastatio, desertum.* Jes. XLIII, 19. 20. Ps. CVII, 4. Cum art. *κατ' ἐξοχήν* desertum illis locis, de quibus narratur, vicinum Num. XXI, 20. XXIII, 28, de deserto Judae 1 Sam. XXIII, 19. 24. XXVI, 1. 3. Poët. etiam omisso articulo, de deserto Sinaïtico Deut. XXXII, 10. Ps. LXVIII, 8. LXXVIII, 40. CVI, 14.

שִׁימוֹן pro יְשִׁימִין) n. pr. viri 1 Par. IV, 20.

יָשֵׁן 1 pers. יָשַׁנְתִּי Iob. III, 13, fut. יִישַׁן pl. יִשְׁנוּ Prov. IV, 16, inf. יְשׁוֹן Eccl. V, 11 pr. *languidus, lassus fuit* (*schlaff*, müde seyn), inde

1) *obdormivit* Gen. II, 21. XLI, 5. Ps. III, 6. IV, 9, *dormivit* 1 Reg. XIX, 5. Prov. IV, 16. Eccl. V, 11, de bestiis Ezech. XXXIV, 25. (Arab. وَسَنَ dormire coepit, dormitavit, schlummern; سِنَةٌ principium somni. De ipso somno frequentant verbum نَوْم, quo vicissim Hebraei de dormitatione utuntur). Copulatur cum נום, in formula לֹא יָנוּם וְלֹא יִישָׁן *neque dormitat neque dormit*, er schlummert und schläft nicht, de milite, qui impigre et sine quiete in itinere pergit Jes. V, 27, de custode dies noctesque vigilante Ps. CXXI, 4. *Dormire* autem poëtis dicuntur a) desides, nihil agentes. unde *ἀνθρωποκόμος* Ps. XLIV, 24: *cur dormis, Jehova?* LXXVIII, 65; b) mortui. Iob. III, 13, de quibus plenius sq. acc. יָשֵׁן שְׁנַת עוֹלָם Jer. LI, 39. 57, et יָשֵׁן נְצָח Ps. XIII, 4.

2) de inanimatis, *flaccidus, exsiccatus*, inde *vetus fuit* (opp. recenti), cf. יָבֵל, יְבוּלָה. Ita certe haec significatio cum priore illa apte conciliari videtur: neque est quod duas sub his litteris radices statuamus. Ita adj. יָשָׁן, et

Niph. נִישַׁן 1) *exsiccatus est* de frumento vetere, opp. horno. Lev. XXVI, 10. 2) *invecteratus est*. de lepra Lev. XIII. 11, de homine, qui diu in aliqua terra habitavit Deut. IV, 25.

Pi. causat. Kal no. 1 *dormire fecit*. Iud. XVI, 19.

יָשָׁן m. יְשָׁנָה f. adj. *vetus*, oppos. recenti, horno, de frumento superioris anni Lev. XXV, 22. XXVI, 10. Cant. VII, 14. Luth. firne). de piscina vetere Jes. XXII, 11, de vetere porta (Neh. III, 6. XII, 39. quanquam שַׁעַר הַיְשָׁנָה ab aliis *porta* piscinae *veteris* redditur, v. שַׁעַר).

יָשֵׁן f. יְשָׁנָה. Pl. estr. יְשֵׁנִי Dan. XII, 2 1) part. et adj. verb. *dormiens* 1 Sam. XXVI, 7. Ps. LXXVIII, 65. De verbis Cant. VII, 10 v. ad rad. דָּבַב pag. 310. Plur. estr. Dan. XII, 2: יְשֵׁנֵי אַדְמַת עָפָר *qui dormiunt in pulvere terrae*, ubi dormiendi verbum copulatur cum acc. loci, cui incumbit dormiens, ut alibi שָׁכַב. More participiorum verbo finito circumscribendo inservit. 1 Reg. III, 20: אֲמָתְךָ יְשֵׁנָה *ancilla tua dormiebat*. Cant. V, 2. 2) n. pr. m. 2 Sam. XXIII, 32, pro quo 1 Par. XI, 34 הַשֵּׁם.

יְשָׁנָה (vetus, antiqua q. d. Palaeopolis, Altdorf) n. pr. oppidi Judae 2 Par. XIII, 19, v. Relandi Palaest. p. 861.

שֵׁנָא c. suff. שְׁנָתִי, semel שֶׁנָא more chaldaeo Ps. CXXVII, 2 f. *somnus* (arab. سِنَةٌ). Gen. XXXI, 40. Esth. VI, 1. Prov. III, 24. VI, 4. 9. XX, 13 al. וְיָקַץ מִשְּׁנָתוֹ expergefactus est ex somno suo, v. יָקַץ. Plur. Prov. VI, 10: מְעַט שְׁנוֹת parum somni. XXIV, 33. De re cito peremte Ps. XC, 5: שֵׁנָה יִהְיוּ *somnus erunt*. Antecesserat: זְרַמְתָּם abripis eos. Sunt, qui *somnium* interpretentur (cf. Ps. LXXIII, 20), sed nil opus est, a certa significatione recedere. Oxymoron est in hac locutione: רָאָה שֵׁנָה בְּעֵינָיו somnum videre oculis suis, v. רָאָה.

שְׁנָה vel **שְׁנָא** chald. c. suff. שְׁנָתֵהּ f. *somnus* Dan. VI, 19.

שְׁנַת f. id. Ps. CXXXII, 4.

יָשַׁע in Kal inusit. arab. وَسِعَ amplus, late patens fuit, translate: opibus polluit, vic. שׁוּעַ. Vide Dschaub. ap. Alb. Schult. in Origg. hebr. T. I p. 20 et infra יֵשַׁע no. 1. Ampli autem spatii significatio apud Hebraeos transfertur ad libertatem, liberationem ex angustiis et periculis (cf. רָחַב, רֶוַח), ut contra spatium angustum de angustiis et periculis frequentatur (v. צוּר, צָרָה). Inde

Hiph. הוֹשִׁיעַ fut. יוֹשִׁיעַ, bis servato He יְהוֹשִׁיעַ 1 Sam. XVII, 47. Ps. CXVI, 6, apoc. יוֹשַׁע, וַיּוֹשַׁע, semel etiam c. aff. יְשִׁיעֵם Jes. XXXV, 4

1) *liberavit, servavit* (LXX plus quam centies *σώζω*. aliquoties *ἀναιρέω*, *διασώζω*, *ῥύομαι*), sq. acc. pers. Ps. III, 8: קוּמָה יְ הוֹשִׁיעֵנִי VI, 5. XXXI, 17. LIV, 3. LXIX, 2. Jes. XXXVIII, 20. Jer. XVII. 14 al., et rei, v. c. liberavit urbem obsessam 1 Sam. XXIII, 2. Jes. XXXVII. 35, saepe addito בְּיַד pers. ex cuius potestate aliquis servatur Ps. VII, 2: הוֹשִׁיעֵנִי מִכָּל - רֹדְפָי. XXII, 22. XLIV, 8. LIX, 3. CIX, 31, et מִיַּד Exod. XIV, 30. Iud. II, 16. 18. XII, 3. 1 Sam. IX, 16. 2 Reg. XIX, 19. מִכַּף 2 Reg. XVI, 7, etiam מִן rei, v. c. מִחֶרֶב Iob. V, 15, מִכַּפָּם 2 Sam. XXII, 3, מִבָּבֶלָה Jes. XLVI, 7, adeoque מִטֻּמְאָה ab impuritate Ez. XXXVI, 29 cf. XXXVII. 23. מֵרָחוֹק ex terra longinqua i. e. ex captivitate Jer. XXX, 10. Rarius additur בְּ, בְּיַד pers. reive *per* quam liberatio fit 2 Reg. XIV, 27. Hos. I, 7. Omisso accus. Jes. LIX, 1. XLV, 20: אֵל לֹא יוֹשִׁיעַ *deus* qui *servare non potest*, de idolo.

הוֹשִׁיעָה־נָּא *serva, precor!* Ps. CXVIII, 25, unde ὡσαννά Matth. XXI, 9. 15. Marc. XI, 9. 10. Joh. XII, 13.

Part. מוֹשִׁיעַ (LXX σωτήρ) *servator, liberator, vindex* Iud. III, 9. 15. 1 Sam. X, 19. 2 Reg. XIII, 5. Neh. IX, 27. Jes. XIX, 20, de Deo populi sui servatore Jes. XLIII, 11: אֵין מִבַּלְעָדַי מוֹשִׁיעַ *non est praeter me servator.* XLV, 15. 21. XLIX, 26. LX, 16. Adde formulam: clamat, perit aliquis וְאֵין מוֹשִׁיעַ neque adest liberator, i. e. sine spe salutis Deut. XXII, 27. XXVIII, 29. 31. 2 Sam. XXII, 42. Saepe copulatur cum הַצִּיל, quod significatione finitimum Ps. VI, 5. LIX, 3. Jer. XV, 20. XLII, 11 al.

2) *adiuvit, opem tulit, opitulatus est*, LXX septies βοηθέω (quam significationem ab illa petitam et secundariam, etiam multo rariorem, primo loco ponere non debebant Lexicographi), sq. acc. pers. Exod. II, 17: וַיָּקָם מֹשֶׁה וַיּוֹשִׁעָן *surrexit Moses et opem iis tulit.* 2 Sam. X, 19, sq. dat. Jos. X, 6. 2 Sam. X, 11. Absol. 2 Sam. XIV, 4: הוֹשִׁיעָה הַמֶּלֶךְ *fer opem, rex!* 2 Reg. VI, 26. Saepe de Deo opem ferente, sq. acc. Ps. XII, 2. XXVIII, 9. LXXVI, 10 (quanquam huius generis exempla etiam ad no. 1 referri possunt), sq. dat. Ps. LXXII, 4. LXXXVI, 16. CXVI, 6. Prov. XX, 22, de idolis Iud. X, 14. Jer. XI, 12. Quoniam ex Dei auxilio victoria pendet, fere idem est quod *victoriam dedit* (cf. arab. نَصَرَ adiuvari a Deo i. e. vincere). Deut. XX, 4. Jos. XXII, 22. 2 Sam. VIII, 6. 14. 1 Par. XI, 14: וַיּוֹשַׁע יְיָ תְּשׁוּעָה גְדוֹלָה *deditque Jova magnam victoriam* (talem omnino, in qua aliquid servatum s. liberatum est e manu hostium). Singularis est formula: הוֹשִׁיעָה לִּי יָדִי manus mea mihi opitulata est i. e. mea ipsius virtute, nemine opitulante, victoriam reportavi Iud. VII, 2. Iob. XL, 9 (14), de Deo Ps. XCVIII, 1: הוֹשִׁיעָה־לּוֹ יְמִינוֹ; eadem sententia dicitur יוֹשִׁיעָה לִּי זְרֹעִי. Ps. XLIV, 4. Jes. LIX, 16. LXIII, 5. Alia et structura et sententia est 1 Sam. XXV, 26: הוֹשֵׁעַ יָדְךָ לָךְ *tibi opitulari manu tua* i. e. vindictam privatam sumere, cf. Vers. 33: הוֹשֵׁעַ יָדִי לִי *opitulari mihi manu mea.* יָדָךְ et יָדִי h. l. est casus instrumenti, ut etiam alibi in hoc verbo Ps. LX, 7. CVIII, 7 cf. XVII, 13. Gramm. hebr. §. 135, 1 not. 3.

Niph. 1) *liberari, servari.* Ps. LXXX, 4. 8. 20. Jes. XXX, 15. XLV, 22. Jer. IV, 14. XXIII, 6. Zach. IX, 9, sq. מִן pers. (e manu alic.) Ps. XVIII, 4. Num. X, 9, מִן rei (ex angustiis). Jer. XXX, 7. — 2) *adiuvari* a Deo, inde victoriam reportare. Ps. XXXIII, 16: אֵין הַמֶּלֶךְ נוֹשָׁע בְּרָב־חָיִל *non vincit rex multitudine exercitus.* Ceterum in membro parall. est וְגִבּוֹר לֹא יְנָצֵל, ex quo appareret, ubique nativam potestatem servatam esse. Ita etiam Deut. XXXIII, 29. Jes. XLV, 17.

יֶשַׁע Ps. XII, 6. XX, 7. L, 23. Hab. III, 13, alibi יְשַׁע, c. suff. יִשְׁעִי, יִשְׁעֲךָ Ps. XVIII, 36, semel יִשְׁעֶךָ Ps. LXXXV, 8 m. 1) pr. *spatium amplum, liberum* i. q. מֶרְחָב, opp. angustiis (v. rad.). Ps. XII, 6: אָשִׁית בְּיֶשַׁע *ponam in loco amplo* s. *libero* i. e. liberabo (cf. XVIII, 2). — Inde 2) *liberatio, salus, auxilium* (Rettung, Hülfe). Cum acc. verbi finiti Hab. III, 13: צוּר יִשְׁעִי לְיֶשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ *ad liberandum regem tuum.* צוּר יִשְׁעִי rupes liberationis, in qua quis tutus est a periculis 2 Sam. XXII, 47. Ps. XCV, 1, מָעֻזּ יִשְׁעִי Ps. XVIII, 3 id. יֶשַׁע auxilium divinum Ps. L, 23. אֱלֹהֵי יִשְׁעִי deus liberationis meae, auxilii mei i. e. liberator meus Ps. XVIII, 47. XXV, 5. XXVII, 9. Mich. VII, 7. Concr. יִשְׁעִי liberator s. auxiliator meus Ps. XXVII, 1. — 3) *salus, prosperitas* (Heil). Iob. V, 4. 11: קְדֹרִים מֵעֻצְבוֹ et eadem יֶשַׁע. Ps. CXXXII, 16: כֹּהֲנֶיהָ אַלְבִּישׁ יֶשַׁע imagine Jes. LXI, 10: הֶלְבִּישַׁנִי בִּגְדֵי יֶשַׁע cf. 2 Par. VI, 41.

יְשׁוּעָה f. poët. cum He parag. יְשׁוּעָתָה Ps. III, 3. LXXX, 3. Jon. II, 10 1) *liberatio, salus* (Rettung) v. II. cc. Jes. LVI, 1. LIX, 11. Ps. XIV, 7 al. Ps. III, 9: לַיהוָה הַיְשׁוּעָה *a Jova* proficiscitur *liberatio.* בְּיוֹם יְשׁוּעָתִי die liberationis Jes. XLIX, 8. אֱלֹהֵי יִשְׁעִי deus liberator meus Ps. LXXXVIII, 2, צוּר יִשְׁעָתִי Ps. LXXXIX, 27. הָיָה לִי לִישׁוּעָה factus est liberator meus Exod. XV, 2. 2 Sam. X, 11. Ps. CXVIII, 14. 21. — De liberatione a crimine Iob. XIII, 16. Concr. a) *liberator.* Ps. LXVIII, 20: הָאֵל יְשׁוּעָתֵנוּ. LXII, 3. 7. Jes. XXXIII, 2. Plur. Ps. XLII, 12. XLIII, 5 (et haud dubie etiam XLII, 6): יְשׁוּעוֹת פָּנַי וֵאלֹהָי liberator meus (fort. in quem prospicio) et deus meus. b) *liberatum* (cf. בְּרָכָה Gen. XII, 2 et in plur. בְּרָכוֹת Ps. XXI, 7). Jes. XXVI, 18: יְשׁוּעוֹת בַּל נַעֲשֶׂה אָרֶץ *liberatam non fecimus terram,* non liberavimus terram. — 2) *auxilium*, maxime divinum Ps. IX, 15. XIII, 6. XX, 6. XXI, 6, plene יְשׁוּעַת יְיָ Ex. XIV, 13. Jes. XXVI, 1: יָשִׁית חוֹמוֹת וָחֵל לִישׁוּעָה שָׁת *auxilium* suum *facit* Jova *muros et pomoerium* i. e. auxilium divinum nobis est pro muro et pomoerio. Inde *victoria* (v. rad. Hiph. no. 2 cf. arab. نَصْر auxilium Cor. 7, 196, victoria vit. Tim. 1, 494). 1 Sam. XIV, 45. Jes. LIX, 17. Hab. III, 8. קוֹל רִנָּה וִישׁוּעָה vox iubili et victoriae Ps. CXVIII, 15. Plur. יְשׁוּעוֹת victoriae, maxime tales quibus populus auxilio divino e periculo liberatur Ps. XVIII, 51. XLIV, 5. LXXIV, 12. — 3) *salus, prosperitas.* Jes. LI, 6. LX, 18. Iob. XXX, 15: כִּכְמַע עָבְרָה יְשׁוּעָתִי.

יְשָׁעְיָ (salutaris, nisi potius est pro יְשַׁעְיָה salus Jovae) n. pr. virorum 1) 1 Par. II, 31. 2) V, 24. 3) IV, 20.

יְשַׁעְיָהוּ (auxilium Jovae, cf. Jes. VIII, 18, ubi etymo alludituv; Hieron. Opp. T. VI, p. 65 σωτηρία Κυρίου, minus bene T. V p. 5 salvator Domini) *Jesaias* LXX. Ἡσαΐας, Vulg. *Isaias* (apud patres etiam *Esaias*) n. pr. quod gessit 1) propheta ille nobilissimus Usia, Jothamo, Ahaso et Ezechia regnantibus florens Jes. I, 1. VI, 1 sqq. VII, 1 sqq. XX, 1 sqq. XXII, 15 sqq. cap. XXXVI—XXXIX, praeterea duo alii viri 2) 1 Par. XXV, 3. 15. 3) XXVI, 25.

יְשַׁעְיָה (id.) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 21. 2) Esr. VIII, 7. 3) ibid. Comm. 19. 4) Neh. XI, 7.

יְשׁוּעַ pro יְהוֹשֻׁעַ p. 582 B.

יְהוֹשׁוּעַ v. p. 581 B.

הוֹשַׁעְיָה (liberatio, nisi potius est pro הוֹשַׁעְיָהוּ q. v. quem liberavit Jova, vel יְהוֹשַׁע i. q. יְהוֹשׁוּעַ, quae ratio eo commendatur quod *Josua* filius Nun, etiam הוֹשֵׁעַ appellatur) *Hoseas*, n. pr., quod gesserunt 1) ultimus rex Israëlis, a Salmanassare cum decem tribubus in exilium abductus 2 Reg. XV, 30. XVII, 1 sqq. XVIII, 1 sqq. 2) propheta, duodecim prophetarum minorum princeps, filius Beeri, Jesaiae aequalis Hos. I, 1. 2. 3) hoc nomen prius gessit Josua, filius Nun, postea a Mose יְהוֹשֻׁעַ appellatus Num. XIII, 16 cf. Comm. 8. Deut. XXXII, 44 (ubi cod. Sam. יְהוֹשׁוּעַ). LXX. Ὡσηέ, Rom. IX, 25 Ὡσαέ, in nonnullis V. T. codd. Αἰσῆ, quod reprobat Hieron. ad Hos. I, 1.

הוֹשַׁעְיָה (quem Jova liberavit) n. pr. virorum 1) Jer. XLII, 1. XLIII, 2. 2) Neh. XII, 32.

מוֹשָׁעוֹת f. pl. *liberationes* Ps. LXVIII, 21.

מֹיֵשַׁע (salus) n. pr. regis Moabitarum 2 Reg. III, 4.

מֹשָׁע (id.) n. pr. filii Calebi 1 Par. II, 42.

יָשַׁח rad. inusit. vicina radicibus שָׂחָה laevigavit et צָחָה nituit, splenduit, quam significationem et ipsa habuisse videtur. Inde derivari potest

יָשְׁפֵה (al. codd. יָשְׁפֶה) Ex. XXVIII, 20. XXXIX, 13. Ez. XXVIII, 13 ἴασπις, *iaspis*, gemma varii coloris, sed maxime viridis instar smaragdi, licet hebetior Plin. N. H. 37, 8 s. 37 et 9 s. 37. Epiphan. de gemmis §. 6 T. II p. 228. Petav. et quae docte collegit Braunius de vestitu sacerdotum II c. 19. Arabes scribunt يَشْفٌ Saad. Exod. l. c., يَسْفٌ Arabs Erp. ibid., etiam يَشْمٌ, يَشْبٌ v. Teifaschium de gemmis c. 23 p. 41. hist. Tim. II, 852. Niebuhrii deser. Arabiae praef. pag. XLI.

יָשַׁר fut. יִשַׁר (semel וְיִשַׁר 1 Sam. VI, 12) 1) *rectus fuit*, maxime de via. (Vicinae radd. sunt אָשַׁר rectus, it. felix fuit, it. כָּשַׁר et קָשַׁר. Arab. يَسَرَ est: facilis, lenis, neque non prosper fuit, quod a viae planae significatu ductum est, v. adj. יָשָׁר no. 2. Ceterum quod Winerus *recti* significationem [τὸ εὐθύ, τὸ ὀρθόν] secundo loco ponit, quasi a *plano* [τῷ ὁμαλῷ] ducta sit, id a re alienum est; quum *recti* adeoque *erecti* potestas, quam solam agnoscit Alexandrinus interpres quaeque late regnat in linguae usu, etiam in vicinis radicibus habeatur, stirpi igitur propria esse videatur, *plani* autem significatio tum rara et sequioris fere Hebraismi sit, tum a *recti* potestate facile ducatur, non contra). 1 Sam. VI, 12: וַיִּשַּׁרְנָה הַפָּרוֹת בַּדֶּרֶךְ pr. *et iuvencae rectae erant in via*, h. e. recta via procedebant. (De forma gramm. v. Gramm. §. 47, not. 3). Metaph. in hac una formula: יָשָׁר בְּעֵינַי rectus, rectum est in oculis meis, i. e. *placet*, *probatur mihi*. Num. XXIII, 27. Iud. XIV, 3: כִּי הִיא יָשְׁרָה בְּעֵינָי *nam haec* (puella) *mihi placet*. Comm. 7. 1 Sam. XVIII, 20: וַיִּשַׁר הַדָּבָר בְּעֵינָיו *eique placuit res*, die Sache war ihm recht. Comm. 26. 2 Sam. XVII, 4. 1 Reg. IX, 12. 1 Paral. XIII, 4. Jer. XVIII, 4: כַּאֲשֶׁר יָשָׁר בְּעֵינֵי הַיּוֹצֵר לַעֲשׂוֹת *sicut placuit figulo facere*.

2) *planus fuit*, metaph. de animo complanato i. e. tranquillo (cf. שָׁוָה Jes. XXXVIII, 13), composito, opp. tumido. Hab. II, 4: הִנֵּה עֻפְּלָה לֹא־יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ *ecce tumidus, non tranquillus est animus eius*. Inde יֶשֶׁר no. 2, יְשׁוּרוֹן, שָׁרוֹן.

Pi. 1) *rectam fecit* viam. Prov. IX, 15: *qui rectas faciunt vias suas* i. e. qui recta via procedunt, probi. יַשֵּׁר לָבָב recta processit. Prov. XV, 21. Inde *direxit*, ut aquaeductum 2 Par. XXXII, 30, poët. tonitru Iob. XXXVII, 3. — 2) *rectum habuit*, *probavit* Ps. CXIX, 128. — 3) causat. Kal no. 2 *complanavit*, ut viam Jes. XL, 3. XLV, 13 et 2 Keri, sq. לְ alicui. *Deus planas reddit* vias alic. est i. q. facit, ut res eius bene cedant Prov. III, 6. XI, 5, ubi vide opp. פָּלַס.

Pu. pass. Pi. no. 3. Part. מְיֻשָּׁר זָהָב *aurum complanatum*, *diductum*. 1 Reg. VI, 35.

Hiph. הִישִׁיר et הִשִׁיר (Ps. V, 9. Jes. XLV, 2 Chethibh) 1) *rectam fecit* viam. Elliptice Prov. IV, 25: *palpebrae tuae* יַישִׁירוּ נֶגְדֶּךָ *rectam faciant* sc. viam *ante te*, i. e. rectā prospiciant. 2) *complanavit* loca tumida. Jes. XLV, 2 Chethibh, viam Ps. V, 9: הַיְשֵׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ *complana viam tuam ante me*, fac ut tanquam in via plana incedam, ne labar. (Ad formam cf. rabb. הַיְשָׁרָה directio).

יָשָׁר f. יְשָׁרָה adj. 1) *rectus* (gerade, LXX. εὐθύς, ὀρθός). Ez. I, 7. 23, opp. curvo Iob. XXXIII, 27: יָשָׁר חָטָאתִי, et Mich. III, 9: כָּל־הַיְשָׁרָה יְעַקֵּשׁוּ. Maxime de via 1 Sam. XII, 23. Jes. XXVI, 7. Jer. XXXI, 9. Ps. CVII, 7. Translate a) *rectus* (nostr. *recht*), sq. בְּעֵינֵי rectus in oculis alic., quod alicui placet, ei probatur. Iud. XVII, 6: אִישׁ הַיָּשָׁר בְּעֵינָיו יַעֲשֶׂה quisque agebat pro arbitrio. XXI, 25. Jos. IX, 25. עֲשֵׂה הַיָּשָׁר בְּעֵינֶיךָ facit id quod Jovae probatetur Deut. XII, 25. XIII, 19. XXI, 9. 1 Reg. XI, 33. 38. XIV, 8. XV, 5. 11. XXII, 43. 2 Reg. X, 30. XII, 3. XIV, 3. Jer. XXXIV, 15. XL, 4 al. 2 Sam. XIX, 7: כִּי אִם יָשָׁר בְּעֵינֶיךָ *nam tunc tibi placeret*. Pro בְּעֵינֵי rarius dicitur לִפְנֵי Prov. XIV, 12. XVI, 25. b) *iustus*, *verax* de Deo Deut. XXXII, 4. Ps. XXV, 8. XCII, 16. de iudiciis divinis Ps. CXIX, 137. Neh. IX, 13, de verbo divino Ps. XIX, 9. XXXIII, 4. c) de hominibus: *probus*. 1 Sam. XXIX, 6. Iob. I, 1. 8. VIII, 6. XXIII, 7. Ps. XI, 7, saepe in plur. יְשָׁרִים Iob. IV, 7. XVII, 8. Ps. XLIX, 15. CVII, 42. CXI, 1. CXII, 2. CXL, 14. Prov. II, 21. III, 32. XI, 3. 6. 11. XII, 6. XIV, 9. 11. XV, 8. 19 al. Plenius יְשָׁרֵי לֵב Ps. VII, 11. XXXII, 11. LXIV, 11. XCIV, 15 et יָשָׁר דָּרְכּוֹ Prov. XXIX, 27, יְשָׁרֵי דָרֶךְ Ps. XXXVII, 14,

יְשָׁרִים בִּלְבוֹתָם Ps. CXXV, 4. Etiam de proba agendi ratione Prov. XX, 11. XXI, 8. Neutr. יָשָׁר probum, probitas Ps. XXXVII, 37. CXI, 8. — סֵפֶר הַיָּשָׁר liber probi s. proborum (Vulg. liber iustorum), est anthologia veterum carminum hebraeorum, quae bis laudatur in V. T. Jos. X, 13. 2 Sam. I, 18, a laudibus proborum hominum vel quacunque alia de causa (solent enim Orientales librorum titulos saepe a rebus verbisve eum argumento minus connexis repetere) ita dicta. Syr. ap. Jos. ܫܒܚܐ ܘܫܘܒܚܬܐ liber laudum s. hymnorum, quo nomine etiam Psalterium insignitur, fortasse הישר ducens a שׁיר (quod volebat etiam Herderus, Geist der hebr. Poësie II, 247, contra grammaticam), vel pro הישר legens, certe coniiciens חשׁיר, quod quidem posterius commendatur eo quod Syrus ap. Sam. adeo scribit: ܫܒ ; ܐܫ, cui addit interpres Arabicus: تفسيره سفر النشاشيد *cuius interpretatio est: liber canticorum.* Ilgenius (de imbre lapideo ad Jos. X) סֵפֶר הַיָּשָׁר *librum dexteritatis* s. *virtutis* reddit, quippe qui exempla omnis virtutis celebraverit coll. nobilissima Arabum anthologia quae Hamasa i. e. virtus inscribitur: non male, licet ישׁר etiam de virtute bellica usurpatum esse probari nequeat. Plures coniecturas collegit Wolf, bibl. hebr. II, 219.

2) *planus*, de via Jer. XXXI, 9, hinc דֶּרֶךְ יְשָׁרָה *via plana*, non impedita i. e. felix Esr. VIII, 21. יָשָׁר לֵב facilis, promtus ad aliquam rem faciendam, sq. gerundio 2 Par. XXIX, 34. (Cf. arab. يسر facilis, obsequiosus fuit. Conj. III. facilem se praebuit alicui). Eodem pertinet יְשָׁרִים Dan. XI, 17 i. q. גֵּיאֲשָׁרִים Comm. 6 *acquatio, exaequatio* (Ausgleichung, nostr. Applanirung) i. e. *conciliatio, pax.* Pro verbis וְיִשָּׁרִים עִמּוֹ וְעָשָׂה cum LXX. Theod. Vulg. legendum וְעָשָׂה עִמּוֹ *et paceni cum eo faciet.* Sunt qui pro ויישרים reponant ונישרים, sed vix opus est, quum etiam adiectivum plur. (plana, aequa) abstractum significare possit.

יְשָׁר (probitas) n. pr. viri 1 Par. II, 18.

יֹשֶׁר m. 1) *rectitudo* viae. Prov. II, 13: אָרְחוֹת יֹשֶׁר. IV, 11. — 2) translate a) *rectum, quod fieri debet, ius fasque.* Iob. VI, 25: אִמְרֵי יֹשֶׁר *verba recti* s. *iuris*, Worte des Rechtes, quae verum et iustum vindicant. Prov. XI, 24: חֹסֵךְ מִיֹּשֶׁר *qui parcus est ultra ius fasque.* Cum suff. יָשְׁרוֹ quae ab eo fieri debent, *officium* eius Iob. XXXIII, 23. Prov. XIV, 2. — Adv. *recte* Eccl. XII, 10: וְכָתוּב יֹשֶׁר דִּבְרֵי אֱמֶת *et verba veritatis scripta sunt recte*, in eo libro, sicut fieri debet, consignata sunt. — b) de personis: *probitas* 1 Reg. IX, 4. Ps. XXV, 21. בְּלֵב יֹשֶׁר propter probitatem Prov. XVII, 26 (non, ut alii, *ultra id quod fas est*). Additur לֵב, לֵבָב. Deut. IX, 5: בְּיֹשֶׁר לְבָבְךָ 1 Par. XXIX, 17. Iob. XXXIII, 3. Ps. CXIX, 7.

יְשַׁרְאֵלָה (erectus ad Deum) n. pr. viri 1 Paral. XXV, 14. qui Comm. 2 אֲשַׁרְאֵלָה appellatur. Alii codd. יִשְׂרְאֵלָה per Sin.

יְשָׁרָה vel יְשָׁרָה estr. וְשָׁרָה f. *probitas.* 1 Reg. III, 6.

יְשֻׁרוֹן m. populi Israëlitici appellatio poëtica eaque blanda et caritativa, quater obvia Deut. XXXII, 15. XXXIII, 5. 26. Jes. XLIV, 2. Est (auctore Mercero ad Pagnini thes. I, p. 1105. Mich. in Suppl. al.) diminutivum (formae יְדִתוֹן, זְבֻלוֹן) a יָשׁוּר i. q. יָשָׁר (cf. שָׁלוֹם et שָׁלֵם) q. d. *rectulus, iustulus*, das liebe, fromme Völkchen. Aqu. Symm. Theod. ap. Jes. εὐθύς, al. εὐθύτατος. Vulg. Jes. *rectissimus*, Deut. *dilectus*, sec. Alex. ἠγαπημένος. Kimchi: *ita appellatur Israël, quoniam est iustus inter populos.* Ita etiam Aben Esra, Saad. in Pent. موصوف laudatus. Aliis, (quos in Lex. manuali sequebar), ut Grotio, videtur diminutivum ab ipso יְשָׂרְאֵל pro יְשַׂרְאֵלוֹן (Gr. Venet. Ἰσραελίοζος), sed more eiusmodi vocabulorum liberius inflexum et contractius. Idem fortasse sentiebant Syr. et Chald., it. Saad. ap. Jes. qui pro ישרון *Israël* posuerunt. Sed huiusmodi tamen contractio sine exemplo fuerit, et rationibus recte subductis in priore illa sententia acquiescere non dubito. Ilgenius (de imbre lapideo p. 25 et in Paulus Memorabil. VI p. 157) יְשֻׁרוּן derivabat a יסר alea lusit, sagittis sortitus est, ut sit: *sorte electus:* non bene, quum illius usus secundarii (pr. Glücksspiel) in Hebraismo nullum vestigium sit. Alias explicationes minus etiam aptas collectas exhibet Io. Olpii diss. de ישרון praeside Theod. Hasaeo, Bremae 1730.

שָׁרוֹן (pro יְשֻׁרוֹן) pr. *planities* (neque a שׂוּר prospicere sec. Bochart. Hieroz. I, 307, neque a quercubus et quercetis, v. infra), c. art. הַשָּׁרוֹן *Saron*, n. pr. regionis planae et campestris ad mare internum agrorum pascuorumque fertilitate nobilis 1 Par. V, 16. XXVII, 29. Jes. XXXIII, 9. XXXV, 2. LXV, 10. Cant. II, 1: חֲבַצֶּלֶת הַשָּׁרוֹן. Jos. XII, 18: מֶלֶךְ לַשָּׁרוֹן *rex Saronis* (cf. מֶלֶךְ לַיְיָ Jes. XXXVI, 13. Esr. V, 11 et saepe apud Phoenices, de quo usu vide quae disputavimus in Monum. Phoenic. p. 199. Auctore Chaldaeo et Arabe sunt, veluti Bochartus Hieroz. l. c., qui ל ad nomen pertinere putent et nomen urbis לַשָּׁרוֹן fingant, quoniam nulla ratio sit, cur hnic soli nomini praemissum sit ל, non reliquis omnibus Comm. 9—24; sed ista ratio, si qua quaerenda, in eo posita esse videtur, quod שָׁרוֹן regionis, non oppidi, nomen est, quam ipsam ob causam etiam h. l., ut alibi, articulo munitum est. Hieron. rex Saron). Eusebius duas huius nominis regiones memorat Σαρών .... ἡ ἀπὸ τοῦ ὄρους Θαβὼρ ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα λίμνην χώρα. Καὶ ἄλλος ἐστὶ Σαρωνὰς ἡ ἀπὸ Καισαρείας εἰς Ἰόππην χώρα, quae fere ad verbum reddidit Hieronymus, sed ad Jes. XXXIII hic regionem maritimam intelligit: „Saron omnis iuxta Joppen Lyddamque appellatur regio, in qua latissimi campi fertilesque tenduntur", et in Jes. LXV: in Hebraeo Saron ponitur. Omnis regio circa Lyddam, Joppen, Jamniam apta est pascendis gregibus. „Quum in locorum laudatorum nullo situs eius planitiei accuratius indicatus sit, quaeri potest, utra intelligenda sit? Ac locus 1 Par. V, 16, quo Gaditae narrantur in Gileaditi-

tide, Batanaea et in pascuis Saronae habitasse, situi illi orientali favet, contra Saronae maritimae conveniunt loci Cant. l. c. (haec enim regio liliis, rosis, narcissis abundat, v. Chateaubriand p. 54) et Act. IX, 35, quia Sarona cum Lydda copulatur. Fortasse hebr. שָׁרוֹן utramque illam planitiem complectebatur, sed de maritima eius parte magis frequentabatur. LXX שָׁרוֹן Jes. LXV, 9 reddunt *Δρυμός* (quo alibi יַעַר interpretari solent) et Strabo (XVI §. 28) atque Josephus (bell. ind. I, 11: *Δρυμὸν* cum Carmelo coniungunt: praeterea Hesych. et Etym. M. *Σαρωνίδες* quercus prae vetustate cavas interpretatur, coll. Plin. N. H. 4, 5 et Callim. Jov. 22. Parthen. 11. Ex his Relandus (Palaest. p. 188 sqq.) colligit, שרון re vera *quercum* sive *quercetum* significasse: quod per linguae rationes vix licet. Ita potius res expedienda videtur, ut statuamus, Saronam, pariter atque Batanaeam, quercubus vetustis nobilem fuisse, et propterea *Δρυμὸν* appellatam, quercus vetustas et cavas autem ab hac regione Saronitidas (שִׁרוֹנִים, *Σαρωνίτιδες*) esse nuncupatas. — Vinum Saroniticum יין שרוני, quod duas aquae partes ferre poterat, memorant Talmudici Gem. Schabb. fol. 77, 1, cf. Lightfoot II, 183. — N. gent. est שָׁרוֹנִי 1 Paral. XXVII, 29, qua in forma qui forte offendat in Kamez et inde colligat, radicem esse שׁיר, conferat שָׁאוּלִי, גָּזְרִי, גָּדְרִי, in quibus omnibus Kamez purum servatum est.

מִישׁוֹר m. 1) *rectitudo* viae Ps. XXVII, 11, translate *iustitia* Ps. XLV, 7. Jes. XI, 4. Adv. *iuste* Ps. LXVII, 5.

2) *planities, regio plana.* 1 Reg. XX, 23. 25. Jes. XL, 4. XLII, 16. Jer. XLVIII, 8. Zach. IV, 7. — Translate Ps. XXVI, 12: רַגְלִי עָמְדָה בְמִישׁוֹר *pes meus stat in regione plana*, ut ita bene procedere possit. CXLIII, 10: *spiritus tuus bonus ducat me* בְּאֶרֶץ מִישׁוֹר *in regionem planam* i. e. liberam, felicem. Cum art. הַמִּישׁוֹר *κατ' ἐξοχήν* planities in tribu Rubenitarum vicina Medebae oppido Deut. III, 10. IV, 43. Jos. XIII, 9. 16. 17. 21. XX, 8. Jer. XLVIII, 21, de planitie tribus Judae 2 Par. XXVI, 10. Inde Hierosolyma appellatur צוּר הַמִּישׁוֹר rupes planitiei Jer. XXI, 13. Translate: *concordia, pax* Mal. II, 6, ubi copulatur cum שָׁלוֹם, v. מֵישָׁרִים no. 2. b.

מֵישָׁר, nonnisi in pl. מֵישָׁרִים, semel מִישָׁרִים Prov. I, 3 1) *rectitudo* viae, hinc בְּמֵישָׁרִים recta via Prov. XXIII, 31: *vinum* יְהַלֶּכְךָ בְּמֵישָׁרִים *rectâ descendit* in guttur. Eodem contexto לְמֵישָׁרִים Cant. VII, 10. Inde a) *quod rectum, ius fasque est* Prov. I, 3. VIII, 6. XXIII, 16. Ps. XVII, 2. Jes. XXXIII, 15. XLV, 19 (ubi idem videtur q. verum). b) *probitas, sinceritas* 1 Par. XXIX, 17. Adv. sincere Cant. I, 4: מֵישָׁרִים אֲהֵבוּךָ *sincere amant te*, ut amaris. Alii praeunte Vulg. concr. *probi amant te.* c) *iustitia* (iudicis) Ps. XCIX, 4. מִשְׁפָּט מֵישָׁרִים Ps. LVIII, 2. LXXV, 3, et מִ בְּמֵישָׁרִים Ps. IX, 9. XCVIII, 9 iuste iudicavit.

2) a *planitici* potestate est a) *felicitas* Jes. XXVI, 7. b) *concordia, pax* (v. ad יָשָׁר no. 2 extr.). Dan. XI, 6: לַעֲשׂוֹת מֵישָׁרִים *ad componendam pacem* (die Sache ins Gleiche zu bringen). Cf. etiam מִישׁוֹר Mal. II, 6.

יָשַׁשׁ rad. inusit. (vic. שׁוּשׁ) *albus, canus fuit*, hinc *canis capillis* i. e. *senex fuit* (cf. שֵׂיבָה). Inde

יָשִׁישׁ m. *senex*, pr. canus 2 Par. XXXVI, 17 (ubi copulatur cum syn. זָקֵן, ut nostr. Alter und Greis).

יְשִׁישׁ m. id. vc. mere poëticum. Iob. XV, 10, pl. XII, 12. XXIX, 8. XXXII, 6. In linguis cognatis (ut recte observavit Moserus) vicinum est ܫܝܫܐ grandaevus, it. presbyter, ut arab. قِسّيس, aethiop. ፕሬስቢተር littera Jod in palatinam durissimam indurata (v. ב). In lingua Melitensi formam „*Jessu* vecchio" laudat Agius de Soldanis della lingua Punica da Maltesi p. 147, sed cum idem addat: „la forza di questa parola poco o nulla conosciuta da' Maltesi, poiche non si dice quasi mai, se non se a' ragazzi e bambini in atto, che vengono ad essere accarezzati." ignoretque vocabulum Vassallius, scriptor fide dignior, dubito num Agius vocis illius caritativae significationem recte definiverit.

יְשִׁישַׁי (ex sene ortus) n. pr. viri 1 Par. V, 14.

יַת chald. i. q. hebr. אֵת, not. accusativi, syr. ܝܬ (vide p. 168. 169). Cum suff. יָתְהוֹן eos Dan. III, 12.

יְתֵב chald. i. q. יָשַׁב 1) *consedit* Dan. VII, 9 (ubi pars librorum habet יתיב, quae forma frequentatur in Targg. v. c. Ps. XXIX, 10). 10. 26. — 2) *habitavit* Esr. IV, 17.

Aph. habitare fecit c. accus. pers. et ב loci Esr. IV, 10.

יָתַד rad. inusitat. Arab. وَتَدَ firmiter impegit palum, paxillum, cf. وَتَّدَ firmavit, stabilivit rem; compegit; conculcavit locum, ut eum firmaret. Inde

יָתֵד cstr. יְתַד Iud. IV, 21. XVI, 14, pl. יְתֵדוֹת cstr. יִתְדוֹת Exod. XXVII, 19. XXXV, 18, sed c. suff. יְתֵדוֹתָיו Jes. XXXIII, 20, יִתְדֹתָם Num. III, 37. IV, 32 comm. m. Ez. XV, 3. f. Jes. XXII, 25. Deut. XXIII, 14)

1) *clavus, paxillus*, qui parieti infigitur Ez. XV, 3. Jes. XXII, 25, spec. paxillus *tentorii* (arab. وَتِد) Ex. XXVII, 19. XXXV, 18. XXXVIII, 31. Iud. IV, 21. 22. V, 26. XVI, 14: יְתַד הָאֹרֶג est clavus, quo textura parieti affixa erat Jes. XXXIII, 20. LIV, 2 al. *Paxillum* alicubi *pangere* apud poetas Hebraeorum dicitur pro: sedem firmam et probe munitam alicui dare Jes. XXII,

23: תְּתַקְּעֵהוּ יָתֵד בְּמָקוֹם נֶאֱמָן *pangam eum* tanquam *clavum in loco firmo*, cf. adeo in sermone pedestri Esr. IX, 8: לָתֵת לָנוּ יָתֵד בִּמְקוֹם קָדְשׁוֹ *ad dandum nobis paxillum in loco suo sancto*, ubi paxillus firmiter adactus ipsam sedem firmam indicat, coll. Comm. 9, ubi pro יָתֵד est גָּדֵר. Eandem imaginem frequentant Arabes, ut تَمَكَّنَ وَتَثَبَّتَ firmati sunt paxilli eius i. e. stabile est regnum eius, vit. Tim. 1, 134 Mang., *paxilli montium firmi sunt* 1, 228, quo etiam pertinere videtur illud Corani ذُو الْأَوْتَاد dominus paxillorum i. e. stabili regno praeditus 38, 11. 89, 9, quicquid ineptiunt interpretes domestici, vide Maracc. p. 597. Beidav. ap. Salium p. 518. Cf. praeterea in ipso Hebraeorum usu יָצַב et יָתַשׁ. — Praeterea *clavus* metaph. dicitur de *principe*, ex quo omnis civitatis cura quasi pendet Zach. X, 4, ut idem l. c. appellatur lapis angularis (v. פִּנָּה). Arab. أَوْتَاد الْبِلَاد clavi regionis, sunt capita et proceres eius: sunt etiam ex Corani interpretibus, qui illud ذُو الْأَوْتَاد regem interpretentur proceribus stipatum.

2) *pala*, *spatha*. Deut. XXIII, 14.

יְתֵת (sec. Simon. pro יִתְּדֵת) n. pr. principis Idumaeorum Gen. XXXVI, 40.

יָתַת rad. inusit. Arab. وَتَتَ fuste percussit, مِوْتَحَةٌ fustis, cf. تَلَبَ id. c. e. a. Origo esse videtur in subigendo, unde IV. أَوْتَبَ subegit, suppressit aliq., cf. hebr. הָתַת fort. a הָתָה. Inde

תּוֹתָח *ἅπ. λεγόμ. fustis* Iob. XLI, 21. LXX. *σφῦρα*. Vulg. malleus, minus bene utrumque.

יָתַם vel יָתֹם verbum inusit. Arab. يَتَمَ et يَتِمَ solus, orbus fuit, يَتْمٌ et يُتْمٌ solitudo, orbitas, يَتِيمٌ orbus, orphanus, syr. ܝܬܡܐ id., ܐܬܝܡ orbatus est. Origo mihi esse videtur in silendo (cf. יָדַם, שָׁנַם): solitarii enim silent (v. אָלַם). — אֵיתָם Ps. XIX, 14 v. sub rad. הָמַם.

יָתוֹם m. *orphanus*, *pupillus*. Ex. XXII, 21. 23. Iob. VI, 27. XXXI, 17. 21 al. Saepe copulantur *peregrinus*, *orphanus et vidua* utpote homines derelicti et aliena ope indigentes Deut. XIV, 29. XVI, 11. 14. XXIV, 19. 20. 21. XXVI, 12. 13, *vidua et orphanus* Ex. XXII, 21. Spec. de puero, qui solo patre orbus est (cf. arab. يَتَمَ patre orbus fuit, de hominibus; matre, de bestiis) Iob. XXIV, 9. Sq. genit. patris *orphani alic.* Ps. CIX, 12, etiam sq. genit. populi Jes. IX, 16. Jer. XLIX, 11.

יִתְמָה (orbitas) n. pr. viri 1 Par. XI, 46.

יָתַן rad. inusit. Arab. وَتَنَ perennis et indesinens fuit, max. de aqua. III. assiduus fuit, وَاتِنٌ res perennis, loco permanens. Vide Schultens. Origg. hebr. I, 8. Vicinum fortasse est أَتَنَ stetit, constitit. Origo autem esse videtur in *extendendo* (v. תָּנָן no. I).

כַּבּוֹן (syr. ܟܒܒܢܐ placenta) n. pr. oppidi in campestribus Judae Jos. XV, 40.

כּוֹכָב (pro כַּבְכָּב, כַּוְכָב, כוֹכָב) m. *stella*, pr. globulus. (Arab. كَوْكَبٌ, aram. כּוֹכָבָא, ܟܘܟܒܐ, ⵀⵓⵃⵓⵃ, aethiop. ⵀⵓⵃⵓⵃ: et ⵅⵓⵃ: id.) Gen. I, 16. XXXVII, 9. Iob. III, 9. IX, 7. Ps. VIII, 4 cet. כּוֹכְבֵי אֱלֹהִיהֶם stella dei eorum (v. de h. l. ad בִּינָן) Am. V, 26. בֵּין כּוֹכָבִים inter stellas i. e. in ipso coelo Obad. 4. Passim cogitantur ut naturae animatae instar angelorum (cf. צָבָא), quibus puritas s. integritas (Iob. XXV, 5), vox Deum celebrans (XXXVIII, 7) tribuitur. Saepe memorantur utpote innumerae Gen. XV, 5. XXII, 17. XXVI, 4. Ex. XXXII, 13. Deut. I, 10. X, 22. XXVIII, 62. Metaph. *stella* dicitur de principe illustri Num. XXIV, 17: דָּרַךְ כּוֹכָב מִיַּעֲקֹב *surget stella ex Jacobo* (int. Davidem). (Sic in Kamuso كَوْكَب inter alia explicatur: dux et princeps gentis. Har. 30, p. 323 de Sacy: إِنْ رَأَيْتُ عَلَى جُرْدٍ مِنَ ٱلْخَيْلِ عُصْبَةً كَمَصَابِيحِ ٱللَّيْلِ *ecce vidi super equis glabris agmen virorum instar lampadum noctis* i. e. stellarum. „Apud Aethiopes viri sancti *stellae* vocantur, ut apud poëtam msc. in Encomio coelest. et terrestr. 6. Febr. II, 1. 2: ⵚⵏ: ⵂⵃⵎ: ⵙⵔⵃⵍⵄ: ⵃⵍⵒ: ⵡⵀⵃⵍⵒ: ⵃⵓⵔⵃⵇⵔⵒ: ⵡⵒⵀⵃⵏ: ⵅⵡⵅⵏⵜ: ⵀⵡⵃⵏⵜ: ⵀⵄⵃⵏⵅⵔⵒ: *pax* sit *nomini candidorum corde et animo Abukiri et Ioannis, stellarum Alexandriae.* Et Encom. 26. Nov. I, 1. 2 de martyribus Nagranensibus: ⵚⵏ: ⵄⵃⵃⵍ: ⵡⵥⵅⵎ: ⵁⵂⵎ: ⵅⵡⵅⵏⵜ: ⵀⵥⵄⵔⵏ: ⵀⵄⵃⵍ: ⵀⵄⵃⵔⵏⵅⵎ: ⵅⵡⵅⵏⵜ: *pax sit vestrum delectabilem, stellas Nagran urbis, gemmas, qui illustrastis mundum.*“ Simonis in Onomast. p. 581. — Ita lat. gentis suae *sidus* Ovid. Pont. 3, 3, 2. Apud Suet. Calig. 13 narratur, Caligulam praeter alia fausta nomina *sidus* appellatum esse: Alexander Macedoniae *sidus* vocatur apud Curt. 9, 6. 8).

כָּבֵד (Jes. XXIV, 20) et **כָּבַד** (Iud. XX, 34) fut. יִכְבַּד 1) *gravis fuit.* (Aeth. ⵀⵓⵃ: id. ⵀⵓⵃ: gravis, ⵀⵓⵃ: onus, pondus. Apud Arabes et Syros nonnisi vestigia quaedam huius radicis et significationis supersunt, ut كَبَدٌ molestum fuit alic. frigus, كَبَدٌ molestia, كَبَدَةٌ vehementia frigoris cf. ad no. 1; أَكْبَدُ medio corpore corpulentus, tardus cf. ad no. 5, syr. ܐܟܒܕ indignatus, iratus est, fort. a iecinore, ut sede irae. De origine vide ad rad. כָּבַב). Proprie de pondere Iob. VI, 3, inde de gravi scelere (quod oneris instar incumbere videtur peccatori v. נָזַר p. 399) Gen. XVIII, 20. Sq. עַל *graviter incubuit alicui*, de manu victoris, quae victo graviter incumbit. Iud. I, 35: וַתִּכְבַּד יַד בֵּית יוֹסֵף *et gravis facta est manus Josephitarum* (*super Amoritis*, quod recte addunt LXX) i. e. eos depressit, depressos tenebat, imagine petita a victore in certamine singulari, qui adversarium prostratum gravi manu humi tenet (cf. similem formulam וַתָּגָז יָדוֹ עַל Iud. III, 10. VI, 2, cui respondet de victo תַּחַת יַד Iud. III, 30. IV, 23. VIII, 28, it. hom. *βαρεῖαι χεῖρες* Il. *α*, 89. 97. *q'*, 548); inde de manu Dei puniente Ps. XXXII, 4: יוֹמָם וָלַיְלָה תִּכְבַּד עָלַי יָדֶךָ *interdiu noctuque graviter mihi incumbebat manus tua.* 1 Sam. V, 11, cf. etiam Iob. XXIII, 2 (v. יָד no. 4), quem locum Winerus p. 455 una cum Exod. XVII, 12, nescio quo errore ad manum torpidam refert; de peccato Jes. XXIV, 20: פִּשְׁעָהּ עָלֶיהָ *graviter ei incumbit peccatum eius*, cf. Ps. XXXVIII, 5: עֲוֹנֹתַי עָבְרוּ רֹאשִׁי כְּמַשָּׂא יִכְבְּדוּ מִמֶּנִּי. Inde *molestus fuit* alicui. Neh. V, 18: כִּי כָבְדָה הָעֲבֹדָה הַזֹּאת עַל הָעָם *nam molesta erat servitus populo.* Ex. V, 9. 2 Sam. XIII, 25: וְלֹא יִכְבַּד עָלֶיךָ *neque tibi molesti erimus.* XIV, 26. Iob. XXXIII, 7. De hoc עַל particulae usu, vide עַל A, 1, a, *β*. Sq. אֶל pro עַל 1 Sam. V, 6. — Translate

2) *gravis* i. e. *dives fuit, abundavit* aliqua re, sq. בְּ Gen. XIII, 2: וְאַבְרָם כָּבֵד מְאֹד בַּמִּקְנֶה בַּכֶּסֶף וּבַזָּהָב (Arab. كَفَّى ثَقِيلٌ gravis est manica mea i. e. dives factus sum Har. 5 p. 150 Schult.). Vide Niph. no. 2, כָּבוֹד no. 1, כְּבִידָה litt. B.

3) *numerosus fuit*, v. Hithpa. no. 1. adj. כָּבֵד no. 2, et כֹּבֶד no. 2.

4) *ingravuit* i. e. *vehemens factus est.* Iud. XX, 34: וְהַמִּלְחָמָה כָּבְדָה *et vehemens facta est pugna*, sq. אֶל 1 Sam. XXXI, 3: וַתִּכְבַּד הַמִּלְחָמָה אֶל שָׁאוּל. Cf. כֹּבֶד no. 3, כָּבֵד adj. no. 3.

Quoniam res graves non facile moventur transfertur

5) ad *inertiam* (Schwerfälligkeit, v. supra arab.) usumque sensum *impeditiorem*, inde *hebes* fuit, de oculis Gen. XLVIII, 10, de auribus (schwerhörig seyn) Jes. LIX, 1, it. de animo non facile movendo, igitur indurato Ex. IX, 7 (cf. arab. ثَقُلَ de auditu gravi, syr. ܟܒܕ de oculis

hebetibus Matth. XXVI, 43, de aurium tarditate Jes. LIX, 1 Pesch. Ephraem. Syr. III, p. 553, quod posterius Lexicis addendum). Cf. Pi. no. 1. Hiph. no. 2, adj. כָּבֵד no. 4. Difficultatis notionem habes in adj. כָּבֵד no. 5.

6) *honoratus*, *illustris fuit* (cf. יָקַר, gr. βαρύς, nostr. gewichtig). Ez. XXVII, 25: וַתִּכָּבְדִי מְאֹד בְּלֵב יַמִּים. Iob. XIV, 21: יִכְבְּדוּ בָנָיו וְלֹא יֵדָע. De Deo Jes. LXVI, 25. Opp. קָלַל levis, contemtus fuit. Frequentior est hic significatus in Pi. no. 2, Hiph. no. 3, Niph. no. 2. a. b, Hithpa. no. 2, max. in nomine כָּבוֹד no. 2. 3.

Pi. 1) causat. Kal no. 5 *induravit* cor 1 Sam. VI, 6. — 2) causat. Kal no. 6 *honoravit*, *honore prosecutus est* a homines Exod. XX, 12: כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ. Deut. V, 16. Num. XXII, 17. 37. XXIV, 11. 1 Sam. II, 29. XV, 30. Thren. I, 8. — Ps. XV, 4: אֶת־יִרְאֵי יְהוָה יְכַבֵּד *qui Jovam timent*, *eos honorat* (Deus) i. e. in honore et pretio habet. 1 Sam. II, 30. b) Deum 1 Sam. II, 30. Prov. XIV, 31, quod nonnunquam est i. q. laudibus celebrare Ps. XXII, 24. L, 15. 23. Jes. XXIV, 15. XXIX, 13 (ubi in malam partem additur: labiis), alibi donis oblatis honorare, sq. בִּן Prov. III, 9: כַּבֵּד אֶת־יְהוָה מֵהוֹנֶךָ, et ב Dan. XI, 38, ubi refertur ad idolum: לֵאלֹהּ אֲשֶׁר לֹא יְדָעֻהוּ אֲבֹתָיו יְכַבֵּד בְּזָהָב וּבְכֶסֶף. יִכָּבֵד שָׁם יְהוָה Ps. LXXXVI, 12, לְשֵׁם יְהוָה יִקָּרָה Comm. 9. Poët. Deum celebrare dicuntur etiam bestiae Jes. XLIII, 20. c) alias res v. c. sabbatum Jes. LVIII, 13, locum sacrum Jes. LX, 13: מְקוֹם רַגְלַי אֲכַבֵּד. — Ind. IX, 9: *num mittam pinguedinem meam* אֲשֶׁר בִּי יְכַבְּדוּ אֱלֹהִים וַאֲנָשִׁים *quam in me celebrant dii et homines*. Coniungitur, ut vidimus, sq. acc. rarius sq. בְּ pers. Ps. LXXXVI, 9. Dan. l. c., item ב rei, qua aliquis honoratur Jes. XXIX, 13. Dan. l. c., semel sq. dupl. acc. (more verborum copiae) Jes. XLIII, 23: זִבְחֶיךָ לֹא כִבַּדְתָּנִי *sacrificiis tuis non honorasti me*.

Pu. pass. Pi. no. 2. *honoratus est* Prov. XIII, 18. XXVII, 18. Jes. LVIII, 13.

Hiph. הִכְבִּיד 1) *grave fecit* v. c. iugum 1 Reg. XII, 10: אָבִיךְ הִכְבִּיד אֶת־עֻלֵּנוּ *pater tuus grave fecit iugum nostrum*. Comm. 14. 2 Par. X, 10. 14. Jes. XLVII, 6, gravia fecit vincula Thren. III, 7. — Ellipt. Neh. V, 15: *praefecti priores* הִכְבִּידוּ עַל הָעָם sc. עֹל *grave iugum imposuerunt populo* i. e. multum tributi ab eo exegerunt. — 2) causat. Kal no. 5 *hebetavit* aures Jes. VI, 10. Zach. VII, 11, *obduravit* animum Exod. IX, 34. — 3) causat. Kal no. 6 *honoravit*, *honoribus auxit*, *illustrem reddidit*. Jer. XXX, 19. Jes. VIII, 23 (IX, 1): הָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד דֶּרֶךְ הַיָּם *ita posterum* tempus *illustrabit regionem maritimam* cet. (opp. הֵקֵל). Semel *gloriari* (sibi) *paravit*. 2 Par. XXV, 19: וְנִשָּׂאֵךְ לְבָבֵךְ לְהַכְבִּיד *et tollit te cor tuum ad gloriam* sibi *parandam*.

Niph. 1) *gravis* i. e. *dives fuit* aliqua re, i. e. ea abundavit, cf. Kal no. 2, Prov. VIII, 24: בְּנֹעֲנוּת נִכְבָּדִי מַיִם *fontes aquis divites* i. e. abundantes. (Dag. forte in hac forma reperitur etiam Jes. XXIII, 8. 9. Nah. III, 10, sed c. suff. gravi habetur נִכְבַּדֵיהֶם Ps. CXLIX, 8). — 2) a) pass. Pi. no. 2 et Hiph. no. 3 *honoratus*, *honore affectus est* Gen. XXXIV, 19: וְהוּא נִכְבָּד מִכֹּל־בֵּית אָבִיו. 2 Sam. VI, 20 ironice: מַה־נִּכְבַּד הַיּוֹם מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל. Comm. 22: *apud ancillas*, *quas dixisti*, עִמָּם אִכָּבְדָה *apud eas honorabor*. (Opp. נָקַל). 1 Sam. IX, 6. XXII, 14. — Jes. XLIX, 5: אֶכָּבֵד בְּעֵינֵי יְיָ *magni habitus sum a Jova*, XLIII, 4. — 2 Reg. XIV, 10: הִכָּבֵד וְשֵׁב בֵּיתֶךָ *fruere honore parto et domi mane*. Part. נִכְבָּד *honoratus*, *illustris*, *spectatus*. Num. XXII, 15. 2 Sam. XXIII, 19. 23. 1 Par. IV, 9. Jes. III, 5 (opp. נִקְלֶה). Jes. XXIII, 8: בְּנֹעֲנֶיהָ נִכְבְּדֵי־אָרֶץ *cuius institores illustrissimi totius terrae* sunt. Comm. 9: לְחַלֵּל כָּל־נִכְבְּדֵי אֶרֶץ LXX. ἔνδοξοι ἄρχοντες τῆς γῆς. Vulg. inclyti terrae. Targ. רַבְרְבֵי אַרְעָא. Alii: ditissimi terrae cf. Kal no. 2. Sed illud praeferendum esse arguit opp. חֻקַּל, adde exempla similia Nah. III, 10. Ps. CXLIX, 8. — דַּשֵּׁם חֲנִכְבָּד וְהַנּוֹרָא nomen illustre et reverendum sc. Dei Deut. XXVIII, 58. — Ps. LXXXVII, 3: נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *gloriosa tibi promissa sunt* (a Deo). — b) i. q. Hithpa. *illustrem se praestitit* Lev. X, 3. Jes. XXVI, 15. Ezech. XXVIII, 22. XXXIX, 13. Hagg. I, 8. Sq. ב in aliquo. Ex. XIV, 4: אֶכָּבְדָה בְּפַרְעֹה *illustrem me praestabo in Pharaone* i. e. potentiam meam in eo perdendo manifestabo. Comm. 17. 18.

Hithpa. 1) multiplicavit se, inde *numerosus fuit*, v. Kal no. 3. Nah. III, 15. 2) honoravit se ipsum, *gloriatus est* Prov. XII, 9.

כָּבֵד estr. כִּבֵּד Exod. IV, 10 et כָּבָד Jes. I, 4 A) adj. 1) *gravis*, multum ponderis habens, de onere Ps. XXXVIII, 5, de iugo 1 Reg. XII, 4. 11, de viro vasti tardique corporis (schwerbeleibt) 1 Sam. IV, 18, de nube gravi (i. e. aquis onusta) Exod. XIX, 16, כָּלָע כָּבֵד petra gravis i. e. magna Jes. XXXII, 2. Saepe in malam partem: *oneris instar deprimens* (drückend), de peccato (Ps. XXXVIII, 5), inde Jes. I, 4: *populus* כֶּבֶד עָוֹן *gravis peccatis* i. e. gravium peccatorum, peccatis onustus; it. de fame gravi Gen. XII, 10. XLI, 31. XLIII, 1. XLVII, 13; it. *molestus* Prov. XXVII, 3: *gravis est lapis*, *onus est arena*, *sed ira stulti* כֶּבֶד מִשְּׂנֵיהֶם *utroque gravior* i. e. molestior, difficilius ferenda cf. Sir. XXII, 17.

2) *numerosus* (cf. nostr. eine schwere Menge, graves pavonum greges, pro numerosis Varro ap. Nonium 4, no. 218), de populo Num. XX, 20, exercitu 1 Reg. X, 2. Jes. XXXVI, 2, cf. Gen. L, 9, gregibus Ex. IX, 3. XII, 38, locustarum et muscarum agmine ibid. VIII, 20. X, 14, de grandinis copia ibid. IX, 18. 24.

3) *vehemens* (v. rad. no. 4), de planctu Gen. L, 10: וַיִּסְפְּדוּ שָׁם מִסְפֵּד גָּדוֹל וְכָבֵד. Vulg. celebrantes exequias planctu magno et vehementi.

4) gravitate sua *iners*, *impeditus* (cf. 1 Sam. IV, 18 et arab. ثَقُلَ v. rad. no. 1) v. c. de ore et lingua Ex. IV, 10: כִּי כְבַד פֶּה וּכְבַד לָשׁוֹן אָנֹכִי *nam os et lingua mihi impedita sunt*, de corde quod non facile movetur, igitur *indurato* Ex. VII, 14. Alia ratio est Ez. III, 5. 6, ubi עֲמֻקֵּי שָׂפָה כִּבְדֵי לָשׁוֹן de populis peregrinis dicitur, qui

lingua utuntur ad intelligendum *difficili*. Nam כָּבֵד est etiam

5) *difficilis*, *arduus*, de negotio Exod. XVIII, 18. Num. XI, 14.

B) subst. *iecur*, a gravitate dictum, quippe quod omnium viscerum et gravissimum et densissimum sit (verba sunt Galeni, de usu partium 6, 17) et maximam fere ventris partem expleat. Frequentatur autem verbum כָּבַד apud Arabes de gravitate et magnitudine ventris, vide כַּבַּד magnus fuit venter, pr. gravis fuit, כִּבֶּד venter cum eius partibus, *iecur*, hoc posterius etiam כָּבֵד, כִּבְדָה, כִּבְדָא; כַּבְדָה corpulenta medio corpore et tardigrada femina, כַּבְדָא corpulentus, aethiop. ጕበዲ: iecur, quod etiam de ventriculo 1 Tim. V, 23 et ventre usurpatur, Ludolf p. 401, syr. et nasor. כְּבֵדָא iecur. — Prov. VII, 23. Ez. XXI, 26 (ubi agitur de inspectione iecinoris in haruspicina). יִתֶּרֶת הַכָּבֵד lobus iecoris v. sub rad. יָתַר. Thren. II, 11: נִשְׁפְּכָה לָאָרֶץ כְּבֵדִי *in terram effusum est iecur meum*, de gravissimo animi vulnere. Conferunt Iob. XVI, 13, ubi similis formula de felle exstat, sed ea tamen proprie accepta. Male enim ex illo loco colligunt (J. D. Mich. ad Cast.), כָּבֵד ipsum quoque *fel* significare, quum iecur non effundatur: sed vide 2 Sam. XX, 10.

כָּבוֹד, teste Masora bis defective כָּבֹד (Gen. XXXI, 1. Nah. II, 10), etiam c. suff. plerumque plene כְּבוֹדִי, כְּבוֹדָם, rarius defective Ex. XXIX, 43. XXXIII, 22 m. (sed fem. Gen. XLIX, 6 signif. no. 2, ee), ubi Cod. Sam. male genus masc. restituit) pr. gravitas, inde

1) *divitiae*, *opes*. Nah. II, 10: כְּבוֹד מִכְלֵי חֶמְדָּה (Reichthum an allerhand köstlichen Gefässen). Ps. XLIX, 13: זֶה דַרְכָּם כְּסֶל לָמוֹ וְאַחֲרֵיהֶם בְּפִיהֶם יִרְצוּ סֶלָה *ubi magnae sunt opes domus eius*. Jes. X, 3. LXI, 6. LXVI, 12. Gen. XXXI, 1. Onk. נְכָסַיָּא.

2) *honor*, *gloria* (LXX ferme ubique δόξα) v. rad. no. 6, a) hominum. 1 Reg. III, 13: עֹשֶׁר גַּם כָּבוֹד *divitiae et honor*. Eccl. VI, 2: עֹשֶׁר וְנְכָסִים וְכָבוֹד *divitiae et opes et honor*. Prov. VIII, 18. XXII, 4. 2 Par. I, 11. 12. XXXII, 27. — Prov. XX, 3: כָּבוֹד לָאִישׁ שְׁבֹת מֵרִיב *honos* (honorificum) *est viro, cessare a lite*. XI, 16: אֵשֶׁת חֵן תִּתְמֹךְ כָּבוֹד. III, 35. XV, 33. XVIII, 12. De loco Prov. XXV, 27 v. pag. 515. — Ps. VIII, 6: כָּבוֹד וְהָדָר תְּעַטְּרֵהוּ *honore et gloria coronasti eum* (hominem). Iob. XIX, 9: כְּבוֹדִי מֵעָלַי הִפְשִׁיט *honorem meum mihi exuit*. 1 Sam. IV, 21: גָּלָה כָבוֹד מִיִּשְׂרָאֵל *migravit gloria ex Israële*, int. aream foederis. — b) Dei. Ps. XIX, 2: מְסַפְּרִים כְּבוֹד אֵל. Ps. XXIX, 1: הָבוּ לַיהוָה כָּבוֹד. Jes. XLII, 8: כְּבוֹדִי לְאַחֵר לֹא אֶתֵּן *honorem meum alii* (deo, idolo) *non cedam*. XLVIII, 11 cet. מֶלֶךְ הַכָּבוֹד rex gloriae, de Jova Ps. XXIV, 7. 8. 9. — *Honorem tribuere*, *habere* alicui est: נָתַן כָּבוֹד לְ Prov. XXVI, 8 (hominibus), 1 Sam. VI, 5. Ps. CXV, 1. Jer. XIII, 16. Mal. II, 2 (Deo), שִׂים כָּבוֹד לְ Jes. XLII, 12 (Deo); יָהַב כְּ לְ Ps. XXIX, 1. 9. XCVI, 7. 1 Par. XVI, 28 (Deo); עָשָׂה כָּבוֹד לְ 2 Paral. XXXII, 33 (de honore sepulturae) 2 Par. XXXII, 23 cf. Jes. XIV, 18.

Coner. aa) Deus appellatur כְּבוֹד יִשְׂרָאֵל gloria Israëlis i. e. is de quo gloriari debet populus Jer. II, 11. Ps. CVI, 20, sed in aliam sententiam כְּבוֹד בְּ honos alic. pro eo, qui honorem eius restituit Ps. III, 4. LVII, 9. Alibi bb) כְּבוֹד יְשָׂרְאֵל (maxime in prima Jesaiae parte) collect. *honorati*, *nobiles* Israëlis Jes. V, 13 (opp. תְּנוּ plebs eius). XVII, 3. 4. Mich. I, 15. Et ita de *nobilibus* Assyriae. Jes. VIII, 7: אֶת־מֶלֶךְ אַשּׁוּר וְאֵת־כָּל־כְּבוֹדוֹ. X, 16, Moabi Jes. XVI, 14, cf. etiam Jes. XXII, 24: כָּל כְּבוֹד בֵּית אָבִיו, cf. Comm. 23. Denique cc) כְּבוֹד בְּ *honor alic.* poët. dicitur de *animo*, *corde*, utpote nobiliore hominis parte. Gen. XLIX, 6: בְּקָהָלָם אַל תֵּחַד כְּבֹדִי, ubi cum feminino coniungitur pariter atque נֶפֶשׁ. Ps. XVI, 3: יָגֵל כְּבוֹדִי. VII, 6 (parall. נֶפֶשׁ, חַיַּים). XXX, 13 (ubi כְּבוֹד pro כְּבוֹדִי). LVII, 9. CVIII, 2.

Apud Arabes الكَرِيمَانِ nobilis, est corporis membrum nobilius, ut auris, nasus, manus, الكَرِيمَانِ duae nobiles i. e. duo oculi. Cf. hom. *qiλov ἦτορ*). Quod nonnulli כָּבוֹד animae significatu idem esse voluerunt atque כָּבֵד *iecur*, minime probabile est, quum *iecur* nunquam, ut *cor*, *renes*, animi sedes appelletur. — Adv. *cum honore*, *honorifice* Ps. LXXIII, 24 (al. ad *honores aeternos* in vita beatorum, contra universam V. T. theologiam). — Opp. קָלוֹן *dedecus* Lev. IV, 7. Hab. II, 16.

3) *magnificentia*, *splendor* (Glanz, Herrlichkeit). Gen. XLV, 13: *et indicabitis patri meo* אֶת־כָּל־כְּבוֹדִי בְּמִצְרַיִם *omnem splendorem meum in Aegypto*. Jes. IV, 5: הָיָה עַל כָּל־כְּבוֹד חֻפָּה *omne splendidum*. XI, 10: וְהָיְתָה מְנוּחָתוֹ כָּבוֹד. XXII, 18: מְרְכֹּבוֹת כְּבוֹדֶךָ. — בֵּית כְּבוֹד solium splendoris 1 Sam. II, 8. Jer. XIV, 21. XVII, 12. כְּבוֹד לְבָנוֹן splendor (decus) Libani Jes. XXXV, 2. LX, 13. הָיָה לְכָבוֹד בְּ decori esse alicui Jes. IV, 2 cf. Zach. II, 9. — כְּבוֹד יְהוָה maiestas, splendor Dei Jes. LIX, 19. LX, 1 (LXX. δόξα Κυρίου, Luth. die Herrlichkeit des Herrn), proprie *splendor* ille *igneus*, nubibus involutus, quo circumfusus Jova apparet, ipsumque numen hoc splendore (ex quo fulgura prodeunt Lev. IX, 23. Num. XVI, 35. Ps. XVIII, 13) circumfusum, quale in deserto Sinaitico Mosi et populo comparet Exod. XVI, 7. 10. XXIV, 16 cf. Comm. 17. XXXIII, 18. Levit. IX, 6. 23. tentorium sacrum (Exod. XL, 34) et dein templum Salomonis (1 Reg. VIII, 11. 2 Paralip. VII, 1, cf. Ezech. XLIII, 2. 5. XLIV, 4) occupat, in prophetarum visionibus conspicuum est Jes. VI, 3 Ezech. I, 28. III, 12. 23. VIII, 4. X, 4. 18, cf. in N. T. Luc. II, 9: δόξα Κυρίου (ab angelo proficiscens) περιέλαμψεν αὐτούς. IX, 11. Act. XXII, 11. (Apud Iudaeos respondet שְׁכִינָה Buxtorf. Lex. h. v., Arabs Eqenii نور ponit trigesies in Exodo, ubi in textu hebraeo

est ipsum אֱלֹהִים. In Samaritanorum carminibus igneus ille splendor appellatur *vestis Dei*, v. Gesenii Anecdota Orientalia I, p. 68). — Quum Dei in splendore suo apparentis ira peccatoribus saepe mortifera sit (Lev. X, 2), peccatores dicuntur *offendere* עֵינֵי כְבוֹדוֹ *oculos maiestatis eius* (Jes. III, 8) i. e. oculos Dei, qui quippe iniuriae vindex in splendore suo apparens suppliciis afficit peccatores.

כֹּבֶד m. 1) *gravitas, pondus* Prov. XXVII, 3. — 2) *copia* (v. rad. no. 3). Nah. III, 3. — 3) *vehementia*, ut flammae Jes. XXX, 27, belli, pugnae Jes. XXI, 15 (v. rad. no. 4).

כְּבוּדָה (pro כִּבְדָה) A) adj. fem. (a masc. כָּבֵד, ad formam אָדֹם, אֲדֻמָּה) *splendida*. Ezech. XXIII, 41: עַל מִטָּה כְּבוּדָה *super lectum splendidum*. Neutr. *splendidum*, inde *splendor*. Ps. XLV, 14: כָּל־כְּבוּדָה בַת מֶלֶךְ *lauter Glanz* (ist) *die Königstochter*, *merus splendor* est *filia regis* i. e. tota splendida.

B) subst *opes*, i. q. כָּבוֹד no. 1 Iud. XVIII, 21 cf. maxime Jes. X, 3. Gen. XXXI, 1. Kimchi: ושאר נכסים. LXX cod. Rom. τὸ βάρος, int. sarcinas et impedimenta, sed al. codd. pro אֵת־הַמְּקֻנֶה וְאֵת הַכְּבוּדָה *τὴν κτῆσιν αὐτοῦ τὴν ἔνδοξον*.

כְּבֻדוֹת f. *difficultas* Ex. XIV, 25.

כָּבָה *exstinxit* ignem. (Arab. كبا cinere texit ignem, non plane exstinxit, sed خبا est exstinxit. Origo nihilominus est in tegendo, obtegendo, cf. חָבָא, חָבָה). Proprie refertur ad ignem Lev. VI, 5. 6. Prov. XXVI, 20. Jes. XXXIV, 10. LXVI, 24. Ez. XXI, 3. 4, de lucerna 1 Sam. III, 3. Prov. XXXI, 18, metaph. de ira Dei 2 Reg. XXII, 17. Jer. VII, 20, de hostibus pereuntibus Jes. XLIII, 17: דָּעֲכוּ כְּפִשְׁתָּה כָבוּ.

Pi. exstinxit, ut ignem Jes. I, 31, lucernam, ellychnium 2 Par. XXIX, 7. Jes. XLII, 3, iram instar ignis flagrantem Jer. IV, 4. XXI, 12, amorem Cant. VIII, 7. — 2 Sam. XXI, 17: וְלֹא תְכַבֶּה אֶת־נֵר יִשְׂרָאֵל *neque exstinguas lucem Israëlis*, sc. si tu, unica populi lux, interires. 2 Sam. XIV, 7 (cf. s. v. פֶּחָלָה).

כָּבַל rad. inusit. arab. كَبَلَ, syr. ܟܒܠ, talmud. כבל, בֶּכֶל *ligavit; vinxit. constrinxit*, vicina radd. גָּבַל, חָבַל; it. בָּבַר, גָּבַר, חָבַר. Inde quadrilitt. כִּרְבֵּל.

כֶּבֶל pl. cstr. כִּבְלֵי m. *compes*. Ps. CV, 18. CXLIX, 8. Arab. كَبْل, syr. ܟܒܠ id.

כָּבוֹל n. pr. 1) oppidi Asseritarum. Jos. XIX, 27. Respondere videtur vico *Χαβωλώ* prope Ptolemaidem, quem memorat Josephus de vita sua §. 43: *τὴν πορείαν εἰς Χαβωλὼ κώμην Πτολεμαΐδος μεθόριον οὖσαν ἐποιησάμην*. Et paullo post §. 44: *παραγυλάσσω γὰρ ἐν Χαβωλὼ Ἰλάκιδον*. Chabulonen regionem idem memorat de bello jud. 3, 3 §. 1: *τῆς μὲν κάτω καλουμένης Γαλιλαίας ἀπὸ Τιβεριάδος μέχρι Χαβουλώνης, ἐν τοῖς παραλίοις Πτολεμαΐς γείτων τὸ μῆκος ἐκτείνεται*, ubi Rufinus quidem pro *Χαβουλών* habet *Sabulon*, sed ex mera, ut videtur, coniectura, licet assensi sint Cappellus et Relandus. Propter contentiones vastatum esse oppidum aliquod כבול, ex Talmude Hieros. refert Relandus, Palaest. p. 668. Arcem munitam كابول in eparchia Safadensi memorat Edrisi in Syriae descriptione (v. Rosenmülleri Analecta arabica III p. 20).

2) regionis viginti urbium in terra Galilaea, quam Salomo Hiramo regi dono dedit 1 Reg. IX, 12: *Chiramo autem Tyro egresso, ut illas urbes videret, ... minime placuerunt.* 13: *dixitque: quales sunt hae urbes, quibus donasti me, mi frater?* וַיִּקְרָא לָהֶם אֶרֶץ כָּבוּל עַד הַיּוֹם הַזֶּה. Manifestum videtur (licet hoc neget Bochartus Geogr. *s.* 715 A), id sibi voluisse sacrum scriptorem, כָּבוּל nominis rationem inde petendam esse, quod Hiramo non placuerint viginti urbes: tale igitur etymon ei ante oculos versatum esse, quanquam concedi potest, hoc non verum et nativum fuisse. Quale autem hoc fuerit, variae sunt sententiae. Audiamus primum veteres interpretes. Ac LXX quidem *ὅριον* interpretantur i. e. *terminum* qs. כְּבוּל idem sit quod גְּבוּל. Vulg. Targ. Syr. retinent vocem Hebraeam, atque hic quidem id scribit ܟܒܘܠ, quod Arabs vertit ارض الشوك terra spinarum (vel legens, vel coniiciens ܟܣܦܐ *sapiens*). Josephus (Archaeol. 8, 5 §. 3): *μεθερμηνευόμενον γὰρ τὸ Χαβαλὼν κατὰ Φοινίκων γλῶτταν οὐκ ἀρέσκον σημαίνει*, coniectura ex contextu utcunque facta. Hieronymus (ad Amos 1): „*Hiram, princeps Tyri, cum Davide et Salomone habuit amicitias, in tantum ut ille ....., hi* (?) .... *viginti urbes in Basan* (?) *ei dono darent, quas ille, quia graminis plenae erant* (כבול ex כ et בול i. q. יבול), *suscipere noluit.*“ Kimchi: *ita appellata est regio, quia pes in ea demergitur et quasi vincitur* (נכבלת) *propter lutum eius, aut propter arenam. Atque ita dicitur in Talmude (Schabb. fol.* 54, 1): *terra Cabul est terra in qua non habentur fructus. Rab Nachman ben Isaac dicit, esse terram arenosam. Quare appellatur* כבול? *quia demergitur crus usque ad talum* (כבלא). *Est enim terra arenosa.* Ex recentioribus Bochartus (geogr. sacrae p. 714 sqq.) interpretem Alexandrinum secutus, sed neglecta orationis serie, כָּבוּל i. q. גְּבוּל *ὅριον* significare vult: Hillero (Onomast. V. T. p. 435) כבול pro הָאֲבֵל „sicut id quod evanuit, tanquam nihil“ dictum videtur, quam sententiam etiam Relando (Palaest. p. 701) et Maurero (ad Jos. l. c.) placuisse video. Ut dicam, quod sentio, posterius hoc etymon (licet part. pass. חָבוּל a rad. חבל praeterea non reperiatur) vel huic simile sacri scriptoris animo obversatum esse utique putem: illud contra, quod interpres Alexandrinus praecivit, verum atque nativum videtur, sive ista regio ab oppido כְּבוּל (no. 1) nomen accepit, sive aliam ob causam *terminus* appellata est. Eodem vitio, quo Bocharti opinio, laborat etiam etymon a Simoni

(Onomast. p. 417) propositum, cui חֲבוּל est i. q. חֲבוּל *in pignus* (amicitiae) *acceptum:* taceo alias coniecturas minus etiam probabiles, ut Cocceji in Lex. et J. D. Michaëlis in suppl.

כְּבַן rad. inusit. Syr. ܟܦܢ cinxit, induit, ܟܦܢܐ cinctura, indumentum, chald. et talmud. ligavit, circumligavit, induit, מִכְבְּנָא, מִיכְבְּנָא pallium subtile, sericum. Vicinum est כָּבַס, l et n permutatis. Inde

מַכְבֵּנָא (pallium) n. pr. oppidi in tribu Judae 1 Par. II, 49, ubi אֲבִי מִ׳ conditorem eius oppidi significat. Nonnullis idem videtur atque כָּבוֹן Jos. XV, 40 (v. rad. כָּבַב).

מַכְבֵּנִי (pallio indutus?) n. pr. ducis Gaditarum 1 Par. XII, 13.

כָּבַס pr. *pedibus calcavit* (cogn. כָּבַשׁ; de syllaba בס, quae in hac radice primaria est, vide append. ad rad. בזז), hinc *vestes* calcando et subigendo *lavit.* Differt רָחַץ (corpus) lavit, ut gr. λοῦειν a πλύνειν. In Kal non legitur nisi in Part. כּוֹבֵס 2 Reg. XVIII, 17. Jes. VII, 3. XXXVI, 2 *lotor vestium, fullo,* gr. πλυντής, κναφεύς, qui pedibus calcando adhibito sale lixivii (נֶתֶר Jer. II, 22) vestes sordidas mundat, recentes condensat. V. Schöttgen triturae et fulloniae antiquitates. Lips. 1763. 8. J. Gottl. Schneider ind. ad scriptt. rei rusticae p. 385. Beckmann Beyträge zur Gesch. der Erfindungen IV p. 35 sqq. A. Th. Hartmann Hebräerin I, p. 259 sqq. Imaginem fullonis Arabici exhibet Höst, Nachrichten üb. Marokos tab. 16. שְׂדֵה כבס ager fullonis Jes. l. c. aboccidentali parte Hierosolymorum, eiusmodi ager erat, in quo fullones vestes lotas suspendebant, ut siccarentur. (Etiam apud Poenos habetur כבס i. q. כֹּבֵס *fullo*, inscr. Carthag. 9, Monumm. Phoenicia p. 181).

Pi. כִּבֵּס ab initio emuntiati plerumque כִּבֶּס i. q. Kal Exod. XIX, 10. Levit. XI, 25. 28. 40. XIII, 6. 34. XIV, 8. 9. XV, 5 sqq. Num. XIX, 7 al. Part. מְכַבֵּס i. q. כֹּבֵס Mal. III, 2. Metaph. *purgavit* animum a peccato Ps. LI, 4: הַרְבֵּה כַּבְּסֵנִי מֵעֲוֹנִי, Comm. 9: תְּכַבְּסֵנִי וּמִשֶּׁלֶג אַלְבִּין. Jer. IV, 14, ita tamen ut ad primam lavandi potestatem alludatur Jer. II, 22. Mal. III, 2.

Pu. pass. Lev. XIII, 58. XV, 17.

Hothp. pass. הִתְכַּבֵּס Lev. XIII, 55. 56.

כָּבַע rad. inusit. i. q. גָּבַע, קָבַע *elatus fuit,* maxime forma rotunda instar gibbi, calicis, capitis. Inde

כּוֹבַע (Milra) Ezech. XXVII, 10, in pausa כּוֹבָע XXXVIII, 5, cstr. כּוֹבַע (Milél) 1 Sam. XVII, 5. Jes. LIX, 17 pl. כּוֹבָעִים Jer. XLVI, 4. 2 Par. XXVI, 14 m. *galea*, pro quo etiam per ק קוֹבַע (Milra) Ez. XXIII, 24, cstr. קוֹבַע (Milél) 1 Sam. XVII, 38. Singularis est in hoc vocabulo confusio formae segolatae et penacutae סוֹעֵל, סָעֵל cum acuta עוֹלָם, hunc in modum explicanda. Proprie utrumque hoc vocabulum segolatum erat, formae סָעֵל (ut arab. كَعْبٌ calix). Cholem autem, quippe tono corroboratum et citra vulgarem consuetudinem more recentioris Hebraismi et Syrorum plene scriptum (cf. קוֹדֶשׁ Dan. XI, 30, שׁוֹבָךְ 2 Sam. XVIII, 9, syr. ܣܘܟܐ), tanti roboris erat in hoc vc., ut etiam in plur. servaretur, כּוֹבָעִים (pro כָּבָעִים, vel כֻּבָּעִים kōbaim), quasi a singulari כּוֹבָע, formae עוֹלָם. Inde factum est, ut revera tali forma (כּוֹבָע) in statu certe absoluto uterentur, quamquam in statu constructo primigeniam formam segolatam servarent (cf. כָּבֵד cstr. כִּבַּד). Productiorem, quae secundaria est, habent etiam Syri ܟܘܒܥܐ. Formae inter utramque intermediae et fluctuantes sunt כוֹבַע Ezech. XXVII, 10, קוֹבַע XXIII, 24. — Metaph. de clypeo salutis Jes. LIX, 17.

כָּבַר in Kal inusit. 1) pr. *constrinxit, plexit, texuit* i. q. כָּבַל et quae ibi comparavimus (it. כָּמַר no. II). Inde כְּבָרָה stragulum textile, כִּבֹּר cribrum, מִכְבָּר reticulum, מַכְבָּרָה opus reticulatum et aram. מַכְבָּרָה, מַכְבֵּרָה favi mellis, q. d. opus reticulatum. Ut multa alia torquendi, plectendi, ligandive vocabula (כָּבַל, גָּדַל, חוּל, קָשַׁר, קָוָה), transfertur ad *robur* ac magnitudinem, hinc

2) *magnus, multus fuit*, it. *longus, diuturnus fuit*, v. כְּבָר, כְּבָרָה. (Arab. كَبُرَ magnus fuit, كَبِرَ aetate provectus est, II magnificavit. III obduravit se. V. VI. X superbus fuit, كِبْرٌ, كِبَرٌ magnificentia, gloria. Derivata pertinent vel ad magnitudinem corporis, ut كَبِيرٌ, كَبَارٌ, كُبَّارٌ, vel ad gloriam, ut كَابِرٌ, كِبْرَةٌ, vel ad grandaevitatem كِبْرَةٌ, كِبَرَةٌ, كِبَرٌ. Aethiop. ክብረ: gloriosus, illustris fuit, ክቡር: honoratus, illustris, ክብር: honor, gloria, in quo Arabum et Aethiopum usu plura sunt, quae prope accedant ad Hebraeorum usum in rad. כָּבֵד. Syr. ܟܒܪ est: crevit opibus, non „operibus“, ut apud Castellum et Michaëlem est.

Hiph. multum fecit, multiplicavit. Iob. XXXV, 16: בְּבַלִּי דַעַת יַכְבִּיר *sine intelligentia cumulat verba.* Part. מַכְבִּיר subst. (formae מַשְׁחִית) *copia*, c. ל praef. לָמַכְבִּיר i. q. לָרֹב *copiose, multum.* Iob. XXXVI, 31: יִתֵּן אֹכֶל לָמַכְבִּיר *dat cibum copiose.* Fortasse etiam: *ita ut sit multiplicans* (cibum).

כָּבָר pr. subst. *longitudo* spatii, *diuturnitas* temporis (v. rad. no. 2), inde

1) n. pr. fluvii in Mesopotamia, alibi חָבוֹר (q. v.), gr. et lat. *Chaboras* dicti. Ez. I, 3. III, 15. 23. X, 15. 22. Atque haec nominis orthographia ad Syriasmum accedit (syr. ܟܒܪ, ܟܒܘܪ), quum contra חָבוֹר (خابور)

Arabismum imitetur. Quamquam utraque forma etymon praebet, quod ferri possit (עָבוּר coniungens, et עָבָר fluvius magnus), in flumine tamen Mesopotamiae scripturam Aramaeorum genuinam et primigeniam putaverim.

2) part. temporis nonnisi in Ecclesiaste obvia et recentiori Hebraismo propria: *dudum, iam pridem.* Eccl. I, 10: בְּעֹלָמִים וגו׳ הָיָה כְּבָר הָיָה *iam dudum* ea *fuit seculis quae fuerunt ante nos.* III, 15: מַה־שֶּׁהָיָה כְּבָר הוּא וַאֲשֶׁר לִהְיוֹת כְּבָר הָיָה *quod est, dudum fuit, et quod futurum est, dudum fuit.* VI, 10. IV, 2: שֶׁכְּבָר מֵתוּ *qui dudum mortui sunt.* IX, 6. 7. — II, 16: כִּי־כְבָר הַיָּמִים הַבָּאִים הַכֹּל נִשְׁכָּח *quandoquidem diebus venturis iam dudum omnia obliterata erunt:* ubi כְּבָר arctius cum verbo coniungendum est, quod neglexerunt interpretes Hebraei, quorum sententias vide apud Noldium p. 850 ed. Tympii. — Ex vett. LXX bene ἤδη (septies), Vulg. *iam*, Syr. vel retinet (ut Targ.) vel reddit: ܟܕ ,ܟܕ ,ܟܕ ,ܟܕ *dudum, iam pridem.* Kimchi: בכל מקום שהיא הנלמה הוצאת היא לזמן שעבר וי״א בלע״ז *ubique haec particula ad tempus praeteritum refertur, et respondet hispanico ya* [i. e. *iam*, ital. *gia*, provinc. *jai*, gall. *déjà*]. Paullo post is כבר explicat עַכְשָׁו *iam, pridem.* Idem est huius particulae usus in Targg. v. c. Jerem. XXXVIII, 9, in Talmude et apud Rabbinos, ut apud Kimchium in Lexico, qui sexcenties utitur formula: כבר פרשתיו בשרש פ׳ *iam explicavi illud sub radice n. n.* Congruit etiam syr. ܟܒ, quod ponitur pro *nūn iam pridem* Matth. XI, 21. Luc. X, 13; dein etiam pro *fortasse*, ἴσως Luc. XX, 13. Marc. XII, 6, quod ex illo significatu fluxit, nam quae *iam* facta sunt, fieri possunt et probabilia sunt, it. nasor. כבר nunc. Knobelii enim opinionem, qui (ad Eccl. I, 10) eam particulae vim, quae ad tempus spectat, ex hac secundaria, quae dubitantis et sperantis est, duci posse putat, hanc autem ad fortitudinis potestatem in verbo עָבַר refert (coll. *forte, fortasse* a *fortis!* et אַבִּיר ab אבל fortis fuit) merito iam castigavit censor in Allg. Litt. Zeit. 1836, III p. 21. 22.

עִבִּיר m. *stragulum textile*, a rad. no. 1. 1 Sam. XIX, 13. 16: כְּבִיר הָעִזִּים *stragulum ex pilis caprinis contextum*, cf. גִּבְּרוּ. Kimchi: כר של צמר עזים *ephippium pilis caprinis confertum.* Num hic forte כבר accipiebat significatione rad. רָבַב? Vide ad עֲבָרָה.

עִבִּיר m. adj., solis poëtis, maxime Iobo, proprium 1) *magnus* (arab. كَبِيرٌ), נְהָרִים כַּבִּירִים aquae magnae. Jes. XVII, 2. XXVIII, 2. רוּחַ כַּבִּיר ventus magnus s. vehemens Iob. VIII, 2. De hominibus magnis, illustribus. Iob. XXXIV, 24: רָעַץ כַּבִּירִים לֹא חֵקֶר, de Deo, ibid. Comm. 17: אַף אֹסֵר מִשְׁפָּט כַּבִּיר תַּרְשִׁיעַ. XXXVI, 5: הֵן אֵל כַּבִּיר וְלֹא יִמְאָס כַּבִּיר כֹּחַ לֵב. — כַּבִּיר יָמִים grandaevus Iob. XV, 10 (arab. شَيْخٌ كَبِيرٌ senex grandaevus Cor. 12, 78. كَبِيرُ الْأَخِ Frater natu maior, كَبِيرَنَا بِسَنَةٍ vicit aliquem aetate). Apud Phoenices a כַּבִּיר (non, ut Schellingius volebat, a חָבַר socius) dicti sunt *Cabiri* dii, θεοὶ μεγάλοι, v. Monumm. Phoenic. p. 404.

2) *multus*, adv. *multum.* Iob. XXXI, 25: כִּי כַבִּיר מְצָאָה יָדִי. Jes. XVI, 14.

עֲבָרָה f. *cribrum*, a texendo dictum, v. rad. no. 1. Ita etiam in Talmude.

עֲבָרָה vel **עֶבְרָה**, nonnisi estr. כִּבְרַת pr. *longitudo*, unde כִּבְרַת הָאָרֶץ Gen. XXXV, 16. XLVIII, 7. 2 Reg. V, 19 de certa quadam *mensura viae* (ut multa alia vcc. mensuram, pondus, tempus designantia de certis mensuris, ponderibus temporisque spatiis usurpantur, ex. gr. hebr. מִדָּה, שֶׁקֶל, נְיָה, נְיִם q. v., aram. ܡܐ breve tempus spec. hora, nostr. *Acker* Land, *Maass* Wein, lat. *pondo*, unde nostr. *Pfund*), qua sepulcrum Rahelae a Bethlehemi oppido distabat (Gen. ll. cc.). Quod quidem intervallum si ex situ monumenti sepulcralis iudicari posset, quod Hieronymi tempore *sexto* a Bethlehemo lapide Hierosolymam versus ostendebatur et medio ut videtur aevo instauratum hodieque ostenditur (v. Bachiene descr. Palaest. T. II. P. II p. 3. Rosenmüller Ansichten von Palaestina, II, 22) quinque fere millia passuum efficeret, sed quum merito dubitetur, num illud tantae antiquitatis sit et in ipso Rahelis mortuae loco exstructum, huius nulla auctoritas est; immo illam, de qua agitur veterum Hebraeorum mensuram illo intervallo minorem fuisse, ex 2 Reg. l. c. apparere videtur. Ex vett. interpretibus LXX retinent *Χαβραθά* (quod pro loci nomine habuerunt Patres Graeci in alia omnia abeuntes, v. Relandi Palaest. p. 704), sed Gen. XLVIII, 7 plenius habetur *κατὰ τὸν ἱππόδρομον Χαβραθά τῆς γῆς*, in qua scriptura fortasse duo vocis hebraeae interpretamenta coaluerunt, unum quo כ׳ ה׳ *ἱππόδρομος* redditum erat (nescio an כבר pro רכב accepto), alterum, in quo forma hebraea servata erat. *Ἱπποδρόμῳ* autem vel *stadium* indicare volebat graecus interpres (v. Hody de bibl. textibus originalibus p. 115), vel mensuram quandam in Oriente usitatam, شَوْطُ الْفَرَسِ *cursum equi* dictam, quae tantum itineris comprehendit, quantum equus ad defatigationem usque currere potest, tres fere parasangas, nostr. eine Station (v. Koehler ad Abulfedae Syriam in Addendis ad not. 27, et Michaëlis not. 21 ad Abulfedae Aegyptum). Onk. כִּרְוַב אַרְעָא *aratio terrae* i. e. *iugerum* (כרב pro כרב accepto). Syr. ܦܪܣܓ parasanga. Saad. ميل milliare. Luth. ein Feld Weges. His omnibus כ in כִּבְרַת radicale videtur, et recte quidem. At sunt etiam, quibus כ est כ similitudinis h. l. *circiter.* Aqu. *κατ' ὀδὸν τῆς γῆς.* Kimchi: s. rad. כבר: כברת הארץ *exponunt milliare: nam hoc intervallo sepulcrum Rahelis abesse dicunt a Bethlehem: sed iam exposui de hac locutione s. rad.* עֲבָרָה; ubi legitur: *de mea quidem sententia eo* (ad comedendi. gustandi potestatem in עֲבָרָה) *referendum est* כ׳ ה׳: כ *est* כ *similitudinis, neque radicale, et* ברת הארץ *est mensura itineris, quam viatores absolvunt a mane usque ad*

icntaculum, nam ita computare solent viatores. Etiam Saadiae כ *est particula similitudinis: hic* ברת *milliaris potestate accipit, quae significatio sine exemplo est.* Longe hoc certe ingeniosius, quam quae exputarunt Fellerus (Miscell. 2, 15) et Lud. de Dieu ad Gen. l. c., qui aliorum etiam sententias collegerunt. Male etiam Vulg. in Gen. *verno tempore*, et 2 Reg. *electo terrae tempore*, ex eodem etymo.

מִכְבָּר m. *opus reticulatum* Ex. XXVII, 4, plenius מַעֲשֵׂה רֶשֶׁת מִכְבָּר מְנֻחֶשֶׁת ibid. XXXVIII, 4. מִכְבַּר opus reticulatum aeneum ibid. XXXV, 16. XXXVIII, 5. 30. XXXIX, 39.

מִכְבָּר m. *stragulum, cilicium crassum.* 2 Reg. VIII, 15. Targ. גּוּכְנָא id. *Κωνωπεῖον* s. velum culiculare, quod praeeunte J. D. Michaëli intelligunt, huic contextui vix aptum est.

כָּבַשׂ rad. inusit. (vic. radd. כָּבַס et כָּבַשׁ) *subegit*, spec. *coivit.* Arab. كَبَسَ subegit semel puellam. Inde

כֶּבֶשׂ m. *agnus masculus* vel *aries* a primo anno ad tertium (inter טָלֶה agniculum et אַיִל arietem strennae et adultae aetatis), qui ad coitum iam idoneus est, quod in homine est עֶגֶל. Arab. كَبْشٌ aries, ubi duos primores dentes amisit et quattuor dentes prodeunt, quod secundo vel tertio anno contingere solet, it. machina bellica, syr. ܟܰܒ̣ܫܳܐ aries. Huiusmodi agni, maxime anniculi, sacrificiis adhiberi solent, quamobrem persaepe additur: בֶּן־שְׁנָתוֹ Num. VII, 15. 21. 23. 39. 45. 51. 57. 63. 69. 75. 81 et in plur. בְּנֵי שָׁנָה ibid. 17. 23. 29. 35. 41. 47. 53. 59. 65. 71. 77. 83. 87. 88. XXIX, 13. 17. 20. 23. 26. 29. 32. 36 al., alibi כְּבָשִׂים memorantur, ut pascentes in pratis pascuisque Jes. V, 17. Hos. IV, 16, lanam praebentes Iob. XXXI, 20. Prov. XXVII, 26, propter mansuetudinem et patientiam Jer. XI, 19. LXX plerumque *ἀμνός*. Plura dabit Bochartus Hieroz. I, 427, qui reliqua quoque ovium nomina hebraea (אַיִל, טָלֶה, כֶּבֶשׂ, רָחֵל, שֶׂה, צֹאן cf. מַשְׁגֶּה, עִשָּׁרוֹת) et chaldaea (דְּכַר, אַמַּר) recenset et explicat pag. 421 sqq. — Per transpositionem litterae sibilantis pro כָּבָשׂ dicitur etiam, licet multo rarius, כָּשָׂב, et in fem. כַּשְׂבָּה, sed duriorem formam כִּבְשָׂה primitivam esse, arguunt similis transpositionis exempla, ut יִקְשְׁטֵר, יִקְטְשֵׁר. Non audiendus igitur Biesenthalius, qui כֶּשֶׂב formam primitivam habens, eam ducit a rad. כשׂב, quae fortasse, pariter atque כסף albedinis vim habuerit, ut agnus a colore albo dictus sit. Magis placeret Jo. Simonis, qui כֶּבֶשׂ derivabat a كَبَسَ II. propagavit, multiplicavit, modo haec ipsa significatio, quam Castellus exhibet auctore Giggejo (III, 1463), ubi additur „ex gloss.", certioris auctoritatis esset. Sed neque Firuzabadius eam habet, neque cum reliquis eius verbi significationibus ea congruit.

כִּבְשָׂה 2 Sam. XII, 3. 6 et **כַּבְשָׂה** Lev. XIV, 10. Num. VI, 14, cstr. כִּבְשַׂת 2 Sam. XII, 4 pl. כְּבָשׂוֹת Gen. XXI, 29. 30 cstr. כִּבְשֹׂת Gen. XXI, 28 f. *agna, ovis* unius anni et quod excurrit, usque ad tertium. Ex eo quod Gen. XXI, 28 est: שֶׁבַע כְּבָשׂוֹת הִצֵּאן, hoc nominis passim latius patuisse et ad caprinum etiam genus relatum fuisse colligas, sed reddi potest, *septem oves gregis.*

כָּבַשׁ fut. יִכְבּוֹשׁ vic. rad. כָּבַס 1) *pedibus calcavit, conculcavit, pedibus subiecit.* Zach. IX, 15: וְכָבְשׁוּ אַבְנֵי קָלַע *pedibus subiicient lapides fundae* in se coniectos i. e. facile declinabunt nil sibi nocituros (coll. Iob. XLI, 20. 21). Mich. VII, 19: יִכְבּוֹשׁ עֲוֹנֹתֵינוּ *pedibus calcat delicta nostra* i. e. ea negligit, non ulciscitur. — 2 *subegit, subiecit sibi* (cf. רָדָה) v. c. servos, hostes plerumque addito לַעֲבָדִים 2 Par XXVIII, 10. Jer. XXXIV, 16. Neh. V, 5: תִּנָּה אֲנַחְנוּ כְבֹשִׁים אֶת־בָּנֵינוּ וְאֶת בְּנֹתֵינוּ לַעֲבָדִים *ecce in servitutem damus filios nostros filiasque nostras.* — 3) *subegit feminam* (arab. كَبَسَ fut. يَكْبِسُ semel subegit feminam, Kamus p. 795 lin. 6). Esth. VII, 8: הַגַּם לִכְבּוֹשׁ אֶת־הַמַּלְכָּה עִמִּי בַּבָּיִת Vulg. *num etiam reginam vult opprimere, me praesente, in domo mea?* Nimirum rex iratus quum videret, Hamanem supplicem genua reginae contingere, in malam partem haec interpretabatur. Quod alii putant, regem suspicatum esse, Hamanem vitae reginae vim inferre voluisse, neque contextu neque loquendi usu commendatur. Cf. Neh. V, 5 extr. [Aram. כְּבַשׁ, כַּפְּפָא (syr. et nasor.), עָפַשׂ id. pedibus calcavit, et subegit, unde chald. כְּבָשָׂא via strata, semita, כְּבִישׁ, כֵּבִישׁ, כַּפְכָּא scabellum pedum].

Pi. subiecit (populum) 2 Sam. VIII, 11.

Hiph. i. q. Kal. no. 2. Jer. XXXIV, 11 Chethibh.

Niph. 1) pass. Kal no. 2. *subacta est terra*, sq. לְפָנָיו coram aliquo (victore). Num. XXXII, 22. 29. Jos. XVIII, 1. 1 Paral. XXII, 18. — 2) pass. no. 3. Neh. V, 5.

כֶּבֶשׂ m. *scabellum* pedum, ante solium regium 2 Par. IX, 18 (cf. chald. syr. ad rad.). Ita etiam Mischna Sebach. c. 5: עלה בכבש *ascendit per scabellum.* Ceterum 2 Par. l. c. scabellum ipsi solio iunctum et supra sex gradus cogitandum erit, cui rex solio insidens pedes imponat; non, ut Kimchius vult, in pavimento infra gradus, ut eius ope ascendatur ad gradus.

כִּבְשָׁן m. *fornax*, eaque recte observante Kimchio *calcaria* vel *metallis liquandis*, ut differat a תַּנּוּר furno. Memoratur *fumus fornacis* Gen. XIX, 28. Ex. XIX, 18, *fuligo fornacis* ibid. IX, 8. 10. De fornace calcaria et vitriaria usurpatur in Mischna Kelim c. 8. Etymon repetendum est a metallis et mineribus *domandis* (Plin. N. H. 36, 27: igne ferrum domatur): non a نَبَسَ accendit ignem, ignem petiit ab aliquo.

כְּדַב chald. i. q. hebr. בָּזַב. *Pa. mentitus est.* Ita etiam syr. sam. nasor. Inde

כִּדְבָה f. כִּדְבָה *mendacium.* Dan. II, 9: מִלָּה כִדְבָה per appos. *verbum* quod est *mendacium* i. e. mendax. Alii כִּדְבָה adiectivum esse volunt, contra formae rationes et usum v. c. in Targg., ubi כְּדִבִּין Jes. LVII, 11. Hos. VII, 13 et כַּדְבִּין Ez. XIII, 19 subst. sunt *mendacia.*

כָּדַד rad. inusit. (vic. radici כָּתַת cf. *cudo*) *tutudit, contudit*, inde 1) *ignem excussit* (arab. كَدَّ excussio ignis ex igniario), unde כִּידוֹד scintilla, et כַּדְכֹּד gemma scintillans, rubinus; 2) *graviter, operose laboravit*, instar fabrorum, spec. puteum exhausit, unde כַּד. (Arab. كَدَّ contudit, operose laboravit, puteum exhausit, cf. aethiop. ⵃⵁⴷⴷ: et ⵃⵁⴷ: conculcavit pedibus, trituravit).

כַּד f. (1 Reg. XVII, 14. 16. Eccl. XII, 6) pl. כַּדִּים masc. (Ind. VII, 16. 1 Reg. XVIII, 34) *cadus, hydria, urna* aquae hauriendae (v. rad. no. 2) et gestandae Gen. XXIV, 14 sqq. Eccl. XII, 6, neque non farinae asservandae 1 Reg. XVII, 12. 14. 16, quam in humero gestare solebant mulieres (Gen. l. c.). Respondet sanscr. *ghada* hydria fictilis Bopp. glossar. p. 60, gr. *κάδος, κάδδος*, lat. *cadus* i. c. vas vinarium, plerumque fictile, figurae turbinatae Plin. 16, 8. 27, 4, slav. *kad.* In Talmude habetur כֹּד, et בַּדָּד qui cados conficit.

כִּידוֹד m. *scintilla.* Iob. XLI, 11: כִּידוֹדֵי אֵשׁ. Targ. גּוּצְצִין דְּנוּר scintillae ignis. Kimchi: נִיצוֹצֵי אֵשׁ id. — Ex vett. LXX (*ὡς ἐσχάρα πυρός*), Aquila (*ἀλοὶ πυρός*) et Vulg. *sicut taedae ignis*, כ praefixum habuerunt, et כִּידוֹדֵי ita interpretati sunt, quasi haberetur כְּאוֹדֵי vel כְּאוּדֵי, quod quam falsum sit, facile apparet.

כַּדְכֹּד m. Ezech. XXVII, 16. Jes. LIV, 12 gemma scintillans (v. rad. no. 1), ex Syria Tyrum allata (Ez. l. c.), prob. *rubinus.* Chald. כַּרְכְּדָנָא, כַּרְכְּדָנָא Exod. XXVIII, 18 in Targ. Hieros. est pro gemma נֹפֶךְ dicta, quam carbunculum esse volunt, praeterea ap. Pseudojon. כַּרְכּוּדִין pro יַהֲלֹם Exod. XXXIX, 11, et Esth. I, 2 כַּרְכּוּדְנִין, quod ex gr. *Καρχηδόνιος* ortum existimant Braunius (de vest. sacerd. §. 507) al., quum potius ipsa vox illa hebraea sit, quam *Καρχηδόνιον* reddit Symm. Jes. l. c. Scite Juda ben Karisch: כדכד בשרגמא כ״נגא, nam כְּרָכֹם, quae eadem vox esse videtur atque כדכד est gemma rubino s. carbunculo similis. Fortasse etiam conferendum est כַּרְכֹּם rubedo maxima.

כְּדֵי v. דַּי rad. דָּיָה.

כִּדֵי v. דַּי.

כָּדַר rad. inusit. et paullulum dubiae potestatis. Arab. كَدَرَ et كَدِرَ est: *turbida fuit* aqua (cf. קָדַר) et translate كَدِرَ: adversae fortunae casibus *turbata fuit* vita (cf. עָבַר). Apud Hebraeos alio flexu translata est ad *turbas bellicas* v. כִּידוֹר (cf. سَكِسَ turbata est aqua, et med. A. turbas civiles bellicasve excitavit). Rabbini, ut Kimchius (quorum sententiam nuper denuo commendavit Böttcherus, in Wineri Zeitschr. II p. 75 sqq.) huic radici *rotunditatis* notionem tribuunt, unde in ipsorum lingua est כְּדוּר pila, sphaera, et quo referunt tum בְּדוּר Jes. XXII, 18. XXIX, 3 (pro כְּבַדּוּר), tum כִּידוֹר, quod de militum globis vel de acie in orbem instructa interpretantur: sed recte observavit J. D. Michaëlis in suppl., כְּדוּר vocabulum facticium esse ex falsa interpretatione locorum Jesaiae ortum, et rotunditatis potestatem fundamento idoneo prorsus carere.

כִּידוֹר m. *turba belli, tumultus bellicus* (Kriegs-Getümmel, Schlacht-Getümmel). Iob. XV, 24: בְּצַר וְצוּקָה יְבַעֲתֻהוּ כַּיִּד עָתִיד לַכִּידוֹר *sicut rex paratus ad proelium.* Vulg. qui praeparatur ad *proelium.* Syr. *bellum.* De Rabbinorum interpretatione vide ad rad. et copiosius ap. Schultens. ad h. l., qui post Grotium et Cappellum hanc quam supra dedimus explicationem recte tuitus est.

כְּדָרְלָעֹמֶר n. pr. regis Elymaidis Gen. XIV, 1. 9. Hac, qua nunc quidem comparet nomen, forma possit Semiticum videri et verti manipulus mergitis, a כָּדַר manipulus frugis et עֹמֶר merges. Sed, nisi ab Hebraeis fictum putabis hoc nomen, nativum eius etymon in vetere lingua Persica quaerendum erit.

כֹּה *ita*, v. pag. 651 A.

כָּה chald. *ita*, v. pag. 651 B.

כָּהָה (vic. radd. כָּאָה et קָהָה) fut. יִכְהֶה apoc. וְתַכְהֶ Iob. XVII, 7 *languit, debilis fuit, viribus defecit* (matt seyn, werden). Jes. XLII, 4: לֹא יִכְהֶה וְלֹא יָרוּץ *viribus non deficiet, neque frangetur.* Spec. de lucerna iam caligante (matt brennend), mox exstinguenda (adj. Jes. XLII, 3), de oculis hebetatis vel senio Gen. XXVII, 1. Deut. XXXIV, 7 (ubi LXX bene *οὐκ ἠμαυρώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ*) Zach. XI, 17, vel moerore Iob. XVII, 8: וְחַכָּה מִכַּעַס עֵינִי. (Chald. id. et iisdem fere locis, praeterea כְּהָה valet: increpavit, ut hebr. Pi. no. 2. 1 Sam. III, 13, et ita zab. כהה Cod. Nasar. 2, p. 230, ubi male vertitur: coëgit. Arab كَهِيَ intraus. pusillanimis fuit.

Pi. כִּהָּה et כֵּהָה (Lev. XIII, 56, de qua forma v. infra) 1) intrans. *languit* a) de colore acuto (rubro), qui paullatim debilior, languidior fit, pallescere coepit (matt, blass werden). Lev. XIII, 6: וְהִנֵּה כֵהָה הַנֶּגַע *et ecce! si palluit macula neque diffudit se in cute.* Comm. 56: וְהִנֵּה כֵהָה הַנֶּגַע (cf. Comm. 21: וְהִיא כֵהָה, Comm. 26. 28: וְהִיא כֵהָה). De valore grammatico huius formae iam a Kimchio dubitatum est, utrum 3 praet. masc. Pi. sit, an adj. fem. a כֵּהָה. Eu verba eius paullo liberius latine translata: *statui potest,* כִּהָּה הַנֶּגַע *Comm. 56 esse praet. Pi., quamquam haec non vulgaris forma est verborum* עה, *qui in Piel Chirek habere solent, non Zere, velut* נָחַשׁ, טִהֵר, טִהֵר, לִהַט, כִּהֵן *et in hac ipsa radice* כִּהָּה 1 *Sam. III,* 13. *Praestat igitur,* כֵּהָה *l. c. habere pro adj. verbali, unde pl.* כֵּהוֹת *Comm. 39. Licet enim* נֶגַע *alibi masculinum sit, fortasse reperitur cum feminino constructum eiusdem capitis Comm. 9:* תִּחְיֶה בָּאָדָם נֶגַע צָרַעַת כִּי תִהְיֶה, *nisi forte h. l. verbum accommodatum est ad nomen* צָרַעַת. Ut nostram sententiam addamus, primum animadvertendum est, istam de Piel verborum עה observationem exceptionibus non carere, ut נֶהֱלָה Ex. XV, 13 et, quod maximi in hac re momenti est, in syn. כֵּהָה Eccl. X, 10 itidem intransitivo *obtusus fuit.* Praeterea כֵּהָה Comm. 6 et 56 praet. Pi. esse, certo efficitur ex usu reliquorum verborum in praeterito masculino positorum, ut Comm. 6: וְהִנֵּה כֵהָה הַנֶּגַע וְלֹא ... לֹא פָשָׂה, כֵּהָה הַנֶּגַע, Comm. 5: וְהִנֵּה נֶעֱמַד הַנֶּגַע, Comm. 17: וְהִנֵּה נֶהְפַּךְ הַנֶּגַע, cf. 8. 13 (ubi verbum certe habetur in praet. positum, nusquam adj. verbale). Accedit quod verbum praeteritum propter ipsam praeteriti perfecti significationem necessarium erat. Sed alia ratio est trium locorum Comm. 21. 26. 28, in quibus כֵּהָה adj. fem. esse, eo efficitur, quod refertur ad nomen fem. בַּהֶרֶת et quod praecedit aliud adj. fem. cum אֵין שְׂאֵתָהּ copulatum, Comm. 21: וְהִנֵּה כֵהָה ... וְשִׂאֵתָהּ אֵינֶנָּה. Comm. 28: אִם הָעֹמֶד תַּחְתֶּיהָ לֹא פָשְׂתָה ... וְהִיא כֵהָה. — b) de animo fracto Ez. XXI, 12: וְרַפְיָה כָּל־רוּחַ (cf. adj. Jes. LXI, 3).

2) *increpavit, prohibuit* aliquem (cf. ad גָּעָה. 1 Sam. III, 13: וְלֹא כָהָה בָּם *et* (quod) *non increpabat eos.* Vulg. *et non corripuerit eos.* Syr. ܘܠܐ ܡܟܗ ܒܗܘܢ. Idem valet נָעַר בְּ Zach. III, 2. Mal. III, 11.

כֵּהָה adj. non usitatum nisi in fem. כֵּהָה *languida, debilis.* spec. de cllychnio languidius ardente Jes. XLII, 3, de oculis hebescentibus 1 Sam. III, 2: וְעֵינָיו הֵחֵלּוּ כֵהוֹת *et oculi eius hebescere coeperunt* (ad syntaxin cf. Gen. IX, 20: וַיָּחֶל נֹחַ אִישׁ הָאֲדָמָה. Jes. XXXIII, 1. Gramm. §. 139, 4), de colore pallescente Lev. XIII, 21. 26. 28 (v. ad Pi. no. 1, a). 39: *maculae* כֵּהוֹת לְבָנוֹת *candoris pallidi* (von matt-weisser Farbe): de animo fracto Jes. LXI, 3. (Zab. ⟨ܟܗ pro ⟨ܟܗܐ est *hebetudo* Cod. Nas. III, p. 30).

כֵּהָה f. *remissio, mitigatio* (vulneris). Nah. III, 19.

כָּהַל chald. *potuit.* Non reperitur nisi in part. כָּהֲלִין pl., et apud solum Danielem, sq. gerundio verbi Dan. II, 26. IV, 15. V, 8. 15. (Vicinae radices sunt כחל, יכל cf. de cognatione verborum עה et עי p. 360 A. Nostram praeterea soli habent Aethiopes in ʒʜʊʌ: conting. ʃʔʒʜʌ: Hoj ciecto, v. Ludolf. gramm. p. 85).

כָּהַן rad. in Kal inusit., unde כֹּהֵן *sacerdos.* De cuius etymo quum variae sint eruditorum sententiae, in quibus proponendis saepe ad reliquarum linguarum usum provocatum est, ab hoc usu accuratius definiendo proliciscamur. Apud Arabes hoc verbum *ministrandi* significatum habuisse, ex Giggeji Lexico (III, p. 1691: كَهَنَ sacerdos fuit. sacerdotio functus est, ministravit), in Castelli et Meninskii opera migravit, sed immerito, ut apparet ex his Firuzabadii verbis (Kamus pag. 1799): كَهَنَ sq. ل *fut. A et O,* item كَهُنَ *cum nom. act.* كَهَانَةٌ S *Conj. I et V est: praedixit alicui occultum* (*i. e. futurum*). *Quod qui facit, est* كَاهِنٌ S *pl.* كَهَنَةٌ S, كُهَّانٌ S, *eiusque ars appellatur* كِهَانَةٌ S *prima Kesrata.* كَاهِنٌ *etiam de eo dicitur, qui surgit in alieno negotio et operam dat in causa eius* (من يقوم بمر الرجل ويسعى فى حاجته), *et* مُكَاهَنَةٌ S *est* i. q. مُحَابَاةٌ *i. e. favere alicui, ei connivere eumque adiuvare,* quibus addendum, كَاهِنٌ maxime de hariolis vatibusque Arabum paganorum usurpari v. Cor. 52, 28. 69, 42, Meidani ap. Reisk. ad Abulf. Ann. III, 18. Schult. Imp. Joctan. 72 lin. 7. 168 lin. 15. de Sacy Mémoire sur la litérature des Arabes p. 53, cf. verbum vit. Tim. I p. 116, et كِهَانَةٌ S ars hariolandi ibid. I, 28. II, 912 Meng. Apud Aethiopes ʒʜʊ: saeerdos fuit, sacerdotio functus est, denom. est a כֹּהֵן, ʒʜʊ:. De syriaco ⟨ܟܗ disputavit J. D. Michaëlis in suppl. et ad Castell., quem in sequentibus partim sequar, partim ex ineditis supplebo. Ac conj. Pe. quidem in Lexx. veteribus non reperi, sed Ethp. اِكْتَهَنَ in Lexico Adleriano explicatur اخصب über fuit (regio), Ethpa. „اِكْتَهَنَ تكهّن ministratus, consecratus est", sed Bar Ali اِكْتَهَنَ اخصب واثرى من الخصب والثروة *vitae commodis opibusque abundavit,* adj. مُكْتَهِنٌ in Pesch. respondet hebr. בְּטֶחָה, שַׁלְוָה Iud. XVIII, 10. 27. Ps. LXXIII, 12. XXII, 6. 7, arabice redditur in libro Iudd. مُخْصِبٌ

et de hominibus dicitur qui vitae commodis abundant, unde Lex. Adler. مفلّ مخصب غنى عاجر *abundans, affluens, dives, bene cultus* (de terra). Abstr. ܟܘܗܢܐ apud Bar Alium explicatur: الخصب الجران السعادة العمارة الجلالة العز الغنا السعد *ubertas terrarum, felicitas agri, gloria, honor, divitiae, felicitas*, et in Lex. Adler. خصب غلّة *ubertas, proventus largus*, in Peschito ponitur pro שְׁלוָה Ps. CXXII, 7 et de *prosperitate* Ps. LXXIII tit. de *abundantia* Barhebr. p. 355, *frequentia* urbis ib. 600. — His ita expositis ut sententiam meam de harum significationum origine et stemmate dicam, maxime mihi probabile est, ista omnia secundaria et a *sacerdotis* potestate, quam כהן habet apud Hebraeos, Syros, Chaldaeos, Aethiopes derivata esse. Quod apud Arabes كاهن vatem, hariolum significat, cum illo significatu arcte cohaeret, siquidem sacerdotum et vatum munera antiquissimis temporibus coniuncta esse solebant: a vatis autem notione petituu videtur, quod كاهن cum quoque significat, *qui mandata habet ab aliquo*, Bevollmächtigter (cf. ve. נביא similiter translatum Exod. VII, 1): vates enim sunt interpretes Deorum. Apud Syros autem quod ܟܘܗܢܐ, ܟܘܗܢܘܬܐ de vita tranquilla, omnibus vitae copiis affluente, deque agrorum fertilitate usurpatur, id a sacerdotum conditione felice vitae commodis abundante dictum esse persuasum est, ita ut ܟܘܗܢܝ proprie *sacerdotalis* sit, v. c. de vita sacerdotali i. e. commoda, beata, qualem sacerdotes gerunt, de agro sacerdotali i. e. fertili, bene culto, quales saecrdotum agri esse solent. Similes usus in nostris linguis habemus, in quibus non raro optimum et praestantissimum in suo genere vel *sacerdotum* vel *dominorum* (dominis autem saepe sacerdotes et monachi intelliguntur) esse dicitur. Sic *Pfaffenstück*, *Pfaffenschmitt* est praestantissima bovis assati pars; *Pfaffenbirn*, *Herrenbirn* est pyri genus delicatum; *Herrenessen* coena delicata, *Herrenleben* vita tranquilla et commodis abundans, adj. *herrlich* splendidus, a, um, de eo quod dominorum, non vulgi, est: cf. ital. *far il prelato, tavola del Papa, ai preti il mondo è piccolo.*

Quae si recte disputavimus, ad nativam nominis potestatem indagandam ex omnibus istis nihil proficitur, eaque etymologorum coniecturis permissa est. In his alii quidem, ut Coccejus, Schultens. Origg. hebr. p. 228, Venema ad Ps. XCIX, 6 contulerunt arab. جهن propinquus fuit (rarissimum, ut videtur, vocabulum), ut כהן sit: appropinquans ad Deum coll. Ex. XIX, 22: כֹּהֲנִים נִגָּשִׁים אֶל יי; alii (Kimchi, Michaelis in suppl.) כֹּהֵן a *ministrando* dictum volunt, praesertim quum haec vox etiam de regis ministris dicatur (sed vide infra), vel ad ministrandi significatum provocantes, quam huic radici perperam tributam esse vidimus, vel ad كاهن administrator negotii (Fisch. ad Mal. I, 6), quod et ipsum secundarium est; nuper autem Hitzigius ad Jes. LXI, 10 (vide iam Lexx. nostri editionem primam T. I p. 434) כהן idem esse coniecit atque כון stare, ut כֹּהֵן sit adstans, stator, apparitor, פֹּהֵן Jes. l. c. = כּוֹנֵן paravit; et Maurerus (ind. ad cursum ling. hebr.) כהן idem esse voluit atque גהן, גחן incurvavit se, quod saepe fit in cultu divino, inde de cultu et ministerio deorum. Duarum posteriorum sententiarum neutra displicet, quanquam in priore verbi כָּהַן Jes. l. c. interpretationem non probo (v. infra); ad posteriorem commendandam fortasse ad glossam illam syro-arabicam ܟܗܸܢ كَهَنَ i. e. *incurvavit se* (in cultu divino) provocari possit.

Pi. כִּהֵן 1) *sacerdotem egit, sacerdotio functus est* Ex. XXXI, 10. XXXV, 19. XXXIX, 41. Lev. XVI, 32. Num. III, 31, plerumque addito לַיהוָה Exod. XXVIII, 1. 3. 4. 41. XXIX, 1. 44. XL, 15. Lev. VII, 35. 2 Par. XI, 14. Hos. IV, 6 al. In Targg. redditur שַׁמֵּשׁ ministravit. LXX. ἱεραπεύω, semel λειτουργέω. 2) *sacerdos factus est* Deut. X, 6. Singulare est Jes. LXI, 10: כְּחָתָן יְכַהֵן פְּאֵר *sicut sponsus sacerdotem agit tiara* i. e. tiara splendida ad instar tiarae sacerdotalis se ornat, quod magis placet, quam quod plerique habent: *sacerdotalem facit tiaram* i. e. splendidam. Servatur enim vulgaris verbi significatio. Ita Aqu. ὡς νύμφιον ἱερατευόμενον στεφάνῳ. Jarchi, qui quidem ad omnes vestes refert: יולביש לבשי פאר ככהן הגדול: paullo liberius Symm. ὡς νύμφιον κεκοσμημένον στεφάνῳ. Vulg. Syr. Addendum est, quod supra observavimus *sacerdotalia* splendida, praestantia (herrlich) visa esse veteribus Semitis. In Hitzigii interpretatione, quam cummaxime attigimus: *sicut sponsus apparat cidarim* quum sententia friget, tum maxime hoc ferri nequit, quod verbum hoc uno loco significatione accipitur a reliquo linguae usu aliena, idque in recentiore scriptore, cuius aetate primigeniae verborum origines ex memoria populi iam diu effluxerant.

כֹּהֵן pl. כֹּהֲנִים estr. כֹּהֲנֵי m. *sacerdos*. (Chald. sam. כָּהֵן, כָּהֲנָא, syr. ܟܳܗܶܢ, arab. كَاهِنٌ, aeth. ካህን: id. Adeo in linguam armenicam receptum est քահանայ *khahanai* sacerdos). Sexcenties dicitur de sacerdotibus Jovae (Exod. Levit. Deut.), sed etiam de idolorum sacerdotibus (quod posterius Targg. reddunt כּוּמָר, cf. hebr. כְּמֹר) v. c. Gen. XLI, 45. 50. XLVI, 20. XLVII, 26 al. Coniungitur a) sq. genit. numinis, ut כֹּהֵן יְהוָה 1 Sam. XIV, 3, כֹּהֵן הַבַּעַל 2 Par. XXIII, 17, כֹּהֲנֵי דָגוֹן 1 Sam. V, 5, כֹּהֲנֶיךָ sacerdotes tui (Jovae) Ps. CXXXII, 9, neque non populi, urbis loeive, in quo sacerdos munere suo fungebatur, ut כֹּהֵן אֹן sacerdos Heliopolitanus Gen. XLI, 45. 50, כֹּהֵן נוֹדָן sacerdos Midianiticus Ex. III, 1. XVIII, 1, כֹּהֵן בֵּית אֵל sacerdos Bethelis Am. VII, 10, כֹּהֲנֵי הַבָּמוֹת sacerdotes excelsorum (v. בָּמָה) 1 Reg. XIII, 2. 33, c. suff. כֹּהֲנֵינוּ sacerdotes nostri (Israëlis) Esr. IX, 7. Neh. X, 1, כֹּהֲנָיו sacerdo-

tes eius (Israëlis) Ps. LXXVIII, 64, sacerdotes eius (Ahabi) 2 Reg. X, 11, כֹּהֲנָיו sacerdotes eius (Hierosolymorum) Thren. I, 4. IV, 13. Ps. CXXXII, 16, כֹּהֲנֶיהָ Jer. II, 26. XXXII, 32. b) sq. ל numinis, cuius sacra facit sacerdos, ut כֹּהֵן לַיהוָה Lev. XXIII, 20. 1 Sam. I, 3. 1 Reg. II, 27. 2 Par. XXVI, 17, כֹּהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 18, כֹּהֵן לְכָל אֱלֹהִים 2 Par. XIII, 9, item addito ל eius, qui aliquo tanquam sacerdote utitur Iud. XVII, 12. 13. XVIII, 4. 19. 2 Sam. XX, 26. Apud Hebraeos Iovae cultores *summus sacerdos* (ὁ ἀρχιερεύς) appellatur הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל Lev. XXI, 10. Num. XXXV, 25. 28. Ios. XX, 6. 2 Reg. XXII, 4. XXIII, 4. Neh. III, 1. 20. Hagg. I, 1. 12. 14, כֹּהֵן הָרֹאשׁ 2 Reg. XXV, 18. 2 Par. XIX, 11. XXIV, 11. XXVI, 20, הַכֹּהֵן הָרֹאשׁ Esr. VII, 5, הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ (sacerdos unctus) Lev. IV, 3. 5. 16; qui hunc dignitate excipiebat כֹּהֵן הַמִּשְׁנֶה sacerdos secundarius Jer. LII, 24, sed in pl. כֹּהֲנֵי הַמִּשְׁנֶה 2 Reg. XXIII, 4 omnes sacerdotes esse videntur opp. sacerdoti summo. Sacerdotibus opponitur הָעָם plebs Jes. XXIV, 2. Hos. IV, 9, עַם הָאָרֶץ Jer. I, 18. — Rex idemque Iovae sacerdos vocatur Melchisedek, antiquissimus Hierosolymorum rex Gen. XIV, 18. Ps. CX, 4 et re ipsa sacerdotes erant antiquiorum regum plures, ut Salomo 1 Reg. VIII, usque ad Uziam 2 Par. XXVI cf. Ps. I. c. Virg. Aen. 3, 80: Rex Anius, rex idem hominum Phoebique sacerdos.

Atqui plures sunt V. T. loci, in quibus כֹּהֲנִים in amicis et aulicis regis memoratur, et vetusta est opinio, ibi non sacerdotes sed *principes* s. *nobiles* intelligi, quam significationem plures primariam fuisse statuunt atque vel ex commenticia illa *ministrandi* potestate, vel ab *honoris* et *dignitatis* notione apud Syros, de qua supra, ductam existimant (v. Simonis *in* Lex. Keil Vers. üb. die Chronik p. 346. Movers krit. Untersuchungen üb. die Chronik p. 300). Paullo accuratius igitur illos locos pertractare liceat, ut lectoribus nostris persuadeamus, ubique in certa exploratague sacerdotis notione acquiescendum esse. Sunt potissimum tres 2 Sam. VIII, 16—18. XX, 23—26. 1 Reg. IV, 2—6, quibus amici et ministri regii Davidis et Salomonis recensentur. Proficiscamur a secundo, qui maximi huc in quaestione momenti est, quo extremo haec habentur: וְצָדוֹק וַאֲבִיתָר כֹּהֲנִים וְעִירָא הַיָּאִרִי הָיָה כֹּהֵן לְדָוִד *Zadoc et Ebjathar* erant *sacerdotes*: *et etiam Ira Jairita erat sacerdos Davidis*. De Zadoco et Ebjathare quum aliunde constet (2 Sam. XV, 24 sqq. 1 Reg. I, 7. 8. 26 sqq. maxime 34. 39. II, 35. 1 Par. XXX, 22), veri nominis eos sacerdotes Leviticos eosdemque tamen magnae in aula regia auctoritatis fuisse, hic autem Irae mentio annectatur his verbis: *et etiam Ira ... erat sacerdos Davidi*, consequitur, hunc simili modo atque illos sacerdotem amicumque regium fuisse, quod quidem posterius significatur dativo, כֹּהֵן לְדָוִד coll. Iud. XVII, 10: וְיִהְיֶה לִי לְאָב וְלְכֹהֵן. XVIII, 19. Kimchi: טרבדי ובעל עבותו ונשנוע אליו בראש כלם. Atque haec ita se habere, luculenter apparet ex illorum locorum tertio 1 Reg. IV, 2—6, quo Salomonis aulici recensentur. In his verbis Comm. 4 iterum comparent צָדוֹק וַאֲבִיתָר כֹּהֲנִים, quibus Comm. 5 additur: זָבוּד בֶּן נָתָן כֹּהֵן רֵעֶה הַמֶּלֶךְ *et Sabud, filius Nathani*, erat *sacerdos* isque *amicus regis* (non: *Sabud sacerdos* erat *amicus regius*, in quam sententiam scribendum fuisset כֹּהֵן הַמֶּלֶךְ). Itaque efficitur ex duobus his locis, in aula Davidis et Salomonis complures fuisse sacerdotes, qui partim sacris administrandis praeessent (Zadocus et Ebjathar), partim interioris admissionis apud regem essent, quorumque utpote virorum piorum et sapientium consilio et auctoritate reges uti solebant (cf. inter se illud Iud. XVII, 10 de Micha sacerdote Danitarum: וְהָיֶה לִי לְאָב וְלְכֹהֵן, et Gen. XLV, 8 de Iosepho: וַיְשִׂימֵנִי לְאָב לְפַרְעֹה וּלְכָל בֵּיתוֹ וּמֹשֵׁל בְּכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם), quemadmodum iidem ceteroquin prophetas, ex. c. Davides Nathanum, in amicorum numero habebant et imperatores regesque Christiani inde a Constantio Chloro et Constantino Magno episcopos in aulicorum amicorumque regiorum corona habebant, quod quidem reputare, non omnem rem in seurrile vertere debebat Moversius l. c. qui de loco 2 Sam. VIII disputans p. 303 ita scribit: Andere machen — wirklich auf possierliche Weise — die Söhne Davids zwar nicht zu Priestern ex professo, sondern nur zu seinen geistlichen Räthen, oder „Hofcaplänen", wobei sie nur vergessen, dass das Alterthum keine Consistorialräthe und Hofcapline, sondern nur Opferpriester gehabt habe", quae non scripsisset vir doctus, nisi ipse eius, quae sacerdotum in aula Persarum et Aegyptiorum erat, conditionis immemor fuisset. His autem praemissis lucebit etiam illorum locorum primus 2 Sam. VIII, 16—18, plurimis ille quidem recentiorum disputationibus vexatus (vide de Wette Beytrige I p. 81. nostr. hist. ling. hebr. p. 41. Wineri Lex. h. v. Gramberg über die Chronik p. 143 sqq. Religionsideen d. A. T. I p. 252. Maurer. ad h. l. et contra Keilium, Moversium ll. cc.), reliquisque sane difficilior. Priorem is continet indicem principum Davidis, in quo postquam Comm. 17 dictum est: et *Zadoc filius Ahitub et Ahimelech filius Ebjathar erant sacerdotes*, additur: וּבְנָיָהוּ בֶן יְהוֹיָדָע וְהַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי וּבְנֵי דָוִד כֹּהֲנִים הָיוּ. Quod si sanum esset, explicandum foret: *et Benajas filius Jojadae et Crethi Plethique et filii Davidis erant* כֹּהֲנִים. Sed dudum viderunt Critici (Clericus, Hubigantius, nuper Maurerus), ex locis parallelis 2 Sam. XX, 23. 1 Par. XVIII, 17 cum Chald. Vulg. Syr. pro וְהַכְּרֵתִי reponendum esse עַל הַכְּרֵתִי, ut sententia sit: *et Benajas ... praefectus erat satellitibus regiis*, *et filii Davidis erant* כֹּהֲנִים. (Huius indicis scripturam etiam alio in loco laborare, et pro *Ahimelech filius Ebjathar* legendum esse *Ebjathar filius Ahimelech*, ostendit Korbius in Wineri theol. Journal IV, p. 295). Eodem igitur loco comparent filii Davidis, quo in duobus locis praecedentibus *Ira*, *sacerdos Davidis* et *Sabud*, *sacerdos amicus regius*, unde non possumus non colligere, et ipsos vere sacerdotes fuisse, fortasse sacra privata administrantes (v. Indd. l. c.), eosque tamen *patris comites* in aula degentes, ut sacerdotum magorumque filii apud Aegyptios et Persas. Quod quidem posterius eorum munus priore omisso expressit auctor Paralipomenon, cui sacerdotes, qui Levitae

non essent, pro sui temporis rationibus non poterant non offendiculo esse, pro ובני דויד כהנים היו ponens: וּבְנֵי דָוִיד הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ *et filii Davidis proximi erant a latere regis.* Similem interpretationem etiam dederunt LXX. *καὶ οἱ υἱοὶ Δαβὶδ αὐλάρχαι ἦσαν*, quanquam haec fortasse ex Paralipomenis fluxit, Targ. וּבְנֵי דָוִד רַבְרְבִין; ex Rabbinis Kimchius, in recentioribus Clericus al. quibus sacerdotum mentio huic loco inepta videtur. Sed etiam h. l. proprium sacerdotis significatum retinendum esse, ex duobus locis parallelis evidens est; filiosque regis vere sacerdotes fuisse, nemini mirum videbitur, qui intimam inter munus regium et sacerdotale apud veteres Hebraeos necessitudinem perpenderit (cf. Josephus de vita sua §. 1: *ὥςπερ παρ' ἑκάστοις ἄλλη τίς ἐστιν εὐγενείας ὑπόθεσις, οὕτως παρ' ἡμῖν ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία τεκμήριόν ἐστι γένους λαμπρότητος*). — Reliqui loci, in quibus unus vel alter veterum interpretum, sed sine necessitate et contra linguae usum, כֹּהֵן *principis* vel *ministri* significatu accepit, sunt: 2 Reg. X, 11: מְיַדְּעָיו וְכֹהֲנָיו (de Ahabi sacerdotibus idololatricis). Kimchi: ראשיו. Ibid. XI, 9: וְיהוֹיָדָע הַכֹּהֵן LXX *Ἰωδαὲ ὁ συνετός*, praeterea Gen. XLI, 45. Ex. III, 1. XVIII, 1. Ps. CX, 4, ubi Targumista כָּהֲנָא interpretatus est.

כָּהֵן chald. i. q. כֹּהֵן *sacerdos.* In stat. emphat. כָּהֲנָא (pro כָּהֲנָא, v. ad עֵצָא) Esr. VII, 12. 21. Plur. emphat. כָּהֲנַיָּא Esr. VI, 9. 16. 18. VII, 16. 24.

כְּהֻנָּה f. *sacerdotium, munus sacerdotale.* (Chald. id. Syr. ܟܗܢܘܬܐ, ܟܘܗܢܬܐ id.) Exod. XXIX, 9. XL, 15. Num. III, 10. XVIII, 1. 7. Esr. II, 62 al. כְּהֻנַּת יְ Jos. XVIII, 7. כְּהֻנַּת עוֹלָם Num. XXV, 13. בְּרִית תִּכְהֻנָּה lex sacerdotii Num. XXV, 13. Neh. XIII, 29. — 1 Sam. II, 36: *institue me* הַכְהִנֻּנִי אֶל אַחַת *in aliquod munus sacerdotale.*

כּוּב *ἅπαξ λεγόμ.* Ezech. XXX, 5, n. pr. terrae, quae cum Aegypto, Aethiopia, aliisque regionibus Africae copulatur. Sunt qui intelligant *Cobeu*, Aethiopiae portum, vel *Cobium*, Marcotidis vicum (Vatabl.), vel *Cobam*, Mauritaniae oppidum itin. Antonini pag. 18 (Hamakeri Miscell. phoen. p. 239): sed sermo connexus maiorem quandam regionem flagitat, non oppidum vicumve. Itaque nescio an scribendum sit נוב *Nubia*, cuius scripturae vestigium servavit Arabs interpres: أَهْلُ النُّوبَةِ *populus Nubiae*, qui procul dubio, ut semper, ex Alexandrino interprete haec hausit, licet verba graeca a nostris codicibus absunt: adde quod in cod. de Rossii no. 409 pro וכוב a prima manu est וכנוב. כ et נ litterae autem non solum in scriptura quadrata sed etiam in antiquiore Hebraea sibi similes sunt (v. Monumm. Phoenic. T. III. tab. 3 ibique lit. Nun no. 3): et licet alibi Cuschaea (כוּשׁ) Nubiam quoque complectatur, satis credibile est, eam h. l. suo et peculiari nomine memorari (cf. מִצְרַיִם et פַּתְרוֹס). Ceterum non magnopere repugnarem, si quis לוּב *Libyam* legere mallet, quod et ipsum litterarum in huius speciei alphabetis similitudine (v. כ et ל Palmyrenorum in Monumm. tab. 4) commendari posset.

כָּוָה in Kal inusit. I) *ussit*, gr. *καίω* (*καύω*). Arab. كَوَى, syr. ܟܘܐ adussit, inussit, cauterio notavit, v. כִּי pro כְּוִי, כְּוִיָּה, מִכְוֶה.

II) Ut cognata כָּקַב, נָקַב, נָקָב, etiam כָּוָה, כָּוָו, *cavi, excavandi* significatum habuisse videtur, cuius vestigium est in chald. כַּו *fenestra*, arab. كُوًى foramen, كُوَّةٌ fenestra. Simonis hoc ducit a كَوَى „pupugit, fodit, transfodit", sed hic significatus verbo perperam tributus est. Quod enim lexica arabica habent كَوَى *punxit* scorpius, hoc ab inurendo petitum est: quandoquidem scorpius pungens et venenum immittens cutem quasi cauterio notat.

Niph. pass. no. I, *ustus, adustus est* (igne) Prov. VI, 28: וְרַגְלָיו לֹא תִכָּוֶינָה *et pedes eius non aduruntur.* Jes. XLIII, 2.

כִּי (pro כְּוִי, ut אִי pro אֲוִי, עִי pro עֲוִי, arab. رِىً a رَوِىَ al. v. Schroeder de vest. mul. p. 406) *stigma inustum*, ut arab. كَيٌّ ustio cauterio facta Lev. XIII, 24. 25 Saad. (pro מִכְוָה) Exod. XXI, 25 Arab. Erp. (pro כְּוִיָּה), a rad. كَوَى. Jes. III, 24: כִּי תַחַת יְפִי *stigmata loco pulchritudinis.* Intelliguntur stigmata ab hostibus crudelibus puellarum delicatarum cuti insita (cf. vit. Tim. p. 320. II p. 500 Manger.). Veram loci interpretationem, quam veterum translatorum nemo assecutus erat, iam Talmudistae (quos laudant Kimchius et Aben Esra) dederunt (Schabb 62 verso) comparantes proverbium: חלופי שופרא כיבא *pro pulchritudine stigma*, quod paullulum mutatum etiam ita citatur: חלופי שופרא כְּוָיָה Buxtorf. Lex. chald. p. 1018. Quod Jubbius ap. Lowthum כִּי dictum malebat pro בְּהִי pallor, debilitas, frigidum est: et minus etiam ferendum, quod Hitzigius כִּי interpretatur *vulnus, incisio* i. q. גְּדֵדָה, nam كَوَى findendi, incidendi („ritzen") significatum habuisse, commenticium est (v. supra).

כְּוִיָּה f. *adustio* corporis (Brandfleck). Ex. XXI, 25.

מִכְוֶה f. id. *locus adustus* corporis Lev. XIII, 24. 25. 28.

A כָּוָה no. II est

כַּו plur. כָּוִין chald. *fenestra.* Dan. VI, 11. Saepe in Targg. Syr. ܟܘܐ id. Act. XX, 9. 2 Cor. XI, 33. Arab. كُوًى, كُوَى, كُوَّةٌ id.

כּוֹחַ *vis*, v. rad. כָּחַח.

כּוֹכָב *stella*, v. rad. כָּבַב.

כִּיל *metiri*, velùti frumentum. Arab. كَيَّلَ pro كَيَّلَ Conj. I et VIII mensuravit, maxime frumentum, كَيْل et مِكْيَال mensura aridorum, rarius liquidorum. Syr. ܟܝܠ mensuravit, ܟܝܠܐ pass., ܟܝܠܐ mensura. Chald. in Pe. mensus est frumentum Ex. XVI, 18. Ruth III, 15 pro hebr. מָדַד; כִּלְכְּלָא, כִּילְיָא mensura. In Kal semel legitur Jes. XL, 12: וְכָל בְּשְׁלִישׁ עָפָר הָאָרֶץ *et mensus est trientali pulverem terrae*, ubi כָּל eundem usum habere, qui apud Arabes et Chaldaeos obtinet prima specie, nemo dubitabit, qui reliqua huius commatis membra conparaverit:

מִי מָדַד בְּשָׁעָלוֹ מָיִם
וְשָׁמַיִם בְּזֶרֶת תִּכֵּן
וְשָׁכַל בְּשָׁלִישׁ עֲפַר הָאָרֶץ
וְשָׁקַל בְּפְלָס הָרִים
וְגִבְעוֹת בְּמֹאזְנָיִם

Ita etiam omnes veteres, praeter Alexandrinum. Kimchi: מדד. Quod ipse in gramm. ampl. p. 675 כָּל ad כֹּל *omnis* retuleram, mero errore factum est, quem mox animadversum in Lexx. tacite certe correxi: mirorque id Hitzigio placere coll. כָּל Merkato Ps. XXXV, 10. Prov. XIX, 6 et וְלָכֵל חֲתַן רוּחֵי Jes. XXXVIII, 16. Sed perspicua ex obscurissimis explicare non expedit: et leve est, quod vir doctissimus כּוּל in Kal alibi non deprehendi observat. Utuntur certe ita *Chaldaei* et Arabes. Ceterum ita, ut Hitzigius, etiam interpretantur LXX. *καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρασί.*

Pilp. 1) *cepit, continuit* (de vase), nostr. messen, in sich halten. 1 Reg. VIII, 27: *ecce coeli et coeli coelorum te* (Deum) *non capiunt.* 2 Par. II. 5. VI, 18. — 2) *sustinuit* a) i. q. *tulit, pertulit* (aushalten). Malach. III, 2: מִי מְכַלְכֵּל אֶת־יוֹם בּוֹאוֹ *quis sustinebit diem, quo veniet?* Prov. XVIII, 14: רוּחַ אִישׁ יְכַלְכֵּל נַחֲלָתוֹ. Jer. XX, 9: וְנִלְאֵיתִי כַּלְכֵּל. b) *tuitus est* aliquem, aliquid. Ps. LV, 23: וְהוּא יְכַלְכֵּלְךָ *isque te tuebitur.* CXII, 5: יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט *tuetur causas suas in iudicio.* — 3) *sustentavit* i. e. *aluit*, commeatu instruxit (cf. כֶּבֶר, שאף sustentavit, portavit, it. nutrivit, לחם cibus), sq. acc. Gen. XLV, 11. L, 21. 2 Sam. XIX, 33. 34. XX, 3. 1 Reg. IV, 7: וְכִלְכְּלוּ אֶת־הַמֶּלֶךְ וְאֶת בֵּיתוֹ *hi sustentabant regem domumque regiam.* XVII, 4: וְאָנֹכִי הִכְלַכְתִּי שָׁם אֶת־הָעֹרְבִים. Comm. 9. Ruth IV, 15. Neh. IX, 21. Zach. XI, 16. Sq. dupl. acc. pers. et rei: sustentavit aliquem aliqua re. Gen. XLVII, 12. 1 Reg. XVIII, 4: וְכִלְכְּלָם לֶחֶם וָמָיִם. Comm. 13.

Pass. כֻּלְכַּל *commeatu instructus est.* 1 Reg. XX, 27.

Hiph. הַכְיִל 1) i. q. Pilp. no. 1. 1 Reg. VII, 26: אַלְפַּיִם בַּת יְכִיל *duo millia bathorum continebat.* Comm. 38. VII, 64. 2 Par. IV, 5. VII, 7. Ezech. XXIII, 32: מְרֻבָּה תְּהֵכִיל *multa capiens.* — 2) i. q. Pilp. 2, a. *sustinuit, tulit.* Joël II, 11: *magnus est dies Jovae*, כִּי יְכִילֶנּוּ *quis sustinebit eum?* Am. VII, 10. Jer. VI, 11. X, 10. — Aliud הַכְבִּיל pro הַאֲבִיל vide ad rad. אָבַל.

כִּים rad. inusit. Arab. كَامَ Conj. cumulavit, accumulavit terram, كَوْمٌ cumulus terrae, frumenti (v. Ps. LXIV, 13. LXXI, 3. CXLVIII, 4. Neh. IV, 2. Abdollat. p. 154), كَوْمٌ agmen camelorum. Pertinet haec radix ad eam radicum familiam, quarum syllaba primaria est כם, גם, עם, v. ad עָמַם.

כִּימָה f. *cumulus* stellarum, inde *Pleiades*, *Vergiliarum* sidus, septem stellis maioribus aliisque minoribus arcte conglomeratis constans, arab. ثُرَيَّا (pr. copia, multitudo), plenius عِقْدُ الثُّرَيَّا (colligatio pleiadum), quod Persarum poëtae flori ex gemmis contexto comparare solent (v. Sadi Gulistan p. 22 Gent. Beigel in Ideler Untersuchungen über den Ursprung der Stern-Namen p. 146) et Gronlandiae incolae *stellas colligatas* (Killukturset) appellant, auctore Egedio, Nachrichten von der Grönländischen Mission p. 57. Similis imago respicitur Iob. XXXVIII, 31: הֲתִקְשֹׁר מַעֲדַנּוֹת כִּימָה *num tu colligasti vincula Pleiadum?* IX, 9. Am. V, 8. E vett. intpp. LXX. Aquila, Vulg. *πλειάδα* habent Iob. XXXVIII, ibid. et in Amoso Symm., Theod. in Amoso: Aramaei interpretes retinent vocem hebraeam, quam Bar Alius *Pleiades* (الثُّرَيَّا) interpretatur, quanquam hic more suo plures interpretum opiniones cumulans etiam addit: العيوق *sidus capellae.* Cf. Hyde ad Ulugh-Beighi tabb. p. 32. Niebuhrii Arabiam p. 114. Michaëlis suppl. p. 1261 sqq. Ideler l. c.

כִּין rad. in Kal non usit. (nam יְכִינֵנּוּ Iob. XXXI, 15 est a Pil. q. v.), pr. *erectus stetit*, unde כֵּן rectus, כֵּן locus in quo aliquid stat, מְכוֹנָה basis. Frequentatur in omnibus linguis cognatis varia forma et significatione. Syr. in Pe. raro: accidit, esse coepit Ephr. Syr. II, 449. Barhebr. in Mich. chrest. p. 117. ܟܝܢ stabilivit, plantavit, Pa. ܟܘܢ reprehendit, pr. correxit, berichtigen, ܟܝܢܐ natura. Chald. Pa. כַּוֵּן i. q. hebr. כּוֹנֵן statuit, stabilivit, direxit, aptavit, it. intendit pr. direxit oculos, animum ad aliquid. Nasor. Pe. stetit, firmiter constitit. Aph. firmavit. ܐܣܟ basis. Sam. צאכן paravit, sed idem etiam צכן pro כּוּן. Arab. كَانَ exstitit, accidit, fuit, II. fecit ut existeret, creavit, مَكَانٌ locus, ubi aliquid existit. Aeth. ከወነ factus est, accidit, fuit, quod quomodo differat ab ሀለወ v. Ludolf., accedunt quadrilittera ከየነ iudicavit, imperavit, pr. i. q. כּוֹנֵן

statuit, cf. שָׁפַת i. q. שָׁפַת, et אֻמָּן: artificiose elaboravit pr. paravit, אֻמָּנוּת: opificium, אֻמָּן: artifex. Ceterum quod observat Redslob. de part. בִּי p. 13 sqq. כון radicem emollitam videri e duriore forma קום, a veri specie non alienum est.

Pil. כּוֹנֵן 1) *statuit* (stellen, aufstellen). Ps. IX, 8: כּוֹנֵן לַמִּשְׁפָּט כִּסְאוֹ *statuit ad iudicium solium suum*; max. *stabilivit* (feststellen). 2 Sam. VII, 13: כּוֹנַנְתִּי אֶת־כִּסֵּא *stabiliam solium regni eius in aeternum*. 1 Par. XVII, 12. Ps. XLVIII, 9. Metaph. Ps. XL, 3: *stabilivit gressus meos* i. e. fecit, ut tuto consistere possem. XC, 17: *opus manuum nostrarum stabili* i. e. fac ut bene succedat. LXVIII, 10: *peculium tuum* idque *fessum stabilivisti* i. e. recreabas. XCIX, 4: *stabilis iustitiam*. VII, 10: *stabili* i. e. confirma, adiuva *iustum*.

2) *statuit* i. e. *fundavit*, velut urbem Ps. CVII, 36. Hab. II, 12, terram Ps. XXIV, 2. CXIX, 90. Jes. XLV, 18, coelum Prov. III, 19.

3) *paravit, creavit*, ut Deus hominem Deut. XXXII, 6: הוּא עָשָׂךְ וַיְכוֹנְנֶךָ. Ps. CXIX, 73, lunam et stellas Ps. VIII, 4. — 2 Sam. VII, 24: וַתָּכֹן לְךָ אֶת־עַמְּךָ יִשְׂרָאֵל *et parasti tibi populum tuum Israël, ut tibi populus sit*. LXX. ἑτοιμάζειν. — Huc pertinet etiam Iob. XXXI, 15: וַיְכוֹנְנֵנוּ בְּרֶחֶם אֶחָד *et idem paravit nos in utero*, pro וַיְכוֹנְנֵנוּ, in quo duo priora Nun in unum geminatum coniecerint, ו correptum est נ. Veram analysin iam diu est quod vidit R. Jona, quem excitat Norzi in Minchat Schaj ad h. l. שׁוּם מבאתי אחר זכן בספר תרקנח כתחתם ר' יונה הנדפוק שכתב בלשון הזה וכוננו עיקרו וכמוננו חשתי טוען הראשונות בשיקר בנו אלהים וכוננה יד עולם. Alii, ut Kimchius, quem sequuntur Simonis al., male Kal esse putaverunt. Suffixum quidem וַיְכוֹנְנֵנוּ et *nos* esse potest et *eum*, sed prius praestat. In paucis codd. scriptum est וַיְכוֹנְנֵהוּ, quam scripturam ii optasse videntur, qui, suff. 1 plur. esse, affirmare solebant: in aliis וַיְכוֹנְנוּ per Cholem, sunt etiam qui defective scribant וַיְכֹנְנוּ, v. de Rossium, Jahnium, J. H. Michaëlem.

4) *aptavit, direxit*, ut sagittam Ps. XI, 2: כּוֹנְנוּ חִצָּם. VII, 13, et omisso חִצִּים id. (zielen) sq. עַל scopi Ps. XXI, 13. Jes. LI, 15: בַּאֲשֶׁר כִּוַּן לַהֲשָׁחִית *ubi* sagittam *dirigit, ad perdendum*. Metaph. pro כּוֹנֵן לֵב (cf. חֵכִין לֵב) sq. ל *animum advertit ad* aliquid. Iob. VIII, 8: כִּוֹנֵן לְחֲקֶר אֲבוֹתָם *adverte ad id quod exploraverunt patres*.

Pass. כּוֹנַן 1) *stabiliri* (de gressu) Ps. XXXVII, 23. 2) pass. act. no. 4 *paratum esse* Ez. XXVIII, 13.

Hiph. הֵכִין 1) *statuit* (stellen, setzen), ut sellam Iob. XXIX, 7. Ps. CIII, 19; *fundavit*, velut terram, coelum, montes Ps. LXV, 7. Prov. VIII, 27. Jer. X, 12. LI, 15; inde a) *constituit* aliquem (anstellen, bestellen, ansetzen) Jos. IV, 4. 2 Par. II, 6. Jer. LI, 12 (insidiatores). Iob. XXVIII, 27 (sapientiam hypostaticam cf. Prov. VIII, 30). הֵכִין מֶ֫לֶךְ constituit aliquem regem 2 Sam. V, 12. 1 Par. XIV, 2. 1 Reg. II, 24. — b) *confirmavit*, v. c. solium regni Jes. IX, 6. 1 Par. XXII, 10, regnum alicuius 1 Sam. XIII, 13. 2 Sam. VII, 12. 1 Par. XVII 11. XXVIII, 7. 2 Par. XVII, 5. Ps. LXXXIX, 5: עַד עוֹלָם אָכִין זַרְעֶךָ *in aeternum confirmabo posteros tuos*. Ps. X, 17: תָּכִין לִבָּם *confirmas cor eorum*. LXXXIX, 5. — c) *restituit, refecit* (templum). 2 Par. XXXV, 20 (cf. XXXIV, 10). — Inf. absol. הָכֵן et הָכֵן adv. *firme, pede firmo* Jos. III, 17: *stabant sacerdotes ... in sicco in medio Jordane* הָכֵן *pede firmo*. Et eodem modo explicandum Jos. IV, 3: *sumite vobis e medio Jordanis* מָכֵן הַכִּינוּ עֲשָׂרֵה אֲבָנִים *ex eo loco, ubi steterant sacerdotes firmo pede, duodecim lapides*. הָכֵן (pro הָכֵן, הָכֵן) h. l. (quidquid praecipiunt accentus) arcte copulandum est cum praecedentibus, non cum sequentibus, quod qui fecerunt, in alia omnia abierunt, ut LXX. ἑτοίμους δώδεκα λίθους, Lud. de Dieu ad h. l. *duodecim lapides exacto firmoque numero*, Rosenm. *parando duodecim lapides*.

2) *paravit, praeparavit, instruxit* (zurichten, zurechtmachen) Gen. XLIII, 25 (zurechtstellen), v. c. lignum et lapides ad aedificandum 1 Reg. V. 33, sacrificium Zeph. I, 7 cf. Jes. XIV, 21 (addito לְ), viam (eam sternendo). Deut. XIX, 3, rete Ps. LVII, 7, cibos Gen. XLIII, 16. Exod. XVI. 5. Jos. I, 11. 1 Par. IX, 32. XII, 39. 2 Par. XXXV. 15, partes aedificii (einrichten, anlegen) 1 Reg. VI, 19. 2 Par. XXXI, 11, locum alicui rei (sq. לְ) Exod. XXIII, 20. 1 Par. XV, 1. 3. 12. 2 Par. I, 4. III, 1. Ps. LXVIII, 11, bellum (zurüsten) Ezech. VII, 14: הָכִין הַכֹּל *instruunt omnia* (ad bellum). XXXVIII, 7, הָכֵן וְהָכֵן לָךְ *instruere* et *instrue tibi* bellum. Jer. XLVI, 14: הָתְיַצֵּב וְהָכֵן לָךְ. Metaph. Iob. XV, 35: בִּטְנָם תָּכִין מִרְמָה. — It. *comparavit* (schaffen, anschaffen, herbeyschaffen), passim addito dat. Num. XXIII, 1. 29: הָכֵן לִי פֹּה שִׁבְעָה פָרִים (schaffe mir hieher sieben Stiere). 1 Par. XXII, 5. 14. XXIX, 2. 2 Par. II, 6. 8, v. c. cibum Iob. XXXIX, 3: יָרֵי יְכִין לְעֵטָם צֵאדִי. Ps. LXXVIII, 20. Prov. VI, 8. XXX, 25, arma 2 Par. XXVI, 14, vestes Iob. XXVII, 16. 17: *curavit, administravit* negotium Prov. XXIV, 27. De Deo: *paravit, creavit* (bereiten, schaffen), ut fruges Ps. LXV, 10, pluviam CXLVII, 8, solem lucemque LXXIV, 16.

3) *direxit*, ut tela in aliquem (sq. לְ) Ps. VII, 14, faciem in aliqu. sq. אֶל Ezech. IV, 3. 7, Deus gressus Prov. XVI, 9. Ps. CXIX, 133, homo gressum suum Jer. X. 23, homo vias suas 2 Par. XXVII, 6. Prov. XXI, 29. Spec. a) הֵכִין לֵב לְ animum applicuit ad aliquid faciendum. 2 Par. XII, 14: לֹא הֵכִין לִבּוֹ לְדָרֹשׁ אֶת־ *non applicuit animum suum ad colendum Jovam*. XIX, 3. XXX, 19. Esr. VII. 10. Omisso לֵב 1 Par. XXVIII, 2: הֲכִינוֹתִי לִבְנוֹת *animum applicuerum ad aedificandum* (cf. chald. כִּוֵּן לְ proposuit sibi aliquid facere Esth. VI, 1 Targ. Venet. Num XXX, 6. XXXV, 22. Jon. כַּוָּנְתָּה propositum). — b) הֵכִין לֵב אֶל יְהוָה animum applicuit ad Deum colendum 1 Sam. VII. 3, sq. לְ (ad idola colenda) 2 Par. XX, 33. Omisso אֶל יְהוָה Iob. XI, 13: אִם אַתָּה הֵכַנְתָּ לִבֶּךָ *si animum tuum convertis* sc. ad Deum. Ps. LXXVIII, 8. — c) הֵכִין ellipt. pro לֵב הֵכִין:

animum advertit (Acht geben). 1 Sam. XXIII, 22: לְכוּ־נָא הָכִינוּ עוֹד *ite, et animum advertite porro.* Iud. XII, 6: וְלֹא יָכִין לְדַבֵּר כֵּן *et animum non advertit*, ut *diceret recte* (Schibboleth). 2 Par. XXIX, 36.

Hoph. הוּכַן 1) pass. Hi. no. 1. *confirmatum est* (solium) Jes. XXX, 33. — 2) pass. Hiph. no. 2. *praeparatus, instructus est* Jes. XXX, 33 (rogus alicui). Prov. XXI, 31 (equus ad bellum). Nah. II, 6, *paratus est* Zach. V, 11.

Niph. נָכוֹן pass. Pil. ot Hiph. 1) *erectus est, erexit se* (Ezech. XVI, 7: עֲשָׂדִים נָכוּנוּ LXX. οἱ μαστοὶ ἀνορθώθησαν. Syr. ܩܛܡ. Hier. honeste adolescentularum maturitas indicatur, 'quando intumescunt ubera sive eriguntur). *statutus est* (Mich. IV, 1 et Jes. II, 2: נָכוֹן וְהָיָה הַר בֵּית יְהוָה בְּרֹאשׁ הֶהָרִים), *fundatus est* sq. עַל super al. Iud. XVI, 26, *confirmatum est* (regnum) 1 Reg. II, 12. 45. 46: inde *stetit firmus*, de solio, regno 2 Sam. VII, 16. 26. Ps. XCIII, 2. XXV, 5. XXIX, 14 cf. 1 Sam. XX, 31, de orbe terrarum Ps. XCIII, 1. de luna LXXXIX, 38, de hominibus i. q. *viguit, permansit incolumis.* Iob. XXI, 8: זַרְעָם נָכוֹן לְפָנֵיהֶם. Ps. CII, 29. CXL, 12. Prov. XII, 3. 19. Ps. CI, 7: *qui mendacia loquitur* לֹא יִכּוֹן לְנֶגֶד עֵינָי *non consistit coram oculis meis:* de consiliis hominum Prov. XX, 18: מַחֲשָׁבוֹת בְּעֵצָה תְּכוּן. XVI, 3.

Singulare est נָכוֹן חֲמוּם *firmum s. stabile dici* Prov. IV, 18 i. e. tempus meridianum, quo sol in coeli cacumine immotus stare videtur, gr. *σταθερὸν γμαρ, τὸ σταθερὸν τῆς μεσημβρίας, σταθερὰ μεσημβρία* Ruhnken. ad Timaeum p. 236, arab. قَائِمَةُ النَّهَارِ Schult. ad Prov. l. c., قَامَ قَائِمُ الظَّهِيرَةِ stetit stans diei, de summo meridie tempore aestatis Elmacin. hist. Sarac. p. 23 lin. 33. Bohaedd. vit. Salad. 168 lin. 4, قَائِمُ الظَّهِيرِ ibid. 127 lin. 30.

Translate (quo significatu plerisque locis Participium habetur) est: a) *firmus, constans fuit.* רוּחַ נָכוֹן animus constans in virtutis proposito Ps. LI, 12. LXXVIII, 37: לֹא נָכוֹן עִמּוֹ *animus eorum non firmus erat erga eum*, non constans erat in amore et cultu Jovae. Al. non sincerus (aufrichtig) erat erga eum. b) *firmus* i. e. *intrepidus, fiducia plenus fuit* (getrost), de animo. Ps. LVII, 8: נָכוֹן לִבִּי. CVIII, 2. CXII, 7, et obiective c) *firmus* i. e. firmiter decretus *fuit.* Gen. XLI, 32: נָכוֹן הַדָּבָר עִם־הָאֱלֹהִים *firmiter decreta est res a Jova;* it. *certus* fuit Deut. XIII, 15. XVII, 4. Hos. VI, 3: כְּשַׁחַר נָכוֹן מוֹצָאוֹ *certus, sicut aurora,* est *ortus eius* (Jovae) i. e. adventus eius. Neutr. *certum*, unde אֶל־נָכוֹן 1 Sam. XXIII, 23: וְשַׁבְתֶּם אֵלַי אֶל נָכוֹן *revertimini ad me ad certum* i. e. certa nunciaturi, et אֶל־נָכוֹן adv. certo, revera XXVI, 4. — d) *rectus, verus fuit.* Iob. XLII, 7. 8: לֹא דַבַּרְתֶּם אֵלַי נְכוֹנָה. Ps. V, 10: כִּי אֵין בְּפִיהוּ נְכוֹנָה, ubi plures נְכוֹחָה *sincerum* interpretantur (coll. Ps. LXXVIII, 37). — e) *aptus, conveniens.* Ex. VIII, 22: לֹא נָכוֹן לַעֲשׂוֹת כֵּן.

2) *paratus est* a) *curatum, administratum est* negotium (bereitet, besorgt seyn). 2 Par. VIII, 16. XXIX, 35. XXXV, 10. 16. b) *paratus est* alicui, sq. ל Neh. VIII, 10: לְאֵין נָכוֹן לוֹ *quibus nihil paratum est.* Prov. XIX, 29: נָכוֹנוּ לַלֵּצִים שְׁפָטִים *parata sunt irrisoribus iudicia.* Iob. XVIII, 12: אֵיד נָכוֹן לְצַלְעוֹ *calamitas parata est lateri eius*, imminet lateri eius. XII, 5, cf. XV, 23: נָכוֹן בְּיָדוֹ יוֹם חֹשֶׁךְ *ei instat dies tenebricosus.* Contra Ps. XXXVIII, 18: אֲנִי לְצֶלַע נָכוֹן *ego paratus sum ad casum* i. e. prope absum a ruina. c) *paratus fuit.* Ezech. XXXVIII, 7, addito dat. temporis Ex. XIX, 11: וְהִיוּ נְכוֹנִים לַיּוֹם הַשְּׁלִשִׁי, Comm. 15. XXXIV, 2. Jos. VIII, 4. — d) *praeparari* s. praeparare se. Am. IV, 12: הָכֵן לִקְרַאת אֱלֹהֶיךָ יִשְׂרָאֵל *praepara te in occursum dei tui, Israël* i. e. occurre Jovae emendatione vitae, ut supplicia a te avertas.

Hithpal. הִתְכּוֹנֵן Prov. XXIV, 3, alibi 1) *stabilitus, fundatus est* (de domo, urbe) Num. XXI, 27. Jes. LIV, 14. Prov. XXIV, 3. — 2) *praeparari* (ad bellum). Ps. LIX, 5.

כּוֹן n. pr. oppidi Syriae, quod Hadadeserо paruerat 1 Par. XVIII, 8, pro quo in loco parallelo 2 Sam. VIII, 8 legitur בְּרוֹתַי (v. p. 176). Quum Berytus, Phoeniciae urbs, a Saturno condita dicatur (Steph. Byz. h. v.), J. D. Michaëlis, qui ברותי Berytum interpretatur, pro כון h. l. כֵּן i. e. כִּיוּן pronunciandum esse suspicatur q. d. Saturni urbem: quae quidem coniectura, per se satis ingeniosa, ad irritum cadit, quum illud ipsum, *Berothai* Berytum esse, a veri specie alienum sit. Melius cum Hasio (Regn. Davidis et Salomonis p. 261) conferas *Connam* urbem, in Itinerario Antonini (p. 199 Wesseling) memoratam, mediam inter Laodiceam et Heliopolin, in iugo ipso Libani montis et prope transitum Eleutheri fluvii sitam.

כֵּן A) adj. participiale: *rectus*, inde *probus*, *integer* (rechtlich, cf. syr. ܟܐܢܐ, ܟܐܢܘܢܝܐ probus, integer, ܟܐܢܘܢܝܘܬܐ probe, chald. כִּינָן rectus, iustus), de hominibus. Gen. XLII, 11: כֵּנִים אֲנָחְנוּ *viri probi nos.* Comm. 19. 31. 33. 34. Neutr. *rectum* et adv. *recte.* עָשָׂה כֵּן recte agere Eccl. VIII, 10, דִּבֶּר כֵּן recte loqui Num. XXVII, 7: כֵּן בְּנוֹת צְלָפְחָד דֹּבְרֹת *recte loquuntur filiae Zelophehadi.* XXXVI, 5. Exod. X, 29. Esr. X, 12 לֹא־כֵן *non rectum* i. e. vanum, inane. Jes. XVI, 6: לֹא־כֵן בַּדָּיו *vanitas mendaciorum eius.* 2 Reg. XVII, 9: דְּבָרִים אֲשֶׁר לֹא־כֵן. Prov. XV, 7: *et cor stultorum* (spargit) לֹא־כֵן *vana*, stulta. Jer. XXIII, 10: גְּבוּרָתָם לֹא־כֵן *robur eorum inane.* 2 Reg. VII, 9: לֹא־כֵן אֲנַחְנוּ עֹשִׂים *non recte nos facimus.*

B) adv. *sic, ita*, gr. *οὕτως*, pr. *recte* ad aliquam normam, nostr. recht so, gerade so, *also.* Gussetius, Danzius, quibus nuper accessit Ewaldus gramm. min. §. 455 ed. 2 et 3 (aliter idem in gramm. crit. p. 613),

כֵּן *ita* aliud vc. esse volunt contr. ex כֹּהֵן sicut illa, ut כֹּה ex כָּהּ, idque probabilitatis specie non caret, sed obstat tamen adverbium finitimum אָכֵן, cuius origo ex radice כין evidens est. Accedit quod illud ipsum כֹּהֵן (immo כָּהֵן) in lingnae usu non reperitur. Cf. ad כָּ p. 650. Sq. Makk. scribitur כֵּן־ (in form. כֵּן־הִיא) Gen. XLIV, 10. Jos. II, 21. 1 Sam. XV, 25. Prov. XXIII, 7. Iob. V, 27. — Paene ubique refertur ad antecedentia. Gen. I, 7: וַיְהִי כֵן *et factum est ita*, ut Deus iusserat. Comm. 9. 11. Ex. VI, 9: וַיְדַבֵּר מֹשֶׁה כֵּן אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. 1 Reg. XX, 40: כֵּן מִשְׁפָּטֶךָ אַתָּה חָרָצְתָּ *ita* sit *iudicium tuum, tu ipse tulisti*. 1 Sam. XXIII, 17: *etiam Saulus pater meus* יֹדֵעַ כֵּן *scit ita*, nostr. weiss es so, nicht anders (ubi minime necessarium est, כֵּן pronomine demonstrativo reddere). 1 Reg. I, 36: *dixit Benajas:* אָמֵן כֵּן יֹאמַר יְיָ *fiat! ita dicat Jova*. Jer. V, 31: עַמִּי אָהֲבוּ כֵן יֶאֱהַב יְיָ כֵּן *populus meus ita amat*, liebt es so. Paullulum vexatus est locus Prov. XXVIII, 2: בְּאָדָם מֵבִין יֹדֵעַ כֵּן יַאֲרִיךְ *ubi homines sapiunt, sic diuturnus est* sc. princeps (cf. membrum prius: multi sunt principes), i. e. diu regnat princeps. כֵּן h. l. proprie valet: *si sic est*, et ad signi apodoseos potestatem prope accedit, ut alibi אָז Iob. IX, 31, ו (pag. 396), gr. οὕτω Matthiae Gramm. gr. p. 822. — Ps. LXI, 9: כֵּן אֲזַמְּרָה שִׁמְךָ *itaque* i. e. ubi his precibus meis satisfeceris (Comm. 7. 8) *celebrabo nomen tuum*. LXIII, 2: *anima mea desiderat te* ..... 3: כֵּן חֲזִיתִיךָ בְּקֹדֶשׁ *itaque* (propter desiderii mei pietatem, quam respiciet Deus) *spectabo te in sanctuario*. XC, 12: לִמְנוֹת יָמֵינוּ כֵּן הוֹדַע *itaque doce me, diebus meis uti*. — Saepe sibi respondent כֵּן — כְּ *quemadmodum — ita* (v. כְּ A, 1), כֵּן־אֲשֶׁר (v. אֲשֶׁר no. 1): rarius vicissim כַּאֲשֶׁר — כֵּן *ita — quemadmodum* Gen. XVIII, 5. 2 Sam. V, 25, כְּבֵרִי — כֵּן Ex. X, 14. Alibi כְּ in protasi omittitur Jes. LV, 9 (cf. V. 10. 11). Ind. V, 15.

Varie autem redditur hoc qualitatis adverbium, prout sive ad qualitatem pertinet, sive ad copiam, sive ad tempus. a) Si ad qualitatem, est *talis, ita comparatus*. Iob. IX, 35: לֹא כֵן אָנֹכִי עִמָּדִי *non ego sic sum* (ut saepe Terent.) *apud me* i. e. non talis, non ita comparatus in pectore s. in conscientia mea. 1 Reg. X, 12: לֹא בָא כֵן עֲצֵי אַלְגֻּמִּים *nunquam posthac venerunt talia ligna santalina*; it. *adeo* (so sehr) Nah. I, 12: אִם שְׁלֵמִים כֵּן רַבִּים *quamquam incolumes sunt et adeo multi* (nostr. *so sehr viele, noch so viele*). Jer. XIV, 10: כֵּן אָהֲבוּ לָנוּעַ *adeo amant circumvagari*. Latine similiter dicunt negative *non ita multi*, nicht so sehr viele. — Ps. CXXVII, 2: כֵּן יִתֵּן לִידִידוֹ שֵׁנָא *ita* i. e. idem (Deus) *dat amicis suis in somno*. b) Si ad quantitatem et copiam refertur, est *tot* (soviel). Exod. X, 14: כֵּן אַרְבֶּה כָּבֵד *tot locustae, quot illae*. Iud. XXI, 14: וְלֹא נִצְאוּ לָהֶם כֵּן *sed non nacti sunt sibi tot* mulieres, quot iis opus erat, *nicht soviel* als nöthig, nicht genug. — c) si ad tempus, est *tamdiu* (*so lange*). Esth. II, 12: כֵּן וְכִלּוּ יְמֵי עִרּוּיֵיהֶן *tamdiu durabant dies purificationis eorum*; it. *toties* (*so oft*). Hos. XI, 2: קְרָאוּ לָהֶם כֵּן הָלְכוּ מִפְּנֵיהֶם (quoties) *vocabant eos, toties illi retrocedebant ab iis*, it. *statim* (*sofort, sogleich*), praecedente כְּ temporali (*sobald als*). 1 Sam. IX, 13: כְּבֹאֲכֶם כֵּן תִּמְצְאוּן אֹתוֹ *ut intrabitis .... statim invenietis eum*, cf. gr. ὡς — ὥς Enrip. Phoeniss. 1437. Il. 1, 512. 14, 294. Poët. fortius etiam omisso כְּ Ps. XLVIII, 6: רָאוּ כֵּן תָּמָהוּ ut (simulatque) *videbant, ita* (statim) *stupebant*.

Reperitur haec particula etiam in lingnis cognatis, sed ita, ut vel forma vel significatio magis etiam, quam in lingua Hebraea, ab origine discrepet. Arabes eam non habent nisi in لَكِنَّ, لَكِنْ v. infra no. 3, apud Syros ܟ refertur ad tempus: deinde, postea, et mutatur etiam in ܟ, ut ܟܕ pro ܟܕ ܡ huousque, ܟܣ i. q. ܟ ita, ܟܣ a nunc: apud Chaldaeos est ipsum כֵּן (v. infra), praeterea בְּכָאן hîc, לְכָאן huc, מִכָּאן hinc. Zab. כ ita, utique.

Cum praepositt. 1) אַחַר־כֵּן *postquam* res *ita* evenerant i. e. *postea*, v. אַחַר.

2) בְּכֵן pr. *in tali* conditione, *sic*, *tunc*. Eccl. VIII, 10. Esth. IV, 16. (In Targg. creberrime: *tunc, sic*).

3) לָכֵן *α*) adv. causale: *propterea, ideo, iccirco*. Exod. VI, 6. Iud. X, 13. 1 Sam. II, 30. III, 14. XXVII, 6. 1 Reg. XIV, 10. Jes. V, 24. VIII, 7. XXX, 7. Iob. XXXII, 10. XXXIV, 10. XXXVII, 24 et saepe. Gen. IV, 15 verte: לָכֵן כָּל־הֹרֵג קַיִן וגו׳ *propterea* (ne fiat, quod metuis) *quicunque interficiet Kainum* cet. Sibi respondent: יַעַן כִּי־ולָכֵן quia — propterea Jes. VIII, 6. 7, לָכֵן — יַעַן Num. XX, 12. Jes. XXIX, 13. 14. Semel est pro לָכֵן אֲשֶׁר *propterea quod, quia* Jes. XXVI, 14, et vim coniunctionis habet (cf. עַל כֵּן pro עַל כֵּן אֲשֶׁר). *β*) Sensim deflexum est in potestatem adversativam, nostr. *darum doch, und darum doch, aber darum doch, hoc non obstante, nihilominus, attamen* (cf. אָכֵן). Sic praecedente אִם in protasi Jer. V, 2: *etiamsi* (אם) *dicunt: per Dei vitam, nihilominus* (לָכֵן) *periuri sunt*. Adde Jes. VII, 14, ubi sententiae ita connectendae sunt: quamquam signum oblatum impie recusasti, *nihilominus* Dominus tibi etiam nolenti signum dabit. Apud prophetas saepe, ubi a reprehensionibus et minis transitur ad consolationes et promissiones. Jes. X, 24: *nihilominus ita dicit Jehova exercituum: ne timeas* cet. XXVII, 9. XXX, 18. Jer. XVI, 14. XXX, 16. Ez. XXXIX, 25. Hos. II, 11 (14). — Iob. XX, 2 ita infit Zopharus: לָכֵן שְׂעָפַי יְשִׁבְנִנִי *nihilominus cogitationes meae responsum mihi suggerunt*, non obstantibus verbis tuis magniloquis et minacibus habeo, quod tibi respondeam.

Respondet arab. لَكِنَّ, لَكِنْ *attamen, veruntamen*, quod ex hebraeo לָכֵן ortum est, quanquam secus statuit de Sacy gramm. arabe T. I p. 566. Hoc autem לָכֵן adversativum multi (quibus ipse olim adstipulatus sum) plane aliud et diversae originis vc. esse volunt, ortum ex לֹא = לֹא et כֵּן; poteratque haec sententia defendi auctoritate LXX intpp., qui bis reddunt οὐχ οὕτως Gen. IV,

15. Jes. XVI, 7, et orthographia Arabum, qui etiam لَعِبَ, لَعِبَ scribunt (v. Ham. Schult. p. 312. 364. 412). Sed usus adversativus, ut supra vidimus, re vera pendet ex potestate causali, et eadem ratio est particulae chald. לָהֵן q. v.

4) עַל־כֵּן *propterea*, *ideo* i. q. לָכֵן, sed eo frequentius, in utroque orationis genere Gen. II, 24. X, 9. XI, 9. XIX, 22. XX, 6. XXI, 31. XXV, 30. XXVI, 33. XXIX, 35. Exod. V, 8. 17. XII, 15. XV, 23. 1 Sam. V, 5. XIX, 24. Jes. V, 25. XIII, 7. XVI, 9. 11. XXX, 16. Iob. VI, 3. Ps. XLV, 8 cet. Apud poëtas passim etiam *coniunctionis causalis* vim induere videtur, per ellipsin coniunctionis relativae, ita ut positum sit pro pleniore עַל־כֵּן אֲשֶׁר (de qua ellipsi v. Lgb. p. 636) cf. לָכֵן Jes. XXVI, 14 et כִּי עַל כֵּן s. v. כִּי. Sunt, ut Winerus ad Simonis Lex. p. 466, qui hoc negent, et exemplis pro illa significatione vulgo laudatis vulgarem potestatem vindicent: sed, etsi nonnulla illorum dubia esse facile concedam, unum tamen est a Winero non memoratum, cuius contextus illam sententiam causalem tantum non flagitat, alia in quibus ea certe probabilior est. Illud est Jer. XLVIII, 36: *cor meum gemit propter cives Kir-heres* עַל־כֵּן יִתְרָה עָשָׂה אָבָדוּ *propterea* quod *opes, quas comparaverant, pericrunt.* Syr. ? ܥܠ ܗܕܐ propterea quod, et eŏdem modo recentiores fere omnes, adeoque Maurerus, qui reliquis exemplis omnibus hanc significationem abiudicat, h. l. effectum pro caussa positum existimat. Praeterea equidem huc retulerim Ps. I, 4: *non ita impii, sed* erunt *instar paleae, quam dispellit ventus.* 5: עַל־כֵּן לֹא יָקֻמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט *propterea* quod *non consistent impii in iudicio* sc. divino, eo tamen in hoc modo habendo (cf. Jes. I, 21 sqq. II, 12 sqq. III, 14 sqq. IV, 4 sqq.). Qui vulgarem significationem *propterea* retinent, in eo loco explicando sibi non constant. de Wettius: „quod alia sorte utuntur atque pii et exitio dediti sunt", quod cum ipsius de indicio divino explicatione, quam supra nostram fecimus fecerunt que plerique recentiores, non bene convenit; Winerus: „propter hanc eorum quasi levitatem" — sed verbis בַּמִּשְׁפָּט חַטָּאתָם רוּחַ non levitas eorum indicatur, sed exitium (cf. Ps. XXXV, 5. Jes. V, 24. Hos. XIII, 3), quod ipsum aliis obstat caussis similiter explentibus: „quod sunt fluxi, non diuturni (Maurer.)", „quoniam inanes et vani sunt (Ewald.)". — Ps. XLV, 3: *pulcherrimus es mortalium, effusa est* gratia *super labia tua* עַל־כֵּן בֵּרַכְךָ אֱלֹהִים לְעוֹלָם *propterea* quod *Deus tibi benedixit in aeternum.* Dotum illarum caussa est, quod Deus ad totius vitae spatium (לָעַד) favorem suum tibi spopondit. Winerus: „cum hae sint dotes divinitus concessae, sperare licet, Deum tibi affuturum in perpetuum, hae dotes pignus tibi sunto perpetuae Dei gratiae" simplicius aliquis vulgarem significatum (qui Comm. 8 evidens est) ita tueatur, ut explicet: *propterea Deus tibi benedixit*, ex illis dotibus colligere licet, Deum tibi benedixisse. Dubia exempla sunt Ps. XLII, 7: *anima mea depressa est* עַל־כֵּן אֶזְכָּרְךָ מֵאֶרֶץ יַרְדֵּן, ubi interpretari licet: *propterea* quod *reminiscor tui de terra Jordanis* (cf. Vers. 5), vel *propterea reminiscor tui* sc. ad me consolandum (Vers. 6 extr.). Jes. XV, 4: עַל־כֵּן חֲלָצֵי מוֹאָב יָרִיעוּ נַפְשׁוֹ יָרִיעַ לוֹ *propterea* quod *milites Moabi ciulant, animus eius contremiscit*, vel: *propterea* (cf. Comm. 1) *milites M. ciulant* et cet.

5) עַד־כֵּן *hucusque*, in qua locutione כֵּן ad tempus relatum est, cf. usum Syrorum. Neh. II, 16.

כֵּן chald. i. q. hebr. *sic, ita,* sed ubique ad sequentia refertur, ubi Hebraei ponunt non כֵּן, sed כֹּה, Dan. II, 25. IV, 11. VI, 7. VII, 23. Esr. V, 3. VI, 2.

כֵּן *basis*, it. *culex* v. rad. כָּנַן.

כַּוָּן m. genus *placentae* in honorem idolorum paratum, a chald. כִּין paravit, ut recte Kimchius, non sec. Simon. alioque a כָּוַן, quod mundi, adurendi, non coquendi significatum habet. Plur. Jer. VII, 18. XLIV, 19. LXX. retinent vocem Hebraeam, quam scribunt *χαυών, χαυών*, et passim in codd. et apud glossatores *χαβών, χαμών*, v. Biehm et Schleusnerum v. *χαυών*.

כִּיּוּן *ἅπ. λεγόμ.* prob. (auctoribus Chr. B. Michaëli, Rosenm. al.) *statua*, a כִּין Pi. כַּוֵּן ad normam formarum חִבּוּק, שִׁקּוּי, פִּסּוּל al. Am. V, 26 ad populum Israëliticum in deserto: וַתִּשָּׂאתֶם אֶת סִכּוּת מַלְכְּכֶם וְאֶת כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם *et circumgestabatis tabernaculum regis* (idoli) *vestri, statuam* (vel *statuas*, v. Gramm. §. 106, 3) *idolorum vestrorum, stellam dei vestri, quam fecistis vobis.* Ita Vulg. אֶת כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם transfert: *imaginem idolorum vestrorum.* De hac igitur interpretatione, quam fere solam admittunt vocales receptae (minus bene Junius, Tremellius al. כִּיּוּן *basin* interpretantur i. q. גִּבְעוֹן, כֵּן, Kimchius adeo *incrustas* i. q. גְּבָנִים), ipsum idoli ab Israëlitis culti nomen memoratum non esset, e *stellae* tantum mentione colligi posset, *sidus* aliquod intelligendum esse, quod *Luciferum* fuisse Hieronymi est coniectura. Sed aliam explicationem praecivit Syrus, qui כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם reddit ܟܘܟܒܐ ܕܐܠܗܟܘܢ *Saturnum idolum vestrum*, hebraeum כִּיּוּן probabiliter pronuncians בִּיּוּן atque idem censens quod syr. ܟܘܝܢ arab. كَيْوَان i. e. *Saturnum* planetam, quem veteres Semitae una cum Marte pro cacodaemone habitum sacrificiis piacularibus colebant (v. Pococke spec. hist. Arabum S. 103 White. Comment. nostr. ad Jes. T. II p. 545 *f.*). Nam et syriacum ܟܘܝܢ et arab. كَيْوَان (prob. i. q. chald. בִּיּוּן *iustus*, quo attributo forsasse cacodaemon ornatus est, ut Erinnyes Graecis appellantur *Εὐμενίδες*: alia pericula etymologica v. apud Wahlium, Fundgruben des Orients IV p. 371, cui est elementorum custos, a zend. *kaê* vita et *wan* custos, et Redslobium de part. כִּי p. 15, cui כִּיּוּן videtur i. q. قَيُّوم *ἐπιστάσιος, ὀρθιώσιος* stator) a veteribus Lexicographis (Bar Alio, Bar Bahlulo, Firuzabadio) explicatur زُحَل Saturnus (v. Rossii etym. aegypt. pag. 175), ideum

etiam in Nasoracorum libris reperitur (I p. 54 lin. 5, pag. 212 lin. 3), eandemque interpretationem etiam Aben Esra et Kimchius memorant. Ille: ומלה כיון ידועה בלשון ישמעאל גם פרס כי היא ביוצן והיא שֶׁמַּתַי כי עשו לי צלם, hic: ועוד פירש בו עוד שהוא כוכב שבתי וכן נקרא בלשון ישמעאל ופרס ביוצן. LXX interpretes כיון nomen proprium numinis esse censuerunt, licet hoc (ב et ר inter se permutatis, cf. v. c. כאש Nah. I, 6 LXX. ἀρχάς = ראש) corrupte scriberent Ῥαφάν, Ῥηφάν mixque magis etiam corrumperent librarii in Ῥεμφάν, Ῥεμφᾶ (v. scripturae varietatem in Vers. Alex. Am. l. c. et Act. VII, 43). Transposita quidem sunt in graeco textu alterum et tertium hemistichium, sed manifesto tamen verba hunc in modum sibi respondent:

כוכב אלהיכם
τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν

כיון צלמיכם
Ῥαφὰν τοὺς τύπους αὐτῶν

neque statuere debebat Rosenmüllerus ad h. l., τοὺς τύπους αὐτῶν esse pro verbo כיון, et Ῥαφὰν ab interprete ex ingenio additum esse, quo declararet illud ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν. Nam probari nequit, Ῥαφὰν s. Ῥηφὰν unquam vocabulum vere Aegyptiacum fuisse, quod *Saturnum* planetam designaret. Reperitur quidem in duobus Lexicis coptico-arabicis ab Athan. Kirchero (lingua aegyptiaca restit. p. 49. 527) laudatis „ⲢⲎⲫⲀⲚ Saturnus", sed recte iam dudum observavit Jablonskius (Opusce. II p. 30 sqq.), hoc vc., pariter atque reliqua planetarum nomina in his Lexicis, graecae originis et ex Versione Coptica Amosi atque Actorum petitum esse, nec recentissimi linguae Copticae Lexicographi (v. A. Peyron p. 184) aliud eius vocabuli exemplum excitare potuerunt. *Saturnum* autem Glossographi illi interpretati sunt vocabulum illud obscurum, quoniam iis innotuerat, locum illum Amosi de *Saturni* stella explicari, cuius generis coniecturae et errores in glossis permulti reperiuntur. — His autem ita expositis si quis quaerat, utra et pronunciatio et explicatio praeferenda videatur, utrum כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם *statuae imaginum vestrarum* an כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם *Saturnus idolum vestrum*, non possumus non in priorem sententiam magnopere inclinare, qua כיון appellativum esse statuitur idque in regimine positum. Id enim paene flagitat parallelismus locutionum סִכּוּת מַלְכְּכֶם, כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם, כוכב אלהיכם: quum contra כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם per appositionem inngi atque צַלְמִים pluralem excellentiae esse aegre tibi persuadeas. Ceterum de hoc loco conferantur P. E. Jablonski Remphah Aegyptiorum deus ab Israëlitis in deserto cultus nunc ex lingua et antiquitate aegyptiaca erutus et illustratus, Francof. ad Viadr. 1730 et in eius Opusce. T. II p. 1 sqq. quae quidem commentatio multa continet feliciter disputata, sed hoc tamen infelicius, quod veram scripturam Ῥεμφὰ vel Ῥομφὰ esse et aegyptiacum ⲢⲰⲙⲫⲈⲔ vel ⲢⲎⲙⲫⲈⲔ rex coeli esse existimat. N. Guil. Schroeder de tabernaculo Mosis et stella dei Rempha. Marp. 1745. J. D. Michaelis in suppl. pag. 1225 — 33 (qui בִּיּוּן legendum suadet). Rosenm. ad Amos l. c.

אָבֵן (pro הָכֵן inf. absol. Hii. *firmiter* v. Jos. III, 17. IV, 3) adv. 1) affirmandi: *profecto, sane.* Gen. XXVIII, 16: אָכֵן יֵשׁ יְיָ בַּמָּקוֹם הַזֶּה. Ex. II, 14. 1 Sam. XV, 32. 1 Reg. XI, 2. Jes. XL, 7. XLV, 15. Jer. III, 23. IV, 10. VIII, 8. — 2) advers. *verum, vero*, quae significatio ex illa profecta (cf. lat. *verum*) et inclinantis fere Hebraismi est. Zeph. III, 7. Jer. III, 20. Jes. XLIX, 4. LIII, 4. Ps. XXXI, 23. LXVI, 19. LXXXII, 7. Ioh. XXXII, 8.

יָכִין (quem *confirmabit* sc. Deus) n. pr. 1) virorum a) filii Simeonis Gen. XLVI, 10. b) Neh. XI, 10. 1 Par. IX, 10. c) 1 Par. XXIV, 17. — 2) columnae dexterae ante porticum templi Salomonei 1 Reg. VII, 21.

יְכָנְיָה et **יְכָנְיָהוּ**, et abiecto Jod **כָּנְיָהוּ** (quem *Jova constituit*, in quo transitivae potestatis in Kal coniugatione vestigium est) *Jechonias* n. pr. regis, qui etiam יְהוֹיָכִין appellatur, vide pag. 581 A.

מָכוֹן m. locus, in quo aliquid statuitur, stat, inde 1) *fundamentum, basis* Ps. LXXXIX, 15. XCVII, 2. Plur. CIV, 5. — 2) in universum *locus* v. c. templi Jes. IV, 5. Esr. II, 68, maxime hoc nexu: מָכוֹן לְשִׁבְתֶּךָ locus habitationis tuae (Dei) Ex. XV, 17. 1 Reg. VIII, 13, מכון שִׁבְתְּךָ 1 Reg. VIII, 39. 43. 49. 2 Par. VI, 30. 33. 39, מכון שִׁבְתּוֹ Ps. XXXIII, 14, et omisso שֶׁבֶת Jes. XVIII, 4: בְּמְכוֹנִי *in habitatione mea.* Dan. VIII, 11: מְכוֹן מִקְדָּשׁוֹ *habitatio sanctitatis eius.* (Arab. مَكَانٌ et مَكَانَةٌ locus, aeth. ⵆⵀⵏ: locus, spec. aedes sancta, pl. loca sancta, quae Hierosolymis sunt).

מְכוֹנָה, מְכֹנָה pl. מְכוֹנוֹת f. 1) *basis, fundamentum*, de fundamentis pelvium s. lavacrorum (כִּיּוֹרוֹת) in atrio templi Salomonei 1 Reg. VII, 27 — 40, quam basium descriptionem nuper copiose illustravit Frid. Jac. Zuellig, die Cherubim-Wagen, Heidelberg 1832 p. 50 sqq. — 2) *locus* Esr. III, 3 cf. II, 68. — 3) n. pr. oppidi in tribu Judae Neh. XI, 28. „Crediderim esse vicum Mechanum inter Eleutheropolin et Aeliam, cuius Hieronymus meminit (Onomast. ad v. Bethmacha)" Relandi Palaest. p. 892.

מְכוֹנָה f. *fundamentum* (domus) Zach. V, 11.

תְּכוֹנָה f. *habitatio* (Dei) Iob. XXIII, 3. Alind vide sub rad. תָּכַן.

כּוֹס *poculum*, v. כָּסַס.

I. כִּיר rad. ם verbo dubiao auctoritatis, quoad ex derivatis colligi potest i. q. *fodit*, *perfodit*, ut vicinae כָּרָה, אָבַר, קוּר, נָקַר. Arab. كَارَ fodit terram, it. prostravit aliquem, confodiens in terram coniecit aliquem convolutum V. VIII. prostratus fuit, et ex linguis indogerm. sanscr. *khur* findere, secare (Rosen rad. sanscr. p. 276). Inde כִּידָה *gladius*, a confodiendo dictus, כָּר carnifex, it. כִּיכָּרָה, מִכְרֶה locus, ubi effodiuntur metalla, inde locus natalis. A fodiendi potestate est etiam talmud. כִּיר pinxit, figuravit (cf. γράφειν, graben), כִּיוּר figura, syr. ܟܝܪܐ chirographum, sam. צִיּוּר, צִיּוּרָא forma, v. Carm. Sam. II, 5. XII, 17.

Verbum ipsum plurimi interpretes reperisse sibi visi sunt in loco ab interpretibus maxime Messianis vexato Ps. XXII, 17, ubi Davides, cui hostes insistunt: *nam cingunt me canes, malefícorum turba me circumdat* כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי. Ut dicam quod sentio, simplicissimum arbitror, servata vulgari vocabulorum significatione interpretari: *sicut leones* inhiant s. imminent *manibus pedibusque meis* i. e. omnia membra mea lacerare minantur. Etenim כָּאֲרִי (quicquid dicit Masora ad h. l.) est ὡς ὁ λέων i. e. sicut leones, ut Jes. XXXVIII, 13, et imminendi, inhiandi vel simile verbum ex notissima figura zeugmatis in hoc membro ex superioribus repeti potest. Veteres interpretes, qui in hoc commatis membro verbum desiderabant, tale esse putabant כארי, quod ita vindicatum iverunt recentiores, ut כָּאֲרִי partic. Kal more Chaldaeorum formatum (קָאֵם part. קָאֵם) et plurale esse statuerent pro כָּאֲרִים (ut בָּגְדֵי Ps. XLV, 9 pro בְּגָדִים): licet duas eximiae raritatis formas grammaticas in hoc vocabulo cumulatas iure mireris (cf. Lgb. 401. 523). Hoc autem verbum tribus potissimum modis acceperunt: a) *confodientes*, a radice, quae prae manibus est, כור, fortasse collatis כָּרֵתִי = כָּרַתִּי. LXX. ὤρυξαν (quo verbo alibi utuntur pro כָּרָה, נָקַר). Vulg. *foderunt*. Syr. ܚܦܝ. Sententia esset: *confodientes mihi manus pedesque*, nimirum hostes mei (qui canibus intelliguntur) tela iaculisque in me undique coniectis: nec monitu opus est, etiam haec in Davidem, cui hoc carmen in inscriptione tribuitur, ita quadrare, ut magis non possit, Christum certe cruci affixum intelligere propterea opus non sit. *Fodiendi* verbum vulnerandi sensu (cf. חָנַךְ et arab. خَزَّ perforavit, sanciavit) aptissime telis hostilibus tribuitur: et *manus pedesque* poët. de omnibus membris et universo corpore dicuntur (cf. Hesiod. 114). b) Aqu. Symm. in Hexaplis et Hieron. (sec. scripturam *vinxerunt*) *ligandi*, *vinciendi* significatum vocabulo tribuunt, quod per linguae rationes defendi possit (hoc enim negare non debebat Hengstenbergius, Christologie des A. T. I p. 180) coll. כָּסַר I. V. obvolvit cidarim, כֹּסֶר spira, cidaris; sed contextui multo minus accommodatum est. c) ὀρύσσειν, *foedarunt* i. e. sanguine cruentarunt, ut Aquila ed. prima, qui radici כאר significatu radd. aramaearum כְּאַר, כְּעַר accepisse videtur. — Vulgo pro verbo habitum esse illud כארי, probat etiam duorum codd. scriptura כארו pro כְּרוּ, quam eandem nonnulli editores christiani receperunt, dogmaticis magis quam criticis rationibus ducti. Nihilominus in illa et lectione et interpretatione acquiescendum videtur. De scripturae varietate vide DE ROSSI varias lectiones T. IV p. 17 sqq. PAULUS, Memorabilien, IV, p. 65 — 82. Stangii Anticritica in Psalmos I. p. 126. Rosenmülleri Epimetron ad Ps. XXII, 17 in Scholiis ad h. l.

II. כִּיר vel **בִּיר** rad. innsit. prob. i. q. גִּיר *aestuavit* (gähren), dein *coxit*. Syr. ܟܝܪ aestuavit, incalnit, unde translatum est: ܟܝܪܐ rubor, pudor, ܟܝܪ pudefecit: proprie calor, calefecit. Inde כִּיר fornax, בִּירוֹם fornax coquinaria, בִּיר pelvis.

כָּר *confodiens*, *confossor*, a rad. no. I, inde *carnifex*, satellitum s. militum praetorianorum genus, quorum erat supplicia sumere, quod in oriente non solum caput praecidendo (כָּרַת), sed etiam corpus perfodiendo fit. Ter legitur in Plur. כָּרִי (sec. Kimchium al. pro כָּרִים, v. Lgb. p. 525 cf. Ewaldi gramm. p. 296; id enim praestat eorum ratione, quibus ־ִי est formativum et singulare, idque collective accipiendum, ut in כְּנַעֲנִי, huiusmodi enim nomini participiali ־ִי addi non potest) 2 Reg. XI, 4. 19 de satellitibus Athaljae reginae: הַכָּרִי וְהָרָצִים *carnifices et cursores*, et 2 Sam. XX, 23 Chethibh de custodibus Davidis: הַכָּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי, ubi Keri habet הַכֹּרְתִי וְהַפֹּלְתִי et nil fere dubitari potest, כָּרִי וְרָצִים apud posteriores aetatis reges eosdem fuisse atque כָּרֵתִי פְּלֵתִי i. e. *carnifices et cursores* Davidis. Vel hanc ob caussam reliquarum interpretationum, quae voci כָּרִי alium significatum tribuunt atque כָּרֵתִי habet, placet nulla. Et harum quidem praecipuae sunt: a) Syri interpretis, qui הַכָּרִי וְהָרָצִים, quasi fere synonyma sint, reddit ܘܣܦܣܪ̈ܐ ܘܪ̈ܗܛ̈ܐ *cursores et tabellarios*, quod vindicant coll. arab. كَرَى festinavit iumentum, كَرِيّ vehementer cucurrit, v. Ikenii diss. de Crethi et Plethi, in dissert. philol. theol. P. I. p. 127, quod quidem comparare malim, quam cum Michaëli in Suppl. p. 1342 כָּרַר insilire, impetum facere; b) KIMCHII aliorumque, quibus כָּרִי = כָּרִים sunt arietes, inde *principes*, *duces*, *centuriones*; c) VERBRUGGII (observatt. de numero plur. p. 68), qui כָּרִי *Cares* fuisse existimat, qui utpote fortes et bellicosi in aula regia Hebraeorum stipendia meruerint, ut apud Psammetichum in Aegypto (Herod. 2, 152); denique d) HILLERI in syntagmate hermeneut. p. 192, cui כָּרִי sunt *milites conducti* a verbo כָּרָה no. II, 1 et Ewaldi (gramm. l. c.), qui *servos colonos* (aufgekaufte Sklaven) reddit; e quorum numero una Syri interpretis ratio ferri potest, reliquae omnes vel non conveniunt cum sequente רָצִים vel per se

ineptae sunt. Quis enim ferat: *servos et cursores?* quis *servos coëmtos* in satellitibus regiis exspectet?

כַּר *aries*, *pascuum*, v. rad. כָּרַר.

כּוּר m. *fornax*, qua metalla excoquendo a scoriis separantur (v. rad. no. II), de fornace, in qua aurum (Prov. XVII, 3. XXVII, 21) et argentum (Ez. XXII, 18. 20. 22) liquatur. Metaph. Jes. XLVIII, 10: *probavi te in fornace miseriae.* Dent. IV, 20: *et eduxit vos e fornace ferrea Aegypti.* 1 Reg. VIII, 51. (Arab. كُوْر fabri ferrarii foculus vel fornax e luto constructa, aethiop. ⵅⵓⵔ: syr. ܟܘܪܐ id., neque non follis magnus ad excitandum ignem, qui arab. كِيْر, vulgari sermone etiam كُوْر appellatur.

כּוֹר עָשָׁן (fornax fumans) n. pr. oppidi Simeonitarum in tribu Judae 1 Sam. XXX, 30, quod alibi concise עָשָׁן appellatur Jos. XV, 42. XIX, 7. 1 Par. IV, 32. VI, 44. „In tribu Juda est usque hodie vicus nobilis Beth-asan ad Aeliam pertinens in decimo quinto ab ea miliario.“ Hieronymus in locis hebr. v. Asan.

כֹּר *corus*, v. כָּרַר.

כִּיר, tantum in dual. כִּירַיִם Lev. XI, 35, prob. *focus* sive *fornax coquinaria* (antecedit תַּנּוּר furnus, Backofen) a coquendo dicta, eaque fictilis (nam frangi potest Lev. l. c.) et duplex, a duplice ordine ollarum vel duplice contabulatione fornacis. Kimchi: הוא מקום שפיהה שתי קדירות לכך נקרא בלשון שנים *est locus quo collocatae sunt duae ollae, propterea ponitur in duali.* Syr. ܟܝܪܐ domus ollae. Arabs uterque مِسْتَوْقَد focus. LXX. *χυτρόποδες*, qua voce intelligi videntur tres lapides fere aequales, quibus ollam imponere solent Arabes Scenitae, vulgo أُثْفِيَّة, vide Seb. Ravii dissert. de re cibaria veterum Hebraeorum P. I. §. 16. 17.

כִּיּוֹר et כִּיר pl. כִּירוֹת 2 Par. IV, 6, et כִּרוֹת 1 Reg. VII, 38. 40. 43 m. 1) pr. *pelvis*, in quo coquitur (v. rad. no. II) 1 Sam. II, 14, vel in quo prunae insunt, *foculus* (*Feuerpfanne*, *Feuerbecken*) כִּיּוֹר אֵשׁ Zach. XII, 6.

2) *pelvis*, *lavacrum*, a similitudine illius, etsi aliis usibus inserviens (cf. אַגָּן), saepe de lavacris aeneis sanctuarii templique Salomonei Ex. XXX, 18. 28. XXXI, 9. XXXV, 16. XXXVIII, 8. XXXIX, 39. XL, 7. 11. 30. Lev. VIII, 11. 1 Reg. VII, 30. 38. 40. 43. 2 Reg. XVI, 17. 2 Par. IV, 6. 14. Adeoque

3) propter similitudinem *suggestus* 2 Par. VI, 13. Utrum quadratus fuerit an rotundus iste suggestus, discretis verbis non dicitur. Quadrato magis favent verba, quibus magnitudo eius describitur: *quinque ulnas longus et quinque ulnas latus erat*, sed rotundum fuisse suadet etsi non etymon (nam rotunditatis vim radici sine caussa tribuunt), sed tamen similitudo lavacrorum.

מַכָּרָה *ἅπαξ λεγόμ.* fortasse: *gladius* a confodiendo dictus (v. rad. no. I), unde gr. *μάχαιρα* ductum esse potest. Gen. XLIX, 5: כְּלֵי חָמָס מְכֵרֹתֵיהֶם *instrumenta violentiae* sunt *gladii eorum.* Hieron. in Quaest. hebr. arma eorum. Ex Judaeis hanc interpretationem secutus est R. Eliezer in Pirke Aboth c. 38: יעקב קלל את הרגם בלשון יוונית *Jacobus maledixit gladio eorum lingua Graeca*, praeterea Jarchius, ex recentioribus Herderus, Rosenmüllerus, Winerus al. Ceterum maioris fere auctoritatis est interpretatio Lud. de Dieu in Critica sacra ad h. l., quam sequuti sunt Castellus, Ludolf. in Lex. aeth. p. 87 al., qui coll. arab. مَكَرَ machinatus fuit, dolum struxit, aeth. ⵎⵅⵔ: consultavit, ⵎⵅⵔⵜ: consilium, *consilia prava*, *machinationes* reddunt, quo posito כְּלֵי sensu translato accipiendum est, ut Jes. XXXII, 7: neque obstat Zere impurum, quod passim reperitur in forma מְכֵרָה (Lgb. p. 595). Kimchius מְכֵרָה idem esse vult atque מְגוּרָה, ut sententia sit: *instrumenta violentiae* sunt in *habitationibus eorum*, aliis idem valet quod מְכוּרָה, מְכוּרָה, in hanc sententiam: *instrumenta violentiae sunt naturae* ingenia *eorum*, quam expressit Syrus: ܟܠܝ ܓܒܪ̈ܐ ܕܥܒܕ̈ܘ ܒܝ̈ܫ̈ܐ.

מַכְרָתִי n. gentilicium a מְכֵרָה loco aliunde ignoto 1 Par. XI, 36.

מָכוֹרָה et מְכוּרָה c. suff. מְכוֹרְתָם Ez. XXIX, 14, pl. מְכֹרוֹת ibid XVI, 3, מְכֻרוֹת XXI, 35 f. *origines*, *natales* alicuius, pr. effossiones, fodinae, a rad. כָּרָה no. I, translatione a metallis facta (cf. Jes. LI, 1), ut nostr. *Abstammung* simili translatione a plantis ortum est. Ez. XVI, 3: מְכֹרֹתַיִךְ וּמוֹלַדְתֵּיךְ מֵאֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי LXX. *ῥίζα σου*. Vulg. *radix tua*. Syr. id. XXI, 35: בָּאֶרֶץ מְכֻרוֹתַיִךְ LXX. *ἐν τῇ γῇ τῇ ἰδίᾳ σου*. Vulg. *in terra nativitatis tuae*. XXIX, 14: עַל אֶרֶץ מְכוּרָתָם LXX. *ἐν τῇ γῇ ἧθεν ἐλήφθησαν*. Vulg. *in terra nativitatis suae*. Interpretes Judaei מְכוּרָה idem esse volunt atque מְגוּרָה *habitatio*, quod ipsum vertendo expressit Chaldaeus.

כּוּשׁ n. pr. 1) *Aethiopia* (fem. Ps. LXVIII, 32), terra ab Hamitis iisque nigris (Jer. XIII, 23) habitata, Gen. X, 7. 8, Gihone i. e. Nilo circumflua Gen. II, 13 cf. Jes. XVIII, 1. Zeph. III, 10, valde opulenta (Jes. XLIII, 3. XLV, 14), ab austro Aegypti sita (Ezech. XXIX, 10), et propterea saepe una cum Aegypto commemorata, cuius pars meridionalis (פַּתְרוֹס) Jesaiae tempore Aethiopicae stirpis regibus parebat (v. Jes. XVIII, 1. XX, 3—5. XXXVII, 9 nostrosque ibi commentarios) Nah. III, 9. Ezech. XXX, 4. 5. 9. Legitur praeterea 2 Par. XII, 3. XIV, 11 sqq. XVI, 8 (ubi cum Libybus coniungitur). Esth. I, 1. VIII, 9 (ubi fines imperii Persici Xerxis tempore patuisse dicuntur: מֵהֹדּוּ וְעַד כּוּשׁ

ab India ad Aethiopiam). Jes. XI, 11. Jer. XLVI, 9 (una cum Puth et Ludim). Ezech. XXXVIII, 5. Ps. LXVIII, 32. LXXXVII, 4. Iob. XXVIII, 19 (ubi memoratur topazius Aethiopiae, v. פִּטְדָה). LXX. Vulg. ubique *Αἰθιοπία, Αἰθίοπες, Aethiopia, Aethiopes*, Chald. et Syr. retinent כּוּשׁ, ܟܘܫ (etiam Act. VIII, 27 *βασίλισσα Αἰθιόπων* a Syro interprete redditur ܡܠܟܬܐ ܕܟܘܫ), et Josephus (Archaeol. 1. 6 §. 2) suo adhuc tempore Aethiopiam veterem illo nomine appellatam esse observat: *Νοῆσον μὲν οὐδὲν ἐβλαψεν ὁ χρόνος. Αἰθίοπες γὰρ, ὧν ἦρξεν, ἔτι καὶ νῦν ἀπὸ ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντων Νοησαῖοι καλοῦνται.* Simillimum nomen Aethiopes gerunt in lingua aegyptiaca, in cuius dialecto Thebaica Aethiops appellatur ⲉⲑⲟⲩⲁϣ, ⲉⲑⲟⲟⲩϣ, Aethiopia ⲡⲓⲕⲁⲍ ⲙⲡⲉⲑⲟⲩⲁϣ terra Aethiopum, quum contra in Memphitica habeatur ⲉⲩⲁϣ Aethiops, ⲉⲩⲁⲁⲩϣ Aethiopes (v. Amad. Peyron Lex. ling. copticae p. 58. 48): cum priore autem forma congruit et propius etiam ad Hebraeam accedit scriptio huius nominis in litteris hieroglyphicis, quae (auctore Champollione, gramm. égyptienne p. 150. 151) haec est:



(ubique addito signo , quod regionem, vel , quod regionem exteram designat); prima enim illius vocis littera utrumque sonum *ϰ* et *σ* complectitur (v. Champollion p. 40), unde intelligitur, et *Cusch* Hebraeorum et *esosch* Coptorum ex eodem fonte prodiisse. Semiticam igitur nominis originem vix cogitare licebit, etsi talis fere ultro se offerat, a rad. כּשׁ collegit, accumulavit (quod emollita media liquida ortum videtur ex כנשׁ), ut sit: turba hominum collecta, mixta, ut חַבָּשׁ Aethiopes, חַבָּשָׁה Aethiopia, quo Saadias aliique Arabum interpretes constanter reddunt et כּוּשׁ et gr. *Αἰθιοπία*, a حبش collegit, unde حَبَشَة turba hominum mixta.

Quod Bochartus (praeeunte Pseudojon. in Pent.) in Phaleg IV, 30, quem sequuntur Walton in Prolegg. XV, 1 et Vitringa ad Jes. XI, 11, Cuschaeos Veteris Testamenti omnes non in Africa, sed in Arabia felice quaerendos esse putavit, iam dudum refellit J. D. Michaelis in spicil. T. I p. 113 sqq., qui tamen ipse aliquam eorum partem in Arabia habitasse (cf. Vitringae notitiam de Cuschaeis ad Jes. XVIII, 1) omnes autem ex Arabia felice in Africam immigrasse statuit. Atque hodiernos Aethiopes s. Habessinos ጎዐዝ: *Geez* (emigratio s. libertas) dictos ex Arabia meridionali oriundos esse vel linguae scripturaeque (scriptura enim Aethiopica et Himjaritica sibi simillimae sunt) cognatio arguit (v. Ludolf. comment. ad hist. aethiop. p. 57. Hall. Encyclopaedie, Art. Aethiopische Sprache und Schrift): sed alia ratio est Cuschaeorum Veteris Testamenti, et recte observavit Schultheissius (Paradies pag. 10 sqq.), nullum omnino esse V. T. locum, qui Cuschaeos extra Aethiopiam Africanam fuisse suadeat: nam Num. XII, 1 uxorem Mosis Cuschaeam aliam esse atque Zipporam Midianiticam certum est: Hab. III, 7 Cuschan cum Midianitis quidem copulatur, sed alibi etiam cum Persis Jer. XLVI, 9; 2 Par. XXI, 16 Arabes memorantur ad latus Cuschaeorum habitantes, sed ita dici poterat, etsi fretum eos seiungeret; ibid. XIV, 16 Cuschaeos Africanos fuisse, vel e via, quam redeuntes ingressi sunt, intelligitur. Addere liceat, Cuschi adeo filios i. e. Aethiopiae colonos Gen. X, 7 recensitos praeter Regmam (רַעְמָה) et Nimrodum, in Aethiopia quaerendos esse omnes (v. סְבְתָא, חֲוִילָה, סַבְתָּה, סַבְתְּכָא), in qua sententia omnes quoque veteres interpretes fuerunt (v. Bochartum l. c. IV, 3). Multo etiam minus audiendi sunt, qui כּוּשׁ Gen. II, 13 extra Aethiopiam quaerunt, et Persiae quandam regionem faciunt, de quorum coniecturis v. Relandi dissert. I, 39. J. D. Michaëlis suppl. 1251. Wahl Vorder- und Mittelasien p. 529.

2) vir Benjaminita in aula Sauli regis Ps. VII, 1.

כּוּשִׁי m. 1) nom. gentil. a כּוּשׁ no. 1 *Aethiops* Jer. XIII, 23. XXXVIII, 7. 10. 12 (cf. de servis Aethiopicis intpp. ad Act. VIII, 27 et Ter. Eunuch. 1, 2, 85). XXXIX, 16. 2 Par. XIV, 8, plur. כּוּשִׁים 2 Par. XIV, 11. XVI, 8. XXI, 16. Zeph. II, 12. Dan. XI, 43. et כּוּשִׁיִּים Am. IX, 7, fem. כּוּשִׁית *Aethiopissa* Num. XII, 1. — 2) n. pr. patris Sophoniae prophetae Zeph. I, 1.

כּוּשָׁן Hab. III, 7 i. q. כּוּשׁ no. 1 *Aethiopia*.

כּוּשַׁן רִשְׁעָתַיִם n. pr. regis Mesopotamiae Iud. III, 8. 10.

כּוּת 2 Reg. XVII, 30 et **כּוּתָה** ibid. Comm. 24 n. pr. *Chutha*, regio *Chuthaeorum* i. e. gentis, quae una cum aliis quibusdam (Avvaeis, Hamathaeis, Sepharvaeis) ab Assyriae rege in desolatum Israëlis regnum deducta cum veteribus incolis in Samaritanorum gentem coalescebat iccirco Chaldaeis et Talmudicis כּוּתִים appellatam. Elias Levita in Thisbi p. 43 de Samaritanis: *dicuntur Cuthaei potius quam a ceteris nominibus gentium commemoratarum in scriptura,*

fortasse quia illorum fuerunt plures, unde universi Cuthaei appellati sunt. Josephus, Archaeol. 9, 14 §. 3: *οἱ κατὰ μὲν τὴν Ἐβραίων γλῶτταν Χουθαῖοι, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων Σαμαρεῖται.* Sed de situ illius regionis nihil certi constat. Josephus, quem sequuntur Zonaras T. I p. 77, Chron. Alexandrinum p. 254 ed. Raderi, eam in interiore Persia collocat, ubi etiam fluvium cognominem esse observat (l. c. *αὕτη δ' ἐστὶν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ ποταμὸς τοῦτ' ἔχων ὄνομα·* et 10, 9 §. 7: *τὸ Χουθαίων ἔθνος, οἳ πρότερον ἐνδοτέρω τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδίας ἦσαν*), quod vindicant vel collatis *Cossaeis*, qui Mediae montes ab oriente Susianae incolebant, quamquam ab aliis Susianae vel Elymaidi accensentur (Diod. 17, 111. Ptolem. 6, 3. Plin. IV, 27 s. 31. Curt. 4, 12, 10. Cellarii notit. orb. ant. II, p. 806) vel كوثى oppido in tractu Babylonico, quod nomen quattuor etiam fluvii gerunt (Hyde de rel. vett. Persarum p. 39. 40. Cellarii collectanea hist. Samaritanae p. 12. 13. Michaëlis suppl. p. 1255 sqq.): idque saltem probabilius est, quam ipsorum Samaritanorum sive traditio sive commentum quo Sidone se ortos esse profitentur (Joseph. Ant. 11, 8 §. 6. 12, 5 §. 5). Eodem pertinere videtur, quod כּוּתִים Gen. X, 19 a Pseudojonathane redditur כּוּתְנִיאִם, et 1 Par. I, 13 apud Chaldaeum interpretem כּוּתְנִיאָא (v. Michaëlis spicil. I, 105).

כָּזַב in Kal part. כֹּזֵב Ps. CXVI, 11, usitatius in

Pi. כִּזֵּב *mentitus est.* (Chald. כְּדַב, syr. ܟܕܰܒ mentitus est, abnegavit, ܟܰܕܳܒ mendax. Sam. ⱛⱑⱍ id. Arab. كَذَبَ mentitus est, II. IV. X mendacii arguit aliquem, كَذَّابٌ mendax. Origo fortasse quaerenda est in *frangendo* et *secando*, ut כָּזַב emollitum sit ex חָצַב, quod ad *fraudes* et *mendacia* refertur, cf. בָּצַע et בָּדַד no. I. II) Mich. II, 11. Iob. VI, 28. XXXIV, 6. Prov. XIV, 5. Sq. ל *mentitus est alicui, fefellit eum.* Ez. XIII, 19. Ps. LXXVIII, 36: בְּלֹשׁוֹנָם יְכַזְּבוּ לוֹ *lingua sua mentiebantur ei* i. e. fidem simulabant. LXXXIX, 36: אִם לְדָוִד אֲכַזֵּב *num Davidi mentiar?* i. e. fidem fallam. cf. Num. XXIII, 19. Jes. LVII, 11: sq ב id. 2 Reg. IV, 16. De rebus inanimatis Hab. II, 3: *indicium festinat ad exitum* וְלֹא יְכַזֵּב Jes. LVIII, 11: *ut fons aquarum* אֲשֶׁר לֹא יְכַזְּבוּ מֵימָיו *cuius aquae non fallunt*, nunquam deficiunt, spem viatoris non fallunt. LXX. *ὃν μὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ.* Cf. lat. spem mentita seges Hor. epist. 1, 7, 87, fundus mendax Carm. 3, 1, 30. *ἀπατῶν* Hesiod. op. et dies 162.

Hiph. mendacii arguit aliquem Iob. XXIV, 25.

Niph. mendacii arguitus est, mendax repertus est. Prov. XXX, 6. Iob. XLI, 1.

כָּזָב m. *mendacium* Jes. XXVIII, 15. 17. קֶסֶם כָּזָב vaticinari mendacia Ez. XIII, 6. 7. XXI, 34. XXII, 28. הֶהְזִיחַ כְּזָבִים effutire mendacia Prov. VI, 19. XIV, 5. 25. XIX, 5. 9, it. *fallacia, fraus, dolus.* דִּבֶּר כָּזָב Dan. XI, 27, דִּבְרֵי כָזָב Ps. V, 7. LVIII, 4, בַּחֲשׁ כָּזָב IV, 3. אִישׁ כָּזָב vir fraudulentus (ein falscher Mann) Prov. XIX, 22. לֶחֶם כְּזָבִים coena dolosa Prov. XXIII, 3 de convivio principis, quod in pericula adducit convivas. Coner. de *re quae fallit*, falsa spe ludit, ut de idolis Ps. XL, 5. Am. II, 4.

כֻּזְבָא n. pr. loci, probabiliter eiusdem, qui alibi כְּזִיב (q. v. no. 2) 1 Par. IV, 22.

כָּזְבִּי (mendax) n. pr. filiae principis Midianitarum Num. XXV, 15. 18. Cod. Sam. כזבית.

כְּזִיב v. אַכְזִיב no. 2.

אַכְזָב (pro כֹּזֵב, cum Aleph prosthetico, quae forma vix comparanda cum forma adiectivorum apud Arabes, ut أَكْذَبُ mendax) *mendacium, fallacia*, inde pro נַחַל אַכְזָב (cf. opp. נַחַל אֵיתָן et אֵיתָן pag. 644) rivus mendax, fallax i. e. qui aestate exarescit et viatoris spem fallit Jer. XV, 18. Mich. I, 14 (cf. Jes. LVIII, 11. Iob. VI, 15). Arabice غُدَيْر est stagnum, aqua restagnans, ita dicta a fallendo (غدر), quoniam mox exhalatur et deficit.

אַכְזִיב (i. q. אַכְזָב torrens) n. pr. duorum oppidorum probabiliter ad torrentes sitorum 1) oppidi maritimi Aseritarum, Acconem inter et Tyrum siti Jos. XIX, 29. Iud. I, 31, quod secundum Eusebium et Hieronymum novem, secundum itin. Hierosolymitanum duodecim mill. ab Accone distabat. Apud Josephum (bell. jud. 1, 13 §. 4) appellatur *Ἐκδίππων* (incertum quo casu, primo an secundo, quod probabilius), Ptolem. 5, 15 *Ἔκδιππα*, in Talmude כזיב (Mischna Schebiith 6, 8), *Ecdippa* Plin. 5, 15 sect. 17, Hieronymo in locis *Dippa* (quod non corrigendum est, cf. formam arabicam), apud Arabes الزيب et زِيب vit. Salad. p. 98 ibique ind. geogr. s. v. Azzybum, hodie *Dsib, Zib* Maundrell in Pauli Collect. I p. 70. Richter Wallfahrten p. 10. Buckingham Travels p. 60. Legh in Macmichael Journey p. 250. Cf. Relandi Palaest. p. 513. Lightfooti Opp. T. II, p. 219. Fulleri Miscell. 4, 15. Cellarii not. orb. ant. II, p. 481. — 2) oppidi in tribu Judae Jos. XV, 44. Mich. I, 14 (ubi etymo alluditur), quod כזיב scribitur Gen. XXXVIII, 5. Probabiliter idem est מִכְזָא 1 Par. IV, 22, quod Cod. Sam. habet Gen. XXXVIII, 5 pro כְּזִיב. Videtur haec forma recentiori tempore usitatior fuisse.

כָּזַר rad. inusit. vicina arabicae كَسَرَ (كزر, quod habent Eichhornius et Winerus, prorsus fictum est) *fregit cum violentia* (v. exempla apud Castell.), *cecidit, in fugam conicit hostem.* Quod Castellus addit: „med. Kesr. e. c. على pers. iratus fuit illo [illi] Gigg.“ ex Giggejo (III, 1551) negligenter excerptum est, qui haec

habet: „אֹפֶן יִכְסֹר עליכ הַקֶּשֶׁת ille tibi iratus est.“ Sed vel hoc minus emendatum, quum in Kamuso legatur (p. 618): יִכְסֹר עליכ הקשת او الارحاء اى غَضْمَانُ عليكَ *fregit contra te crenam sagittae vel foramina sagittae i. e. iratus est tibi*. Apud Hebraeos *violenter* frangendi significatus ad *violentiam* in universum translatus est (cf. פָּרִיץ). Inde

אַכְזָר (pro זָכַר, cf. אַכְזָב a זָכַב) pr. violentia, sed ubique concr. *violentus*, inde *saevus* Thren. IV, 3. Deut. XXXII, 33 (de veneno, ubi eod. Sam. divisim אַךְ זרי) Iob. XXX, 21, in bonam partem *fortis* Iob. XLI, 2. (Fortasse huc pertinet syr. ܟܰܕܪܳܐ, quod Lexicographi Syrorum explicant: miles, vir strenuus, quos significatus habent etiam ܟܰܕܪܳܐ et ܐܰܕܪܳܐ). — Inde cum יִ adiectivorum

אַכְזָרִי adj. m. *saevus, crudelis*, qui misereri neseit. Jer. VI, 23: אַכְזָרִי הוּא וְלֹא יְרַחֵמוּ L, 42. Prov. XII. 10. XI, 17. V, 9 (ubi verbo אַכְזָרִי alii qs. *ἐπιχοίρως* meretricem intelligunt, alii adulterae maritum). מַלְאָךְ אַכְזָרִי nuncius dirus Prov. XVII, 11 i. e. qui nuncium dirum affert. Dicitur etiam de poena Jer. XXX, 14, de die iudicii Jes. XIII, 9.

אַכְזָרִיוּת f. *saevitia, crudelitas*. Prov. XXVII, 4.

בָּחַח rad. in Kal inusit., quae pariter atque בָּחַשׁ et בָּחַל *tegendi, obtegendi* significatum habuisse videtur, quae partim (in בָּחַר, בָּחוּר) ad *abnegandi, mentiendi, fallendi*, partim (in בָּחַל) ad *fucandi* potestatem relata est. Ad prius cf. בָּגַד et quae ibi laudantur. A בָּחַשׁ ortum est בָּחַר, hoc transiit in בָּחַל (cf. medius, milieu al.). Ipsum כחד habent Aethiopes in ΦΛhΔ: negavit, abnegavit fidem, apostata factus est, ΦΛhΔ: apostata, arab. كَفَرَ negavit, denegavit Cor. VI, 35. VII, 49. XXXI, 31.

Pi. חִחֵד (1 Sam. III, 18) 1) *occultavit, celavit*. Sq. acc. rei et בְּ pers. Jer. XXXVIII, 14: אַל־תְּכַחֵד מִמֶּנִּי דָּבָר *ne celes mihi quidquam*. 2 Sam. XIV, 18, et omisso דָּבָר Jos. VII, 19: אַל־תְּכַחֵד מִמֶּנִּי *ne celes mihi* quidquam. 1 Sam. III, 17. 18. Jer. L. 2. (Alia ratio est loci Iob. XV, 18, in quo ante בְּ ellipsis est: לֹא בָחֳרוּ נִיאבוֹתָם *non celarunt* acceptum *a patribus eorum*). Sq. כִּי Gen. XLVII, 18: לֹא נְכַחֵד נִיאדֹנִי כִּי. — *Non celare* per λιτότητα dicitur pro palam eloqui, praedicare Iob. XXVII, 11. Ps. XL, 11. LXXVIII, 4.

Hiph. הִכְחִיד 1) *occultavit*. Iob. XX, 12: יַכְחִדֵהוּ תַּחַת לְשׁוֹנוֹ. — 2) *excidit, delevit*, gr. *ἀφανίζειν* (pr. fecit ut non amplius videatur) v. c. homines Ex. XXIII, 23. 2 Par. XXXII, 21. Zach. XI, 8, נִכְחַד אֶת־הָאֲדָמָה 1 Reg. XIII, 34, נִגְזוֹר Ps. LXXXIII, 5.

Niph. 1) pass. Pi. *occultata, celata est* alicui res, sq. מִן pers. 2 Sam. XVIII. 13: וְכָל־דָּבָר לֹא יִכָּחֵד מִן־הַמֶּלֶךְ. Ps. LXIX, 6. CXXXIX, 15. Hos. V, 3. — 2) pass. Hiph. no. 2. *excisus, deletus est*. Iob. IV, 7: אַיֵּה יְשָׁרִים נִכְחָדוּ *ubi excisi sunt probi?* XV, 28. XXII, 20. Zach. XI, 9. 16, addito מִן הָאָרֶץ Ex. IX, 15.

כָּחַד rad. inusit. quam idem notasse suspicor quod syr. ܟܰܚܰܕ anhelavit, unde ܟܰܚܕܳܐ anhelatio (Bar Bahlul נשמא פעו) nostr. *keuchen* (cf. similis soni radd. itidem onomatopoëticas נָפַח, נָאַח), dein *vires intendit* (cf. arab. كَحَّ ronchissavit). Secundarium et ab hebr. כַּח repetitum censeo arab. كَاحَ praevaluit in pugna.

כֹּחַ, semel plene כּוֹחַ (Dan. XI, 6, ubi vide Masoram), c. suff. כֹּחִי, כֹּחוֹ m. 1) *vis, vires, robur*, tum in agendo, tum in perferendo (Iob. VI, 11. 12), vel hominum, v. c. de robore militis heroisque Iud. XVI, 5. 9. 19. Hab. I, 11. Jes. LXIII, 1, de vi vitali Ps. XXII, 16. XXXI, 11. XXXVIII, 11, de vi quae negotio impenditur Gen. XXXI, 6. Jes. XLIX, 4 (בָּאָה כֹחַ), de robore virili (et poët. de fructu eius, filio primogenito Gen. XLIX, 3); vel animalium Iob. XL, 16. Dan. VIII, 7; vel de vi et potentia Dei Jerem. X, 12: עֹשֵׂה אֶרֶץ בְּכֹחוֹ Iob. XXVI, 12: בְּכֹחוֹ רָגַע הַיָּם. Num. XIV, 17. Iob. XXIII, 6. XXIV, 22. XXX, 18. XXXVII. 23. Ps. LXV, 7 (eidem tribuitur כֹּחַ לֵב robur intellectus, summa sapientia Iob. XXXVI, 5). — חָיָה כֹּחַ בְּ est robur penes aliquem 2 Par. XXV, 8. 1 Sam. XXVIII, 20: גַּם כֹּחַ לֹא הָיָה בּוֹ (cf. 1 Reg. XIX, 8), sq. gerundio vis est ad aliquid faciendum i. e. potest (max. in recentiore Hebraismo). 1 Sam. XXX, 4: אֵין בָּהֶם כֹּחַ לָבְכּוֹת. 2 Par. XX, 12. XXV, 8. Dan. VIII, 7. XI, 15: וְאֵין כֹּחַ לַעֲמֹד. Jes. L, 2: אֵין כֹּחַ (לוֹ) לַעֲמֹד בַּחוּץ אֵין בִּי כֹחַ לְהַצִּיל Esr. X, 13: *et non potest* (populus) *amplius stare foras*. Dan. I, 4: אֲשֶׁר כֹּחַ בָּהֶם לַעֲמֹד בְּהֵיכַל הַמֶּלֶךְ *qui possent* (i. e. idonei essent) *ministerium agere in palatio regio*. Recentioris Hebraismi est etiam locutio: כֹּחַ בָּצַר vim retinuit (adhuc habuit) ad aliquid, v. בָּצַר. — Passim substantivis et adiectivis additur in genit. כֹּחַ *robore valens* Iob. IX, 4. Jes. XL, 26, שֹׂגִיא כֹּחַ Iob. XXXVII, 23, גְּדוֹלֵי כֹחַ Ps. CIII, 20, גִּבּוֹרֵי כֹחַ לַאֲשֶׁר לֹא כֹחַ pro לְאֵין כֹּחַ Iob. XXVI, 2. — Est etiam a) *in malam partem violentia* Eccl. IV, 1: וּמִיַּד עֹשְׁקֵיהֶם כֹּחַ. b) translate: *facultates, opes*, quibus aliquis *pollet* (cf. חַיִל) Iob. VI, 22. XXXVI, 19. Prov. V, 10. Hos. VII, 9. c) *robur terrae* sunt *fructus terrae*, quos terra *vi* sua progenuit Gen. IV, 12. Iob. XXXI, 39.

2) lacertae maioris genus, probabiliter a robore dictum Lev. XI, 30. LXX. et Hieron. chamaeleontem reddunt. Uterque Arabs حِرْبَاء i. e. crocodilum terrestrem vel eius speciem, Bochartus (Hieroz. I, 1069)

lacertam maximam esse censet, quae الوَرَل *guaril* dicitur, magnis serpentibus adeoque crocodilo terrestri robore superior est eosque occidere et vorare fertur.

פָּחַל *ἅπ. λεγόμ.*, *fucavit oculos* stibio. Ez. XXIII, 40: בָּחַלְתְּ עֵינַיִךְ (LXX. ἐστιβίζου τοὺς ὀφθαλμούς σου), ad rem cf. 2 Reg. IX, 30: וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ, quod Targg. reddit: בַּחֲתָת בְּצַדּוּקָא עֵינָהָא, adde Jer. IV, 30. — Originem radicis esse in *tegendo*, *oblinendo* iam diximus ad rad. בָּחַד, *oculos fucandi* significatu perfrequens est in omnibus lingnis cognatis. De Chaldaeis iam dictum est, adde בּוֹחֶל, בּוּחְלָא fucus. stibium: syr. ܦܚܶܠ fucavit, illevit oculos collyrio Apoc. III, 18, it? occaecavit (quod Lexicis addendum) Barhebr. p. 206. 266, ܦܽܘܚܠܳܐ et ܦܽܘܓܠܳܐ oblinens collyrio, pingens oculos, ܦܝܺܓܺܠ pass., ܐܰܦܘܚܠܳܐ appositio collyrii (v. Lex. Adler.), ܦܽܘܚܠܳܐ, ܦܽܘܓܠܳܐ collyrium, stibium; arab. كَحَلَ illevit oculos collyrio, stibio, كُحْلٌ occaecatus est, كَحِلَ nigris palpebris earumque oris fuit pec. natura sine collyrio illito, q. d. fucatus est, qualis mulier appellatur كَحْلَةٌ, كُحْلٌ collyrium, pec. stibium; aeth. ፉኅለ: et ፉዕለ: stibio tinxit oculos Hen. 8, ፉዕሊ: fucus. Transit adeo ex lingua Arabica in Hispanicam, cf. 2 Reg. IX, 30 ubi in Bibliorum Vers. hisp. est: *alcohol-iste tus ojos*. Generaliorem *oblinendi* significatum servarunt Melitenses, apud quos *kaḥal* est *illevit* v. c. parietem caemento Vassalli pag. 567. Erat autem iste oculorum fucus (צִיר q. v.. pers. et turc. سُرْمَة *surma* et *isfahani*, aegypt. CΦΗΛ et theb. ϹΦΗΛ, unde gr. στίμμι, στίβι, stibium) pulvis nigricans ex antimonio vel plumbi metallis et zinco vulgo paratus, quem admixta aqua ope acus specillive ex argento vel ebore facti (arab. مِيل, مِكْحَلٌ, مُكَحِّلٌ, talmud. מְכַחֵל) palpebris ita illinebant, ut album oculi nigro margine cinctum magis candere videretur. In Oriente natus ad Graecos etiam et Romanos transiit hic mos, et inde ab Euripide usque ad Cypriani tempora memoratur. Vide prae ceteris Grotium ad 2 Reg. IX, 30, adde Iuven. 2, 93 et quae laudat N. G. Schroederus de vestitu mulierum p. 392. Car. Boettigerus in Sabina pag. 22. 48, item Iob. Ludolf. in Lex. ad rad. ፉዕለ: et in Comment. ad hist. aethiop. lib. 2 c. 7 no. 51. Jac. Granvil Medici Venetiis ejst. ad Iob. Ludolfum de כחל sive stibio eiusque usu apud veteres in re cosmetica, in Museo Hagano Cl. III p. 175—240. De hodiernis Orientalibus vide Russel. natural history of Aleppo p. 137 sqq. et quae collegit A. Th. Hartmannus, Aufklärungen über Asien II, p. 446 sqq. Hebräerin am Putztische II p. 149 sqq. III p. 198 sqq. Erant autem qui huic mori praeter cosmeticum etiam medicum quendam usum tribuerent.

בָּחַשׁ 1) *negavit*, *mentitus est*, v. Pi. no. 1. 2. De origine v. ad בָּחַד. — 2) translate *defecit* corpus, v. Pi. no. 3, et subst. בֹּחַשׁ. Ps. CIX, 24: בָּשְׂרִי כָּחַשׁ מִשָּׁמֶן וְנִכְמַן *caro mea deficit a pinguedine* i. e. contabescit, emaciatur. (Chald. כָּחוּשׁ macilentus, כְּחִישׁוּת macies).

Pi. כִּחֵשׁ et בִּחֵשׁ 1) *negavit* id quod vernm est (leugnen). Gen. XVIII, 15. Jos. VII, 11. Sq. בְּ pers. *abnegavit* aliquem (jemanden verleugnen) i. e. negavit se aliquem novisse. Iob. VIII, 18: וְכִחֲשׁוֹ בּוֹ לֹא רְאִיתִיךָ *negat* (locus), *se unquam vidisse eum*, inde כְּחֵשׁ בֵּיהוָה Jes. LIX, 13. Jer. V, 12: כִּחֲשׁוּ בַּיהוָה וַיֹּאמְרוּ לֹא הוּא. Jos. XXIV, 27. Sq. לְ id. Iob. XXXI, 28: כִּי כִחַּשְׁתִּי לָאֵל. Sq. בְּ pers. et בְּ rei: *denegavit*, *inficiatus est* alieni aliquid. Lev. V, 21: וְכִחֵשׁ בָּעֲמִיתוֹ בְּפִקָּדוֹן *et negat*, *se accepisse depositum a proximo suo*. Omisso בְּ rei Comm. 22. Absol. *abnegavit* Deum. Prov. XXX, 9: פֶּן אֶשְׂבַּע וְכִחַשְׁתִּי וְאָמַרְתִּי מִי יְהוָה. (Chald. מכחשין fidem abnegantes, apostatae). — 2) *mentitus est* Lev. XIX, 11 (inxta שָׁקֶר). Hos. IV, 2: אָלֹה וְכַחֵשׁ *iurare et mentiri*. Sq. לְ mentitus est alicui. 1 Reg. XIII, 18. — 3) *fefellit* expectationem, hinc i. q. *defecit*, de terrae proventibus cf. Kal, it. גָּזַם Kal extr. Hos. IX, 2: תִּירוֹשׁ יְכַחֲשׁ בָּהּ *mustum deficiet in ea* (cupa). Hab. III, 17: כִּי כָחַשׁ מַעֲשֵׂה זָיִת *deficit opus* fructus *oleae*. — 4) *simulavit* (heucheln), saepius de victis observantiam et amorem erga victorem simulantibus, sq. לְ Ps. XVIII, 45. LXVI, 3. LXXXI, 16.

Niph. Deut. XXXIII, 29 et *Hithpa.* 2 Sam. XXII, 45 sq. לְ i. q. Pi. no. 4 pr. *simulatorem egit*.

כַּחַשׁ m. 1) *mendacium* Hos. X, 13. XII, 1. Nah. III, 1. Ps. LIX, 13. — 2) *macies* Iob. XVI, 8, v. Kal.

כָּחַשׁ m. Jes. XXX, 9: בְּנִים כַּחֲשָׁנִים *liberi qui patrem* (Deum) *abnegant*. Quod cod. Sam. Gen. III, 2 pauci codd. pro הַנְּחָשׁ habent הכחש mendax, abnegans (i. e. diabolus), id nescio an mero scriberum sphalmati, non consilio tribuendum sit, quum neque in reliquis eius capitis commatibus ulla scripturae diversitas sit, neque interpretatio Chaldaeo-Sam. eius scripturae vestigium habeat.

כִּי A) fortasse pr. pronomen relativum i. q. אֲשֶׁר, quanquam hic eius usus in Hebraeorum monumentis rarus adeoque incertus est. Non exiguam speciem habent duo Genesees loci, licet כִּי ibi non ipsius pronominis relativi vim habeat, sed relationis nota videatur (ut אֲשֶׁר litt. A no. 2). Unus est Gen. III, 19: *donec redibis in terram* כִּי מִמֶּנָּה לֻקָּחְתָּ *de qua sumtus es* (LXX. ἐξ ἧς ἐλήφθης, et sic Onk. Syr. Saad.) כִּי עָפָר אַתָּה וְאֶל עָפָר תָּשׁוּב *nam pulvis es et in pulverem redibis*. Possit quidem duplex כִּי se excipiens eo modo accipi, quem infra illustrabimus litt. B, no. 1. a, sed partim mira ita oritur tautologia

turbaturque membrorum concinnitas, partim ea ratio, quam secuti sunt vett. intpp., commendatur verbis parallelis Comm. 23: תַּחַת נִקְחַ אֱלֹהִים זֶרַע אַחֵר כִּי הֲרָגוֹ קָיִן. — Alter est IV, 25· *nam dedit mihi Deus aliam prolem loco Abelis quem occidit Cainus* LXX. ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν, et ita Vulg. Onk. Syr. Fritzschio quidem ad Matth p. 249 (quem sequitur Maurerus) haec ipsius scriptoris verba videntur ad superius dicta (Comm. 8) respicientis: *nam interfecerat eum Kaïnus*, sed huiusmodi observationem in tam brevi eiusdem scriptoris narratione vix et ne vix quidem exspectaveris, rectiusque, qui illum כִּי vocis significatum pernegant. verba illa Evae tribuent, hae sententia: *quum interfecerit eum Kaïnus*, Saad. اِنْ قَتَلَهُ قَايِن. Alia exempla, quibus כִּי a veteribus interpretibus pronomine relativo, neque inepte, expressum est, sunt: Jes. LIV, 6: *nam ut mulierem derelictam vocat te Jova* וְאִשַּׁת נְעוּרִים כִּי תִמָּאֵס *ut uxorem iuventutis, quae repudiata est* (LXX. μεμισημένην. Vulg. abiectam. Chald. דְּאִתְרְחֲקַת. Syr. ܕܐܬܦܨܚ), quod fere aptius est quam: *quum* vel *si repudiata est* v. infra B, no. 4 (nam כִּי תִמָּאֵס respondet in priori hemistichio participio עֲזוּבָה), quanquam etiam hoc ferri potest. LVII, 20: *impii sunt instar maris commoti* כִּי הַשֶּׁקֶט לֹא יוּכָל. Vulg. *quod quiescere non potest*, et ita Targ., licet etiam verti possit: *quum* (quo tempore) *quiescere non potest*. Prov. XXX, 23: *ancilla* כִּי תִירַשׁ גְּבִרְתָּהּ. Syr. Chald. *quae expulit dominam suam*, plerique: *quum expulit* cet. Ps. XC, 4: *sicut dies hesterna* כְּי יַעֲבֹר. LXX. ὅτις διῆλθε. Vulg. *quae praeteriit*. Syr. ܕܥܒܪ, sed Targ. *ubi praeteriit*. Deut. XIV, 29 וְהַלֵּוִי כִּי אֵין לוֹ חֵלֶק וְנַחֲלָה עִמָּךְ וְהָאַלְמָנָה וְאָכְלוּ אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ, ubi Vulg. Syr. כִּי reddunt *qui*, sed LXX. Targ. Saad. *quia*. Adde quod infra notabitur, כִּי in כִּי עַל כֵּן a LXX. interpretibus ubique relative accipi, עַל־כֵּן ἕνεκα τούτου, כִּי עַל כֵּן ὃν ἕνεκεν, quanquam contra fatendum est etiam in N. T. ὅτι passim (v. c. Matth. V, 45) a vett. intpp. *qui* reddi, quum satis certum sit, linguae usum hanc particulae vim non admittere.

Faciamus autem, nativam vocabuli potestatem in monumentis hodie superstitibus prorsus periisse (exempla a Noldio pag. 372 laudata refellit Fritzschius l. c.), nihilominus credibile est, pronominis relativi potestatem in hac voce primariam et nativam esse. Id enim suadet 1) analogia particulae ferme synonymae אֲשֶׁר; 2) aliarum linguarum analogia, in quibus coniunctio relativa *quod* vel ipsum pronomen relativum vel certe ab eo ducta est, velut gr. ὅτι, unde lat. *uti*, *ut*, a masc. ὅστις; lat. *quod*, *quia* (Plur. neutr. a *quis*); germ. *dass* = *das*, olim *daz* (quae formae seculo demum decimo sexto in scribendo distinctae, prius promiscue usurpatae sunt); angl. *that*; gall. *que*; arab. اَلَّذِي, arab. vulg. *elly*, melit. *li*, *qui*, *quae*, *quod*, et *quod*, *quia*; aram. דִּי, דְּ, ; al. 3) reperitur hoc vocabulum, quod pariter atque reliqua pronomina et numeralia antiquissimis vocibus annumerandum propterea multis linguis commune esse videtur, etiam in aliis linguis non Semiticis potestate pronominis personalis maxime relativi, cf. sansc. *jas*, *já*, *jat*, quae emollita sunt ex *qas*, *qá*, *qat*, pers. كه et چه, poët. كى *qui*, *quae*, *quod*, lat. *qui* [adeo sin. *khé* is et *tschè* qui], unde abiecta palatina (cf. *guerre*, angl. *war*) zab. [non rabbin., ut nescio quo errore inde effecit Redslobius de part. כִּי p. 10] וי *quod:* qui linguarum consensus eo maioris momenti esse videtur, quum etiam correlata huius formae exstare videantur, nimirum demonstrativa: הִיא, ڪ pers. ﻱ, gr. ἥ, ἧς, lat. is, v. Buttmanni gramm. ampl. I, 290, et דִּי = זֶה, pr. demonstr. dein relat.; interrogativa: מָה, מִי, gr. τί-ς, τί. Utrum proprie relativum, an prius demonstrativum fuerit hoc pronomen, non definio: licet enim pronomina relativa maximam partem prius demonstrativa fuerint et nonnullae particulae כִּי significationes ita commode explicari possint (v. B no. 1, a. b et no. 5), certiora tamen eius vestigia desunt. Eorum, qui vim eius pronominalem (a Io. Simonio aliisque adoptatam) negaverunt, plurimi vulgarem eius potestatem, qua coniunctio relativa est (ὅτι, quod) nativam esse putant, ac Faesio quidem credibile est, כִּי (fere i. q. בַּאֲשֶׁר) ex כְּ productum esse, quod haud scio an perpetuae harum linguarum analogiae contrarium sit: Ewaldo haec vox modo interiectio visa est: *ja!* (gramm. crit. p. 170), modo pronomen proprie interrogativum (gramm. §. 454), quod utrumque sine argumento dixit, quanquam in altera opinione fortasse respexit ڪﻱ interrogativum apud Syros; nuper autem Cel. Rensloh (de particulae hebraicae כִּי origine et indole. Lipsiae 1835) novam de eius origine coniecturam proposuit, quam maximam partem suam fecit Maurerus (in indic. ad cursum linguae hebr. h. v.). Is igitur, spreta aliarum linguarum non semiticarum analogia, כִּי ex ipsius linguae hebraeae opibus ita declaravit, ut dictum esset pro כֵּן a rad. כון (abiecto Nun, ut אָמַן, chald. הֲכִי, hebr. אָהּ; יָכֹן pro יָכוֹן; אִי *non* i. q. אַיִן) et pr. significaret *firmum*, inde *ita*, *sic*, *est*, *sane*, *profecto*. Itaque primo loco ponit significationem asseverativam ut Jes. XV, 1, eamque qua vox orationi directae praemittatur (v. litt. B, 1, a. b): et inde tum hypotheticam ducit potestatem (gesetzt dass, im Falle dass), tum syntheticam (so, dann), tum paratheticam, modo localem, modo temporalem (quum), modo causalem (quia): quae quomodo Vir doctus lectoribus suaserit, apud ipsum relegant qui velint. Nobis observasse sufficiat, hanc similemve originem commendari potuisse analogia particularum chaldaicae אָרֵי *ecce!* dein *quod* (i. q. כִּי) et sam. אכי = הִנֵּא *ecce!* dein *quod*, i. q. כִּי, omnem autem hanc de origine disputationem nonnisi ad paucos vocis significatus explicandos vel V. T. locos illustrandos aliquam vim habere, ipsumque particulae longe creberrimae usum maximam partem certum esse et exploratum. [De Rabbinorum sententiis, in

quibus Kimchius s. v. כִּי solam *causalem* potestatem admittit, plerique auctoribus Talmudistis quattuor significationes (אִי דִלְמָא אֶלָּא דְּהָא *si, numquid, sed, quia*) statuebant, v. Danzii literat. hebr. pag. 339. 340]. Quidquid igitur de origine statuitur, longe creberrime, nisi ubique, est

B) coniunctio relativa:

1) *quod, ὅτι* (nostr. *dass*, ortum ex demonstr. *das* in relativum verso), sententiis praemissum, quae ex verbo activo pendent et in accusativo cogitandae sunt, ut alibi אֲשֶׁר et plenius אֵת אֲשֶׁר (v. אֲשֶׁר B, no. 1). Gen. I, 10: וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי טוֹב pr. *vidit Deus* hoc *quod bonum erat*. Iob. II, 13: רָאוּ כִי גָדַל הַכְּאֵב מְאֹד. 1 Sam. XIV, 3: הָעָם לֹא יָדַע כִּי הָלַךְ יוֹנָתָן. Ita sexcenties post verbum videndi Gen. I, 4. 10. 12. 18. 21. 25. III, 6. VI, 2. 5. XII, 14. XIII, 10. XVI, 4. 5. XX, 10. XXVI, 28. XXVIII, 6. 8. XXIX, 31. XXX, 1. 9. XXXII, 26. XXXVII, 4. XXXVIII, 14. XXXIX, 3. 13. XL, 16. XLIV, 31. XLVI, 30. XLVIII, 17. XLIX, 15. L, 15, audiendi Gen. XIV, 14. XXIX, 33. XXXIV, 5. XXXIX, 15. XLII, 2. XLIII, 25, sciendi (יָדַע v. pag. 572 A), indicandi Gen. III, 11. XII, 18. XXXI, 20. Ps. L, 6. XCII, 16 (הִגִּיד). Gen. XXI, 7. Iob. XXXVI, 10 (אָמַר), credendi (הֶאֱמִין) Exod. IV, 5, reminiscendi Ps. LXXVIII, 35. 39. CIII, 14. Iob. VII, 7. X, 9, oblivisceudi Iob. XXXIX, 15. Bis repetitum est Gen. XXIX, 12 וכי — כִּי (*quod — et quod*). Post verbum (vel verbale) intransitivum sententia ex כִּי particula pendens in nominativo cogitanda est Thren. III, 27: טוֹב לַּגֶּבֶר כִּי יִשָּׂא עֹל בְּנְעוּרָיו. לֹא טוֹב חֲדוֹת: cf. Gen. II, 18: הְיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ. XXIX, 19. (Respondet *ὅτι* in N. T. vide exempla apud Wahlium h. v. no. 1, A).

Ad hanc primam significationem praeterea hi particulae usus revocandi sunt:

a) ubi ponitur post iurandi formulas, velut: חַי יְהוָה וְחֵי נַפְשְׁךָ כִּי *per vitam Dei tuamque* (sc. affirmo, iuro) *quod* 1 Sam. XX, 3. XXV, 34. XXVI, 16. XXIX, 6, חֵי הָאֱלֹהִים 2 Sam. II, 27, חַי אֵל Iob. XXVII, 2, חַי אֲנִי Jes. XLIX, 18, כֹּה יַעֲשֶׂה לִי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף (v. p. 651), in quibus omnibus evidens est ellipsis verbi: *affirmo, iuro*. Atque inde ortus videtur is particulae usus, quo ab initio orationis fortiter affirmantis est Jes. XV, 1 (cf. similem ellipsin ante אִם et לֹא), cf. etiam usum in apodosi, infra no. 5.

b) ubi *orationi directae* praemittitur, ut gr. *ὅτι*, syr. ? (v. Agrelli otiola syr. p. 19). Gen. XXIX, 32: אָמְרָה כִּי רָאָה יְיָ בְּעָנְיִי *dixit: aspexit Jova miseriam meam*. Ex. III, 12: וַיֹּאמֶר כִּי אֶהְיֶה עִמָּךְ *dixit: ero tecum*. 1 Reg. XI, 22: וַיֹּאמֶר לוֹ פַּרְעֹה כִּי מָה־אַתָּה חָסֵר עִמִּי *dixitque ei Pharao: qua tandem re cares mecum?* Gen. XXIX, 33. Ex. I, 19. IV, 23. Ruth. I, 10. Jos. II, 24. 1 Sam. X, 19. 2 Sam. XIX, 43. — Sunt qui hunc particulae usum explicent ex usu aliquo demonstrativo (v. litt. A extr.), quasi כִּי in hac locutione sit fere i. q. כֹּה *ita, sic*: sed ex eodem usu in particulis *ὅτι* et ? manifestum est, כִּי in huius generis exemplis nihil aliud esse quam *ὅτι quod*, atque hunc usum ortum esse ex eo, quo ponitur post verba indicandi, dicendi (v. supra), iurandi (Gen. XXII, 16), ita quidem ut Hebraei ab oratione obliqua alienissimi pro ea directam ponerent. Etiam apud Graecos usus particulae *ὅτι* ante orationem directam (Passow 2, d) profectus esse videtur ab eiusdem usu ante orationem obliquam (ibid. no. 2 init.). — Ceterum alia ratio est eorum locorum, in quibus כִּי post אָמַר est rationem reddentis et respondentis ad quaestionem de caussa alicuius rei. Gen. XXVII, 20: *quomodo tam cito invenisti* (feram), *mi fili? Respondit:* כִּי הִקְרָה יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לְפָנָי *quia Jova deus tuus eam mihi obviam misit*. XX, 11. XXI, 30. XXVI, 9.

c) ubi additur adverbiis et interiectionibus, quae integrae sententiae vim habent, v. c. Iob. XII, 2: אֲמָנָם כִּי אַתֶּם עָם *profecto* ita est, *vos esse populum*. Sic הִנֵּה כִּי *vide quod*, quod non differt a simplici הִנֵּה Ps. CXXVIII, 4, הִנֵּא כִי id. 1 Sam. X, 1, אַךְ כִּי accedit quod (v. אַךְ), אָכֵן כִּי tantum quod (v. אָכֵן).

d) הֲכִי pro duplici הַ interrogativi potestate est *α) num est quod?* gall. *est-ce-que?* pro *numquid, num?* Iob. VI, 22: הֲכִי אָמַרְתִּי *num dixi?* 2 Sam. IX, 1. *β) nonne est quod?* gall. *n'est-ce-pas que?* i. q. *nonne?* Gen. XXVII, 36. XXIX, 15. 2 Sam. XXIII, 19 (cf. 1 Par. XI, 21).

e) Praepositionibus additum pariter atque אֲשֶׁר litt. B no. 1, has in coniunctiones convertit, ut יַעַן כִּי et עַל כִּי propterea quod, quia; עַד כִּי usque dum, bis dass, הֲתַחַת כִּי et עֵקֶב כִּי pro eo quod, v. Lgb. pag. 637. — Est

2) *quod, ὅτι* causale, idque

a) *causam* et *rationem* rei indicans i. q. *quia, quum* causale (sq. conj.). Sententia autem causalis modo antecedit ut Gen. III, 14: *quia hoc fecisti, maledictus esto* cet. Comm. 17: *quia autem praebuisti uxori tuae ..... maledicta sit terra*, modo, quod longe frequentius est, sequitur Gen. II, 3: *et benedixit Deus diei septimo ..... כִּי בוֹ שָׁבַת מִכָּל מְלַאכְתּוֹ quia hoc die quieverat ab omni opere*: latine plerumque utimur causali demonstrativo *nam*, γάρ, maxime, ubi paulo longior est sententia (Gen. VII, 4) vel minus arcte cum praecedente coniuncta (Gen. XIII, 15. XVIII, 19. XIX, 13. XX, 18). Ita sexcenties in omnibus V. T. libris Gen. II, 5. 23. III, 19. 20. IV, 23. V, 24. VI, 7. 12. 13. VII, 4. VIII, 9. 21. IX, 6. XI, 9. XII, 10. XIII, 6. 8. 17. XVI, 13. XVII, 5. XVIII, 15. XIX, 14. 22. 30. XXI, 10. 12. 13. 17. 18. 31. XXII, 12. XXV, 28. 30. XXVI, 16. 20. XXVII, 23. XXVIII, 11. 15. XXIX, 2. 9. 21. Ps. II, 12. III, 6. 8. IV, 9. V, 5. 10. 11. 13. VI, 3. 6. 9. X, 14. XXV, 16. XXVII, 10. Jes. II, 3. 6. 22. III, 1. 10. 11. VI, 5. VII, 22. 24. VIII, 10. IX, 3. X, 23 cet: cet.

Ferme ubique sententiae praemittitur, raro inseritur, ut lat. *enim*. Ps. CXXVIII, 2: יְגִיעַ כַּפֶּיךָ כִּי תֹאכֵל *labore enim manuum tuarum fruceris*. CXVIII, 10. Eodem

revocandus est locus variis interpretationibus vexatus Gen. XVIII, 20: זַעֲקַת סְדֹם וַעֲמֹרָה כִּי רַבָּה וְחַטָּאתָם כִּי כָבְדָה מְאֹד: *clamor ob Sodomitas et Gom. quum tantus sit et peccatum eorum quum admodum grave, age descendam* cet. (cf. כִּי temporale ita insertum, infra ad no. 3 extr.).

Ubi duae pluresve sententiae causales se excipiunt, quibus latine praemitteres: *nam — et*; rarius: *quia — et quia*, Hebraei repetunt כִּי — כִּי; וְכִי — כִּי. Quorum quidem exemplorum plures sunt classes: *α*) ubi plures unius rei caussae ad aliquid efficiendum concurrunt, velut Jes. VI, 5: *vae mihi, nam* (כִּי) *perco*, כִּי אִישׁ טְמֵא שְׂפָתַיִם ..... כִּי אֶת הַמֶּלֶךְ יְיָ צְבָאוֹת רָאוּ עֵינָי *quia impuris labiis sum* ..... et *quia regem Jovam exercituum viderunt oculi mei* i. e. quia ego, quippe qui labiis impuris sim, numen divinum conspexi. Ps. XXII, 12. *β*) ubi sententiae vel minus arcte inter se connexae sunt Jes. IX, 3. 4. 5. XV. 6. 8. 9. XXVIII, 19. 20. 21. Iob. III, 24. 25. VIII, 9 (cf. *γὰρ* — *γὰρ* Matth. VI, 32. XVIII. 10. 11. XXIV, 27. 28 et Bornemann ad Xenoph. Conviv. p. 147), vel una alterum quasi continuat Gen. XXXIII, 11: *nam* (כִּי) *Deus mihi benedixit et* (וְכִי) *sunt mihi omnia*. Iob. XXXVIII, 20. Jes. LXV, 16. Alia ratio est eorum *γ*), ubi altera sententia ex priore pendet. Gen. XXVI, 7: *nam timebat dicere, eam esse uxorem suam, ne interficerent eum, quia pulchra erat.* XLIII, 32. XLVII, 20. Primae classis sunt haec per ironiam dicta. 1 Reg. XVIII, 27: *clamate alta voce* כִּי אֱלֹהִים הוּא כִּי שִׂיחַ וְכִי שִׂיג לוֹ וְכִי דָּרֶךְ לוֹ *nam is deus est isque nunc meditatur, vel secessit vel negotio vacat* (ן in וְכִי, כִּי omnino disiunctivum videtur).

Nonnunquam vis causalis particulae non statim in oculos incurrit, sententiarum tamen nexu accuratius perpenso, revera in ea inest. Iob. V, 22: *vastationem et famem videre potes et a bestiis agri tibi nihil timendum.* 23: *nam* (כִּי) *cum lapidibus agri tibi foedus erit, et amicitia cum bestiis agri.* Nihil tibi timendum, *quia* ager tuus fertilis erit, nec lapidibus obrutus, nec bestiis infestatus. Jes. V, 10: *nam* (כִּי) *decem iugera vineae unam vini amphoram praebebunt, decem seminis modii unum modium.* Praecesserat: *domus vastatae erunt, nec habitatae:* ingente nempe agrorum sterilitate terra desolabitur. Jes. VII, 21: *illo tempore quisque vitulum alet duasque oves.* 22: כִּי מֵרֹב יְיֵאת חָלָב יֹאכַל כָּל־הַנּוֹתָר וגו׳ ..... *nam lacte et butyro vescentur omnes* cet. Homines in terra desolata frugibus et vino carentes in usu lactis et mellis acquiescent, et *propterea* pecuariae operam dabunt omnes. Cf. XVII, 3 sq. XXX, 9. Alibi refertur ad sequentia (Ps. XXII, 10: *quum extraxeris me ex utero matris* ..... *ne procul absis a me* Comm. 12), vel ad praecedentia quidem, sed paulo remotiora. Jes. VII, 14: *propterea ipse Dominus tibi signum dabit: ecce virgo gravida erit* ..... 16: *nam* (כִּי) *antequam puer discet* cet. Namque hac demum in re, quae Comm. 16. continetur, cernebatur signum et vaticinium (cf. VIII, 4). X, 25: *noli timere* ..... 26: *nam post brevi tempus poena cessabit.* Jos. V, 5. XIV, 12. XVII, 18. Ps. XLV, 11. 12: *obliviscere populum tuum* ..... *ille enim est dominus tuus.* Cf. de simili usu *γὰρ* particulae Herm. ad Viger. p. 846 ed. 3, deque *enim* Ramshornii gramm. lat. §. 119, 1. Atque cum his particulis כִּי in eo etiam consentit, quod poni solet, ubi ad rem tanquam omnibus notam provocamus, nostr. *denn ja, ja* (sententiae insertum). Iob. V, 6: כִּי לֹא יֵצֵא מֵעָפָר אָוֶן *nicht aus dem Boden keimt ja das Unheil.* Jes. XXXII, 6. Proprie causale est etiam Jes. XXXII, 13 (ubi כִּי reddunt immo): *in agro populi mei sentes et cardui crescunt* כִּי עַל כָּל בָּתֵּי מָשׂוֹשׂ קִרְיָה עַלִּיזָה *nam in omnibus palatiis urbis exultabundae* crescunt, nedum in agris. Ceterum maxime in Psalmis reperiuntur exempla, in quibus ita extennata est causalis huius particulae potestas, ut nonnisi connectendae sententiae inserviat vel leviter affirmantis videatur (*ja!* transferre solent interpretes recentiores, vel prorsus omittere), velut Ps. LV, 13. LXXIV, 20. CXLIII, 2 (cf. syr. ܐ Mayer ad Barhebr. p. 12, it. כִּי עַל כֵּן). — Ironice dicta sunt haec Prov. XXX, 4: *quale nomen eius filiique nomen?* כִּי תֵדָע *tu enim scis*, du weisst es *ja*. Iob. XXXVIII, 5. 1 Reg. XVIII, 27 (v. supra).

Denique ad hunc significatum causalem referendus est *αα*) usus particulae post verba affectuum, ut gaudendi Jes. XIV, 29. Ps. LVIII, 11. CV, 38. CVII, 30. CXVI, 1. 2, irascendi Gen. XXXI, 35. XLV, 5, timendi Gen. XLIII, 18. Ps. XLIX, 17, poenitendi Gen. VI, 6. 7: caussam enim gaudii, irae, timoris cet. indicat. *ββ*) ubi ingreditur explicationem (atqui). Jes. V, 7. Iob. VI, 21. Plenior sententia esset: accipite iam, quo consilio haec dicta erant, *nam.* — Est

b) *quod* consecutivum, id indicans, quod ex caussa consequitur, ut in illo: *quae caussa est quod —, non est quod timeas: nihil est quod mihi gratuleris*, cf. gr. *τί γέγονεν ὅτι;* Gen. XX, 9: מָה־חָטָאתִי לָךְ כִּי הֵבֵאתָ עָלַי וְעַל מַמְלַכְתִּי חֲטָאָה גְדֹלָה ..... *quid peccavi in te, quod induxisti super me* ..... *peccatum grande?* XL, 15: *nihil feci* כִּי שָׂמוּ אֹתִי בַבּוֹר *quod* (in quo caussa idonea sit quod) *in custodiam me dederunt.* Jes. XXXVI, 5: *cuinam confisus es, quod defecisti?* cuinam ita confisus es, ut in hac fiducia tibi defectionis caussa esset? Ps. VIII, 5: מָה אֱנוֹשׁ כִּי תִזְכְּרֶנּוּ *quid est homo, quod eius memor es?* quae caussa est quod hominem, exiguum eum et imbecillum, respicis? cf. Exod. III, 11. Jes. XXIX, 16: *num figulus est instar luti, quod opus dicat de opifice: non fecit me.* Latine in huiusmodi exemplis כִּי etiam *ut, ita ut* reddi potest, velut: *num figulus est instar luti, ut opus dicat; cuinam confisus es, ita ut deficeres* al., sed apud Hebraeos tamen non est particula finalis, ut كَيْ Arabum, sed ubique consecutiva. Hos. I, 6: *non amplius miserebar domus Israël* כִּי נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם *ita ut iis ignoscam* (ex miseratione enim Dei consequitur venia peccatorum). Adde Gen. XX, 10. XXXVII, 26. Ps. XLIV, 19. 20. 2 Reg. VIII, 13. XVIII, 34. Iob. VI, 11. VII, 12. 17. X, 5. 6. XV, 14. XXI, 15.

A causali potestate proficiscitur

3) varius eius usus in sententiis *adversativis*. Saepe enim

a) praemissa negatione est i. q. *sed* (sondern). 1 Reg. XXI, 15: אֵין נָבוֹת חַי כִּי מֵת *non in vivis est Naboth, sed mortuus est*, pr. *nam* mortuus est. Gen. XXIV, 3: *ne uxorem des filio meo ex mulieribus Cananaeis* ..... 4: הֵלֵךְ ..... כִּי אֶל אַרְצִי *sed in patriam meam eas* cet. (Comm. 38 eodem contextu positum est לֹא אִם). XLV, 8: *non vos me huc misistis, sed* (כִּי) *Deus*, pr. *nam* Deus me misit. Gen. XIX, 2: לֹא כִּי בָרְחוֹב נָלִין *minime* intrabimus! *sed in platea pernoctabimus*. Gen. III, 4. 5. XVII, 15. XVIII, 15. XLII, 12. 34. XLVII, 22. XLVIII, 18. Ex. I, 19. XVI, 8. Jos. XVII, 18. 2 Par. XX, 15. Ps. XLIV, 8. Jes. VII, 8. X, 7. XXVIII, 27. XXX, 16. LXV, 6. Dan. IX, 18. Cf. כִּי אִם B, 1. Semel pro כִּי אִם B, 2 1 Sam. XXVII, 1: *nihil mihi confert* כִּי אִמָּלֵט *nisi ut fugiam* LXX. ἐὰν μή. — b) Similis ratio est locorum, ubi haud diserta quidem antecedit negatio, sed vis negandi tamen in sententia inest. Latine plenius reddi potest: (minime vero) *sed*, et simpl. *enim*, ut in his Ciceronis (Tusc. 2, 24): num tum ingemuisse Epaminondam putas, quum una cum sanguine vitam effluere sentiret? Imperantem *enim* patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat servientem, pro: Minime vero, nam —, germ. *nein sondern*, *nein denn; aber nein*, *denn ja*. Iob. XXXI, 17: *num solus comedi buccellam meam, num eam denegavi orphano?* 18: *minime sed* (כִּי) *inde a teneris ille me patrem habebat*. Mich. VI, 3: *quid iniuriae tibi intuli?* 4: (nihil) *nam duxi te*, ich führte dich ja cet. Ps. XLIV, 21 — 22: *si obliti essemus Deum* ..... *Deus sane puniret*. 23: *sed contra* (כִּי) *tua caussa mactamur*. Jer. XLIX, 10. Iob. XIV, 16: (utinam in orco me aliquamdiu absconderes, postea tamen in vitam revocares, quanquam hoc fieri non posse video): כִּי עַתָּה צְעָדַי תִּסְפֹּר minime vero! *sed* contra *gressus meos numeras*. Tantum abest ut benevole mecum agas, ut mihi paene insidieris. Ps. XLIX, 11. CXXX, 4. 2 Sam. XIX, 23. Jes. XLIX, 24. 25. Raro c) sine praevia negatione, ut ἀλλὰ γὰρ, *aber ja, aber freilich*. Jes. XXVIII, 28: *triticum trituratur, sed* (כִּי) *non continuo triturat illud* (agricola), v. pag. 348, germ. *aber* man drischt es *ja* nicht immerfort. VIII, 23: כִּי לֹא מוּעָף לַאֲשֶׁר מוּעָק לָהּ *sed* vel *enimvero* (ἀλλὰ γὰρ) *non* semper *tenebrae erunt, ubi* nunc *sunt angustiae*, nostr. *aber* es bleibt *ja* nicht Finsterniss cet. Iob. XXIII, 10 (*aber* er kennt *ja* meinen Wandel). Commendatur haec significatio cum sententiae concinnitate tum analogia particulae compositae כִּי אִם B no. 3, et germ. *sondern*, quod olim etiam sine praevia negatione usurpatum est. Qui eam negant Jes. VIII, 23 כִּי reddunt: *nam*, idque referunt ad consolationes Comm. 9. 10. 17. 18 (Maurer), quae quidem nimis remotae sunt, c. XXVIII, 28 ita interpretantur ex usu litt. b illustrato: *num triticum comminuitur?* minime, *nam non continuo triturat illud* (Hitzig). Est

4) particula temporis, ut אֲשֶׁר no. 5: *quo tempore, quum* (cum indicativo), *quando, ubi* temporale. Sq. praet. Ps. XXXII, 3: כִּי הֶחֱרַשְׁתִּי בָלוּ עֲצָמַי *quo tempore* (dum) *silebam, tabescebant ossa mea*. Iud. II, 18. Ez. III, 19. Iob. VII, 13, frequentius sq. futuro Gen. IV, 12: כִּי תַעֲבֹד אֶת הָאֲדָמָה לֹא תֹסֶף תֵּת כֹּחָהּ לָךְ *quando agrum coles, non amplius dabit tibi vim suam*. XXIV, 41. XXX, 33. XXXII, 18. Jes. XLIII, 2. LX, 5. Jer. II, 26. XII, 1. 6 extr. XIV, 12. XXXVIII, 25. 1 Reg. VIII, 44. 46. 2 Reg. VII, 12. Iob. XXVII, 8. 9. XXXI, 25, eoque cum vi praesentis Iob. XXII, 2: *num homo prodest Deo, ubi prudenter sibi consulit?* Ps. VIII, 4: *ubi aspicio cochum tuum* cet. Jes. VIII, 19: *quando vobis dicunt: consulite* cet. (respondete). Iob. IV, 5. V, 21. Ps. XI, 3. XIII, 5. XXXVII, 24. Jes. I, 12. Lev. XXI, 9 al., sq. part. Jer. XLIV, 19, etiam sine verbo Hos. XI, 1: כִּי נַעַר וַיְיַשְׂרְאֵל *quum* adhuc *puer esset Israël*. Iob. XXXIX, 24. Sexcenties autem in huius generis formulis Gen. VI, 1: וַיְהִי כִּי הֵחֵל הָאָדָם לָרֹב ..... LXX. καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γένεσθαι .... ἔλαβον ἑαυτοῖς κ. τ. λ. v. exempla pag. 372 B, adde 2 Sam. VII, 1. XIX, 26 al., et Ex. I, 10: וְהָיָה כִּי תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה וְנוֹסַף גַּם הוּא *et ubi bellum eveniet, etiam ille adiunget se* cet. vide exempla pag. 373 A., adde Iud. XXI, 22. 1 Sam. X, 7. Jes. XVI, 12. Jer. V, 19. XV, 2 (הָיָה כִּי sq. praet. 1 Sam. I, 12). — Passim prope accedit ad vim conditionalem (cf. אֲשֶׁר B no. 4, gr. ὅτε Passov. no. 4, nostr. *wann* et *wenn*), sq. praet. Exod. XX, 25, et fut. 2 Reg. IV, 29: *si inveneris aliquem, ne benedicas ei*. Gen. XLVI, 33: וְהָיָה כִּי יִקְרָא לָכֶם פַּרְעֹה וְאָמַר ... LXX. ἐὰν οὖν καλέσῃ ὑμᾶς Φαραὼ καὶ εἴπῃ .... ἐροῦτε. Ex. VII, 9. Deut. XIV, 24. Jos. XX, 5, quanquam alibi inter כִּי et אִם conditionale (ut apud Arabes inter إِنْ et إِمَّا) diligenter distinguitur. Ex. XXI, 2: *Quando* (כִּי) *emeris servum Hebraeum, sex annos serviet tibi, septimo egredietur liber*. 3: *Si* (אִם) *solus intrabat, solus egrediatur, si* (אִם) *cum uxore, uxor egrediatur simul*. 4: *Si* (אִם) *dominus ei dedit uxorem* .... 5: *et si* (וְאִם) *dicet servus* cet. Et sic ubique singulis legis conditionibus praemissum est אִם, ab initio totius legis autem כִּי (setze den Fall, *dass*). Cf. eiusdem capitis comm. 7 (כִּי) et comm. 8. 9. 10. 11 (אִם). — Comm. 14. 18 (כִּי) et comm. 19 (אִם). — Comm. 20 (כִּי) et comm. 21 (אִם). — Comm. 22 (כִּי) et 23 (אִם), et sic 26. 27. — 28 coll. 29. 30. 32. Adde Lev. I, 2 (כִּי) coll. Comm. 3 (אִם). — כִּי temporale praemisso nominativo insertum, habes Lev. I, 2. II, 1. IV, 2. V, 1. VII, 21 al. Jes. XXVIII, 18. 1 Reg. VIII, 37. 2 Par. VI, 28. Ez. XIV, 13. XVIII, 5. 21.

Ad usum conditionalem denique pertinent exempla, in quibus idem valet quod plenius גַּם כִּי *etiamsi, etsi, licet*. Exod. XIII, 17: Deus *eos non ducebat in via, quae Philistaeum tendebat*, כִּי הוּא קָרוֹב *etsi haec proxima esset: nam* dixit cet. Ps. XLIX, 19. CXVI, 10.

In explicanda significatione temporali dissentiunt Grammatici. Quibus כִּי est particula primitiva, temporalem significatum a causali repetunt, coll. germ. *weil* (Winer), in quo contra temporalis significatio (est enim a *Hifile*) primaria et ad causalem translata est, quod ad rem ipsam quoque accommodatius est. Multo autem facilius temporalem significatum a pronomine relativo ducas (coll. אֲשֶׁר no. 5).

Ceterum caveant tirones, ne in errorem inducantur a Winero (Lex. p. 473), ex cuius verbis colligas, hanc temporalem particulae potestatem in monumentis Hebraeorum non minus frequentem, quam ὅτε et *quum* temporale in libris graecis et latinis) raram, adeoque dubiam et incertam a se habitam esse. Postquam enim pro temporali potestate unum exemplum laudavit (2 Paral. VI, 28), duo pro conditionali (Jos. XX, 5. 2 Reg. IV, 29), addit: „ceterum alii loci, quos multos afferre solent [vide Noldium p. 370. 373], huc non pertinent", et quattuor exempla ita expedit, ut tribus (Prov. XXX, 4. Iob. XXXIX, 24. Deut. VI, 25) causalem potestatem vindicet (recte quidem Prov. XXX, 4, male duobus reliquis locis), in uno (Ex. III, 21) וְהָיָה כִּי falso explicet: *accidet ut* (p. 373 A) quasi vero his exemplis universa quaestio expedita esset. Nos in usum tironum aliorumque, qui sine propria et assidua V. T. lectione de his rebus indicare volent (quorum hodie non paucos esse nemo ignorat), largiore manu dedimus exempla.

5) Singularis satisque certus eius usus est *in apodosi*, nostr. *dann, so*, quomodocunque cum explicabis. In protasi habetur אִם Iob. VIII, 6: אִם זַךְ וְיָשָׁר אָתָּה כִּי עָתָּה *si purus et probus es*, mox *custodiet te.* יָעִיר עָלֶיךָ XXXVII, 20; אִם לֹא Jes. VII, 9: אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא *si non confiditis, non perdurabitis*; לֹא Iob. VI, 2. 3, לֹא כִּי Gen. XXXI, 42. XLIII, 10, אִלְמֵי (nisi) Num. XXII, 33, אֲשֶׁר (si) Eccl. VIII, 12, יַעַן אֲשֶׁר Gen. XXII, 16. 17. Winerus (p. 472), Maurerus (ad Gen. XXXI, 42) al. ellipsin in his statuunt, videl. (affirmo, puto, censeo) *quod*, id quod commendatur simili usu no. 1, a et non improbabile est, quum usus demonstrativi vel affirmativi, quem alii in hac particula primitivum sumunt, certa vestigia desint.

Variarum significationum in uno loco cumulatarum memorabile exemplum est Jos. XVII, 18: *non erit tibi una tantum sors, sed* (כִּי) *montanum tibi datum sit: quum* (כִּי) *silva sit, hanc succides tuaque sint spatia eius: nam* (כִּי) *expellendi Cananitae, quia* (כִּי) *currus ferreos habent* et *quia* (כִּי) *fortes sunt* i. e. adeo graves sunt et perniciosi, cf. XIV, 12.

Reliquae linguae cognatae hac particula Hebraismo fere peculiari parce utuntur. Arabes habent كَيْ *ut* finale, لِكَيْ id. (v. no. 2, b), Syri ܟܰܕ interrogandi particulam, ut *nam* in quis*nam*, fere i. q. gr. ἄρα, v. Schaaf. h. v. Sed apud Poenos *chi, chy* habetur pro *quod, ut*, v. Plaut. Poen. 5, 1, 2. 9 cf. Monumm. Phoenicia p. 368.

כִּי אִם ponitur A) ita, ut אִם ad sententiam interiectam referatur, et utraque particula vim suam nativam servet. Est igitur 1) *quod, si* (dass, wenn). Jer. XXVI, 15: *scitote* כִּי אִם נְתֵתֶם אֹתִי כִּי דָם נָקִי אַתֶּם נֹתְנִים עֲלֵיכֶם *vos, si me occiditis, culpam sanguinis innocentis contracturos esse.* 1 Reg. XX, 6 (ubi *scito* cogitando addendum est); ita post iurandi formulam 1 Sam. XIV, 39: חַי יְהוָה ... כִּי אִם יִשְׁנוֹ בְיוֹנָתָן בְּנִי כִּי מוֹת יָמוּת. Jer. XXII, 24. In his exemplis post sententiam interiectam כִּי repetitum erat. Alibi pro eo est Vav copulativum 1 Sam. XX, 9: *absit* מִמְּךָ כִּי בְלָהָה תִּהְיֶה *ut, si certior factus sim patrem meum tibi perniciem moliri, tibi non indicem;* alibi nulla prorsus particula Exod. XXII, 22: *si afflixis eum* (orphanum), scito כִּי אִם צָעֹק תִּצְעַק אֵלַי שָׁמֹעַ אֶשְׁמַע צַעֲקָתוֹ *quod, si ad me clamabit, ego exaudiam clamorem eius; quod, quum* (v. אִם no. 4) Gen. XLVII, 18.

2) *nam, si* Exod. VIII, 17. IX, 2. X, 4. Deut. XI, 22. Jos. XXIII, 12. Esth. IV, 14. Jes. X, 22. Jer. XXII, 4. XXXVII, 10. Am. V, 22. Prov. XXIII, 18. Eccl. XI, 8 al.; it. *nam num? num enim?* (cf. אִם B, 1). Thren. V, 22: כִּי אִם מָאֹס מְאַסְתָּנוּ *num enim prorsus sprevisti nos?* i. e. spero te nos non omnino sprevisse cf. Jer. XIV, 19, ubi pro אִם est הֲ.

3) *sed, si* (sondern, wenn; aber, wenn), praemissa negatione. Thren. III, 32: (non in perpetuum reprobat Jova) *sed, si moerore affecit*, וְרִחַם כְּרֹב חֲסָדָיו *etiam misereatur pro benignitate sua:* it. sine praevia negatione (v. כִּי 3, c). Exod. XXIII, 22: *sed, si morem geris voci eius* cet.

4) 1 Sam. XXV, 34 כִּי ingreditur apodosin (v. כִּי no. 5), אִם est negantis in iureinrando, vide אִם no. 5. Sed 2 Sam. III, 35 כִּי ordiur orationem post formulam iurandi (no. 1, b) et אִם est negantis in iureinrando. Verba sunt: *iuravit Davides: ita mihi faciat Deus* כִּי אִם אֶטְעַם *si gustabo* i. e. non gustabo.

B) ita ut utraque particula arctius iuncta ad eanden sententiam referatur: 1) *sed si* (sondern wenn), praevia negatione. Ps. I, 1: *beatus vir, qui non ambulat* (quod idem est atque: si non ambulat). 2: *sed si* (כִּי אִם) *in deliciis habet legem*, inde simpl. *sed* (sondern) praevia negatione, i. q. כִּי no. 3, a, attenuata et neglecta alterius particulae potestate. Gen. XV, 4: לֹא יִירָשְׁךָ זֶה כִּי אִם אֲשֶׁר יֵצֵא מִמֵּעֶיךָ *non hic erit heres tuus, sed qui egredietur ex visceribus tuis.* XXXII, 29: *non vocaberis in posterum Jacobus, sed* (כִּי אִם) *Israël.* Jos. XVII, 3: לֹא הָיָה לוֹ בָּנִים כִּי אִם בָּנוֹת *non habebat filios, sed filias.* 1 Sam. VIII, 19: *minime vero, sed* (כִּי אִם) *rex nobis imperabit.* Exod. XII, 9. Levit. XXI, 14. Num. X, 30. Deut. VII, 5. XII, 5. XVI, 6. Jos. XXIII, 8. 1 Sam. II, 15. XXI, 5. 2 Sam. V, 6. 1 Reg. XVIII, 18. 2 Reg. XXIII, 23. Jes. XXXVII, 19. LV, 10. LIX, 2. LXV, 18. Jerem. III, 10. VII, 5. 32. IX, 23. XVI, 15. XX, 3. XXXIX, 12 (ubi in Keri אִם omissum). Prov. XXIII, 17 al. Nonnunquam negatio ante כִּי אִם cogitando addenda est, ut sit: minime *sed* (cf. כִּי no. 3, b). 1 Sam. XXVI, 10: *per Deum!* כִּי אִם

יְהוָה וְגַם־בְּנוֹ minime ego Saulum caedam *sed Deus caedat eum.* 2 Sam. XIII, 33: *ne commoveri se patiatur rex, quia dicunt, omnes filios regis mortuos esse:* minime *sed* (כִּי אִם) *solus Amnon mortuus est.*

2) *nisi*, nostr. *es sey denn wenn, es sey denn dass*, itidem praevia negatione (cf. germ. *sondern*, quod olim etiam erat i. q. nisi), a) sq. verbo: *nisi quod, praeterquam quod* Gen. XXXII, 27: *non dimittam te, nisi* (כִּי אִם) *benedixeris mihi.* Amos III, 7: *non egit Deus quidquam* כִּי אִם גָּלָה סוֹדוֹ אֶל עֲבָדָיו הַנְּבִיאִים *nisi revelaverit arcanum suum prophetis, servis suis.* Gen. XLII, 15. Lev. XXII, 6. Ruth II, 16. III, 18. 2 Sam. V, 6. — b) sq. nomine: (non, nihil, nemo) *nisi, praeter* (ausser, ausgenommen, es sey denn). Gen. XXXIX, 9: *nihil mihi denegat, nisi* (כִּי אִם) *te, quia uxor eius es.* Comm. 6. Lev. XXI, 2: *cadaveribus ne polluat se, nisi in consanguineo.* Num. XXVI, 65: וְלֹא נוֹתַר בָּהֶם אִישׁ כִּי אִם כָּלֵב. XIV, 30. Gen. XXVIII, 17. Jos. XIV, 4. 1 Sam. XXX, 17. 22. 2 Sam. XII, 3. 1 Reg. XVII, 1. XXII, 31. 2 Reg. IV, 2. V, 15. IX, 35. XIII, 7. 2 Par. XVIII, 30. Esth. II, 15. V. 12. Jer. VII, 23. XXII, 17. Dan. X, 21 al. Loco negationis praecedit etiam interrogatio vim negandi habens. Mich. VI, 8: *quid Deus a te postulat* i. e. nihil a te postulat כִּי אִם עֲשׂוֹת מִשְׁפָּט. Jes. XLII, 19: *quis caecus est* i. e. nemo caecus vocandus est כִּי אִם עַבְדִּי *nisi servus meus?*

3) sine praevia negatione: *sed*, nostr. *aber*, cf. כִּי no. 3, c. Gen. XL, 14: כִּי אִם זְכַרְתַּנִי אִתְּךָ בַּאֲשֶׁר יִיטַב לָךְ וגו׳ *sed* (LXX. ἀλλά. Syr. ܐܠܐ) *memor sis mei tecum, si bene tibi est, et . . . . in memoriam revoca me Pharaoni.* Qui vim adversativam sine praevia negatione negant, nexum ita illustrant: haec (Comm. 13) tibi praedixi iccirco *ut, si memor esses mei ..... in memoriam me revocares Pharaoni*, quod quaesitum est et longe petitum. Num. XXIV, 21. 22: *peremnis est habitatio tua* כִּי אִם *sed tamen exterminabitur Cain.* יִהְיֶה לְבָעֵר קָיִן

C) Iam in superioribus altera particula saepe redundabat et omitti poterat (et quattuor quidem locis אִם in Keri omissum est Ruth III, 12. 2 Sam. XIII, 33. XV, 21. Jer. XXXIX, 12): magis etiam ubi est

1) i. q. כִּי B, 1, a: *quod*, post iurandi formulas. 2 Sam. XV, 21 (Keri omittit אִם). 2 Reg. V, 20, post verbum iurandi Jer. LI, 14, post אִם־נָתַן Ruth III, 12, atque adeo omissa iurisiurandi formula, ita ut fortiter affirmantis sit Ind. XV, 7: אִם תַּעֲשׂוּן כָּזֹאת כִּי אִם נִקַּמְתִּי *si itu agitis, herele ulciscar me.* 1 Sam. XXI, 6: כִּי אִם אֶשְׁמֹר עֲצֻרַת לָנוּ *herele a mulieribus seclusi fuimus.* 1 Reg. XX, 6. (De loco 2 Sam. III, 35 vide supra A, 4).

2) i. q. כִּי causale (no. 2): *nam.* Iob. XLII, 8. — Ceterum de כִּי אִם cf. etiam Köster, Erläuterungen der heil. Schrift p. 109.

כִּי עַל כֵּן, formula difficilis compluribus nuper philologorum disputationibus vexata (vid. Winerus p. 475. Lex. nostr. manuale hebr. germ. ed. 4. I, 871—873. Hitzig in Ephemerid. Jen. 1830 no. 229. Studer ad Ind. VI, 22), quae ad verbum significaret: *nam iccirco*, sed nunquam *consilium finemve* imo potius *rationem* et *causam* rei indicat. Locorum tamen, quibus ea legitur, duplex ratio est. In aliis 1) est: *nam quia*, vel potius: *nam, quia*, ita ut עַל־כֵּן אֲשֶׁר pouatur pro עַל־כֵּן (v. pag. 669, A) *propterea quod, quia*, et ingrediatur protasin, quam deinceps excipit apodosis. Ita tribus locis (quorum duos iam laudavit Studerus): Gen. XXXIII, 10: *accipe donum meum,* כִּי עַל כֵּן רָאִיתִי פָנֶיךָ כִּרְאֹת פְּנֵי אֱלֹהִים וַתִּרְצֵנִי *nam, quia vidi faciem tuam ut faciem Dei* (tam benignam), *tu me benigne excipies.* Omnes quos vidi interpretes et veteres et recentiores כִּי עַל כֵּן male ad antecedentia referunt: *accipe donum meum* (idque te facturum spero) *quia vidi .... et excipies me;* sed nulla est ellipsis. Num. X, 31: *ne deseras nos* כִּי עַל כֵּן יָדַעְתָּ חֲנֹתֵינוּ בַּמִּדְבָּר וְהָיִיתָ לָּנוּ לְעֵינָיִם *nam, quia novisti castrametationem nostram in deserto, eris nobis pro oculis.* XIV, 43: *peribitis gladio* כִּי עַל כֵּן שַׁבְתֶּם מֵאַחֲרֵי יְהוָה וְלֹא יִהְיֶה יְיָ עִמָּכֶם *nam, quia defecistis a Jova, Jova non erit vobiscum.* — 2) Altera classis ea complectitur exempla, in quibus כִּי עַל כֵּן est i. q. עַל כֵּן אֲשֶׁר pro *propterea quod, quia.* Gen. XXXVIII, 26: *ea* (Thamar) *iustior est quam ego,* כִּי־עַל־כֵּן לֹא נְתַתִּיהָ לְשֵׁלָה בְנִי Vulg. *quia non tradidi eam Sela filio meo.* XVIII, 5: *reficite vos ....* כִּי־עַל־כֵּן עֲבַרְתֶּם עַל עַבְדְּכֶם *quia divertistis apud servum vestrum.* Ind. VI, 22: אֲהָהּ אֲדֹנָי יְיָ כִּי עַל כֵּן רָאִיתִי מַלְאַךְ יְיָ *vae mihi, Domine Jova* (pereundum mihi est), *quoniam vidi angelum Jovae de facie* (cf. XIII, 22: מוֹת נָמוּת כִּי אֱלֹהִים רָאִינוּ. Jes. VI, 5: אוֹ לֵי כִּי נִדְמֵיתִי כִּי אִישׁ־טְמֵא־שָׂפָתַיִם אָנֹכִי וגו׳ ubi pro כִּי עַל כֵּן est simplex כִּי). LXX. ὅτι. Vulg. *quia.* Syr. ܕ. 2 Sam. XVIII, 20 Keri: *hodie tu non nuncium perferes* כִּי עַל כֵּן בֶּן־הַמֶּלֶךְ מֵת *quia regis filius mortuus est* (ingratus igitur nuncius est, quem alii potius committam). In Chethibh omissum est כֵּן, quod ita explicandum esset, ut עַל accipiatur pro עַל אֲשֶׁר, sed vix sana erit ista scriptura et כֵּן excidisse videtur propter sequens כֵּן. Jer. XXIX, 27. 28: *quidni cohibes Jeremiam:* כִּי עַל כֵּן שָׁלַח אֵלֵינוּ בָּבֶל לֵאמֹר *quia is* vel *is enim misit nobis litteras Babylonem* cet. Vulg. *quia.* Jer. XXXVIII, 4: *occidatur iste vir* כִּי עַל כֵּן הוּא מְרַפֵּא אֶת־יְדֵי וגו׳ *quia iste frangit animum virorum* cet. (Vulg. *enim*). Demque Gen. XIX, 8: *modo istis viris nihil mali faciatis* כִּי עַל כֵּן בָּאוּ בְּצֵל קוֹרָתִי Vulg. *quia intrarunt in umbram trabis meae* et sic Syr. Saad. Eadem significatione reperitur אֲשֶׁר עַל כֵּן Iob. XXXIV, 27 LXX. ὅτι. Syr. ܕ ܥܠ ܟܝ. — De significatione formulae consentiunt interpretes tantum non omnes, praeeuntibus, ut videmus, iam veteribus interpretibus (Vulg. *quia*, Syr. paene constanter: ? ܥܠ ܟܝ, de LXX v. infra) et Rabbinis (Salomo ben Melech ad Gen. XVIII, 5: כִּי עַל כֵּן נִמְנִי יִשְׁן כָּל כִּי עַל כֵּן בבקרא) et haud scio an paucissimis sententiam suam persuaserit Winerus, qui (ad Simon. Lex. p. 471) significationem illam causalem agnovit quidem, sed uni tantum loco (2 Sam. XVIII, 20) adhibuit, reliquisomnibus *nam propterea* (quod indicet „finem quem aliquod

factum habere possit [Zweck]") interpretandum suasit (quam significationem equidem in uno loco Gen. XIX, 8 ferri posse affirmaverim), de singulorum sententia artificiosius quam felicius disputans (v. contra Hitzig l. c. et Begriff der Kritik p. 147. Studer l. c.). De ea explicanda autem ambigitur, variaeque sententiae in medium prolatae sunt. Aliis enim, ut Hitzigio, Maurero (quibus praiverat de Wettius ad Ps. I, 5 ed. 1), in hac formula causa cum effectu permutata esse videtur, cuiusmodi errores logici si forte huic illive scriptori obrepuerunt, in ipsum linguae usum tamen vix et ne vix quidem transierunt: aliis (v. Studer l. c.) placuit ellipsis integrae apodoseos v. c. Gen. XVIII, 5: *nam, quia transiistis ad me* sc. aequum est ut coenam mecum sumatis: aliis (v. Cler. ad Iud. l. c.), quos ipse secutus sum in Lexx. manualibus, בְּ עַל כֵּן traiectio visa est pro עַל כֵּן בְּ, cuius traiectionis satis certa exempla in Hebraismo et Syriasmo habentur (v. c. יַעַן וְעַל et דְּיַעְוֹל propterea quod, בְּ גַּם pro גַּם בְּ Eccl. IV, 14). Ut meam, quae nunc est, sententiam paucis exponam, in hac disputatione a tribus illis locis, in quibus בְּ עַל כֵּן est: *nam propterea* (quod) proficiscendum est, unde apparet, בְּ ab initio huius formulae primitus vim suam nativam eamque causalem servasse, ideoque minus probabilem esse traiectionem, quae et ipsa haud necessaria est, quum nudum עַל־כֵּן *propterea* (quod) significet. Reliquis locis כִּי עַל כֵּן in unam formulam coaluisse videtur, in qua proprie duae particulae causales cumulatae sunt (nam quia, denn weil), prioris autem vis sensim paullatimque ita extenuata est, ut fere redundet, pariter atque אֲרֵי עַל־כֵּן in chald. אֲרֵי, quod in Targg. pro eo ponitur. — LXX. ferme ubique habent *οὗ ἕνεκεν*. *οὗ ἕνεκεν* i. q. *οὗτινα quapropter*. Videntur hi בְּ pro nota relationis accepisse, ut saepe (v. litt. A), עַל כֵּן = *ἕνεκεν τούτου, διὰ τοῦτον*, unde בְּ עַל כֵּן *οὗ ἕνεκεν*, hoc posterius autem eo significatu, quem non raro apud Graecos habet: *τούτου ἕνεκα ὅτι* (Doederlein ad Oedip. Colon. p. 462) *propterea quod, quia*, quod ipsum contextus locorum postulabat.

בִּי *stigma*, v. rad. בָּוָה.

בִּיד rad. inusit. Arab. كَادَ med. Je. *dolo usus est*, unde كَيْدٌ *fraus*, *dolus* Cor. 12, 5. 28. 34. 52. 20, 62. 72. 62, 41. 68, 42, praeterea: *bellum, exitium*. In Camuso (p. 414) explicatur المكر والخبث والحيلة et كَيْدٌ *fraus et improbitas et astutia et bellum*, et والحرب Harir. Consess. 21 (p. 210) a Scholiasta, quem laudat Schultens. ad Iob. p. 564, explicatur هلاك exitium. Ita hebr.

בִּיד quod semel legitur Iob. XXI, 20: יִרְאוּ עֵינָיו בִּידוֹ *ipsius oculi videant exitium suum*. Targ. תְּבִירְיֵהּ. Syr. ܫܘܝܦ. Kimchi: אידו.

בִּידוֹן m. *iaculum*, hastae minoris genus, diversum a חֲנִית (1 Sam. XVII, 6. 7. 45. Iob. XXXIX, 23), quod a militibus humeris suspensum gestabatur (1 Sam. l. c.), vibrando iaculabatur (Iob. XLI, 21), apud Babylonios et Persas usitatum Jer. VI, 23. L, 42, ita comparatum, ut sublatum procul videri posset (Jos. VIII, 18 coll. 26), probabiliter vexillo ornatum, ut apud nos equitum Polonorum (Uhlanen) hastae. Bene ita Kimchius: הוא החנית שבו נס *haec est hasta, in qua vexillum est*. Similiter Maurerus (ad Jos. l. c.) hastam intelligit, ex qua superne clypeolus suspensus fuerit, sed illud magis placet, quum eiusmodi ornamentum usum hastae impedivisset. Veteres interpretes, quos collegit et diiudicavit Bochartus Hieroz. I, 135—140, cf. Maurer l. c., fluctuant inter *clypeum* et *hastam*, sed illi contextus complurium locorum repugnat (v. Fischer in proluss. de Verss. gr. literarum hebr. magistris p. 135 sqq.). In etymo Bochartum sequor, qui בִּידוֹן repetit a كَيْدٌ *bellum* (v. supra), inde *telum bellicum* (cf. חֶרֶב ensis et حَرْبٌ bellum). Maurerus confert גִּיד, גָּדַד *incidit*, sed tale etymon optare malo, quod etiam ad בִּיד Iob. l. c. accommodatum sit. — גֹּרֶן בִּידוֹן (area iaculi) 1 Par. XIII, 9 est n. pr. loci inter Kirjath-jearim et Hierosolymam, quod 2 Sam. VI, 6 גֹּרֶן נָכוֹן (area probi, vel area firma) appellatur. Quod plerique censent, בִּידוֹן et נָכוֹן quodammodo synonyma fuisse et interpretatione inter se concilianda (vide varias huius generis coniecturas apud Michaëlem in Suppl. Simon. in Lex. et onomast.), mihi parum credibile videtur; magisque in eam sententiam inclino, unum ex altero (כּוֹן ex נכן vel contra) corruptum esse.

בִּידוֹר v. בָּדַר.

בִּיוֹן v. rad. בין.

בִּיוֹר v. rad. בִּיר.

בִּיוֹרִי v. rad. בָּרָה.

בִּיזָיוֹת v. rad. בָּזַז.

בִּיחַ v. rad. בּוּם.

בִּיסָה marsupium, v. rad. בָּוַס.

בִּיר v. rad. בִּיר no. II.

בָּכָה *ita*, v. pag. 631 B.

בְּכָר *circulus*, v. rad. כָּרַר.

בָּל omnes, v. rad. בָּלַל.

בָּלָא fut. יִבְלֶא (Ps. XL, 10. 12. Jes. XLIII, 6), sed in praet. et fut. saepius ita inflexum, ut verba לה imitetur, velut בָּלְאוּ Ps. CXIX, 101, כִּלְּתִנִי 1 Sam. XXV, 33, בָּלֹה 1 Sam. VI, 10, וְכָלְתָה Gen. XXIII, 6 (ut contra בָּלָא Dan. IX, 24 est pro בְּלָה inf. Pi. a בָּלָה).

1) *clausit, inclusit* aliquem Jer. XXXII, 3. Part. pass. בָּלֻא inclusus ibid. Comm. 2. Ps. LXXXVIII, 9. Intrans. clausus est. Hagg. I, 10: בָּלְאוּ שָׁמַיִם מִטָּל *clausi sunt coeli, ut rorem non demittant.*

2) *cohibuit, retinuit*, aliquem Num. XI, 28. Jes. XLIII, 6, aliquid, v. c. ventum Eccl. VIII, 8, labia Ps. XL, 10. 1 Sam. VI, 10: *vitulos eorum retinebant domi.* Sq. acc. pers. et בְּ rei a) retinuit aliquem ab aliqua re. 1 Sam. XXV, 33: אֲשֶׁר בַּלַּתְנִי הַיּוֹם הַזֶּה בְּנִבּוֹא בְּדָמִים *quae retinuisti me hodie, ne in culpam caedis incurrerem.* Ps. CXIX, 101. b) *denegavit* alicui aliquid (jemandem etwas *versagen*), sq. מִן pers. et acc. rei Gen. XXIII, 6: אִישׁ מִמֶּנּוּ אֶת־קִבְרוֹ לֹא יִכְלֶה מִּמְּךָ *nemo nostrum tibi denegabit sepulcrum suum.* Ps. XL, 12 cf. Hagg. I, 10: הָאָרֶץ בָּלְאָה יְבוּלָהּ *terra retinet* (denegat hominibus) *proventum suum.*

3) A separando no. 1. praeterea proficisci videtur notio *diversitatis* in בִּלְאַיִם q. v.

Chald. syr. בְּלָא, ܒܠܐ id., ܒܠܥ sera, aeth. ⁵ΠΛΑ: prohibuit, arab. بَلَأَ custodivit, servavit (aliquem Deus) Cor. Sur. 21, 43. Schult. Hamas. 400. II. retinuit aliquem. In Phoeniciis saltem nomen derivatum exstat: בלת = כלת, בְּלָאת *locus clausus*, de sepulcro, inscr. Melit. 2, lin. 2, v. Monumm. Phoenic. p. 106. Late autem haec radix patet in linguis occidentalibus, et claudendi quidem significatu in *κλείω*, unde *κλεὶς, κλῃΐς, κλαΐς, clavis, claudo*, prohibendi potestate in *κωλύω, κολοιόω*, cf. etiam *celo, occulo.*

Niph. cohibitus est, de aquis Ez. XXXI, 15, de pluvia Gen. VIII, 2. Sq. מִן c. inf. *cohibuit se* i. e. *cessavit* aliquid facere Ex. XXXVI, 6.

בָּלָא m. c. suff. בְּלָאוֹ Jer. LII, 33 1) *inclusio*, inde *carcer*, v. rad. no. 1. Jer. l. c. 2 Reg. XXV, 29, praeter hos locos ubique plenius בֵּית כֶּלֶא 2 Reg. XVII, 4, XXV, 27. Jes. XLII, 7, c. art. בֵּית הַכֶּלֶא 1 Reg. XXII, 27. 2 Par. XVIII, 26. Jer. XXXVII, 15. 18, pl. בָּתֵּי כְלָאִים Jes. XLII, 22.

2) *separatio*, inde *res separata*, diversa (v. rad. no. 3). Legitur in solo duali כִּלְאַיִם *duae res diversi generis, heterogenene* Lev. XIX, 19. Deut. XXII, 9, cf. tractatum Talmudicum כלאים inscriptum. (Respondet aeth. ⁵ΠΛΑ: duo, diversi generis, cf. ⁵ΠΛΑ: alter, alius pr. diversus, ⁵ΠΛΑ: mutavit. Apud Arabes كِلَا f. كِلْتَا est: ambo, ambae, de quo vocabulo ambigunt domestici Arabum grammatici, utrum singularis an dualis numeri sit, quod quidem posterius vix dubium est, v. de Sacy gramm. arab. II, p. 155. 156 ed. alt. et quae ibi laudantur, atque Dschauharium ap. de Sacyum ad Har. Cons. p. 87. Ex hoc quidem scholio praeterea intelligitur, plures Arabes كِلَا ad rad. كَلَّ retulisse, sed miror eandem rationem manifesto falsam secutum esse Freytagium, in Lex. IV p. 50).

בְּלוּא i. q. בָּלָא no. 1 *carcer*. Jer. XXXVII, 4. LII, 31 Keri. Utroque loco in Chethibh est

בְּלִיא, quod sola forma differt.

מִבְלֶה Hab. III, 17 pro נִבְלָא (cf. נוֹרָה Ps. IX, 21 pro מוֹרָא) m. *caula, ovile*, plur. estr. מִבְלְאוֹת Ps. L, 9. LXXVIII, 70.

בִּלְעָם n. pr. filii Davidis et Abigaïlis 2 Sam. III, 3, qui idem in loco parallelo 1 Par. III, 1 appellatur דָּנִיֵּאל, qua de re quid sentiant Hebraei, vide ap. Bochartum, Hieroz. I p. 663. Atque hi nomen interpretantur: *sicut patri* i. e. patri similem, melius Bochartus l. c. confert arab. كَلْبٌ (denom. a كَلْبٌ, ut Canidius, Caninius) n. pr. tribus arabicae.

בָּלַב rad. in verbo inusit., onomatopoëtica, *pulsandi, crepandi* sonum (klapp!) imitans (ut vic. בָּלַךְ), *klappen*. Dicitur a) bene observante Maurero (Cursus p. 124) de valvis cum crepitu decidentibus (*zuklappen*, unde eiusmodi valva ipsa germ. dicitur *Klappe*) v. בְּלוֹב; transfertur b) ad *latratum* canum (quemadmodum nos dicimus: der Hund schlägt an); nostr. *kläffen*, gall. *clapir, clabauder*, suec. *glaffa* i. e. latrare. Inde בֶּלֶב, كَلْبٌ, ⁵ΠΛΒ: canis, a latratu dictus, nam secundaria et a natura canina petita sunt كَلِبَ rabiosus fuit, sitivit, iratus fuit, avidus fuit, كَلِبَ deliravit, كَلِبٌ rabidus fuit. Etiam كَلَبَ I. X latravit, ut eum audirent canes et latrarent, quemadmodum noctu facere solent viatores errantes, proprie est: canem egit, canem imitatus est, sed illud ipsum onomatopoët. esse potest: كَلَبَ *latravit* Kam., nisi fortasse etiam hoc illum specialem usum habet.

כָּלֵב (fort. canis i. e. כֶּלֶב, arab. كَلْبٌ est: rabiosus) *Caleb*, n. pr. quod gesserunt 1) Josuae comes, filius Jephunnes, Num. XIII, 6. XIV, 6. Jos. XV, 14. Inde est Patron. כָּלֵבִי 1 Sam. XXV, 3 Keri, ut bene Chald. מְדַבְּרִית כַּלְבָּא. Hieron. de genere Caleb, quum contra appellative accipiant LXX. ἀνθρωπος κυνικός, et Arabs, qui Syr. ܟܠܒܝ interpretatur: *cani similis in actionibus suis*; it. alii viri 2) 1 Par. II, 18. 19, pro quo כְּלוּבַי Comm. 9. — 3) ibid. II, 50.

כֶּלֶב אֶפְרָתָה n. pr. loci alioqui non cogniti 1 Par. II, 24.

כֶּלֶב m. *canis*. De origine et linguarum cognatarum consensu v. ad rad., parum enim probabile, quod

tentavit Bochartus l. c. p. 662, qui canem a dentium firmitate morsusque tenacitate dictum existimat coll. كَلَبَة dual. forceps, quod ipsum a maxillis caninis nomen habet. Inserviebant canes veteribus Hebraeis tum domibus (Jes. LVI, 10) tum gregibus custodiendis (Iob. XXX, 1), ad hoc, ut hodie in Oriente, v. Oedmann Samml. V, p. 23 sqq., canum dominis carentium famelicorum et mordacium greges et oppida et campos pervagari, cadaveribus avide inhiare (1 Reg. XIV, 11. XVI, 4. XXI, 19. 23. XXII, 38. 2 Reg. IX, 10. 36. Jer. XV, 3. Ps. LIX, 7. 15), adeoque hominibus infesti esse solebant, quo factum est, ut hostes saevi et crudeles poët. *canes* appellati sint Ps. XXII, 17. 21. Quum praeterea *canis* sit animal immundum (Jes. LXVI, 3. canis immundus et amica luto sus Hor. Epp. 1, 2, 26) et vile (cf. prov. arab. الكلب اعلى منه canis nobilior est ipso, de vilissimo mortalium poët. ap. Abulf. Annal. III, 600, جعله بمنزلة الكلب posuit eum in sede canis i. e. vilissimo loco habuit, Schult. ad Iob. 458), per convicium aliquis dicitur *canis*, *canis mortuus*, *caput caninum*, vel, quae est Orientalium humilitas, cum nobilioribus colloquens se ipsum canem appellat. 1 Sam. XXIV, 15 Davides ad Saulum: *quemnam persequeris? canem mortuum, pulicem unicum?* 2 Sam. III, 8: *num caput canis sum, qui benigne ago ..... et tu animadvertis in peccatum istud cum muliere? Caput canis* h. l. nonnulli Hebraei interpretantur *praefectum canum*, *κυναγωγόν*, lat. med. *cinnitum*, cui respondet germ. *Hundsfott* i. e. *Hundsvogt* (v. Adelung Lex. II. 1523), sed quanquam ex Iob. XXX, 1 apparet, hoc munus etiam apud Hebraeos vilissimam habitum esse, id tamen huius loci non est. Nec placet Rosenm. qui *caput canis* canem unum interpretatur (v. ad אִשׁ): imo eodem modo accipiendum videtur atque nostrum *Eselskopf* (caput asininum). IX, 8: *quis est servus tuus, quod respicis canem mortuum, qualis ego sum?* XVI, 9: *quare maledicit iste canis mortuus domino meo regi?* 2 Reg. VIII, 13: *quis enim sum servus tuus canis, ut tantam rem perficiam?* Ad postremum hunc locum cf. quae Knoxius itinerator de Taprobanes (Ceylan) insulae magnatibus refert, quorum alter a rege, quot liberos haberet, interrogatus respondit: *Serenissimi regis canis habet tres catulos* (Your Majesty's dog has three young ones), alter de eo loquens quod fecerit, *membrum canis* (*haula gaut*) i. e. ego, inquit, *hoc illudve fecit* (v. Oedmann l. c. p. 77. 223). In universo autem oriente *canis* per convicium maxime de hominibus impuris et profanis, et hoc quidem sensu a Judaeis de gentilibus (Apoc. XXII, 15 cf. Schöttgen hor. hebr. 1, 1145), a Muhammedanis de Christianis dicitur (v. c. كلب الروم canis iste Graecus, de imperatore Graeco Abulf. Ann. III, 474, cf. Zend-Avesta Kleukeri III p. 24), quum contra apud Graecos *κύων*, *κύσιν* maxime ad impudentiam caninam referatur (v. Bochart. l. c. 668 sqq. Wetsten. N. T. I, 424. II, 274). Quae quidem canum impudentia quum maxime in re Venerea cernatur, *canis* nomen apud Hebraeos denique *scortis virilibus* datum, in lege mosaica Deut. XXIII, 19: *ne offeras in templo Dei mercedem scorti* וּמְחִיר כֶּלֶב *et mercedem canis* i. e. scorti virilis i. q. קָדֵשׁ Comm. 18, ut recte interpretantur Clericus, Oedmannus l. c, Rosenm. ad Bochart Hieroz. T. I. p. 796 Lips., cf. Cod. Nasar. II, p. 2 lin. 4, ubi in inferno memorantur: כַּלְבָּא מְשַׁמְּשָׁא *canes libidinosi et furentes* (nisi h. l. in universum scortatores et adulteri intelligendi sunt); alii, ut Bochartus, Spencerus (de legg. ritualibus Hebraeorum lib. II c. 35) כֶּלֶב sensu proprio accipiunt de *pretio canis*, invito parallelismo. — De cane in universum vide Bochartum, Hieroz. I, p. 662—695.

כְּלוּב m. 1) *cavea* aucupis, in qua aves iam captae ad alias alliciendas inclusae tenebantur, valvulis (Klappen, Fallthüren) instructa, quae, simulatque intraverat avis capienda, cum crepitu decidebant (zuklappen), nostr. *Schlagbauer*, v. rad. Eiusmodi cavea significatur Jer. V, 27: כִּכְלוּב מָלֵא עוֹף כֵּן בָּתֵּיהֶם מְלֵאִים מִרְמָה *ut cavea plena avibus, ita domus eorum plenae sunt fraude.* De cavea aucupis agi, apparet ex versu praecedente. Ad rem cf. Sir. XI, 31 (37): *πέρδιξ θηρευτὴς ἐν καρτάλλῳ* et Aristot. hist. anim. 9, 8. Et huiusmodi cavea dolosa (Oppian. Ixeut. 3, 14) et quaevis alia etiam Graece appellatur *κλωβός*. *κλουβός*, *κλοβός*, vocabulo ex Oriente petito, v. Bocharti Hieroz. P. I. p. 662. P. II. p. 90, du Fresne glossar. med. et infimae Graecitatis p. 668. 669, it. *κάρταλλος* (pr. corbis viminea) Sir. l. c., syr. ܟܠܘܒܐ Jer. et Syr. II. cc. Eodem pertinere videtur ܟܠܟܐ (corbis uvarum passarum) Barhebr. 424 lin. 13, ubi Ee in utroque ms. est, fortasse tamen iam Kirschio auctore ܟܠܟܐ legendum est: ܟܠܟܐ certe in Lexx. syr. arabicis non reperi: denique ܟܘܠܟܘܥܐ et ܟܘܠܟܘܥܐ, quod in Lex. Adleriano explicatur: سلّة قرنل *corbis, canistrum*, apud Bar Alium spec. de corbi uvarum. — 2) *corbis*, a similitudine cavcae, quae viminea esse solebat, fortasse pr. corbis operculo tecta (mit einer Decke zum Zuklappen). Am. VIII, 1. 2: כְּלוּב קָיִץ. Symm. *κάλαθος ἀκάρπου*. Hebraei: כֶּלֶב. Mire Vulg. habet *uncinum ramorum* (cf. כַּלְכֹּב harpago, fuscina).

כָּלָה fut. יִכְלֶה semel תִּכְלֶה (more verborum לא) 1 Reg. XVII, 14 1) *absolutus, perfectus est*, LXX. persaepe *συντελεῖσθαι*. (Origo est in clandendo, nostr. abschliessen, abgeschlossen seyn, vic. radd. כָּלָא et כָּלַל, cf. חָתַם. Ceterum haec radix linguae Hebraeae fere peculiaris est, et pauca tantum eius derivata in lingnis cognatis exstant, v. ad כָּלַל). Dicitur de quovis opere, v. c. de aedificio Exod. XXXIX, 32. 1 Reg. VI, 38. 2 Par. XXIX, 34. Inde a) *paratum est* alicui aliquid i. e. ei instat, maxime de poena, calamitate. Ez. V, 13: כָּלָה

אַפִּי *parata est ira mea* i. e. in eo est ut se effundat. Prov. XXII, 8: שֵׁבֶט עֶבְרָתוֹ יִכְלֶה *virga irae eius parata est*, sq. מִן, מֵעִם (*ab* aliquo) et אֶל (alicui). Esth. VII, 7: כִּי כְלָתָה אֵלָיו הָרָעָה מֵאֵת הַמֶּלֶךְ cf. 1 Sam. XX, 7. 9. XXV, 17. b) *impletum est* vaticinium, quippe quod sine eventu imperfectum sit et fine suo careat (cf. chald. כּוֹף, gr. *τελεῖν ὑπόσχεσιν, μῦθον*). 2 Par. XXXVI, 22. Esr. I, 1. Dan. XII, 7: תְּכַלֶּינָה כָל־אֵלֶּה.

2) *peractus, finitus est*, pr. de tempore alicuius rei Gen. XLI, 53: וַתִּכְלֶינָה שֶׁבַע שְׁנֵי הַשָּׂבָע *et peracti erant septem anni abundantiae.* Ruth II, 23. Jes. XXIV, 13: אִם כָּלָה זְעֵם *ubi peracta est vindemia.* X, 25: כָּלָה זַעַם *peracta est poena*, peractum est tempus poenae. XVI, 4. XXXII, 10. Jer. VIII, 20.

3) *consumtus est* (alle, zu Ende seyn), v. c. de cibo 1 Reg. XVII, 16, sq. מִן Gen. XXI, 15: וַתִּכְלֶה הַמַּיִם מִן *et consumta erat aqua ex utero*, hinc a) *absumtus, confectus est, periit*, sive ferro, sive fame, sive poenis divinis. Jer. XVI, 4: בַּחֶרֶב וּבָרָעָב יִכָּלוּ *gladio et fame absumentur.* Ps. XXXIX, 11: מִתִּגְרַת יָדְךָ אֲנִי כָלִיתִי. XC, 7: בְּאַפֶּךָ נִבְהָלְנוּ. LXXI, 13. Jes. I, 28. XXIX, 20. Mal. III, 6. — b) *contabuit*, de carne, oculis, robore. Iob. XXXIII, 21: וַיִּכְלוּ בְשָׂרוֹ. Prov. V, 11: בִּכְלוֹת בְּשָׂרְךָ וּשְׁאֵרֶךָ, Ps. LXXIII, 26. Thren. II, 11: כָּלוּ בַדְּמָעוֹת עֵינָי *tabescunt lacrimis oculi mei.* Ps. LXXI, 9: כִּכְלוֹת כֹּחִי. — Prae ceteris notanda locutio: כָּלוּ עֵינַי Ps LXIX, 4. CXIX, 82. 123, כָּלוּ כליותי Iob. XIX, 27, נִכְלְהָה נַפְשִׁי Ps. LXXXIV, 3. CXIX, 81, כָּלְתָה רוּחִי CXLIII, 7 i. e. desiderio conficiantur oculi mei, renes mei, anima mea, animus meus i. e. ipse desiderio salutis conficior, enecor vel absol. LXIX, 4. CXLIII, 7, vel sq. לְ alicuius rei v. c. LXXXIV, 3: נִכְלְהָה נַפְשִׁי לַחֲצֵרוֹת יְהוָה. — *Contabescunt oculi* alic. dicitur etiam de iis qui ipsi spe irrita confecti tabescunt, siquidem in oculis languentibus depingitur desiderii affectus Iob. XI, 20: עֵינֵי רְשָׁעִים תִּכְלֶינָה *oculi improborum tabescunt* i. e. ipsi tabescunt. XVII, 5: עֵינֵי בָנָיו תִּכְלֶינָה Thren. IV, 17. Adeoque de bestiis Jer. XIV, 6: כָּלוּ עֵינֵיהֶם כִּי אֵין עֵשֶׂב *tabescunt oculi eorum* (onagrorum), *quia herba non adest.* Cf. Pi. no. 3, b. — c) *evanuit*, ut nubes Iob. VII, 9, fumus Ps. XXXVII, 20. CII, 4, tempus Iob. VII, 6. Ps. XXXI, 11. Jer. XX, 18 (quae quidem exempla alius generis sunt atque ea quae laudavimus no. 2).

Pi. כִּלָּה, 1 pers. כִּלִּיתִי Ezech. VI, 12. VII, 8, et בִּלִּיתִי Num. XXV, 11. Jes. XLIX, 4, בִּלִּית Ez. IV, 6, inf. כַּלּוֹת, absol. כַּלֵּה (max. in formula עַד כַּלֵּה v. no. 3, a), semel כִּלֵּא Dan. IX, 24 1) causat. Kal no 1. *absolvit, perfecit* (vollenden, vollkommen zu Stande bringen). Gen. II, 2: וַיְכַל אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ *et absolverat Deus die septimo opus suum.* Exod. V, 14: מַדּוּעַ לֹא כִלִּיתֶם חֻקְּכֶם *quare non perfecistis pensum vestrum?* Ruth III, 18: כִּי אִם כִּלָּה הַדָּבָר *nisi perfecit caussam.* Lev. XIX, 9: לֹא תְכַלֶּה אֵת פְּאַת שָׂדְךָ לְקֻצֹּר *ne absolvas angulum agri tui demetendo* i. e. ne prorsus demetas angulos agri tui, sed spicilegium ibi relinquas. 1 Reg. VI, 14. Ez. XLII, 15. Ruth II. 21. Eodem referendum Dan. IX, 24: לְכַלֹּא הַחַטָּאת *ad consummandum delictum* (cf. de integro hoc loco pag. 538). Bene LXX. *συντελεσθῆναι τὴν ἁμαρτίαν*. 39 codd. exhibent vulgarem formam בַּצֵּה. — Gen. VI, 16 non multum differt ab עָשָׂה *fecit*. Cf. כָּלִי. Inde *paravit, molitus est* aliquid, velut malum (cf. Kal no. 1, a). Prov. XVI, 30: *qui labia mordet* כֹּלֵה רָעָה *molitur malum*, pr. in animo perficit, decernit. Sed כָּלָה חָנִיתוֹ בְּ, כִּלָּהוּ אַפּוֹ בְּ est: effudit iram suam in aliquem (de Deo) Ezech. VI, 12. VII, 8. XIII, 15. XX, 8. 21. Thren. IV, 11.

2) causat. Kal no. 2, *peregit, finivit*, inde *desiit.* Gen. XLIV, 12: בַּגָּדוֹל הֵחֵל וּבַקָּטֹן כִּלָּה *in natu maximo coepit, et in minimo desiit.* 1 Sam. III, 12: *omnia* הָחֵל וְכַלֵּה *incipiendo et finiendo* i. e. ab initio usque ad finem. Sq. gerundio Gen. XVIII, 33: כַּאֲשֶׁר כִּלָּה לְדַבֵּר *postquam desierat colloqui cum Abrahamo.* XXIV, 19: עַד אִם כִּלּוּ לִשְׁתֹּת *donec desierant bibere*, ebiberant. XLIII, 1: כַּאֲשֶׁר כִּלּוּ לֶאֱכֹל. 1 Par. XXVII, 24: הֵחֵל לִמְנוֹת וְלֹא כִלָּה *coepit numerare sed non desiit*, propter multitudinem. Gen. XXIV, 15. 45. XXVII, 30. Num. VII, 1. Deut. XXXI, 24. Jos. VIII, 24. X, 20. Iud. III, 18. 1 Sam. XXIV, 17. 1 Reg. IX, 1. 2 Par. VII, 1 al. Rarius sq. מִן Exod. XXXIV, 33: וַיְכַל מִדַּבֵּר. Lev. XVI, 20. 1 Sam. X, 13. Ez. XLIII, 23. — *Perficere* est etiam i. q. facere ut desinat, *finem imponere.* Num. XVII, 25: וּתְכַל תְּלוּנֹתָם *et finem impone quiritationibus eorum.*

3) *consumsit*, ut cibum Jes. XXVII, 10, vires Jes. XLIX, 4 cf. Deut. XXXII, 23: חִצַּי אַכְלֶה בָם *sagittas meas consumam in eos*, spec. a) *absumsit, perdidit* homines, populos. Gen. XLI, 30: וְכָלָה הָרָעָב אֶת־הָאָרֶץ *et fames absumsit terram*, saepe de Deo, qui homines fame, peste absumit Num. XXV, 11. Jos. XXIV, 20. Jer. V, 3. XIV, 12. Iob. IX, 22. Ez. XXII, 31, de homine 2 Sam. XXI, 5: הָאִישׁ אֲשֶׁר כִּלָּנוּ. עַד כַּלֹּתוֹ 2 Reg. XIII, 17. 19. Esr. IX, 14, עַד תִּכְלֶה 2 Par. XXIV, 10. XXXI, 1 usque ad internecionem. עַד בַּלּוֹתָם אוֹתָם usque ad internecionem eorum 1 Sam. XV, 18. b) *fecit ut contabesceret,* כִּלָּה עֵינֵי פ׳ fecit ut contabescerent oculi alicuius i. e. ut ipse contabesceret (v. Kal no. 3, b). Lev. XXVI, 16: *phthisis et febris* מְכַלּוֹת עֵינַיִם. Iob. XXXI, 16: וְעֵינַי אֶלְמָנָה אֲכַלֶּה. 1 Sam. II, 33. c) *fecit ut evanesceret* (cf. Kal no. 3, c), v. c. tempus Ps. LXXVIII, 33. XC, 9. Iob. XXXVI, 11 (dies eorum).

Pu. כֻּלָּה Ps. LXXII, 20, כֻּלָּה Gen. II, 1 *absolutus est.*

כָּלָה adj. f. כָּלָה *tabescens* prae desiderio alic. rei (sq. אֶל) Deut. XXVIII, 32, v. rad. Kal no. 3, b. Pi. no. 3, b.

כָּלָה subst. 1) *perfectio, consummatio*, inde in acc. כָּלָה Gen. XVIII, 21. Ex. XI, 1 et לְכָלָה 2 Par. XII, 12.

Ez. XIII, 13 *prorsus, plane.* — 2) *internecio* (v. rad. Pi. no. 3, a). Dan. XI, 16: וְכָלָה בְיָדוֹ *et internecio in manu eius.* Maxime in locutione: עָשָׂה כָּלָה internecionem fecit, ad internecionem delevit (Luth. das Garaus machen). Jer. IV, 27: *desertum erit terra* וְכָלָה לֹא אֲעֲשֶׂה *sed non prorsus delebo* eam. V, 10. Nah. I, 8. 9. Zeph. I, 18. Neh. IX, 31, sq. ב Jer. XXX, 11 et את (אֵת, אוֹת) pers. Jer. V, 18. XLVI, 28. Ez. XI, 13. XX, 17. De formula כָּלָה וְנֶחֱרָצָה v. pag. 525.

כְּלִי m. in pausa כֶּלִי pl. כֵּלִים (a sing. deperdito כֵּלָה) estr. כְּלֵי pr. quicquid factum, confectum, paratum est, a rad. כָּלָה (v. כָּלָה Gen. VI, 16), ve. late patens, ut nostr. Zeug a zeugen i. e. conficere = τεύχειν, spec. 1) *supellex* quaevis Gen. XXXI, 37. XLV, 20. Lev. XV, 4: כְּלֵי־חֶבֶל אֲשֶׁר יֵשֵׁב עָלָיו כְּלֵי עֵץ supellex lignea Lev. XV, 12. כְּלֵי גוֹלָה supellex migratoria Jer. XLVI, 19. כְּלֵי זָהָב, כְּלֵי כֶסֶף vasa aliaque utensilia et ornamenta aurea, argentea Gen. XXIV, 53. Exod. III, 22. XI, 2. XII, 35. Spec. *vas.* כְּלֵי חֶמְדָּה Lev. XI, 33, כְּלֵי הַיּוֹצֵר Jer. XIX, 11 vas fictile, כְּלֵי חֶמְדָּה vas pretiosum. כְּלֵי בַיִת Esr. I, 7, כְּלֵי יְהוָה Jes. LII, 11, כְּלֵי הַקֹּדֶשׁ Num. IV, 15. XVIII, 3 vasa sacra templi, cf. כְּלֵי מִשְׁכָּן Exod. XXVII, 19, כְּלֵי הָאֹהֶל XXXI, 7, כְּלֵי נִיזְבַּח XXXVIII, 3. 30.

2) *vestes* (*Zeug*), *ornatus.* כְּלֵי גֶבֶר vestes viriles Deut. XXII, 5: de cultu sponsae Jes. LXI, 10, adeoque de iugis taurinis 2 Sam. XXIV, 22.

3) *navigium* (Fahrzeug). Jes. XVIII, 2. Cf. σκεῖος et nostr. *Gefäss* de navi.

4) *instrumentum* (Werkzeug). כְּלֵי שִׁיר instrumenta musica 1 Par. XV, 16. 2 Par. V, 13. VII, 6. XXIII, 13. XXXIV, 12. Am. VI, 5. כְּלֵי־נֵבֶל pleon. nablii instrumentum Ps. LXXI, 22. Metaph. כְּלֵי זַעַם יְהוָה instrumenta irae divinae. Jes. XIII, 5. Jer. L, 25. Jes. XXXII, 7: כְּלֵי כְלָיו רָעִים *fraudulenti instrumenta mala sunt*, int. artes, quibus utitur ad consilia sua exsequenda. Gen. XLIX, 5 (cf. מְכֵרָה sub rad. כור).

5) *arma* (Rüstzeug) Gen. XXVII, 3, plenius כְּלֵי מִלְחָמָה Iud. XVIII, 11. 16. Deut. I, 41. כְּלֵי־מָוֶת arma mortifera Ps. VII, 14. נֹשֵׂא כֵלִים armiger 1 Sam. XIV, 1. 6. 7 sq. XXXI, 4. 5. 6. 2 Sam. XXIII, 37. qui duci comes adesse solebat, ut nostr. *Adjutant* cf. Curt. 6, 8. 4, 15. Virg. Aen. 9, 647. 11. 30, Paulsen Regierung der Morgenländer pag. 351. בֵּית כֵּלִים armamentarium (Zeughaus). Jes. XXXIX, 2.

כְּלָיָה tantum in plur. כְּלָיוֹת estr. כִּלְיוֹת f. *renes.* (Chald. sing. כְּלָיָא, syr. ܟܠܝܐ plur. ܟܠܝܬܐ, sam. כְּלָיָא, arab. كُلْيَةٌ et كُلْوَةٌ, minus bene observante Dschauhario كُلْيَةٌ dual. كُلْيَتَانِ plur. كُلًى et كُلِيَاتٌ Kam. p. 1940, ex quo emendandus est Castellus, apud quem كُلْيَةٌ plane delendum est, et كُلْيَةٌ male tanquam plurale notatur. Aethiop. ኵላሊት: plur. ኵላልያት: et ኵላሌ. De etymo dissentiunt. Ac Schultensio quidem Opp. min. p. 32 atque Michaëli in suppl. no. 1140 renes ita dicti videntur utpote bipartiti coll. כְּלָאִים arab. كَلَأَ, quod minus placet, quum כִּלְאַיִם potius duas diversi generis res significet et Arabes hoc vocabulo in sing. duali et plurali utantur: Aben Esrae et Bocharto in Hieroz. I, p. 503 a desiderio et libidine, cuius sedes sint renes coll. Iob. XIX, 27: equidem nescio an כִּלְיָה simpliciter sit fem. a כְּלִי et pr. *instrumentum, vas* significet, quemadmodum medici nostri venas et arteria vasa appellant). Ex. XXIX, 13. 22. Lev. III, 4. 10. 15. IV, 9. VII, 4. VIII, 16. 25. Iob. XVI, 13. Thren. III, 13. חֵלֶב כִּלְיוֹת אֵילִים adeps renum arietum Jes. XXXIV, 6, translate חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה adeps renum tritici i. e. triticum pinguissimum, optimum Deut. XXXII, 14 (cf. חֵלֶב). In lexici Simonisiani edit. 3 et 4 *renes tritici* explicantur grana tritici optimi, quae ob magnitudinem cum renibus comparentur: inepte, quum כִּלְיוֹת arcte iungendum sit cum חֵלֶב, non cum חִטִּים (v. Jes. l. c.): Nierenfett des Weizens, non: Fett der Weizennieren. Adeps autem renum est adeps delicatissimus (das feinste, zarteste Fett).

Saepe metaph. de intimis praecordiis et *intimo animo*, pariter atque לֵב, quocum saepe copulatur. Jer. XI, 20: בֹּחֵן כְּלָיוֹת וָלֵב (Iova) *explorat renes et cor.* XVII, 10. XX, 12. Ps. VII, 10. — Ibid. XVI, 7: *hortantur me renes mei* (instigat me animus meus). Alibi sunt sedes gaudii Prov. XXIII, 16, doloris acerbi Ps. LXXIII, 21.

כְּלָיוֹן estr. כִּלָּיוֹן m. 1) *excidium* (v. rad. Kal et Pi. no. 3, a). Jes. X, 22. — 2) *tabes, contabescentia* (v. rad. Kal et Pi. no. 3, b). Deut. XXVIII, 65, ubi *tabes oculorum* referenda est ad desiderium (patriae) nunquam expletum.

כִּלְיוֹן (i. q. praecedens) n. pr. viri Ruth I, 2. IV, 9.

כִּלְיוֹנִי, Keri כִּלְיוֹנִי n. pr. viri Esr. X, 35.

מִכְלָה f. *perfectio*, semel legitur in plur. מִכְלוֹת זָהָב *perfectiones auri* 2 Par. IV, 21 i. e. ut bene Lutherus: *völlig Gold* (massives Gold), ex auro puro factae, cf. subst. כְּלָה no. 1. Male nonnulli מִכְלוֹת referunt ad rad. כלל.

תִּכְלָה f. *perfectio*, et concr. *perfectum, consummatum.* Ps. CXIX, 96: לְכָל תִּכְלָה רָאִיתִי קֵץ. LXX. συντέλεια et ita omnes vett. interpretes. Non bene J. D. Michaëlis exponit: *spem, fiduciam* a rad. תָּכַל, כָּסַל speravit, confisus est.
memorare, Cananaeos et Pheresitas Gen. XIII, 7, modo tres, Cananaeos, Chivvaeos, Chetitas Ex. XXIII, 28, modo quinque, Cananaeos, Chetitas, Amoritas, Chivvaeos et Jebusitas Ex. XIII, 5, modo sex, Cananaeos, Chetitas, Amoraeos, Pheresitas, Chivvaeos, Jebusitas Exod. III, 8. 17. XXXIII, 2. XXXIV, 11. Jos. XII, 18. modo septem, ita ut illis addantur Gergesitae Deut. VII, 1. Jos. VIII, 10, adeoque decem, ut Kenitae, Kenisitae, Kadmonitae, Chetitae, Pheresitae, Rephaei, Amoraei, Cananaei, Gergesaei, Jebusitae Gen. XV, 19—21, in quorum quidem numero plures sunt, qui non Cananitis gentibus, sed Aboriginibus annumerandi sint, velut Rephaei, Kenitae. b) ampliore significatu omnes illas gentes, quae ante Hebraeos partim Palaestinam cisjordanensem partim Phoenicen habitabant et a Canaane originem repetebant (Gen. X, 15—18). Gen. X, 18. 19. XII, 6. XXIV, 3. L, 11. Jos. XVI, 10. XVII, 12 sqq. Iud. I, 10. 28. 29. V, 19. אֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי i. q. אֶרֶץ כְּנַעַן Ex. III, 17. Deut. XI, 30. Ez. XVI, 3, נִקּוּם הַכְּנַעֲנִי id. Ex. III, 8. Tanquam gentiles et impuri memorantur Zach. XIV, 21. — LXX pro כְּנַעֲנִי et כְּנַעֲנִי vulgo quidem retinent *Χαναάν*, *Χαναῖος*, sed passim tamen habent *Φοινίκη*, *Φοινίξ*, ut כְּנַעֲנִית Exod. VI, 15: *Φοινίσση*, sed Gen. XLVI, 10 *Χαναῖτις*; אֶרֶץ כְּנַעַן Exod. XVI, 35 *μέρος τῆς Φοινίκης*, et Jos. V, 12 *χώρα τῶν Φοινίκων*, Jos. V, 1: כְּנַעֲנִים *βασιλεῖς τῆς Φοινίκης*, בִּלְבֵי הַכְּנַעֲנִי Iob. XL, 25 *Φοίνικες* (cf. *Χαναναία* Mt. XV, 22, et *Συροφοίνισσα*, al. *Συροφοινίκισσα* Mc. VII, 25): atque hoc posterius minus accuratum, siquidem Phoenices nomen apud Graecos nihil nisi septentrionalem Cananaeae partem complectitur ad radices Libani sitam, hebr. etiam צִידוֹן (q. v.) appellatam. — Qua Cananaei, maxime Phoenices, a mercatura celebrabantur, כְּנַעֲנִי

2) *mercatorem* significat (cf. כְּנַעַן no. 3), ut בַּשְּׂדִי Chaldaeus astrologum. Iob. XL, 30 (25). Prov. XXXI, 24. (Targ. כְּנַעֲנִי, כְּנַעֲנִי passim reddit תָּגָר Gen. XXXVIII, 2. Iob. l. c. Jes. XXIII, 8).

כָּנַף rad. in Kal inusit. Arab. كَنَفَ *protexit, tuitus est*, sed pr. (ut recte Schultens Opp. min. p. 276) *texit, operuit*, unde كِنَافٌ tegens, tegumentum. Cognatum est עָטָה.

Niph. *operuit* i. e. *occultavit se.* Jes. XXX, 20: לֹא־יִכָּנֵף עוֹד מוֹרֶיךָ *non amplius se occultabunt doctores tui*, i. e. in publicum prodire poterunt non amplius a persecutoribus vexati. Ita Abulvalides ולא יִתְכַּסֶּה מוֹרֶיךָ *non occultat et obvelat se doctor tuus.* Jarchi: לא יתכסה בכנף בגדיו. In linguis aramaeis כְּנַף est i. q. אָסַף abstulit, quod sequuntur Targ. Saad. Kimchi: *non auferetur tibi amplius doctor tuus*, sed illud praeferendum est, quippe quod prope accedat ad derivatum כָּנָף.

כָּנָף f. (1 Reg. VI, 24. 2 Paral. III, 11. 12) constr. כְּנַף, dual. כְּנָפַיִם constr. כִּנְפֵי, isque tamen saepe pro plur. שֵׁשׁ כְּנָפַיִם Jes. VI, 2, אַרְבַּע כְּנָפַיִם Ez. I, 6. X, 21, plur. constr. כַּנְפוֹת fem. (Deut. XXII, 12. Jes. XI, 12) et masc. (Ez. VII, 2) nonnisi significatione no. 2, a. b.

1) *ala*, a tegendo dicta. (Arab. كَنَفٌ ala, latus rei, regio, protectio. Aethiop. ክንፍ ala. Chald. כְּנָף, sam. כְּנָפָא, syr. ܟܢܦܐ id. Cf. etiam גַּף, ܓܦܐ a verbo cognato גָּפַף, et iad. גָּנַב, in qua *lateris* notio ab ala dicta videtur; it. אַגַּפִּים p. 299). Jes. X, 14. Iob. XXXIX, 13. 1 Reg. VI, 27. Ezech. I, 8 sqq. al. כָּל־צִפּוֹר כָּנָף omnis generis aves alatae Gen. I, 21, צִפּוֹר כָּנָף aves alatae Ps. CXLVIII, 10, כָּל־צִפּוֹר כָּנָף omnis avis alata Deut. IV, 17, צִפּוֹר כָּל־כָּנָף avis cuiuscumque alae Ez. XXXIX, 17 (cf. Comm. 4), כָּל־צִפּוֹר כָּנָף omnis generis aves omnis generis alarum Gen. VII, 14. Ez. XVII, 23. בַּעַל כָּנָף Prov. I, 17 et בַּעַל הַכְּנָפַיִם Eccl. X, 20 alam habens, poët. de ave. Poët. dicunt כַּנְפֵי רוּחַ alae venti Ps. XVIII, 11. CIV, 3, כַּנְפֵי שַׁחַר alae aurorae CXXXIX, 9, propter summam celeritatem, qua ventus et aurora feruntur. Saepe etiam metaph. dr. de tutela et praesidio. Ps. XVII, 8: בְּצֵל כְּנָפֶיךָ תַּסְתִּירֵנִי *sub umbra alarum tuarum absconde me.* XXXVI, 8. LVII, 2. LXI, 5. LXIII, 8. XCI, 4. Ruth II, 12. Malach. III, 20 (IV, 2). (Ita arab. جَنَاحٌ, جَنَفٌ et كَنَفٌ v. c. descendite sub alas meas et alas gentis meae i. e. sub praesidium meum cet. Ham. ap. Schult. ad Iob. 472, sub ala noctis vit. Tim. T. II p. 48, sub alis regis vel inimici patrociniim quaerere Abulphar. pag. 155. Dicunt etiam sub axilla i. e. clientela alic. vit. Tim. I, 338 Mang. Similia ex Graecis dat Grot. ad Mt. XXIII, 37).

2) *ora*, a) vestis, *lacinia*, *πέρυξ*, *πτερύγιον*, plene כְּנַף הַמְּעִיל ora pallii 1 Sam. XXIV, 5. 12. Num. XV, 38. Deut. XXII, 12. Hagg. II, 12, etiam omisso vestis nomine Zach. VIII, 23: כְּנַף אִישׁ יְהוּדִי *ora* pallii *viri Judaei.* Ez. V, 3. Quoniam palliis etiam noctu se involvere solebant Orientales, ponitur pro *ora lodicis.* Deut. XXIII, 1: וְלֹא יְגַלֶּה כְּנַף אָבִיו *neque patris sui lodicem retegat*, i. e. ne patris sui stratum conscendat et violet. XXVII, 20, cf. Ez. XVI, 8: *expandi lodicem meam super te et operui pudenda tua* i. e. in torum meum te recepi. Ruth III, 9: *expande lodicem tuam super ancillam tuam* i. e. in tori societatem me recipias. Targ. vocetur nomen tuum super ancillam tuam, ad accipiendum me in uxorem (cf. Theocr. Idyll. 18, 19 et *ἐπιστώλιον* Luc. I, 35). — b) *ora terrae* (terram enim habitatam cum pallio expanso comparare solebant veteres, in his adeo Eratosthenes, nobilissimus Graecorum geographus). Jes. XXIV, 16: כְּנַף הָאָרֶץ ora terrae. Maxime in pl. constr. כַּנְפוֹת Iob. XXXVII, 3. XXXVIII, 13: כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *orae terrae*, *extrema terrarum*, et Jes. XI, 12. Ezech. VII, 2:

אַרְבַּעַת כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *quattuor orae* s. *margines terrae.* — c) *alae* exercitus Jes. VIII, 8. XVIII, 1 (cf. ad צִלְצַל), unde poët. de *ipso exercitu.* Vide plura ad אֲנַף p. 299 B. — d) *ala* aedificii s. templi esse videtur *fastigium* templi triangulare (der dreyeckige Giebel) gr. *πτέρον, ἀετός, ἀέτωμα*, fortasse ab ornamentis tympani (Giebelfeld) ita dictum, quae in Aegyptiorum maxime architectura globo alato s. duabus alis contineri solebant. Schol. ad Arist. Av. 1110: *τὰς τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ ἀετοὺς καλοῦσιν*, cf. plura apud Laurence ad Ascens. Jesaiae p. 88 et apud intpp. ad Mt. IV, 5, ubi *πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ* eodem modo accipiendum videtur, quanquam *πτέρον ala* etiam de lateralibus aedificiorum partibus dicitur (Schneider ad Vitruv. 3, 3 §. 9). — Semel ita Dan. IX, 27: וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם, quae ducibus punctis masoreticis et legitima syntaxi vertenda essent: *super fastigio abominationum* erit *vastator* i. e. cum templo a se vastato pro arbitrio aget vastator, sed flagitantibus locis parallelis XI, 31. XII, 11 (ubi pro שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם est שִׁקּוּץ שֹׁמֵם, הַשִּׁקּוּץ מְשֹׁמֵם) ita potius accipienda sunt, quasi legeretur וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצֵי מְשֹׁמֵם *et super fastigio* templi collocatae erunt *abominationes vastatoris* i. e. idola Antiochi regis (2 Macc. VI, 2). Theod. *καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων.* Vulg. et erit in templo abominatio desolationis. Ad שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם pro שִׁקּוּצֵי מ׳ cf. גַּיְא בְּרָכִים Ez. XLVII, 4, גַּיְא מַלָּח Jes. XXX, 20, adeoque אֱלֹהִים מְבָאוֹת, pro כְּנַף autem reponendus videtur st. absol. כָּנָף. Alii ex eo usu vocabuli, quem litt. c. illustravimus, interpretantur: *et super alam detestationum vastator* erit i. e. exercitui detestando vastator dux praeerit, sed et huic et multis aliis interpretationibus (vid. v. Lengerke, Maurer al. ad h. l.) obstant loci, quos laudavimus, paralleli.

כָּנַר rad. inusitata, eaque onomatopoët. *sonum tremulum stridulumque* notans, *quem fides pulsatae edunt*, nostr. *schnarren* (knarren), inde כִּנּוֹר cithara, a sono stridulo dicta. Vicina sunt gr. *κίννρος*, nostr. wimmernd, de sono querulo, lugubri, unde gr. *κινύρα*; it. *γίγγρος, γίγγρα, γίγγρας*, lat. *gingrina* i. e. tibia stridulum et querulum sonum edens, et *gingritus* (Geschnatter) anserum.

כִּנּוֹר m. pl. כִּנֹּרוֹת, c. suff. כִּנֹּרוֹתֵינוּ Ps. CXXXVII, 2, semel כִּנּוֹרִיק Ezech. XXVI, 13 gr. *κινύρα, κιννύρα, cithara*, instrumentum musicum pulsatile, idem illud, in quo tractando Davides excellebat (1 Sam. XVI, 23. XVIII, 10), tum in sacris (1 Reg. X, 12. 1 Paralip. XIII, 8. XV, 28. XVI, 7), tum in profanis (Jes. XXIII, 16. XXIV, 8), tum in laetitia (Gen. XXXI, 27. Jes. V, 12. Iob. XXI, 12. Ez. XXVI, 13), tum in luctu (Iob. XXX, 31. Jes. XVI, 11, ubi sonus lugubris ei tribuitur: כִּכְנוֹר יֶהֱמֶה) adhibitum, ita maxime ut carmina ad sonum eius decantarentur Ps. XXXIII, 2: הוֹדוּ לַיהוָה בְּכִנּוֹר. XLIII, 4. XLIX, 5. LVII, 9. LXXI, 22. CXXXVII, 2. CXLIX, 3. CL, 3. Quomodo hoc instrumentum a nablio differat, his verbis aperit Josephus, Archaeol. 7, 12 §. 3: *ἡ μὲν κινύρα, δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ· ἡ δὲ νάβλα, δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις κροέται*, cf. Theodoret. quaest. 34 ad 3 Reg., sed quod cinyram plectro pulsatam esse tradit, huic repugnant verba 1 Sam. XVI, 23. XVIII, 10. XIX, 9, ex quibus hoc instrumentum *manu* tractatum esse intelligitur. LXX in libb. Regum et ap. Neh. *κινύρα* (de qua vide Spanhem. ad Callim. p. 466 sqq.), alibi *κιθάρα*. (Arab. كِنَّارٌ instrumentum musicum, quod manu pulsatur, cithara, chelys, transpositis litteris كِرَانٌ chelys, testudo, كِرِينَةٌ cantrix, fidicina. Syr. ܟܢܪܐ et ܟܢܪܝܐ i. q. כִּנּוֹר. Quum ܟܢܪܐ a Lexicographis Syris etiam „scapus cannabis," explicetur, fuerunt, qui citharam a fidibus e lino vel *cannabi* factis dictam putarent, sed vocabulum syriacum latius patere et plurium plantarum caulem significare videtur. Lex. Adlerianum explicat: تريكى القنّاب والكرمب *caulis cannabis et brassicae*, كرمب enim idem esse videtur quod كرنب brassica. Etymon supra et iam in Lex. man. a nobis propositum, calculo suo approbarunt Maurerus al.).

כִּנֶּרֶת (i. q. כִּנּוֹר) Deut. III, 17. Jos. XIX, 35, כִּנְרוֹת (plur. citharae) 1 Reg. XV, 20, כִּנְרוֹת Jos. XI, 2 n. pr. oppidi Naphtalitarum, probabiliter ad mare Galilaeum siti, quod quidem mare ab eo nomen accepit יָם כִּנֶּרֶת Num. XXXIV, 11. Jos. XIII, 27, יָם כִּנְרוֹת Jos. XII, 3. Alii hunc lacum a similitudine citharae dictum esse voluerunt. In Targg. ll. cc., ubi de oppido et lacu agitur, ponitur nomen recentius גִּנֵּיסַר, גִּנֵּסַר, גִּנֵּסַר, unde gr. *ἕλωϱ Γεννησάρ* 1 Macc. XI, 67, *Γεννησαρῖτις λίμνη* Jos. Antiqu. 18, 3, *Γεννησὰρ λίμνη* ibid. 2, 25. 3, 17, in N. T. *Γεννησαρέτ* (al. codd. *Γεννήσαρ, Γεννησαρέθ*) Matth. XIV, 34. Marc. VI, 53. Luc. V, 1. Erat hic lacus centum stadiorum longitudine et quadraginta stadiorum latitudine, atque tum ab aquarum dulcedine et salubritate tum a piscium abundantia celebrabatur (Jos. bell. iud. 3, 10 §. 7). Vid. Relandi Palaestina p. 258 sqq. Buxtorf. Lex. chald. p. 460. Lightfoot Opp. II, p. 222.

כְּנַשׁ chald. i. q. hebr. כָּנַס *congregavit.* Inf. Dan. III, 2.

Ithpe. congregavit se Dan. III, 3. 27. In Targg. creberrimum, v. Buxt.

כָּסָא rad. inusit. i. q. כָּסָה *texit.*

כֶּסֶא Prov. VII, 20 (ubi 2 codd. כסה) et כְּסֶה Ps. LXXXI, 4 (ubi 18 codd. כסא) *plenilunium.* (Syr. ܟܣܐ, ܟܣܝܐ id. Isa bar Ali: ܟܣܐ ܕܠܝܠܐ ܐܪܒܥܣܪ ܘܗܘ ܐܪܒܥܬ ܡܛܠܥ ܣܗܪܐ *est plenilunium, nox quarta*

decima, qua oritur luna plena, في الاعياد التي تشهر *in pl. festa quae celebrantur medio mense.* In Peschito V. T. כְּסָא bis ponitur, altero loco de die XV mensis (1 Reg. XII, 32), altero de die XXIII (2 Par. VII, 10), unde apparet, non solum primum diem, sed integram hebdomadem plenilunii intelligi. Quod vero utroque hoc loco de plenilunio Tisri mensis agitur, id casui debetur, neque unquam linguae usus ad hunc mensem coercitus est, ut haec exempla monstrabunt, Assem. bibl. II, 304: ܒܝܘܡ ܟܣܐ ܕܝܪܚܐ ܐܝܬ ܠܗ ܠܣܗܪܐ ܐܝܬ ܠܗ ܠܡܣܟ ܒܝܘܡ ܟܣܐ ܕܝܪܚܐ *iciunium nativitatis quidam celebrant a plenilunio Novembris quadraginta dies.* p. 277: ܒܟܣܐ ܕܝܪܚܐ *plenilunio Decembris.* Adde Barhebr. 224. 496. 523. 584. Ephraem. Syr. III, 144. 594. 604. Act. Mart. I, 175 ubi כְּסָא opponuntur noviluniis (ܚܕ̈ܬ ܪܝܫ̈ܐ). Prov. l. c. לְיוֹם חַגֵּנוּ בָּא בֵּיתוֹ *ad diem plenilunii domum venit* (maritus meus) Aqu. εἰς ἡμέραν πανσελήνου. Hieron. in die plenae lunae. Ps. LXXXI, 4: בְּכֶסֶה לְיוֹם חַגֵּנוּ *plenilunio, die festi nostri*, vel paschatis, vel tabernaculorum festi, quod quidem utrumque plenilunio celebrabatur. — Etymon incertum, nisi plenilunium inde dictum est, quod totum *luce tectum* sit, coll. Ps. CIV, 2: עֹטֶה אוֹר כַּשַּׂלְמָה.

כֶּסֶא (bis כִּסֵּא Iob. XXVI, 9. 1 Reg. X, 19) c. suff. כִּסְאִי, כִּסְאֵךְ pl. כִּסְאוֹת m. 1) *solium* i. e. sella alta tum stragulis tum *velo pensili* (nostr. Himmel, Thron-Himmel) *cooperta* v. rad. כָּסָה (Arab. كُرْسِيّ, aram. כֻּרְסְיָא, ܟܘܪܣܝܐ, littera ר ante geminatam inserta, *rs* pro *ss*, v. ad litt. ר. Etiam in rad. Samaritani habent ⟨illegible⟩ pro כִּסֵּא). כִּסֵּא שֵׁן solium eburneum 1 Reg. X, 18. כִּסֵּא הַמְּמְלָכָה Deut. XVII, 18. 2 Sam. VII, 13. כִּסֵּא הַמַּמְלָכוֹת 1 Par. XXII, 10. 2 Par. VII, 18. Esth. I, 2. V, 1, כִּסֵּא הַמְּלוּכָה 1 Reg. I. 46 solium regium. Inde de *regio imperio*. Gen. XLI, 40: רַק הַכִּסֵּא אֶגְדַּל מִמֶּךָּ *tantum* quod *solium* attinet *maior ero te* i. e. tantum regiam dignitatem mihi servo. Ps. XLV, 7: כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד *solium tuum* est *solium Dei in aeternum*, imperium tuum a Deo fundatum est et stabit in aeternum (p. 98). Inde *firmare solium* i. e. imperium Jes. XVI, 5. De solio Dei Ps. IX, 5. XLVII, 9. Jes. VI, 1. Iob. XXVI, 9. Dicitur etiam 2) de *cathedra* summi pontificis 1 Sam. I, 9. IV, 13; de *tribunali* iudicum Ps. CXXII, 5 (cf. Dan. VII, 9). XCIV, 20: כִּסֵּא הַוּוֹת tribunal sceleste, inde de imperio s. iurisdictione Neh. III, 7: כִּסֵּא עֵבֶר הַנָּהָר *tribunal* (iurisdictio) *praefecti transeuphratensis*; de solio castrensi Jer. I, 15, de *quavis sella* 2 Reg. IV, 10. Prov. IX, 14, sed maxime de *sede honorifica*. כִּסֵּא כָּבוֹד 1 Sam. II, 8, inde metaph. Jes. XXII, 23: וְהָיָה לְכִסֵּא כָבוֹד לְבֵית אָבִיו *eritque* (Eljakimus) *sedes gloriae familiae eius* i. e. ab eo redundabunt honores in omnes gentiles eius.

כֶּסֶא *ἅπ. λεγόμ.* Exod. XVII, 16, quod plerique veteres interpretes acceperunt pro כֵּס, quod ipsum Cod. Sam. in textum recepit. Sed flagitante contextu reponendum est נֵס *vexillum*. Ita verba Comm. 15: *et exstruxit Moses altare, et appellavit nomen eius: Iova vexillum meum* (יְהוָה נִסִּי). 16 *ei dixit*: כִּי יָד עַל כֵּס יָהּ, lege: כִּי עַל נֵס יָהּ. Vide Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 34.

כַּסְדִּי chald. *Chaldaeus*, alibi כַּשְׂדִּי Esr. V, 12.

כָּסָה *texit, operuit* (vic. כָּבָה et כָּשָׁה). Syr. ܟܣܐ id. et induit, ⟨illegible⟩ vestimentum, ⟨illegible⟩ texit, operuit, ⟨illegible⟩ tegumentum, vestis, chald. כְּסָה operuit, abscondit. Arab. كسا induit. In Kal nihil exstat nisi part. act. כָּסֶה Prov. XII, 16. 23 et pass. כָּסוּי Ps. XXXII, 1. Longe usitatius est

Pi. כִּסָּה 1) *texit.* Coniungitur a) sq. acc. rei Ex. X, 5: וְכִסָּה אֶת עֵין הָאָרֶץ *et* (cicadarum examen) *operiet faciem terrae.* Num. IX, 15. XXII, 5. Iob. XXXVI, 30 (metaph. Ez. VII, 18. Ps. LV, 6). b) sq. עַל rei, ut alia verba tegendi, v. c. סָכַךְ, סָתַר, q. d. tegumentum fecit *super* aliquam rem. Num. XVI, 33: וַתְּכַס עֲלֵיהֶם הָאָרֶץ *et terra operuit eos.* Lev. IV, 8: חֵלֶב הַמְכַסֶּה עַל הַקֶּרֶב *adeps ilia tegens.* Iob. XXI, 26: רִמָּה תְּכַסֶּה עֲלֵיהֶם הַתּוֹלַעַת *vermes tegunt eos.* Ps. CVI, 17. 2 Par. V, 8. Hab. II, 14. Sed in loco simili c) sequitur בְּ Jes. XI, 9. — *Texit aliquem* (aliquid) *aliqua re* ponitur aa) sq. acc. pers. et בְּ tegumenti. Lev. XVII, 13: וְכִסָּהוּ בֶּעָפָר. Iob. XV, 27: כִּסָּה פָנָיו בְּחֶלְבּוֹ *operit faciem suam adipe suo*, de homine, qui ventri deditus est. Num. IV, 5. 8. 11. Jes. LI, 16 al. bb) sq. dupl. acc. Ez. XVI, 10: וָאֲכַסֶּךְ מֶשִׁי *et texi te serico.* XVIII, 7. 16: וְעֵרֹם כִּסָּה בֶגֶד *et nudum tegit veste.* Ps. CIV, 6. cc) sq. עַל pers. et בְּ tegumenti. Ps. XLIV, 20: וַתְּכַס עָלֵינוּ בְּצַלְמָוֶת *tegebas nos caligine.* dd) c. acc. tegumenti et עַל rei tegendae (etwas decken über etwas) Ez. XXIV, 7: לִכְסוֹת עָלָיו עָפָר *ad operiendum eum* (sanguinem) *pulvere.* Iob. XXXVI, 32: עַל בַּכַּפַּיִם כִּסָּה אוֹר *luce tegit manus suas.* Denique intrans. ponitur pro: *operuit, texit se*, sq. בְּ Gen. XXXVIII, 14: וַתְּכַס בַּצָּעִיף *et operuit se velamine.* Dent. XXII, 12, sq. acc. Jon. III, 6: וַיְכַס שָׂק *et operuit se sacco.* — Ceterum nota has locutiones: *tegit aliquem* pudor Mich. VII, 10, ignominia Ps. XLIV, 16. Jer. LI, 51, terror Ez. VII, 8. Ps. LV, 6; *operit Deus faciem iudicum* i. e. occaecat eos ut se iniquos praebeant Iob. IX, 24; *operit iniuria aliquem* (uxorem) i. e. iniuriis cumulat, obruit Mal. II, 16. Translate

2) *occultavit, celavit* (cf. chald.), c. acc. rei Prov. X, 18: מְכַסֶּה שִׂנְאָה *occultat odium.* XXVIII, 13: מְכַסֶּה *qui occultat peccata sua.* XII, 16. 23. XVII, 9.

Iob. XXXI, 33. Ps. XXXII, 5. XL, 11, sq. עַל pers. Deut. XIII, 9: לֹא תְכַסֶּה עָלָיו *non occultabis eum* i. e. in tutelam tuam recipies. Sq. acc. rei et בְּעַד pers. Gen. XVIII, 17: הַמְכַסֶּה אֲנִי מֵאַבְרָהָם אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה. — *Occultare alicui* calamitatem, malum est i. q. eum reddere immunem a calamitate. Iob. XXIII, 17: וּמִפָּנַי כִּסָּה אֹפֶל *et* (quia non) *occultavit a facie mea tenebras*, eas a me non propulsavit, arcuit. XXXIII, 17.

3) *operuit* peccatum i. e. *condonavit;* sq. acc. Ps. LXXXV, 3, sq. עַל Prov. X, 12. Neh. III, 37 (IV, 5): אַל־תְּכַס עַל עֲוֹנָם *ne condones peccatum eorum.* Ps. XXXII, 1: כְּסוּי חֲטָאָה *cuius peccatum opertum* i. e. remissum *est.* Cf. כִּפֶּר.

4) sq. אֶל pers. praegn. *clam credidit* alicui aliquid. Ps. CXLIII, 9: אֵלֶיךָ כִּסִּיתִי.

Pu כֻּסָּה (unde bis כֻּסֵּה Ps. LXXX, 11. Prov. XXIV, 31) et כֻּסֶּה, unde fut. et part. מְכֻסֶּה pass. Pi. *tectus, opertus est* Gen. VII, 19. 20, sq. בְּ tegumenti 1 Par. XXI, 16: הַזְּקֵנִים מְכֻסִּים בְּשַׂקִּים Eccl. VI, 4, sq. acc. Ps. LXXX, 11: כֻּסּוּ הָרִים צִלָּהּ *obtecti erant montes umbra eius.* Prov. XXIV, 31.

Niph. i. q. Pu. Ez. XXIV, 8, sq. בְּ rei Jer. LI, 42.

Hithpa. operuit, velavit se, sq. בְּ rei 1 Reg. XI, 29. 2 Reg. XIX, 2. Jes. LIX, 6, sq. acc. Jon. III, 8: וְיִתְכַּסּוּ שַׂקִּים.

כְּסֵה i. q. כְּסָא solium, q. v.

כְּסוּי, nonnisi constr. כְּסוּי עוֹר tegumentum e pellibus factum. Num. IV, 6. 14.

כְּסוּת f. 1) *tegumentum, operimentum.* Ex. XXI, 10. XXII, 26. Iob. XXIV, 7. XXVI, 6. XXXI, 19. Metaph. כְּסוּת עֵינַיִם *operimentum oculorum* est i. q. munus piaculare alicui datum, ut in aliqua re (reprehensione digna) *oculos claudat* i. e. conniveat (das Auge zudrücken), s. *munus veniae impetrandae causa datum, placamentum, mulcta.* Sic enim expediendus est locus ab interpretibus parum feliciter tractatus Gen. XX, 16: הִנֵּה הוּא לָךְ כְּסוּת עֵינַיִם לְכֹל אֲשֶׁר אִתָּךְ וְאֵת כֹּל נָכָחַת *en hoc* (mille siclorum donum) *sit tibi mulcta pro omnibus, quae tecum* facta sunt, *et coram omnibus.* Cf. XXXII, 21: אֲכַפְּרָה פָנָיו בַּמִּנְחָה *obtegam faciem eius* i. e. placabo cum *munere.* Verum iam viderat Alexandr., ab interpretibus vel neglectus vel non intellectus, reddens: ταῦτα ἔστω σοι εἰς τιμὴν τοῦ προσώπου σου, nam τιμή est mulcta, pretium (Il. I, 159) i. q. alibi *τίμημα. Donum* intelligit etiam Targ. Hierosol. *ecce hoc argentum tibi datum* sit *donum pro eo quod occultata fueris a marito tuo nocte una*, similia habet Pseudojon., quanquam hic pro *dono* (מַתְּנָא) habet *velamen oculorum.* Ex verba: *et hi* (sicli) *tibi sunt velamen oculorum* (מַחְוִירָא דַעֲנִינָךְ) *pro eo quod occultata es a marito tuo nocte una et viderim te.* — Plerique interpretes *tegumentum oculorum* volebant *velum, velamen* esse, integrumque locum sic vertebant satis arbitrarie: *ecce hoc tibi sit velamen oculorum* i. e. his mille siclis (haud parvo sciliet pretio!) eme tibi velamen, *omnibus qui tecum* sunt *et* omnino *omnibus* i. e. ut his omnibus pateat, te esse marito nuptam. Addunt solas mulieres nuptas vela gestasse, virgines iis abstinuisse: quod moribus Orientis plane contrarium est et probari nequit.

2) *vestis.* Deut. XXII, 12.

סוּת f. i. q. כְּסוּת abiecto כְּ vocali carente. Gen. XLIX, 11: *lavabit in vino vestem suam* (לְבוּשׁ) *et in sanguine uvarum* סוּתֹה *vestimentum suum.* Aben Esra: סוּתֹה כְּנִי כְּתָבוֹ וְחָסַר כַּף, et recte quidem, quanquam enim aphaeresis Caph litterae in Hebraismo sine exemplo est, eadem tamen in mediis vocibus sequenti litterae assimilatur (v. מִס, נִיסָה ex נְסִי, מִכְסָה), et *ks* (x) ab initio vocum etiam in aliis linguis emolliri solet in *s*, ut ξέν, σίν; ξίμβη aeol. pro σίμβη: vet. pers. *kschesch*, خش, *Kschwersche*, شخش (v. אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ). Ita etiam Saad. et Arabs Erp. كِسْوَة, Syr. ܟܣܘܬܐ, LXX. *περιβολή* (cf. *περιβόλαιον* pro כְּסוּת Exod. XXII, 26. Deut. XXII, 12. Iob. XXVI, 6. Jes. L, 3). Vulg. pallium, et eandem interpretationem secutus est diasceuasta Samaritanus, qui כסותו more suo in textum recepit (v. Comment. de Pent. Sam. p. 33). Ceterum nemo peius de h. l. disserit quam J. D. Michaëlis (p. 1733), qui pro interpretatione illa antiquitus recepta, quam „turpem errorem" appellare non veretur, novam substituit omni probabilitate carentem a وَسَى coloravit, وِسَى vestes acupictae, ita ut סוּת sit pro סִיָּה, וְסָוָה a וָסָה, وَشَى, cuius radicis nullum aliud apud Hebraeos vestigium exstat.

כֻּסֹּת pl. f. כֻּסָּתוֹת *pulvini* Ez. XIII, 18. 20. LXX. *προσκεφάλαια.* Symm. *ὑπαγκώνια.* Vulg. *pulvilli*, et ita Syr. et Chald. Singularis כֻּסֹּת saepius reperitur in Talmude, ut Taanith II, 1, ubi copulatur cum בַּר, quod in Aruch explicatur de pulvillo maiore, super quo cubatur, כֻּסֹּת de cervicali, sed contra ab Elia in Tisbi; Celim 28, ubi est כֻּסֹּת הַסְּבָכִים pulvillus baiulorum, quem oneri supponunt, Mikv. 10. — Ceterum ת in כֻּסֹּת, licet non radicale et nota fem. gen. sit, in plurali servatum est, ut in בֵּלָּת, דַּלְתוֹת, קֶשֶׁת, קִשְׁתוֹת aliisque eius generis vocibus (Lgb. 474); etiam Arabes a كِسْوَة habent كِسَاءٌ culcitra.

מְכַסֶּה cstr. מִכְסֵה m. *tegumentum*, tentorii Exod. XXVI, 14. XXXV, 11. XXXVI, 19. XXXIX, 34. XL, 19. Num. III, 25. IV, 10. 12. 25 al., arcae Noachicae Gen. VIII, 13.

מְכֻסֶּה pr. Pi. tegens, inde 1) *tegumentum* Jes. XIV, 11, de operimento navis, quod tentorio simile est, Ezech. XXVII, 7 (Kimchi: מכסה אהל הספינה לכסות על פני הספינה מזרם ומיטר ומחורב, cf. Gen. VIII, 13); inde *vestimentum* Jes. XXIII, 18. — 2) *omentum* intestina tegens Lev. IX, 19, plene הַחֵלֶב הַמְכַסֶּה אֶת־ הַקֶּרֶב Exod. XXIX, 13. 22.

בָּסַח *amputavit* vic. radd. בָּצַח, קָצַח, קָצַע, קָצַץ, קָצַן, it. גָּזַז, גָּזָה, גָּזַז. Jes. XXXIII, 12: קְוֹצִים בְּסוּחִים. (Kimchi: סרוחים. Jarchi: קצוצים). Ps. LXXX, 16 de vite: שְׁלֻחָה בָאֵשׁ בְּסוּחָה. Syr. et chald. בְּסַח, ܒܣܚ putavit, amputavit, ut vitem. Arabico كسح a Castello inter alia etiam tribuitur *amputandi* significatus, sed sine auctoritate. Vulgo est: verrit, everrit, unde

בְּסוֹחָה Jes. V, 25 nonnulli interpretantur: purgamentum i. q. ܟܣܝܚܐ. Sed non dubitandum, quin ב ibi sit servile, v. סוּחָה.

בָּסָל rad. in verbo minus usitata, quam in nomm. derivatis diversae significationis. Primaria potestas videtur 1) *carnosus, pinguis fuit*, unde בֶּסֶל *lumbus*. Ab hoc nomine est 2) verbum denom. duplici significatu a) *fortis, firmus fuit* (quoniam roboris sedes in lumbis est), *fiducia plenus fuit* (unde בֶּסֶל, בִּסְלָה fiducia), et b) *clumbis, debilis, languidus fuit* (arab. كَسِلَ, v. ad rad. בָּשַׁל); it. quod inde prope abest, *stultus fuit* (cf. נָבַל, נְבָל, נְבָלָה, et vicissim vce. fortitudinem significantia ad *virtutem* relata, ut חַיִל), nisi statuere mavis, *stultitiae* potestatem transpositis litteris petitam esse a בָּלַע stultus fuit. Ita semel in verbo fut. A. Jer. X, 8: וְנִבְסְלוּ, praeterea in derivv. בְּסִיל, בְּסִילוּת, בֶּסֶל no. 3, בִּסְלָה no. 2.

בֶּסֶל m. 1) *lumbus* (Iob. XV, 27). Pl. בְּסָלִים lumborum musculi interni prope renes, quibus adeps adhaeret, ψόαι, ψοῖαι, ut recte Symmachus. Lev. III, 4. 10. 15. IV, 9. VII. 4. Iob. XV, 27: וַיַּעַשׂ פִּדְרָה עַל בְּסָלָיו *et* (*quia*) *fecit* i. e. produxit *adipem super lumbis suis*, saginabat sese γαστρίδορλος. Dein *viscera, ilia* Ps. XXXVIII, 8. Cf. Bocharti Hieroz. T. I, p. 506 sq.

2 *fiducia, spes*. Ps. LXXVIII, 7. Iob. VIII, 14. XXXI, 24. Prov. III, 26: כִּי יְהוָה יִהְיֶה בְּכִסְלָךְ *nam Jova erit tanquam spes tua* (כ est pleon. s. essentiae p. 171). Chald. בְּסַלְכָךְ. Sed Vulg. in latere tuo, fortasse a signif. no. 1.

3) *stultitia*. Eccl. VII, 25.

כִּסְלָה f. 1) *fiducia, spes*. Iob. IV, 6. — 2) *stultitia*. Ps. LXXXV, 9.

כְּסִיל m. pl. כְּסִילִים 1) *stultus* (LXX plus quam quinquagies ἄφρων), persaepe in Proverbiis (I, 22. 32. III, 35. VIII, 5. X, 1. 18. 23. XIII, 19. 20. XIV, 7. 8. 24. 33. XV, 2. 7. 14. XVII, 10. 12. 16. 21. 24. 25. XVIII, 2. 6. 7. XIX, 1. 10. 13. 29. XXIII, 9. XXVI, 1. 4. 5. 6. 8. 11 al.) et in Ecclesiaste (II, 14. 15. IV, 5. 13. 17. V, 2. VII, 4. 5. 6. 9. X, 2. 12), alibi raro (Ps. XCII, 7. XCIV, 8). Passim adiuncta est impietatis notio Prov. XV, 20. XIX, 1. Opp. חָכָם Eccl. II, 16. VI, 8. — Prov. XIX, 1 sunt, qui כְּסִיל coll. XXVIII, 6 *divitem* interpretentur, quod vix licebit, neque opus est. Sententia XIX, 1 est: טוֹב רָשׁ הוֹלֵךְ בְּתֻמּוֹ *praestat* (i. e. felicior est *pauper ambulans in integritate sua, quam perversus labiis* (fallax, fraudulentus) *isque stultus* (impius), sed XXVIII, 6: טוֹב רָשׁ הוֹלֵךְ בְּתֻמּוֹ עָשִׁיר וְהוּא עִקֵּשׁ *praestat pauper ambulans in integritate sua, quam perversus, etsi dives*. Syr. quidem כסיל reddit *dives* ex loco parallelo, et Vulg. inserui: *dives*, sed aegre tibi persuadeas, tantae frequentiae vc. semel alia significatione acceptum esse, etsi concedam, a *pinguedinis* notione (v. rad. et בֶּסֶל) *divitias* derivari potuisse.

2) *sidus coeleste* Am. V, 8. Iob. IX, 9, de quo Iob. XXXVIII, 31: אִם מְשַׁכְתָּ מַעֲדֹנוֹת כִּימָה אִם מוֹשְׁכוֹת כְּסִיל תְּפַתֵּחַ *an vincula Chesili solvere potes?* Plerique vett. interpretes *Orionis* sidus intellegunt, quod Orientales ܟܶܝܠܳܐ, כֶּסֶל, גְּבָרָא i. e. *gigantem* appellant (v. Michaelis suppl. p. 1319 sqq.), videnturque Orientales sidus illud sub figura gigantis *impii* (כְּסִיל stultus, impius) coelo alligati sibi informasse. Quum in Chronico Paschali (p. 36) et apud Cedrenum (p. 14) narretur, Nimrodum gigantem, Babyloniae conditorem, a Persis in coelum relatum esse, sidusque a Graecis Orion dictum apud eos Nimrodi nomen gerere, Michaelis l. c., quem sequitur Ilitzig ad Jes. XIII, 10, hunc mythum astrologicum iam in V. T. locis respici suspicatur, ita ut כסיל non alius sit quam Nimrodes propter *impietatem* in coelum translatus: cui quidem coniecturae hoc maxime obstat, quod de Nimrodis impietate et perdnellione fabulae recentioris originis sunt et ultra Flavii Josephi aetatem ascendere non videntur, quum in ipso V. T. contra eximia eius in venando virtus laudetur (Gen. X, 9).

Plur. כְּסִילִים Jes. XIII, 10 q. d. *Oriones* s. *gigantes* coeli, i. e. maiora coeli sidera, Orioni similia, ut lat. *Ciceriones*, *Scipiones* appellantur viri Ciceroni, Scipioni similes. — Abulwalides ap. Kimchium *Sirium* s. *Canopum* intelligit: כתב רבי יונה כי הוא כוכב גדול נקרא בערבי סהיל והכוכבים המתחברים אליו נקראים על שמו כסילים, ܣܗܝܠ enim est *canopus*, stella lucida in australi navis gubernaculo, quanquam etiam latius patet et ad omnes stellas maiores in australi coeli parte refertur (v. Freytag. l. c. Niebuhr. descr. Arabiae p. 112). Plura v. apud Hydium, ad Ulughbeighi tabb. stell. p. 54. Michaëlem in suppl. l. c. Idelerum, über Ursprung und Bedeutung der Sternnamen p. 240. 263 et in Comment. nostro ad Jes. XIII, 10.

כְּסִילוּת f. *stultitia* Prov. IX, 13.

כִּסְלוֹן (fiducia, spes) n. pr. oppidi in finibus tribus Judae, alibi חַרְ־וְעַדִים Jos. XV, 10. Teste Hieronymo erat vicus praegrandis in finibus Aeliae.

כִּסְלוֹן (id.) n. pr. viri. Num. XXXIV, 21.

כִּסְלוֹת (fiduciae) c. art. הַכִּסְלוֹת n. pr. oppidi in tribu Issachar Jos. XIX, 18.

כְּסָלוֹת־תָּבוֹר (lumbi Taboris, vel fiducia Taboris, de urbe munita) n. pr. oppidi in radicibus montis Tabor, ad orientales terminos Sebulonitarum Jos. XIX, 12, alibi brevius תָּבוֹר dicti Vers. 22. 1 Par. VI, 62.

* * *

כִּסְלָו Zach. VII, 1. Neh. I, 1 (כִּסְלֵו Eccl. XI, 2 Targ.), *Χασελεῦ* 1 Macc. I, 54, *Χασλεῦ* al. *Χασλὲβ* Jos. Antiqq. 12, 5 §. 4. 7 §. 6 mensis nonus Hebraeorum, a novilunio Decembris incipiens, qui apud Josephum *Ἀπελλαῖος* Macedonum respondet (v. Spanhem. ap. Havercamp. T. II p. 407). De etymo e linguis Semiticis repetendo (fuerunt enim, qui ducerent a كَسِلَ ignavus fuit, q. d. mensis ignavus) iam diu est quod desperarunt Philologi; verum tum aliorum vocabulorum menses Hebraeos designantium tum huius nostri originem e lingua Persica repetendam esse, nuper demum ostendit Th. Benfey, die Monatsnamen einiger alten Völker, Berlin 1836. Ac primum quidem vir doctus observat, in inscr. Palmyrena a Swintone edita (Philos. Transactions Vol. 48 tab. 25, no. X coll. graeca no. 19) cum mensem, qui Graece *Ἀπελλαῖος* appellatur (i. e. כסלו), scribi כסלול, non פלללול, ut legerat Swinton (et post eum Eichhornius, Koppius) nomen Palmyrenum Graeco nomini simile fuisse ratus: quam eius lectionem non possumus non per omnia probare *). Plenior igitur forma vocis כסלו erat כסלול. Dein, postquam nomina illa Persicae originis esse et maximam partem geniorum coelestium nomina fuisse effecit, huius mensis, qui apud Persas sextus est, nomen شَتْرِيور pazend. *sahrèvar*, zend. *khshatravairja* (i. e. rex ad quem se convertere debent petentes, nomen Amschaspandi tertii, Burnouf Commentaire sur le Yasna p. 146. 151. 174) idem esse observat, quod כסלול et כסלו, ita quidem ut vox zendica, quae apud Persas recentiores contracta et emollita est in شَتْرِيور, *ja* syllaba abiecta apud Semitas (r pro more in l mutato) transiret in כסתלול, et electo t (ut apud Persas) in כסלול: quae quidem coniectura audacula videri possit, ab auctore tamen argumentis non contemnendis commendata est (v. pag. 17 sqq. 52 sqq. 124—126).

כַּסְלֻחִים Gen. X, 14. 1 Par. I, 12 n. pr. populi ab Aegyptiis originem ducentis, ex probabili sententia Bochartı (Phaleg. IV, 31), *Colchii*, quos Aegyptiorum colonos esse veteres scriptores memoriae prodiderunt (Herod. 2, 104. Diod. 1, 28. 55. Strabo I, 3 extr. Dionys. Perieget. 689. Schol. ad Apoll. Rhod. 4, 277. Ammian. 22, 8. Val. Flacc. Argon. 5, 121); certe aliae coniecturae vix memoratu dignae sunt, ut Forsteri (Ep. ad Michaël. p. 16 sqq.), qui Casiotin provinciam inter Gazam et Pelusium intelligit, a monte Casio dictam. LXX cod. Vatic. *Χασμωνιείμ*, al. *Χασλωνιείμ, Χασδοδιείμ*, ex quibus omnibus, quippe plus minusve corruptis, nihil proficitur. Colchiorum autem nomen ex pleniore forma כסלח, emisso s, ortum esse, non incredibile videtur.

כָּסַם *totondit, detondit* (caput), semel legitur Ez. XLIV, 20. Vicina sunt קָצַץ, גָּזַם aliaque a קץ et גז ordientia. Inde

כֻּסֶּמֶת f. Ex. IX, 32. Jes. XXVIII, 25 pl. כֻּסָּמִים Ez. IV, 9 frumenti species aristam tritici instar *detonsam* habens, *far*, *adoreum* (triticum spelta Linn.) gr. *ζέα, ὄλυρά*, nostr. *Spelt, Dinkel*, arab. كُرْسُنَّة, quod idem vc. est atque hebr. (m et n permutatis et r inserto), Saad. apud Jes. l. c. Ad ea, quae de hoc frumento disputarunt Celsius (Hierob. II, p. 98) et J. E. Faber (Analekten herausgegeben von Keil und Tzschirner I, 1 p. 14 sqq.), addere placet verba Abulwalidis, quibus plura dubia ab illis auctoribus relicta solvuntur: في الكرسنة ويسميه اهل الشام الكنيت واهل العراق يسمونها الجلبان وانما عرفتك باختلاف التسميه لكي ما ان رايت غيرى قد سماها بغير سميتها انا به لبلا تستوحش وترتاب *haec spelta est, quam Syri quidem appellant* كنيت (syr. ܟܢܝܬܐ, כּוּנְיָא), *Iracenses* جلبان: *ego autem te certiorem facio de nominum varietate, ne in dubitationes et errores incurras, si forte hoc frumentum ab aliis aliter, atque a me, appellari audiveris.* جلبان (quod male *pisa* reddunt) Saadias Exod. l. c. posuit pro כֻּסֶּמֶת, idemque memorant Talmudis interpretes. Nam כוסמין Mischna Cilaim 1, 1 in Talmude Babylonico exponitur גולבא, quod idem est et Cohen de Lara arabice گولب appellari asserit. R. Tanchum ibi כוסמין explicat علس, quo vocabulo Ibn Beithar reddit *ζέαν* Dioscoridis et Galeni. Cf. de *ζέα* Salmas. homonym. hyles iatricae c. 68.

כָּסַס 1) pr. *partitus est, dividit, distribuit* (vic. verbo חָצַץ, aliisque a קץ, כס et גז ordientibus), unde מָכָס. — 2) *numeravit, supputavit* (cf. מָנָה). Semel legitur Exod. XII, 4: אִישׁ לְפִי אָכְלוֹ תְּכֻסּוּ עַל הַשֶּׂה *quemque secundum comestionem suam numerabitis ad agnum* i. e. vel plures vel pauciores ad agnum comedendum admittatis, prout hi vel multum vel parum comedunt, ut infantes, senes, aegroti. LXX. *συναριθμηθήσεται*. Onk. תְּחַשְּׁבוּן. Syr. ܬܬܚܫܒ.

מָכָס m. (ut מֵיתָר a נָתַר, חָמֵשׁ a חָמַשׁ, בָּלַל a תָּבַל) *portio, tributum*, quod Jovae datur Num. XXXI, 28. 37—41. LXX. *τέλος*. Vulg. pars. Onk. נְסִיבָא. Syrus

*) In ipsas litteras: ꡎꡋꡓꡃ, de quibus observandum est, primam necessario esse כ, non פ; alteram Samech litterae multo similiorem, quam Lamed, duoque Lamed se excipientia etiam in voce *Ἀπελλαῖος* ferri non potuisse.

et Saad. retinent مَكْسٌ, مَكْسٌ, quod est: census, vectigal, unde novum verbum مَكَّسَ tributum collegit, it. nomen denom. rabbin. מוֹכֵס, syr. et arab. مَكْسٌ, مَكَّاسٌ, مَكْسٌ publicanus. Adoptarunt hoc nomen adeo Armeni, qui scribunt մաքս. Vide contr. מַס.

מְכָסָה f. praecedentis 1) *numerus*. Exod. XII, 4. LXX. ἀριθμός. Vulg. numerus. — 2) *pretium* emtionis. Levit. XXVII, 23.

מַס m. *tributum*. (Vulgo male ducunt a מָסַס, quia tributum sit „virium dissolutio et confectio“, vel auctore Michaële, a מָשַׁשׁ mulsit, cepit opes paullatim, partem post partem. Mihi persuasum est, מַס contractum esse ex מָסָס, ut fem. מִדָּה mensura, numerus, ex מְמֻדָּה. Litterarum *ks* s. *ks* in extremis vocibus abiecto *k* emollitarum exempla multa offert Graecia et Latium, ut *Aiax*, *Aïας*; *pistrix*, *pistris πίστρις*; *ὄρυξ* dor. *ὄρυξ*; mixtus, mistus; sestertius pro sextertius; it. *x* et *ss* inter duas vocales instar hebr. *micsa*, *missa*: Ulixes, Ulysses; *μαλάσσω*, malaxo, adde *maximus* et ital. *massimo*; *Alexander* et *Alessandro*). Paene ubique de *tributo manibus praestando* s. *operâ servâ*, *angariâ* (plene מַס עֲבֹד tributum serviens 1 Reg. IX, 21, et coner. de *ipsis operariis*. 1 Reg. V, 27: וַיַּעַל הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה מַס מִכָּל־יִשְׂרָאֵל *et ascendere fecit rex Salomo operarios* (Fröhner) *ex omni Israël* וַיְהִי הַמַּס שְׁלֹשִׁים אֶלֶף אִישׁ *eratque numerus operarum triginta millia*, cf. IX, 15. 2 Par. VIII, 8. Crebrae sunt formulae: הָיָה לָמַס Deut. XX, 11. Ind. I, 30. 33. 35. Jes. XXXI, 8. Thren. I, 1. Prov. XII, 24 et הָיָה לָמַס עֹבֵד Gen. XLIX, 15. Jos. XVI, 10 operae servae praestandae obnoxius fuit. נָתַן לָמַס Jos. XVII, 13, שִׂים לָמַס Ind. I, 28 et שָׂם מַס עַל Esth. X, 1 servam operam imposuit alicui. אֲשֶׁר עַל הַמַּס praefectus operarum s. angariae 2 Sam. XX, 24. 1 Reg. IV, 6. V, 14 XII, 18. 2 Par. X, 18. Plur. מִסִּים, unde שָׂרֵי מִסִּים praefecti operarum Ex. I, 11.

מִסָּה fem. praecedentis i. q. מִמְסָה no. 1. *numerus* (v. ad praecedens מַס). Inde estr. בְּמִסַּת secundum numerum, *pro numero*, *pro ratione*, *prout*. Semel legitur Dent. XVI, 10: *et celebrabis festum hebdomadum Jovae* מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ אֲשֶׁר תִּתֵּן *pro ratione doni spontanei, quod manus tua offeret*. LXX. καθὼς ἡ χεὶρ σου ἰσχύει. Saad. عَلَى مِقْدَارِ نَيْلِ يَدِكَ. Multo frequentior est haec locutio apud Aramaeos. In Targg. בְּמִסַּת saepe est pro hebr. כְּ, בְּדִי, כְּ v. c. כְּמִסַּת אִמְרָא Lev. V, 7 pro כְּדִי שָׂגָה, כְּמִסַּת Deut. XV, 8 pro כְּדִי מַחְסוֹרוֹ, כְּמִסַּת וְדָא דְּמַלְכָּא Esth. I, 7 pro כְּדִי הַמְּלֻכָה, et apud Syros ܟܡܣܬ, estr. ܒܡܣܬ, ܒܡܘܟܬ pr. *numerum* significat, et ponitur pro hebr. מִמְסָה, ex quo ipso contractum est Exod. XII, 4, dein pro בְּמִסַּת, בְּמִדַּת Exod. XVI, 16. Lev. XXV, 26. Prov. XXV, 16. Num. VI, 21. Thom. de Novaria explicat: מִמְּנִי, ut supra Saadias interpretatus est hebr. מִסַּת. Apud Ephraem. Opp. II, 507 est: ܡܣܬ ܡܣܬ (lege ܡܫܬ) pro ratione oculorum nostrorum, cf. III, 172.

כָּסַח 1) *palluit*. (Chald. palluit, 'ob pudorem, ignominiam, horrorem, v. Buxtorf. p. 1066. Eiusdem originis est arab. كسف et خسف defecit sol, luna, caligavit oculus). Vide Niph. no. 1 et פָּסַח. Inde 2) *desideravit*, sq. ל pers. Iob. XIV, 15: לְמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ תִּכְסָף *opus manuum tuarum desideras*, sq. gerundio Ps. VII, 20: וְאַתָּה יָכֹן צַדִּיק וּבֹחֵן לִבּוֹת וְכִלְיוֹת.

Niph. 1) *palluit* prae pudore (nam non *rubore* tantum, sed etiam *pallore* pudor indicatur, v. חֹוֶר et talmud. חלבין pudore affecit, cf. comment. ad Jes. XXIX, 22), *pudore affectus est*. Zeph. II, 1: הַגּוֹי לֹא נִכְסָף *gens sine pudore*, impudens, invercecundus.

2) i. q. Kal no. 2. Gen. XXXI, 30. Ps. LXXXIV, 3: נִכְסְפָה וְגַם כָּלְתָה נַפְשִׁי לְחַצְרוֹת יְהוָה.

כֶּסֶף c. suff. כַּסְפִּי m. 1) *argentum*, a pallore dictum, ut gr. ἀργυρος ab ἀργος albus, et contra זָהָב aurum a colore flavo, cf. צָהַב. (Syr. ܟܣܦܐ, sam. ׳ג׳׳ש id.). Gen. XXIII, 15: אַרְבַּע מֵאוֹת שֶׁקֶל־כָּסֶף *quadringenti sicli argenti* Comm. 16. Lev. XXVII, 3. 6. Jos. VII, 22, saepius tamen omisso vc. שֶׁקֶל v. c. אֶלֶף כֶּסֶף mille (sicli) argenti. Gen. XX, 16. שִׁשִּׁים כֶּסֶף viginti sicli argenti. XXXVII, 28. XLV, 22. Deut. XXII, 19. 1 Reg. X, 29. Jes. VII, 23. Hos. III, 2. — *Argentum purgare* et *cliquare* metaph. dr. pro purgare populum a sordibus peccatorum Jes. I, 25. Malach. III, 2. 3.

2) *pecunia*, quia argenti frustis pensis, non signatis, antiquitus pro pecunia utebantur et maxima pecuniae pars argentea erat. (Cf. ἀργύριον, argent). Gen. XXIII, 13. XLIII, 15. 21. XLVII, 15. 16. Exod. XXII, 6. Num. III, 49. 51. Deut. XXIII, 20. Jes. LV, 1 al. קִנְיַן כֶּסֶף quod pecunia emtum est, max. de mancipio emto Gen. XVII, 12. Ex. XII, 44, de quo Ex. XXI, 21: כִּי כַסְפּוֹ הוּא *is enim est pecunia eius*. Plur. *argenti frusta*, *pecuniae* Gen. XLII, 25. 35.

כַּסָּף chald. id. *argentum*, st. emphat. כַּסְפָּא Dan. II, 35. V, 2. 4. 23. Esr. V, 14. VI, 5. VII, 17. 18.

כַּסְפְּיָא semel legitur Esr. VIII, 17, n. pr. oppidi (כַּסְפְּיָא) alicunde ignoti in itinere inter Babylonem et Hierosolyma; nam neque *Lydae Caspiae* (Cleric. al.), neque *Kaswin* urbs (Schirmeri observatt. in lib. Esr. II, 29), quae insuper recentioris originis est, in hoc itinere sitae sunt.

כֶּסֶת pulvinar, v. rad. כָּסָה.

בָּעַן chald. *nunc*, et

בָּעֶנֶת chald. *ita*, v. pag. 652 B.

בָּעַס fut. יִבְעַס 1) *stomachatus est*, *indignatus est*, *aegre tulit*. Eccl. V, 16. VII, 9. Ps. CXII, 10. Neh. III, 33 (IV, 1). — 2) *succensuit*, *iratus est* Ez. XVI, 42, sq. אֶל pers. 2 Par. XVI, 10. (Sam. ▽ע iratus fuit, ▽ע ira. Praeterea in Phoeniciis reperitur בעש moeror inscr. Tugg. lin. 5, monumm. Phoenic. p. 190. Quod Schult. ad Prov. XVII, 25 originem ponit in fronte *corrugato*, mere coniecturale est, nam كعس nihil tale significat. Sed in Arabicis conferri potest بعط iratus fuit).

Pi. בִּעַס i. q. Hiph. *aegre fecit* alicui (kränken) 1 Sam. I, 6, *irritavit* (Deum) Deut. XXXII, 21.

Hiph. 1) *aegre fecit* alicui, *stomachum* s. *indignationem movit* alicui (jem. kränken, ärgern). 1 Sam. I, 7: *quotiescunque ascendebat in domum Jovae*, כֵּן תַּכְעִיסֶנָּה *aegre fecit ei*. Neh. IV, 5 (III, 37): *moerore affecit* (betrüben) Ez. XXXII, 9: וְהִכְעַסְתִּי לֵב עַמִּים רַבִּים. Deut. XXXII, 21. — 2) *irritavit*, saepe de hominibus, qui peccatis, maxime idolorum cultu, Jovam irritant, sq. בְּ. Deut. XXXI, 29: לְהַכְעִיסוֹ בְּמַעֲשֵׂה יְדֵיכֶם *irritando eum per opus manuum vestrarum* i. e. adorando opus m. v. XXXII, 16: בְּתוֹעֵבוֹת יַכְעִיסֻהוּ. 1 Reg. XIV, 9. 15. XVI, 2. 7. 13 sqq. Ps. LXXVIII, 58. Jes. LXV, 3. Jer. VII, 18. VIII, 19. XI, 17. XXV, 7. XXXII, 29. 30. 32. XLIV, 3. 8. Ez. VIII, 17. Passim plenius dicitur: הִכְעִיס כַּעַס, ut 1 Reg. XV, 30: בְּכַעְסוֹ אֲשֶׁר הִכְעִיס אֶת יְהוָה. 2 Reg. XXIII, 26. Nonnunquam accusativus *Jovam* omissus est. 1 Reg. XXI, 22: אֶל הַכַּעַס אֲשֶׁר הִכְעַסְתָּנִי *propter iram*, ad *quam irritasti* (me). 2 Reg. XXI, 6 (cf. 2 Par. XXXIII, 6, ubi suffixum additur). XXIII, 19. Hos. XII, 15. LXX. παροργίζω, παροξύνω.

כַּעַס m. 1) *aegritudo*, *moeror* (Kummer, Gram). Eccl. I, 18. II, 23. VII, 3: טוֹב כַּעַס מִשְּׂחָק *melior est moeror* (tristitia), *quam risus*. XI, 10. Ps. VI, 8: עָשְׁשָׁה מִכַּעַס עֵינִי *marcescit prae moerore oculus* vel *vultus*) *meus*. X, 14. XXXI, 10. Prov. XVII, 25: כַּעַס לְאָבִיו בֵּן כְּסִיל *moeror patri est filius stultus*. XXI, 19: אֵשֶׁת מִדְיָנִים וְכַעַס *mulier litigiosa et morosa* (grämlich, verdriesslich). — Deut. XXXII, 27: כַּעַס אוֹיֵב *aegritudo*, qua *hostis* me afficiet. — 2) *ira*. Deut. XXXII, 19. 1 Reg. XV, 30. Ez. XX, 28: כַּעַס קָרְבָּנָם *ira sacrificii eorum*, pro, sacrificium eorum iram meam excitaturum. Plur. כְּעָסִים irae 2 Reg. XXIII, 26. LXX plerumque ὀργή, θυμός.

כַּעַשׂ m. i. q. כַּעַס no. 1, in solo Iobi libro V, 2. VI, 2. X, 17. XVII, 7.

בָּעַע *incurvavit*, *inflexit*, *depressit* (vic. כָּפַף), hinc *domuit*. (Chald. et Talmud. כבא depressit, subegit, coëgit, avertit, v. Buxtorf. p. 1070, arab. كَفَأَ avertit, divertit). Prov. XXI, 14: מַתָּן בַּסֵּתֶר יִכְפֶּה אָף *munus clam datum deprimit iram*. LXX. ἀναιρέσει ὀργάς. Syr. ܟܦܥ frangit iram. Contra Chald. מְבַעֲבָא רוּגְזָא, Symm. σβέσει ὀργήν, Vulg. *extinguit ires*, coll. כָּבָה extinxit, quod de ira dicitur Jer. VII, 20. Non bene Schultens in Animadverss. philol. ad h. l. *sufficit irae* sc. sedandae, coll. arab. كَفَى suffecit.

בָּפַל 1) i. q. חָלַק: *aequaliter distribuit*, *divisit*, *partitus est*, unde חֵלֶק: pars, portio, arab. كِفْلٌ i. e. ضِعْف portio, simile, par, tantundem, et dual. כִּפְלַיִם כִּפְלָיִם duae portiones, duplum Cor. 57, 28. 4, 87. Inde 2) *duplicavit*, *bis complicavit* Exod. XXVI, 9. Part. כָּפִיל duplicatus Exod. XXVIII, 16. XXXIX, 9. (Chald. בְּפַל duplicavit, circumvolvit, syr. ܐܬܦܠ duplicatus, implexus fuit, v. c. de coma. A duplicando praeterea est significatio *usurae* et foeneris in נָשַׁךְ, a complicando significatio *claudendi* in נָשַׁף, it. סָפַל, סָפֵל sera, pessulus, atque res inextricabilis, v. sub כִּפְלַיִם).

Niph. duplicatus s. iteratus *est*. Ez. XXI, 19 (14).

כֶּפֶל *duplicatio*. (Arab. كِفْل qui duplum accepit, poët. de Joho Cor. 21, 85). Iob. XLI, 5: כֶּפֶל רִסְנוֹ *duplicatio rictus eius*, i. e. rictus duplice dentium serie munitus.

Dual. כִּפְלַיִם 1) pr. *duae plicae*, *complicationes*. Sic in verbis Iob. XI, 6, quae parenthesin efficiunt: כִּי כִפְלַיִם לְתוּשִׁיָּה *nam complicationes* sunt *sapientiae* eius i. e. Dei sapientia est complicata, occlusa, inextricabilis, simulque varia et infinita. Cf. supra *claudendi* significationem in radice, nec non chald. בְּפָלָא locus impeditus, tortuosus pr. complicatus Jes. XL, 4 Targ. Non male Syrus: *propterea quod obices* (סָפֵל) *sunt sapientiae*. Al. *Etenim duplum sapientiae* sc. לוֹ ei est i. e. abundat sapientia. — 2) *duplum*, arab. كِفْلَانِ (v. supra) Jes. XL, 2.

מַכְפֵּלָה (portio, pars, sors, ut aethiop. ፍል ለት:) n. pr. regionis in vicinia Hebronis, ubi sepulcrum Sarae erat. Gen. XXIII, 17. 19. XLIX, 30. L, 13. מְעָרַת הַמַּכְפֵּלָה spelunca in Machpela XXIII, 9. XXV, 9. Veteres intpp. reddunt, quasi appellativum sit, LXX τὸ σπήλαιον τὸ διπλοῦν. Vulg. spelunca duplex.

בָּפַן arab. كَفَنَ *convolvit* (cf. בָּפַל), *nevit*, unde aram. בְּפַן, כְּפֵי, נָכַל esurivit, בְּפָנָא, כְּפָנָא, zab.

ܟܦܢܐ fames (a visceribus complicatis et convolutis, cf. ad עָנָה p. 546). Apud Syros sq. ל est etiam: sitivit aliquid, inhiavit rei (nach etwas lechzen), ut ܟܦ ܠܡܫܬܐ sitivit sanguinem Act. Martyr. ed. Assem. I, p. 150, ܟܦ ܠܡܘܡܐ inhiavit divitiis, ibid. I, p. 124, ܟܘܦ ܠܡܫܝܚܐ desiderans nuptias Ephraem. Syr. I, pag. 90. Similiter hebr. כָּפַן sq. עַל Ez. XVII, 7 praegn. וְהִנֵּה הַגֶּפֶן הַזֹּאת כָּפְנָה שָׂרָשֶׁיהָ עָלָיו *et ecce vitis ista sitiens extendit radices suas ad illam* (aquilam) וְדָלִיּוֹתֶיהָ שִׁלְּחָה־לוֹ לְהַשְׁקוֹת אוֹתָהּ *et palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam.* Vulg. mittens radices suas ad eam. Sed LXX περιπεπλεγμένη, et ita Syrus, ex usu verbi arabico, ex quo J. D. Michaëlis (suppl. p. 1331) integrum locum ita interpretatur: *et ecce vitis ista implicabat radices, folia sua et palmites suos extendebat ad illam*, interpungendo nimirum ante עָלָיו idque ab עָלָה (folium) derivans. Sed huic obstat 1) parallelismus verborum כָּפְנָה עָלָיו et שִׁלְּחָה לוֹ כָּפְנָה עָלָיו; 2) contextus, qui verbo כָּפְנָה talem vim tribuere iubet, quae congruat cum verbis אוֹתָהּ לְהַשְׁקוֹת: 3) usus nominis כֶּפֶן, qui *esuriendi, sitiendi* significatum etiam in verbo commendat.

כֶּפֶן m. *fames* Iob. V, 22. XXX, 3.

כָּפַס rad. dubiae potestatis. Syr. ܟܦܫ Castellus interpretatur: connexuit; contraxit, abbreviavit sermonem B. B., certius est: ܟܦܣ menstruum mulierum. In Lex. Adleriano verbum explicatur اقترص, quae neque huius Lexici compilator intellexit neque ego intelligo (an: comprehendit?). Ceterum *contrahendi* (et inde connectendi) significatio probabilitate non caret, quum vicinae sunt radd. כָּבַץ, כָּבַז, כָּזַץ contraxit, compressit, contraxit se ad saliendum, vide etiam כָּבַץ.

כַּפִּיס m. prob. *tignum transversum, canterius* (Sparren), a connectendo. Semel legitur Hab. II, 11: *lapis e pariete clamat* מִקִּיר יִזְעָק וְכָפִיס מֵעֵץ יַעֲנֶנּוּ. LXX κάνθαρος, quod non cum Bocharto (Hieroz. II, 612) scarabaeum explicaverim, sed cum Cyrillo et Theophylacto *ἀναλογίαν* vel *σύνδεσμον τῶν ξύλων*, lat. *cantherius, canterius*, quomodo appellantur tigna convergentia in culmine concurrentia, quae tectum sustinent (Vitruv. 4, 2). Ita Symm. *σύνδεσμος οἰκοδομῆς ξύλινος*. Theodot. et ed. quinta: *σύνδεσμος ξύλου*. Hieron. in comment. *lignum, quod ad continendos parietes in medio structurae ponitur et vulgo apud Graecos ἁμάντωσις* (cf. Sir. XXII, 17) *appellatur*. Syr. et Arabs *clavum* s. *paxillum* intelligunt, qui idem a connectendo dictus esse possit, Aben Esra *nodum* in ligno. — Apud Talmudicos כפיס *laterem* significat *sesquipalmo longum*, ut לבינה laterem trium palmorum (Baba Mezia cap. 10 fol. 117 a. Baba Bathra cap. 1 fol. 3, a) quem ipsum Bochartus (l. c. p. 614) h. l. intelligit. „Agitur, inquit, de pariete, in quo lapides et lateres inter ligneas trabes inserti sunt, quales hodie multos videmus. In tali pariete lateres ex ligno respondent, id est, ex medio tabulato, in quo inter trabes sunt dispositi. Nihil opus est divinare, neque novam voci כפיס significationem affingere, cum haec conveniat satis." Nihilo secius כפיס ad lignum pertinere videtur, ut lapis ad murum.

כָּפַת *curvavit, incurvavit.* Chald. id. Syr. ܟܦ incurvatus est. Ethpa. id., ܐܬܟܦܬ curvus prae senio, gibbosus, ܟܘܦܬܐ curvatura, ܟܘܦ, zab. ܟܦܐ fornix. Praetercea late patet haec stirps una cum cognatis tum *curvandi*, tum vicino *cavi* et *concamerati* significatu. Vide radd. כָּבַב no. I, כָּבָה no. II, כָּבַב, כֹּב cavavit, concameravit, כָּבַע excavavit, כָּבַב effodit, cf. in linguis indogermanicis gr. *κύπω, κύπτω, γράπτω*, it. *κίπτω; κίβη, κίμβη*, lacon. *κίβρα* cupa; pers. كفتن inclinare, كو cavum, caverna; lat. *cubo, cumbo* it. *cavus*; germ. ant. *Gaff* = כַּף, *kippen*, um*kippen*, sensu plicandi). Jes. LVIII, 5. Inthans. *incurvavit se* Ps. LVII, 7: כָּפְתָה נַפְשִׁי *incurvavit se anima mea*, i. e. succubuit insidiis et machinationibus inimicorum. Part. כְּפוּפִים incurvati, depressi. Ps. CXLV, 14. CXLVI, 8.

Niph. submisit se alicui. Mich. VI, 6 sq. לְ.

כַּף cum Suff. כַּפִּי pr. *incurvatum, cavum*, spec. 1) *vola manus, palma.* (Arab. كَفّ, syr. ܟܦܐ). Lev. XIV, 15: וְיָצַק עַל כַּף הַכֹּהֵן הַשְּׂמָאלִית *et fundit* (oleum) *in volam sacerdotis sinistram.* Comm. 18. 26. מְלֹא כַף pugillus farinae 1 Reg. XVII, 12, cf. מָלֵא כַף Lev. IX, 17. Ps. CXXIX, 7. Jes. XXVIII, 4: בְּעֵינֹת כָּף 2 Reg. XVIII, 21: בָּא בְכַפּוֹ וְנָקָבָהּ. Alibi non differt a יָד Deut. XXV, 12: תְּקֻצֹּתְתָּ אֶת כַּפָּהּ *et abscindes manum eius.* Saepe de manu, qua aliquid prehendunt Ez. XXI, 16. 29. XXIX, 7, qua laborant, unde כַּף תְּרוּמָה manus pigra Prov. X, 4. Spec. notandae sunt formulae: a) מִכַּף פ׳ *e manu* alic. i. q. מִיַּד e potestate alic., saepe post verba eripiendi, servandi Iud. VI, 14. 1 Sam. IV, 3. 2 Sam. XIV, 16. XIX, 10. XXII, 1. 2 Reg. XVI, 7. XX, 6. 2 Par. XXX, 6. XXXII, 11. Esr. VIII, 31. Ps. XVIII, 1. Jer. V, 21. Opp. נָתַן בְּכַף date in manum i. e. potestatem alic. Iud. VI, 13. Jer. XII, 7, בוֹא בְּכַף venire in manum Prov. VI, 3. b) שִׂים כַּף manum admovere alicui i. e. cum adoriri Iob. XL, 32, sed שִׁית כַּף עַל manum imponere alicui, ad cum tuendum Ps. CXXXIX, 5 (cf. Ex. XXXIII, 32), שִׂים כַּף לְפִיו manum imponere ori, ad illud clandendum Iob. XXIX, 9. c) Iud. XII, 3: וָאָשִׂימָה נַפְשִׁי בְכַפִּי *vitam meam posui in manu mea*, i. e. praesentissimo periculo me exposui; quae enim in manibus gestamus, non satis tuta sunt, facile excidere et elabi possunt, vel in eo sunt, ut abiiciantur. 1 Sam. XIX, 5. XXVIII, 21, cf. Iob. XIII, 14. Ps. CXIX, 109. Eodem proverbio Xenarchus ap. Athenaeum (Deipnosoph. XIII, p. 569 C):

ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχων, et Dani de homine in vitae discrimine versante: *at gaae med Livet i Haenderne* i. e. it vitam manibus gestans. — d) דְּחָה כַף, חָקַע כַף, נָתָא כַף manus complodere, v. sub his verbis.

Dual. כַּפַּיִם, c. suff. כַּפַּי, כַּפֶּיךָ *utraque manus* Jes. XXXVI, 32. Jes. XLIX, 16, sed saepissime etiam pro plurali. פָּרַשׂ כַּפַּיִם expandit manus, sive ad precandum, sive ad distribuendum (v. נָשָׂא כַּפַּיִם; נָשָׂא כַּפַּיִם sustulit manus Thren. II, 19. Ps. LXIII, 5, נָשָׂא עַל כַּפַּיִם super manibus gestavit aliquem, i. e. blande et amanter egit cum eo, fovit eum Ps. XCI, 12; חָנַם כִּפַּיִם *iniuria est in manibus alic.*, i. e. iniuriae commissae culpam contraxit Iob. XVI, 17. Jes. LIX, 6. Ps. VII, 4. 1 Par. XII, 17. Jon. III, 8. contra נְקִי כַּפַּיִם qui puris manibus est i. e. insons Ps. XXIV, 4. יְגִיעַ כַּפַּיִם labor, quaestus manuum Gen. XXXI, 42. Ps. CXXVIII, 2, פֹּעַל כַּפָּיו opus manuum eius Ps. IX, 17.

Plur. בְּסוֹת hoc proprio significatu rarus est Dan. X, 10, bis legitur בְּסוֹת יָדַיִם de manibus amputatis et emortuis (v. Lgb. 539. 540) 1 Sam. V, 4. 2 Reg. IX, 35. Sed vide no. 3. 4.

2) *pes* quadrupedis *digitos habens*, ut ursi (arab. كَفٌّ). Lev. XI, 27: כָּל־הֹלֵךְ עַל כַּפָּיו.

3) כַּף רֶגֶל *planta pedis*. Deut. II, 5. XI, 24. נִגְּפָה כַּף רַגְלָם וְעַד רֹאשׁ Jes. I, 6, רָפָה כַּף רַגְלָךְ וְעַד קָדְקֹד a planta pedis usque ad caput, usque ad verticem Deut. XXVIII, 35. 2 Sam. XIV, 25. Iob. II, 7 (de integro corpore). — Deut. XXVIII, 65: לֹא יְהִיֶה נִיחַ לְכַף רַגְלֶךָ *non erit quies plantae pedis tui* i. e. non habebis domicilium quietum cf. Gen. VIII, 9. — In plur. semper כַּפּוֹת Jos. III, 13. IV, 18. Jes. LX, 14: הִשְׁתַּחֲוּוּ עַל כַּפּוֹת רַגְלַיִךְ כָּל־ וַיִּתְצַבְּרוּ כַּפּוֹת רַגְלֶיךָ *procumbent ad plantas pedum tuarum quicunque te spreverunt*. Ez. XLIII, 7: נְקוֹם כַּפּוֹת רַגְלַי de area foederis, cf. הֲדֹם. Addito עַם 2 Reg. XIX, 24.

4) *vas concavum*, *acerra*, *phiala*. (Syr. ܟܦܐ calix, lanx librae, lanx fundae, arab. كَأْس id.). Num. VII, 14. 20. 26. 32. 38. 44. 50. 56. 62. 68. 74. 80. Plur. כַּפּוֹת Ex. XXV, 29. Num. VII, 84. 86. כַּף הַקְּלָעַת lanx s. patella fundae 1 Sam. XXV, 29. כַּף הַיָּרֵךְ acetabulum femoris Gen. XXXII, 26. 33.

5) Plur. כַּפּוֹת *manubria* pessuli Cant. V, 5. Cf. יָדוֹת.

6) כַּפּוֹת תְּמָרִים Lev. XXIII, 40 *palmae*, a forma curvata dictae (v. כָּפָה). Arabs Erp. كُفّ. Etiam lat. *palma* de manu et de fronde palmae arboris dicitur.

כֵּף m. *rupes*, pr. cava s. camerata, bis in Plur. כֵּפִים Jer. IV, 29. Iob. XXX, 6. Chald. כֵּיפָא rupes, lapis, littus (nasor. כֵּפְתָּא id.), syr. ܟܹܐܦܵܐ, ܟܹܦܬܵܐ rupes, lapis cf. in N. T. *Κηφᾶς* i. q. *Πέτρος*. Simonis ducit a rad. כוּף, arab. كَيْف secuit, amputavit, „sicut gr. *ἀπότομος* de praecipite dicitur, *ἀκρότομος* de rupe praerupta, *ῥάκτος* de praecipitio a *ῥάσσω*, alias *ἀράσσω* amputo, abscindo, *κοπή* locus praeruptus a *κόπτω* cet.“ Addi poterat *rupes* a rumpendo.

כָּפָה f. 1) *palma*, *frons palmae*, v. כַּף no. 6. (Syr. ܟܦܵܐ id. Chald. כִּיפָא Esth. I, 5 Targ. sec.). Forma autem feminea de inanimatis frequentatur (gramm. hebr. §. 105, 2). כְּפָה וְאֶגְנִטּוֹן *palma et iuncus* Jes. IX, 13. XIX, 15 proverbio dicitur de magnis et parvis, nobilibus et ignobilibus. LXX c. 9: *μέγαν καὶ μικρόν*, c. 19: *ἀρχὴν καὶ τέλος*. — 2) *ramus* quicunque. Iob. XV, 32. LXX. *ῥάδαμνος*.

כָּפַץ, semel legitur in cod. Hebraeo-Sam. Deut. XV, 7 תִּכְפֹּץ (claudis) pro תִּקְפֹּץ.

כָּפַר 1) pr. *texit*, *operuit*, unde כְּסוֹת et כַּפֹּרֶת operculum. (Arab. كَفَرَ fut. I texit, abscondit, unde transiate apud Arabes, Syros et Chaldaeos negavit, abnegavit, spec. beneficia divina. Conj. II. texit, operuit. Vicinum est غَفَرَ texit, obtexit). Spec. 2) *obduxit*, *oblevit* aliqua re, ut pice, *picavit*. Gen. VI, 14: וְכָפַרְתָּ אֹתָהּ מִבַּיִת וּמִחוּץ בַּכֹּפֶר *et obline eam* (arcam) *intus et extra pice*. Inde כֹּפֶר no. 2. 3, et significatio translata in Pual. — 3) *villis tectus*, *villosus fuit* (arab. غَفَرَ I. XI villosus fuit pannus). Inde כְּפִיר. — 4) *texit* i. e. *condonavit* peccata, cf. נָסָה no. 3. Vide Pi. et כֻּפַּר no. 4. (Arab. غَفَرَ I. VIII condonavit, كَفَرَ II. expiavit crimen Sur. 2, 273. 3, 191. 194. 5, 15. 8, 2. Chald. כְּפַר id. Etiam Persae tegendi significatum ita transferunt, Bohlen symb. p. 38).

Pi. כִּפֶּר (ubique praevio וְ — וְכִפֶּר) fut. וְכִפֶּר 1) *condonavit* peccatum, de Deo, sq. acc. Ps. LXV, 4: פְּשָׁעֵינוּ אַתָּה תְכַפְּרֵם *peccata nostra tu condona*. LXXVIII, 38; sq. עַל (ut alia verba tegendi, arab. كَفَرَ عَلَى texit rem) Jer. XVIII, 23: אַל תְּכַפֵּר עַל עֲוֹנָם *ne condones delictum eorum*. Ps. LXXIX, 9, sq. לְ Deut. XXI, 8, et addito etiam לְ personae Ez. XVI, 63: בְּכַפְּרִי לָךְ לְכָל־ אֲשֶׁר עָשִׂית. Semel sq. בְּעַד pers. (ut no. 2, b). 2 Par. XXX, 18: יְהוָה הַטּוֹב יְכַפֵּר בְּעַד *Jova benignus condonabit* sc. iis, pr. *veniam concedet pro* iis. Omissum est pronomen, ut in illo Jes. LIX, 18: כְּעַל גְּמוּלוֹת כְּעַל יְשַׁלֵּם pro כַּעֲלֹתָם יְשַׁלֵּם. Germanice dixeris: nach seinen Handlungen, *darnach* vergilt er, et h. l. der gütige Gott schenkt Vergebung *dafür*, nec multo magis mireris hanc pronominis ellipsin, quam tritam illam post verba dicendi apud Hebraeos et Romanos: *dixit*, *er sagte* (es).

2) causat. *veniam conciliavit*, a) *expiavit* culpam, sq. acc. Dan. IX, 24: לְכַפֵּר עָוֹן, sq. עַל Lev. V, 26 sqq., אוֹלַי אֲכַפְּרָה בְּעַד חַטַּאתְכֶם, בְּעַד (pro) Ex. XXXII, 30:

sq. עַל Lev. IV, 26. Num. VI, 11. b) *expiavit, culpa liberavit* reum, sq. עַל pers. Ex. XXX, 15: לְכַפֵּר עַל נַפְשׁוֹתֵיכֶם. Lev. I, 4: לְכַפֵּר עָלָיו. IV, 20: וְכִפֶּר עֲלֵיהֶם: וְנִסְלַח לָהֶם. Comm. 26. 31. 35. V, 6. 10. 13. 18. 26 al., sq. מֵחַטָּאתוֹ (pro). Lev. IX, 7: וְכַפֵּר בַּעַדְךָ וּבְעַד עַמֶּךָ. XVI, 6. 11. 24. Ez. XLV, 17; sq. בְּ Lev. XVII, 11: כִּי הַדָּם הוּא בַנֶּפֶשׁ יְכַפֵּר *nam sanguis expiat vitam* i. e. veniam conciliat pro vita, vitae poenam avertit. Refertur etiam ad res inanimatas, quae profanae aut scelere contaminatae eredebantur, sq. acc. Lev. XVI, 33: וְכִפֶּר אֶת־מִקְדַּשׁ הַקֹּדֶשׁ. Ez. XLIII, 20. 26. XLV, 20. Deut. XXXII, 43 (ubi terra sancta, quippe sanguine contaminata, expiari dicitur), sq. עַל Ex. XXIX, 36. 37: שִׁבְעַת יָמִים תְּכַפֵּר עַל הַמִּזְבֵּחַ. XXX, 10. Lev. XVI, 18. — Plenae locutionis exempla sunt, sq. עַל pers. et נָא peccati Lev. IV, 26: וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן מֵחַטָּאתוֹ. XIV, 19. Num. VI, 11; sq. עַל pers. et עַל peccati Lev. V, 18: וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן עַל שְׁגִגָתוֹ. Comm. 26. — c) *placavit* eum, qui iniuria affectus irascebatur, c. acc. Gen. XXXII, 21: אֲכַפְּרָה פָנָיו *placabo* (pr. tegam, v. ad בְּסֹתֵי עֵינַיִם pag. 700) *faciem eius.* Prov. XVI, 14: *ira regis est nuncius mortis* וְאִישׁ חָכָם יְכַפְּרֶנָּה *sed vir sapiens eam placat;* it. calamitatem ingruentem placavit i. e. piaculis amolitus est Jes. XLVII, 11. — Donum (Gen. XXXII, 21) vel sacrificium, quo aliquis placatur (Gen. l. c.) vel aliquid expiatur, ponitur praevio בְּ 2 Sam. XXI, 3: בַּמֶּה אֲכַפֵּר. Lev. VII, 7. Num. V, 8. — LXX plerumque ἐξιλάσκομαι, ἱλάσκομαι.

Pu. 1) *tectus* i. e. *oblitteratus est* pr. de litteris, quae stylo obducto tegebantur et delebantur. Jes. XXVIII, 18: וְכֻפַּר בְּרִיתְכֶם *et oblitterabitur* i. e. abolebitur *foedus vestrum,* quae locutio a scripta foederis lege petita est. (Aram. כְּפַר, כֻּפַּר abstersit, diluit, abolevit). — 2) pass. Pi. 2, a *expiata est* culpa. Jes. VI, 7. XXII, 14. XXVII, 9. Prov. XVI, 6: בְּחֶסֶד וֶאֱמֶת יְכֻפַּר עָוֹן. — 3) pass. Pi. 2, b *culpa liberatus est* reus, *veniam impetravit* Exod. XXIX, 33, sq. לְ Num. XXXV, 33: וְלָאָרֶץ לֹא יְכֻפַּר *et terra non expiatur,* pr. terrae venia non conceditur.

Hithpa. הִתְכַּפֵּר *expiata est* culpa. 1 Sam. III, 14.

Nithpa. נִכַּפֵּר pass. Pi. no. 1 *condonari.* Dent. XXI, 8: וְנִכַּפֵּר לָהֶם הַדָּם *ut condonetur iis caedes.* Cf. Lgb. p. 249 not.

כֹּפֶר m. *pagus, vicus,* ita dictus, quia tectum praebet incolis. Cant. VII, 12. 1 Par. XXVII, 25. Cf. כְּפִיר no. 1 et כֹּפֶר no. 1. (Arab. كَفْر id., unde in verbo كفر IV. VIII vico affixus fuit. Frequens est in nomm. pr. vicorum, ut كفر كنّا, كفر زمار, v. Schult. ind. ad vit. Salad. v. Capher-Zimarum, Reiske ind. ad Abulf. Ann., adde ex Barhebraeo ܟܦܪ p. 304, ܟܦܪ ܙܡܪ p. 398, ܟܦܪ ܥܘܙܐ p. 187. 200, in N. T. Καπερναούμ vel Καφαρναούμ i. e. כְּפַר נַחוּם vicus Nahumi. De nominibus locorum Punicorum a כפר ordientibus v. Monumm. Phoenic. p. 417. 421. Sam. ⱛⱁⱜⱁⱛ id. Syri et Chaldaei etiam diminutivo utuntur, ܟܘܦܪܢܐ, ⱛⱁⱜⱁⱛⱁⱀ.

כְּפַר הָעַמּוֹנִי (pagus Ammonitarum) n. pr. oppidi Benjaminitarum. Jos. XVIII, 24. In Keri הָעַמּוֹנָה.

כְּפוֹר m. 1) *crater, pelvis,* pr. fortasse talis, qui *operculo* instructus sit. Memoratur inter vasa sacra 1 Par. XXVIII, 17. Esr. I, 10. VIII, 27. Hebraei interpretantur נִזְרָק, et ab abstergendo (v. Pu. no. 1) ductum esse volunt, quod in illis cultor abstersus sit a sanguine, quod longius petitum est. Adstipulantur tamen Hieronymus, Buxtorfius al.

2) *pruina,* quippe quae terram tegat. Ex. XVI. 14. Ps. CXLVII, 16. Iob. XXXVIII, 29. Retinuit vocem etiam Targ. Hierosol. Ex. l. c., alibi in Targg. transfertur גְּלִידָא, גְּלִידְתָּא.

כְּפִיר m. 1) i. q. כְּפַר *vicus* Neh. VI, 2.

2) *leo iuvenis,* isque iam rugiens (Iud. XIV, 5. Ps. CIV, 21. Prov. XIX, 12. XX, 2. Jer. II, 15. Am. III, 4. Zach. XI, 3) et praedatum egrediens (Jes. V, 29. Mich. V, 7. Jer. XXV, 38. Iob. IV, 10. XXXVIII, 39), propter robur iuvenile ferocissimus et maxime sanguinolentus (Ps. XVII, 12. XCI, 13. Jes. XI, 6). Quomodo differat a גּוּר, apparet ex verbis Ez. XIX, 2. 3: *mater tua leaena educavit unum ex catulis suis* (גּוּרֶיהָ), *et factus est leo iuvenis* (כְּפִיר) *et didicit praedari et comedit homines.* Comm. 5. 6. Eandem igitur in leone aetatem significat, quam עַיִר in asino, אַבִּיר in bove, גָּמָל in camelo, כֶּבֶשׂ in ove. Transfertur a) ad hostes feroces et sanguinolentos, Ps. XXXV, 17: *serva* נַפְשִׁי מִשֹּׁאֵיהֶם יְחִידָתִי מִכְּפִירִים *a leonibus unicum meum* i. e. vitam. XXXIV, 11. LVIII, 7. Jer. II, 15. Ez. XXXII, 2 de Pharaone: כְּפִיר גּוֹיִם נִדְמֵיתָ i. e. talem te praebes populis, qualem leo invenis se praebet feris. b) ad heroes invenes. Ezech. XXXVIII, 13. Nah. II, 14. LXX septies σκύμνος, alibi λέων. — De etymo Bochartus (Hieroz I, p. 704) ita statuit, ut rad. כפר in hac voce idem valeat quod כבר magnus fuit, et כְּפִיר pr. leonem adolescenten s. adultum significet, ut שִׁבֹּל leo adolescens a שׁבל adolevit; quod non probo, quum radix כבר apud Hebraeos et Arabes de aetate provecta et senili, nunquam de iuvenili usurpetur. Mihi quidem כְּפִיר *villosum* significare videtur, spec. leonem iam *iubatum.* Vide rad. in Kal no. 3, cf. غُفْر, غُفَر, غَفِير pili in collo, occipite et maxillis, غُفْر pilosus in collo, facie, occipite, غُفْرَة crines in fronte leonis.

כְּפִירָה (i. q. כְּפִיר no. 1 pagus) n. pr. oppidi Hevitarum, quod postea Benjaminitis cessit Jos. IX, 17. XVIII, 26. Esr. II, 25. Neh. VII, 29. LXX. Κεφειρά, Vulg. *Caphira.*

כֹּפֶר m. 1) i. q. כְּפָר *pagus, vicus* 1 Sam. VI, 18.

2 *pix*, ab obducendo, oblinendo dicta, cf. rad. no. 2. Gen. VI, 14. LXX. ἄσφαλτον. Vulg. *bitumen*. (Chald. et talmud. כּוּפְרָא, כּוּפְרִי, syr. ܟܘܦܪܐ id., unde etiam armen. կոպրաւ pix, arab. كُفْر pix, max. qua picantur naves, it. قَفْر, ܩܘܦܪ bitumen iudaicum.

3) *cyprus*, gr. κύπρος (Dioscorid. 1, 125) frutex vel arbuscula. floribus odoratis, subalbis, in racemorum modum crescentibus, arab. حِنَّاء, حِنَّة, Lawsonia inermis Linn., bene observante Io. Simoni, ita dicta, quia mulieres pulvere ex eius foliis confecto et in aqua subacto ungues *oblimunt* (v. rad. Pu. no. 1), ut colorem rufum iis inducant. Cant. I, 14: אֶשְׁכֹּל הַכֹּפֶר LXX *βότρυς τῆς κύπρου*. Vulg. botrus cypri (vox enim Semitica, ut multa plantarum nomina, ad Graecos Romanosque transiit). Syr. ܟܘܦܪ, quod in Lex. Adleriano explicatur: ܚܢܐ ורק *henna*, *folia hennae*. Kimchi: הוא הנקרא בערבי אלחנא. Plur. כְּפָרִים Cant. IV, 13, ubi copulatur cum nardis. Targ. כּוּפְרִין. In Talmude Nidda fol. 8, 1 copulantur הוֹרד והכופר rosa et cyprus. Plura de hoc flore dabunt O. Celsius, Hierobot. T. I, p. 222 sqq. Salmas. homon. hyles iatricae c. 69. Oedmann verm. Sammlungen I c. 7. Rosenmüller bibl. Alterthumskunde IV, I, p. 132. Prosp. Alpin. de plantis Aegypti cap. 13, qui iconem plantae dedit. Sonnini itin. Aegypti I, p. 169 interpr. germ. al. — Aliam vocabuli hebraei interpretationem suasit Aben Esra, quem memorat Kimchius: והחכם רבי אברהם אבן עזרא כתב כי אשכל הכפר הוא אשכל הדקל כי יש לדקל שמות משתנים כפי שנוי זמנו ויש לו זמן הנקרא בערבי כפר ולו ריח טוב Significat is vocem arabicam كُفْرَى it. كُفُرَّى, involucrum floris palmae (ad rem v. Kämpferi amoenit. exot. p. 697), cf. chald. כּוּפְרִי dactyli immaturi, quam eandem rationem commendat etiam J. D. Michaëlis (suppl. p. 1334), sed recte refellit Oedmannus l. c.

4) *λύτρον*, *pretium expiationis vel redemtionis*. Ex. XXI, 30. Num. XXXV, 31. 32. 1 Sam. XII, 3. Iob. XXXIII, 24. XXXVI, 18. Prov. VI, 35. Is (id) pro quo pretium solvitur, ponitur praevio לְ Prov. XXI, 18: כֹּפֶר לַצַּדִּיק רָשָׁע *pretium redemtionis pro iusto* est *impius* i. e. iusto Deus parcit et improbum punit pro eo (cf. XI, 8), saepius in genit. Exod. XXX, 12: כֹּפֶר נַפְשׁוֹ *pretium quo redimitur vita eius*. Prov. XIII, 8, c. suff. כָּפְרוֹ Jes. XLIII, 3, כָּפְרָו Ps. XLIX, 8.

כֻּפָּרִים m. pl. *expiationes* Ex. XXIX, 36. חַטַּאת הַכִּפֻּרִים hostia, qua expiatio fit ibid. XXX, 10. Num. XXIX, 11. אֵיל הַכִּפֻּרִים Num. V, 8. יוֹם הַכִּפֻּרִים dies expiationis Lev. XXIII, 27. 28. XXV, 9.

כַּפֹּרֶת f. *operculum* (a rad. no. 1), ubique de operculo arcae foederis, cui insistebant Cherubim, super quorum alis ἡ δόξα τοῦ Κυρίου (כְּבוֹד יְהוָה) comparere credebatur. Ex. XXV, 17 sqq. XXVI, 34. XXX, 6. XXXI, 7. XXXV, 12. XXXVII, 6. 8. 9. XXXIX, 35. XL, 20. Lev. XVI, 2. 13. 14. 15. Num. VII, 89. בֵּית הַכַּפֹּרֶת 1 Par. XXVIII, 11 appellatur adytum templi, cf. בֵּית כַּפּוֹרִי 1 Reg. VI, 5 Targ. pro hebr. דְּבִיר, licet hoc Lev. XVI, 2 in Targ. Jonath. est pro ipso כַּפֹּרֶת (Onk. בֵּית כַּפֻּרְתָּא). — Ex vett. intpp. Saad. reddit עִשָּׁיָה operculum, Kimchi: מכסה לארון, sed LXX ubique ἱλαστήριον (cf. Hebr. IX, 5), bis plenius ἱλαστήριον ἐπίθεμα Ex. XXV, 17. XXXVII, 6, unde Vulg. *propitiatorium*, syr. ܟܦܘܬܐ. Luth. Gnadenstuhl, a signif. verbi in Pi., quod excusationem habet in verbis Lev. XVI, 13—15, ubi Aharon die expiationis operculum sanguine tauri conspergere iubetur. Sed non debebant propterea recentiores nonnulli hanc interpretationem suam facere, quia כַּפֹּרֶת a Pi. ductum necessario *expiandi* significatum habeat, *operculum* contra כִּפֹּרֶת scribendum sit (Michaëlis suppl. h. v. Wineri Lex. p. 495. Tholuck Beiträge zur Spracherklärung des N. T. p. 91); nam forma dagessata in כַּפֹּרֶת nequaquam impedit, quominus ab operiendi potestate ducatur. Etenim a) non raro nomina derivata coniugationis Kal significatus habent nonnisi in coniugationibus derivatis usitatas et contra (v. Simonis arc. form. p. 254. Lgb. p. 425. de Sacy gramm. arabe II, §. 218); b) significatio verborum propria persaepe in formis dagessatis servata est, ubi Kal translatam habet (Lgb. p. 242), primamque *tegendi* significationem etiam in hoc verbo a formis dagessatis non alienam fuisse, c) apparet ex Pu. no. 1 et arab. كَفَّر texit, operuit, contra ex uno loco Gen. VI, 14 vix probaveris, tegendi significatum Kal coniugationi proprium fuisse. Facessat igitur ficticium illud כִּפֹּרֶת, quod olim operculi significatu usitatum fuisse volunt.

כָּפַשׁ rad. *ἅπαξ λεγομένη*, fort. i. q. כָּבַשׁ oppleVit terrā (puteum, fluvium). V. oppletus fuit, כָּבַשׁ terra, qua oppletur puteus fluviusve. Ita in Hiph. Thren. III, 16: הִכְפִישַׁנִי בָאֵפֶר *obruit me cinere*, vel *depressit me in cinerem*, coll. usu Talmudistarum, qui prope accedere videtur ad hebr. כָּבַשׁ et כָּבַשׁ, pr. pedibus calcando compressit, zusammentreten, eintreten, inde compressit, depressit. Jebamoth fol. 107, 2: הוא נדד בנידה כפישה *metitur mensura impressa* (mit eingedrücktem Maasse), unde Kimchius interpretatur: שֹׁמֵנִי כלו באפר עד שיכבני בו. Sed usui biblico similius est Beresch. rabba sect. 75: כל זמן שהיא מיכפשת באפר *quovis tempore, quo* (ecclesia Israëlis) *depressa est in cinerem*. Congruit Targ. כְּנַע יְהִי בקרטא depressit me in cinerem. Mere coniecturalia videntur, quae habent Alex. Vulg. Syrus: ἐψώμισέ με σποδόν, *cibavit me cinere*, ܐܟܦܫ ܥܦܪܐ conspersit

me cinere. Similem significatum, sed felicius, iam Kimchius adhibuerat, qui hanc quoque laudat interpretationem: חִפְּכַנִי בְאֵפֶר *volvit s. volutavit me in cinere.* Longe petitum et contortum est quod Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1184, coll. arab. كفس VII. contortus fuit, interpretatur: fecit me torqueri cinere i. e. cibavit me cinere, qui termina induxit, quanquam trita est observatio, torquendi verba ad dolores referri: nam radix arabica de pedibus tantum cuivis et contortis frequentata esse videtur.

כָּפַת chald. *ligavit, vinxit.* Praet. pass. כְּפִתוּ ligati sunt Dan. III, 21.

Po. i. q. Pe. Inf. כַּפָּתָה ib. Comm. 20, Part. pass. מְכַפְתָּן Comm. 23. 24. In Targg. et apud Talmudicos id., it. apud Nasoraeos, v. lib. Adami III, p. 300. Sam. constrinxit, cohibuit, v. ind. ad Carm. Samarit. a nobis edita. Sed male addunt arab. كفت, quod hanc vim non habet.

כַּפְתֹּר et כַּפְתּוֹר (Am. IX, 1), plur. c. suff. כַּפְתֹּרֵיהֶם, כַּפְתֹּרֵיכֶם quadrilitt. quod compositum videtur ex trilitteris כפר texit et כתר coronavit vel כַּף et כֶּתֶר, inde 1) *corolla, capitulum* a) columnarum, *Säulenknauf, Säulencapitäl* Am. l. c. Zeph. II, 14. b) ornamentum candelabri aurei Ex. XXV, 31. 33 sqq. XXXVII, 17 sqq. LXX σφαιρωτῆρες. Vulg. *sphaerulae*, et sic Targ. Syrus, Samar., sed Josephus (Ant. 3, 6 §. 7) μήλοις mala Punica, Saadias et Kimchius: *mala.* Ac Josephi quidem interpretatio fortasse illustrari potest ex syr. ܟܦܦܐ, quod in Lex. Adleriano explicatur: قمع الورد والرمان *calyx rosae et mali Punici*, cf. ܟܦܦ Ex. VIII, 9 Pesch. quod ibidem explicatur ورق الثمر *frondes, dactylos protulit*, neque non chald. כֻּפָּא flores et amygdala protulit Num. XVII, 8 Targ., de quibus vocabulis ita statuo, ܟܦܦܐ esse a rad. ܟܦ et pr. *rem conglobatam* significare, ܟܦ autem verbum secundarium esse (ut ܙܢܬ a ܙܢܛ), cuius ת in litteram radicalem abierit. Neque incredibile est, quadrilitterum, quod prae manibus est, ex כרפתא (כפת) et כתר ortum esse.

2) n. pr. regionis exterae, eiusque ad mare sitae (Deut. II, 23. Jer. XLVII, 4. Am. IX, 7) et incolarum eius (כַּפְתֹּרִים a sing. כַּפְתֹּרִי Gen. X, 14. Deut. l. c.), qui ll. cc. Aegyptiorum coloni et Philistaeorum patres fuisse traduntur. Jer. l. c. *nam vastat Jova Philistaeos* שְׁאֵרִית אִי כַּפְתּוֹר *residuum terrae maritimae Caphtor.* Am. l. c.: *nonne Israëlem ascendere iussi ex Aegypto, et Philistaeos ex Caphtor, et Syros ex Kir?* Deut. l. c. *Avvaeos habitantes in villis usque ad Gazam Caphtoraei egressi ex Caphtor exstirparunt et consederunt in locis eorum.* His quidem repugnare videntur, quae leguntur Gen. l. c. יְצִאִים כַּסְלֻחִים אֲשֶׁר יָצְאוּ מִמֶּנָּם פְּלִשְׁתִּים וְאֶת כַּפְתֹּרִים *et Casluchaeos* (Colchios), *unde egressi sunt Philistaei, et Caphtoraeos*, sed probabilis est Vateri aliorumque coniectura, haec verba cum tribus reliquis locis ita concilianda esse, ut verba אֲשֶׁר יָצְאוּ מִמֶּנָּם פְּלִשְׁתִּים ponantur post כַּפְתֹּרִים, et ad hos, non ad Caslucheos, referantur (quanquam etiam vulgaris verborum ordo retineri et statui potest, de hac traditione Philistaeos a Casluchis, populo Caphtoraeis vicino, prodiisse). — Quae regio intelligenda sit, non omnino exploratum est. Sed a veri specie non aliena, quam veteres interpretes unanimi fere consensu exprimunt, *Cappadocia* (LXX Deut. II, 23. Vulg. ubique, tres Targg. קַפְּדוֹקָאֵי, קַפְּדוֹקָיָא, Syr. ܩܦܛܘܩܝܐ, ܩܦܛܘܩܝ): huic enim non obstat quod Caphtor Jer. l. c. אִי (terra maritima) appellatur, siquidem Cappadociae fines olim usque ad Pontum Euxinum patelant (v. Mannerti Geogr. IV. 2 p. 211 sqq.), favetque quod Gen. l. c. Caphtoraei cum כַּסְלֻחִים i. e. Colchiis copulantur, qui et ipsi Aegyptiorum coloni erant. Suffragatur igitur Bochartus in Phaleg IV, 32, alia etiam argumenta, sed magnam partem futilia, addens. Saadias in Pentat. Caphtoraeos Aegypto oriundos in ipsa Aegypto ponit, *Damiataces* (دمياطيون) intelligens, quod vix probabile, si כַּסְלֻחִים Gen. l. c. cum iis coniuncti Colchii sunt; nec Saadiae magna est in his rebus auctoritas. E recentioribus nonnulli (Swinton inscriptt. Cit. p. 78 sqq. J. D. Michaelis in spicileg. I, 292 sqq. Suppl. 1538. Schulthessii Paiad. p. 158. cf. e vett. Theodoret. ad Jer. l. c. et Jes. IX, 12). *Cyprum* intelligebant, cui et situs locorum favet et aliqua nominis similitudo, et Swinton quidem l. c. in numo quodam Phoenicio verba לִבְרַן כִּבְרַ sibi legere visus est, quae *Lapethos Cypri* interpretatur: sed huic sententiae obstat, quod Cyprios in V. T. כִּתִּים appellatos esse certissimum est, in epigraphes autem istius (לִבְרַן בִּילְכָּ legendae) lectione Swintoniana paucarum litterarum potestas recte accepta est. Vide quae de his nummis Vagae s. Vaccae Numidicae tribuendis disputavimus in Monumm. Phoeniciis T. II. p. 320. Magis placent, quibus כַּפְתֹּר *Creta* insula est (v. Calmet disquisitt. bibl. III, 25, Lex. nostri editt. priores, Roscnm. bibl. Alterthumskunde II, 2, 363. III, 385), tum quia vix credibile est, huius insulae nullam in geographia Hebraeorum mentionem iniici, tum quia Philistaei etiam כְּרֵתִי appellantur, quod nomen ad originem Cretensem pertinere videtur. Possint etiam huc referri, quae de Cretensi Judaeorum origine habentur apud Tacitum (hist. 5, 2), qua in narratione Judaei cum Philistaeis confusos non incredibile est, nisi forte hoc commentum ex solo etymo (Judaeorum qs. Idaeorum) fluxit. Inter Cretam igitur et Cappadociam ambigi potest, quanquam Cappadocia propter insignem veterum consensum praeferenda videtur.

כָּרָא chald. *doluit*, maxime animo, *contristatus est*, *aegre tulit*, ut syr. ܟܪܐ Pe. Aph. et Ethpa., it. ܐܬܟܪܝ Ethpe. aegrotavit, ܟܪܝܐ aegrotus. Zab. id. ܟܪܝܘܬܐ moestitia. Vicinum est arab. كَرِبَ afflicta est anima Gen. XLI, 8. Ruth I, 13. Iob. XVII, 1 Vers. arab.

Ithpe. Dan. VII, 15: אִתְכְּרִיַת רוּחִי *doluit animus meus.*

כָּרַב rad. inusit. Syr. et chald. כְּרַב ܟܪܒ aravit. Arab. كَرَبَ, كَرِبَ constrinxit, intr. angore, tristitia affectus est, it. i. q. قَرُبَ appropinquavit. Aethiop. idem valuisse videtur quod ክርብ nam ክርብት est fanum, delubrum, et ክርብኦት species artis magicae (ni fallor fascinus, das Bannen). Ludolf. p. 395. Vide infra ad כְּרוּב.

כְּרוּב pl. כְּרוּבִים (quod Gen. III, 24 singulare esse ponunt LXX. Vulg. Luth., ut אֱלֹהִים) m. 1) *Cherub*, animal quoddam (חַיָּה Ez. I, 5. 14. 15. 19. 20. 22. X, 17. 20, ζῶον πετεινόν, μορφὴν δ' οὐδενὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπων ἑωραμένων παραπλήσιον Jos. Ant. 3, 6 §. 5) sacrum et coeleste, quod specie maximam partem humana eaque erecta (1 Reg. VI, 24—27), facie una (Exod. XXV, 20), duabus alis (ibid. 1 Reg. VI, 24), praeterea manibus quoque (Gen. III, 24) instructum fingebant antiquiores; Ezechiel contra (cap. I. X) pro ingenii luxuria et nimia fere ubertate, humana quidem specie i. e. erecta (Ez. I, 5: דְּמוּת אָדָם לָהֵנָּה), sed ita depingit, ut praeter quattuor alas (I, 11. 23), quarum binae corpori tegendo binae volando inserviant, manusque humanas sub iis latitantes (I, 8. X, 7. 8. 21) quattuor facies (I, 10. X, 14), unam humanam, alteram leoninam, tertiam bovinam (פְּנֵי שׁוֹר I, 10, sed פְּנֵי כְרוּב X, 14), quartam aquilinam (sed nonnisi duas, unam leoninam, alteram humanam cap. XLI, 19), denique plantas pedum instar boum rotundas (I, 7), universum autem corpus ocellis obsitum (I, 18. X, 12, cf. Apoc. IV, 6 ibique intpp. Aboda sara fol. 20, 2) ei tribuat, quae quidem pleraque eo spectant, ut sine tergum vertendi necessitate quaquaversus prospicere, ire, volare possit.

Ac duplex quidem Cherubis munus tribuitur. Unum, idque antiquissimum, versatur in paradiso custodiendo Gen. III, 24, cf. Ezech. XXVIII, 14—16 ubi rex Tyri opes suas custodiens comparatur cum Cherubo, qui in monte sacro Edenitico gemmas fulgentes (אַבְנֵי אֵשׁ, quod male nonnulli *lapides igneos* interpretantur) alis suis obumbrat et tuetur: alterum in solio Jovae super alis per nubes gestando, unde 2 Sam. XXII, 11: וַיִּרְכַּב עַל כְּרוּב וַיָּעֹף *Cherubis vectus volavit.* Ps. XVIII, 11. LXXX, 2: יוֹשֵׁב הַכְּרוּבִים *qui Cherubis insidet* i. e. solio insidet a Cherubis gestato. XCIX, 1. 1 Sam. IV, 4. 2 Sam. VI, 2. 2 Reg. XIX, 15. Jes. XXXVII, 16. Atque haec tanquam iumenta coelestia repraesentabant duae Cheruborum statuae ligneae auro obductae, alis expansis, quae in adyto tabernaculi sacri (Exod. XXV, 18 sqq. XXXVII, 8. 9) et templi Salomonei (1 Reg. VI, 23 sqq. 2 Par. III, 10 sqq.) operculo arcae sacrae insistebant, super quorum alis Jova comparere et cum Mose colloqui credebatur (Ex. XXV, 22. Num. VII, 89): praeterea Cheruborum figurae et tabernaculi sacri aulaeis intextae (Ex. XXVI, 1. 31, ubi verba: מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב כְּרֻבִים אֹתָם explicanda sunt: *opere textorio faciat eum Cherubos* i. e. Cherubis artificiose ei intextis. XXXVI, 8. 35) et una cum palmis floribusque templi parietibus, nec non leonum taurorumque figuris mixtae basibus lavacrorum sacrorum (1 Reg. VII, 29. 36) insculptae erant (1 Reg. VI, 29. 32. 35. 2 Par. III, 7, cf. Ez. XLI, 18. 20. 25).

Quid spectaverint Hebraei in Cheruborum forma illum in modum componenda, non exploratum est. Plerique hominis, leonis, tauri aquilaeque imaginibus fortitudinem et sapientiam designari, eaque animalia harum virtutum divinarum symbola esse statuunt (cf. Apoc. IV, 6 sqq.): mihi potius leonis, tauri, aquilae attributa figurae humanae addita videntur, ut partim robur partim celeritas horum divini numinis ministrorum significetur. Ceterum de animalibus fabulosis Orientalium, velut de gryphe veterum Persarum, ave quadrupede aurum custodiente (Herod. 3, 116. 4, 13. Ctes. ap. Aelian. 4, 26. id. in Ind. 12. Plin. 7, 2), Anka s. Simurg ave (سيمرغ, عنقا) Muhammedanorum in monte Kaf habitante, de Sphinge Aegyptiorum (Clem. Alex. Strom. V, 561 Colon.) cet. v. Bocharti Hieroz. I, 2, c. 13. 14. 15, Spencer de legg. ritual. lib. III diss. 5. Rhode heil. Sage der alten Baktrer, Meder und Perser p. 217. Aem. Roediger art. Chernb, in Erschii et Gruberi Encyclopaedia T. XVI. d'Herbelot bibl. orient. art. Simorg-Anka.

Etymon admodum ambiguum est. Qui in lingua Hebraea dialectisque Semiticis illud quaerebant, varias rationes ingressi sunt. Namque aliis est a כָּרַב aravit, ut כָּרוּב pr. sit (bos) *arator*, in quam sententiam urgent, quod pro כָּרוּב Ez. X, 14 in loco parallelo sit שׁוֹר I, 10; aliis (Gussetio, Lud. de Dieu ad Gen. l. c., Roedigero) כְּרוּב litteris transpositis est pro רְכוּב q. d. *iumentum* divinum (Ps. XVIII, 11), coll. כֶּרֶב navis vectoria; aliis (v. Hydeum de rel. vett. Pers. p. 263) i. q. קָרוֹב qui Deo *propinquus* est, ei adstat, interioris apud eum admissionis est (cf. arab. كَرُبَ i. q. قَرُبَ); aliis (v. Maureri Comment. in V. T. ad Jes. VI, 2) כרב est i. q. כָּרַם nobilis fuit, unde כְּרוּב nobilis, princeps (cf. שָׂרָפִים); ne alias coniecturas memorem parum probabiles, ut Rosenmülleri (Alterthumsk. 1, 1 p. 181) et Pauli (apud Zülligium p. 31) a כָּרַב auxit, nedum Talmudicorum commenta quibus כרוב est i. q. chald. כרוביא *ut puer* (v. Buxtorf. lil. Exercitatt. p. 100. Othonis Lex. rabbin. h. v.). Quod ipse in prioribus editt. proposueram etymon a syr. ,, ܟܪܒ *fortis, potens*", postea abiiciendum

erat, simulatque ex ipsis Bar Bahluli verbis intellexeram, illam significationem Castelli errore niti (v. Anecdd. mea Orient. fasc. I, p. 66): etiam Aben Esrae sententiae, cui בְּרוּב proprie est i. q. צוּרָה imago, apto fundamento caret. Sed alii non pauci (Eichhorn. Einleit. in das A. T. T. III p. 80 ed. 4, nuper Vatke, bibl. Theologie I p. 325) persicam huic voci originem tribuerunt, ut eadem esset atque gr. *γρύψ*, gen. *γρύπος*, quod a pers. گرفتن (greifen) prehendere, tenere, derivabat Chr. Th. Tychsen (Heerens Ideen I p. 386), vel idem esse volunt atque *γρυπός* naso adunco rostrove praeditus. Ut novam in re incerta coniecturam in medium proferam, equidem in copiis Semiticis acquiescendum ratus, haud scio an radix בָּרַם idem significaverit atque חָרַם, חֵרֶם prohibuit a communi usu, Conj. II consecravit, aethiop. ፈሐረመ: vetuit, prohibuit, certe aeth. ምኵራብ: idem valere quod חֹרֶב sacrum, adytum, supra (ad rad.) vidimus: qua sententia admissa בְּרוּב esse possit; *custos, satelles* Dei, qui profanos arcet, quod quam accommodatum sit ad utrumque eius munus, sponte apparet. „Die Cherubim waren ursprünglich symbolische Bezeichnung der *unnahbaren* göttlichen Gegenwart oder der Heiligkeit im älteren Sinne des Wortes, gleichwie in der griechischen Mythologie die Greifen. .... Sie wehren den Zugang zum Göttlichen, verhüllen dasselbe mit ausgebreiteten Flügeln, sind auf den Umgebungen und auf den ... *Vorhängen* abgebildet, welche denselben Zweck haben." Vatke, bibl. Theologie I, p. 327. De Forsteri etymo ex lingua aegyptiaca repetito (de bysso antiquorum p. 116), referre piget. — Ceterum de Cherubis praeter scriptores iam laudatos, Spencerum, Roedigerum, Vatkium, cf. Carpzovii Apparat. p. 268 sqq. Gableri notas ad Eichhorn Urgesch. II, p. 248. Minus feliciter de Cherubis disputarunt Meyer Bibeldeutungen p. 171 sqq. W. F. Hufnagel der Cherubim Anfang und Ende im Paradies Francof. a. M. 1821. 8. Kayser de Cherubis humani generis mundique aetatum symbolis ac geniis, Erlangae 1827. 2 progr. 4.

2) n. pr. viri Esr. II, 59. Neh. VII, 61.

כַּרְבֵּל quadrilitt. i. q. בָּגַד, בֶּגֶד (pag. 656) *accinxit, induit*, inserta littera ר (q. v.).

Pass. part. 1 Par. XV, 27: מְכֻרְבָּל בְּמְעִיל בּוּץ *indutus pallio byssina*, quod ponitur pro eo quod 2 Sam. VI, 14 est: חָגוּר אֵפוֹד בָּד. LXX. *περιεζωσμένος*. Inde

כַּרְבְּלָא chald. f. *pallium*. Plur. c. suff. כַּרְבְּלָתְהוֹן pallia eorum Dan. III, 21, ut bene Syrus interpres. — Intp. Hebraeus reddit מִצְנֶפֶת, et Gr. Venet. *κυρβασίας*, uterque *tiaras* intelligens, quod nonnulli vindicant coll. כַּרְכַּבְתָּא, כַּרְכַּבְתָּנָא crista galli (aliter Midrasch Tanchuma ap. Sal. b. Melech ad h. l. חסרקים של ראשיהם ודומה לו כרכבתא דתרנגולא pectines capitum, quibus similis est crista galli), et optarunt Bynaeus de calceis II, 10, §. 6 et Michaelis in suppl., sed minus accommodate ad etymon, cui non magis congruunt *calcamenta*, quae habet Vulg., *περικνημίδες* Theodot.

I. בָּרָה *fodit.* (Chald. בְּרָא id., בַּרְוָא fovea. Arab. بَرَا fodit terram, n. a. بَرْى, effodit fluvium, n. a. بَرْىٌ, transfertur ad equum iumentumve, quod celeri cursu terram fodit, cf. ad נָגָא, הָגַר. Sic enim intelligenda glossa: festinavit iumentum. Aeth. ፀረየ: fodit, ምፅርይ: instrumentum fodiendi. Vicinae radd. sunt בור no. II et quae ibi laudantur). V. c. puteum Gen. XXVI, 25, sepulcrum L, 5, foveam Prov. XXVI, 27: בֹּרֶה שַׁחַת וָהּ יִפּוֹל, inde *fodit foveam* Ps. VII, 16, sq. ל Jer. XVIII, 20. 22. Ps. CXIX, 85, et לְפִי LVII, 7 metaph. dicitur pro: insidias struxit alicui. Etiam omisso foveae vocabulo, sq. עַל pers. Iob. VI, 27: תִּכְרוּ עַל רֵעֲכֶם *foditis* (foveas) *amico vestro*, neque aliter in loco vexato de crocodilo XL, 30: יִכְרוּ עָלָיו חַבְרִים יְחַצּוּהוּ num *insidias ei struunt socii* et *distribuunt eum inter mercatores?* i. e. num, si insidias ei struunt piscatores consociati, eum distribuent mercatoribus? num in eo piscium instar capiendo fausto successu utentur piscatores? Al. (ut A. Schult.) in similem sententiam (coll. כָּרָה no. II, 2) *num epulabuntur super eo socii?* num eo capto laeti epulabuntur (LXX. *ἐμπορεύσεται*. Chald.), sed certus usus formulae כָּרָה עַל in ipso Iobi libro nequaquam deserendus aliusque arcessendus est, in quo plane diversa est structura כָּרָה כָּרָה לְ epulas instruit alicui). Minus etiam placet aliorum: *kaufen um ihn Handelsfreunde?* nam vix dicas, quomodo כָּרָה *emit* sq. עַל significare possit *emparavit* aliquid, *emptum petiit*, um etwas handeln. — Imagine a fovea petita paulo audacius dictum est Prov. XVI, 27: אִישׁ בְּלִיַּעַל כֹּרֶה רָעָה *homo nequam perniciem fodit* i. e. struit. — Audacius etiam est hoc Ps. XL, 7: אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִי *aures mihi fodisti*, quod fortius dictum pro vulgari אָזֶן גָּלִיתָ לִי *aurem mihi aperuisti* i. e. hoc mihi patefecisti. Respondent locutiones nostrae: *jemandem den Staar stechen* i. e. visum acuere alicui, monstrare alicui, quae vidisse debebat sed quasi coecus non viderat, it. *jemandem die Zunge lösen*. Chald. אִידְכִין לְאַצְתָּא זוּקָדָךְ כָּרִיתָ לִי *aures ad audienda praecepta tua fodisti mihi*. Sed iam Kimchius haec verba ad singulare huius commatis praeceptum retulit: פירוש כרית לי אזנים לשמוע עולה ויתטאה לא תחצה. Mire LXX maxime ex vulgari scriptura (Hebr. X, 5): *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι*. Sed pro *σῶμα* (*ΣΩΜΑ*) interpretem scripsisse *ὠτία* (*ΩΤΙΑ*) vel ex vetere Vulgata („aures autem perforasti mihi") probabile fit: pro כָּרִית interpres Graecus nescio an legerit בָּרִיאָה.

Niph. pass. Kal. Ps. XCIV, 13.

II. בָּרָה 1) *emit.* (Sam. id., unde imp. ⱱⱰⱬ emite Gen. XLIII, 2, sed fut. ⱭⱰⱬⱬ ib. Comm. 4 a

כור vel כרר. Apud Arabes كَرَى III. IV est locavit. VI. VIII conduxit rem. A. Schult. in ep. ad Menk. I p. 82 hanc potestatem cum priore illa no. I ita conciliat, ut *fodere, pungendo forare* ad locationem conductionemque „per *κέντημα*“ [num forte nostr. durch Punktation i. e. per contractum, qui accurate singula momenta persequatur et definiat] translatum esse suspicetur, quod artificiosius videtur. Ceterum emendi et vendendi potestatem habet etiam lingua sanscr. in *kri*, cf. pers. خریدن emere). Deut. II, 6: וְגַם מַיִם תִּכְרוּ מֵאִתָּם *etiam aquam emetis ab iis*. De emtione uxoris Hos. III, 2, ubi Dagesch in אֲכַרֶהָ est Dag. euphonicum.

2) *epulas apparavit*. 2 Reg. VI, 23: וַיִּכְרֶה לָהֶם כָּרָה גְּדוֹלָה *et apparavit iis epulas magnas*. De loco Iob. XL, 30, quem multi huc referunt, v. כָּרָה no. I. De origine et usu Arabum audiamus Alb. Schultens. ad Iob. l. c. „Apud Arabes كِرَى et كِرَاء est convivium, quod apparatur ob aedificium absolutum: et verbum كَرَى absoluto aedificio epulum edit. Tu intelligas, omni maiore opere absoluto. Suspicor ortam notionem a كَرَى כרה conduxit mercede.“ Kosegarten in censura Lex. mei conferre malebat قَرَى hospitio excepit amicum, قِرًى id quo quis excipitur, sed vereor ut hoc sit ab obviam eundi potestate (קָרָא).

Hiph. inf. לְהַכְרוֹת legitur 2 Sam. III, 35 in codd. non paucis in Chethibh, pro לְהַבְרוֹת a rad. בָּרָה, quae vera et emendata optimorum librorum scriptura est, v. de Rossi ad illum locum, qui etiam Kimchii, Norzii aliorumque observationes excerpsit. Addatur R. Menahemi nota in nupera Kimchii editione p. 170. Ceterum לְהַכְרוֹת ita explicant magistri (ad rad. no. 2), ut non multum differat a לְהַבְרוֹת.

I. בֵּרָה vel **בָּרָה** f. pl. estr. כְּרֹת *foveae, cisternae*, a rad. no. I. Zeph. II, 6: נְוֵי כְּרֹת רֹעִים וְגִדְרוֹת צֹאן *pascua plena cisternis pastoriciis et pecorum septis*. Ita J. D. Michaëlis et D. v. Cölln, in spicileg. observatt. ad Zeph. (Vratislav. 1818) ad h. l., qui praeterea recte observat, rariore hoc vocabulo alludi ad כַּרְתִּים Comm. 5. Non male tamen Kimchius septa ovium intelligit fossis cincta: פירוש גקום שיכרו הרועים להיות שם גקוהם גכלאים.

II. בָּרָה f. *convivium, epulae* 2 Reg. VI, 23, v. rad. no. II.

בִּכְרָה f. *fodina*. Zeph. II, 9: נִכְרַת מוֹלַח *fodina salis*.

בָּכַר v. rad. בָּכַר. Kimchius de hoc substantivo agit sub hac radice, idque ex נִכְרָה (emtio, a rad. II, 1) decurtatum existimat.

בָּרַךְ chald. *clamavit, proclamavit* more praeconis, tantum in Aph. Dan. V, 29, et ita in Targg. Jon. III, 7. Prov. I, 21, et in Talmude. (Syr. ܒܪܟ Pe. et Aph. id. Sam. בְּרַךְ, unde הַבְרָכָא clamor, zab. מכא, sed ܒܪܘܟ praeco. Apud Arabes christianos usurpatur pro *κηρύσσειν* praedicare v. Castell., كَارِز praedicator. Praeterea late patet haec radix in linguis indogermanicis. Sanscr. *kras* clamare, zend. *khrestô* clamans, praeco Anquetil Zendavesta II, p. 442, pers. خُرُوشِيدَن, غُرُشِيدَن clamare, gr. *κηρύσσω*, it. *κράζω*, *κράζω*. lat. med. *crisari*, nostr. *kreischen, kreissen, to cry*. Cf. קָרָא.

בָּרוֹז m. chald. emphat. בָּרוֹזָא *praeco*. Dan. III, 4. (Syr. ܒܪܘܙܐ, unde etiam armen. բարոզ praeco).

בָּרַךְ rad. Hebraeis inusit. syr. ܒܪܟ circumdedit, it. syr. chald. zab. circumvolvit, involvit, operuit, ut velamento, pallio, zab. מבכא orbis, aeth. ፈርኪ: circulus, consessus. Videtur haec radix secundaria esse orta ex בָּרַר, כָּרַר circumdedit (unde כַּדַּר circus, circulus), abiecta una radicali, ut שֵׂרְשָׂה eatena, pro שְׂרֹשָׂה ex שָׂרַר, שָׂרַשׂ; חָגַל ex חרגל, quod ortum ex חָגַר.

תַּכְרִיךְ m. *pallium, stola ampla*. Esth. VIII, 15, et ita chald. Ez. XXVII, 16 (de vestimentis purpureis). Deut. XXVI, 14 Targ. Jon. et Hieros. (de vestibus quibus mortuus involutus est). Non aliter vett. intpp.

כַּרְכְּמִישׁ (ni fallor: *arx Camosi*, conflatum ex כַּרְכָּא, בִּרְתָא, syr. ܟܪܟܐ arx, oppidum munitum, et בְּמוֹשׁ i. q. כְּמוֹשׁ n. pr. idoli cf. syr. ܟܡܘܫ) Jes. l. c. Jes. X, 9. Jer. XLVI, 2. 2 Par. XXXV, 20 n. pr. urbis ad Euphratem, haud dubie eiusdem, quae Graecis *Κιρχήσιον*, lat. *Circesium*, arab. قَرْقِيسِيَا, قَرْقِيسِيَا appellatur, ejecta Mem littera v. Bocharti Phaleg 4, 21. Cellar. notit. orb. ant. II. p. 715 sqq. Mich. suppl. p. 1352. Abulf. Mesopot., Neues Repert. III p. 23. 245 apogr. Dresd. Schult. ind. geogr. ad vit. Salad. h. v. Urbs est satis magna et munita, sita in insula, quam Chaboras facit ab oriente in Euphraten influens.

בִּרְכֹּב quadril. inusit. zab. *circumdedit*, comp. ex בָּרַךְ circumdedit et כבב (q. v.) convolvit, sec. alios ex בָּרַךְ et כָּרַב constrinxit, quod minus placet. Inde

בַּרְכֹּב m. c. suff. בַּרְכֹּבוֹ Ex. XXVII, 5. XXXVIII, 4 *ambitus, margo*, qui in medio altari supra cancellos aeneos circumductus erat, fort. ut susciperet, quae de altari decciderent. Onk. כוּבָּא.

כַּרְכֹּם m. *crocus*, tum indicus, tum vulgaris, vide Dioscorid. I, 25. Celsii Hierobot. II p. 11 sqq. LXX. κρόκος. Cant. IV, 14. (Arab. كُرْكُم, chald. כּוּרְכְּמָא, syr. ܟܘܪܟܡܐ id., unde chald. כַּרְכְּמִי crocei coloris, כַּרְכֵּם croco tinxit. Etiam Armeni habent կարկհրմ khekhrym crocus. Ortum videtur ex indico *kankom* et *kunkuma*).

כַּרְכַּס n. pr. eunuchi Xerxis Esth. I, 10, cf. Sanscr. *karkaça* severus (Bentey über die Monatsnamen p. 199).

כָּרַם rad. inusit. Arab. كَرُمَ *nobilis, generosae indolis fuit*, كَرِيمٌ nobilis, neque solum de hominibus, sed etiam de rebus, أَرْضٌ كَرِمَةٌ terra bona et fecunda, كَرِيمٌ fecundus, أَرْضٌ مُكْرِمَةٌ terra bona, fertilis.

כֶּרֶם m. (f. Jes. XXVII, 2. 3) c. suff. כַּרְמִי, pl. כְּרָמִים cstr. כַּרְמֵי 1) *ager plantis nobilioribus consitus*, in horti et arboreti modum cultus (cf. כַּרְמֶל). כֶּרֶם זַיִת olivetum Iud. XV, 5. דֶּרֶךְ כְּרָמִים via quae ducit ad hortos et arboreta i. e. ad terrani cultam, sedem hominum, opp. deserto. Iob. XXIV, 18.

2) Spec. *vinea*. Gen. IX, 20. Ex. XXII, 4. Lev. XIX, 10. XXV, 4. Num. XVI, 14. XXII, 24. Deut. XX, 6. XXII, 9. XXIII, 25. XXIV, 21. XXVIII, 30. 1 Reg. XXI, 1 sqq. Jes. I, 8. V, 1 sqq. Jer. XXXV, 7. 9. Iob. XXIV, 6. Prov. XXXI, 13. Cant. VIII, 11 al., plene כֶּרֶם חֶמֶר hortus vini. Am. V, 11 cf. Jes. XXVII, 2. Apud prophetas vinea passim imaginem praebet populi israëlitici. Jes. III, 14. V, 1 sq. XXVII, 2 sq., cf. Matth. XX, 1 sq. XXI, 28. Luc. XX, 9. — Cant. I, 6 sponsa verbis: vineam *meam* non custodivi, venustatem suam significat, cf. VIII, 12. (Chald. כַּרְמָא, syr. ܟܪܡܐ id., sed arab. كَرْمٌ teste Dschauhario est: uva, شَجَرُ الْكَرْمِ vitis, et ex Syriasmo petitum videtur, quod in Bibliorum translatione aliquoties etiam de *vinea* dicitur Jes. XXVII, 2. Luc. XX, 9. 10). Inde est denom.

כֹּרֵם m. (ut בֹּקֵר a בָּקָר) *vinitor*. Joël. I, 11. Jes. LXI, 5. Syr. ܟܪܳܡܳܐ id., arab. كَرَّامٌ, sed nonnisi in Versionibus Bibliorum.

כַּרְמִי (vinitor) n. pr. 1) filii Ruben Gen. XLVI, 9. Ex. VI, 14. — 2) alius viri Jos. VII, 1. A no. 1 ductum est patron. ei consonum (pro כַּרְמִיי) Num. XXVI, 6.

כַּרְמֶל (a כֶּרֶם, adiecta terminatione *el*, quam vim diminutivam habuisse suspicor, v. sub litt. כ) m. c. suff. כַּרְמְלִי 2 Reg. XIX, 23 1) *hortulus, locus in horti modum cultus, arboribus frugiferis, oleribus et frugibus consitus* (Kimchi: נקום ארלנות פירות ושדות תבואה), modo deserto, modo silvae oppositus. Jes. XXIX, 17: *Libanus in hortulum mutabitur, et hortulus silva erit.* XXXII, 15. 16. Jer. II, 7: *deduxi vos* אֶל־אֶרֶץ הַכַּרְמֶל *in regionem hortulo similem, ut comedatis fructum eius.* Jes. X, 18. XVI, 10. Jer. XLVIII, 33. 2 Par. XXVI, 10. 2 Reg. XIX, 23 de Libano: יַעַר כַּרְמְלוֹ *silva eius horto similis*, intellige cedrorum seminarium in recessibus Libani.

2) meton. notare videtur *fruges hortenses*, easque *praecociores* et nobiliores, ut etiam nos generosiores et praecociores frugum et leguminum species in hortis colere, talesque campestribus praeferre solemus. Sic intelligo גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל Lev. II, 14 i. e. *contusum* s. polenta, ptisana *frumenti praecocis* et horni et per ellipsin in vc. trito perfacilem simpl. כַּרְמֶל Lev. XXIII, 14. 2 Reg. IV, 42. Utroque Levitici loco ג׳ כַּרְמֶל in altari offertur cum panibus primitiarum, cum quibus etiam 2 Reg. l. c. copulatur, et nescio an *polenta* (ἄλφιτα) intelligenda sit *ex granis recentibus et praecocibus frumenti horni contusis et decorticatis facta* (frische Weizen- und Gerstengrütze), cui utpote numini offerendae aristas adhibebant nobilissimas et praecoces in hortis cultas. — Haud igitur absurda est, adeoque viam ad veritatem parat Hebraeorum interpretatio: שִׁבֹּלֶת רַכָּה וּלְחָה *arista tenera et recens* (non: viridis). — Bene Theodot. cap. 2: πίσια ἄλφιτα. LXX. χίδρα ἑφικτα, quae Etymol. ineditum apud Bielium explicat: στάχυες ἁπαλοῦ σίτου· ὁ γὰρ καρπὸς, ἢ ἄλευρον τὸ ἐξ ἁπαλῶν φρυκτῶν γενόμενον, cf. Casaubon. ad Athen. 9, 16. Bielium et Schleussnerum h. v. Aqu. et Symm. ἁπαλὰ λάχανα ὀσπριώδη. Abulw. فَرِيكٌ arista fricabilis.

3) n. pr. a) promontorii amoeni et fertilissimi (Hieron. ad Am. I, 2. Jer. IV, 26) ad mare mediterraneum in finibus australibus Aseritarum siti, plerumque c. art. הַכַּרְמֶל Jos. XII, 22. 1 Sam. XXV, 2. 7. Jes. XXXV, 2. Jer. IV, 26. L, 19 (unde רֹאשׁ הַכַּרְמֶל summus Carmel 1 Reg. XVIII, 42) Cant. VII, 6, plene הַר הַכַּרְמֶל 1 Reg. XVIII, 19. 20. 2 Reg. II, 25. IV, 25, sine art. Jes. XXXIII, 9. Jer. XLVI, 18. Nah. I, 4. Jos. XIX, 26. Cant. l. c.: רֹאשֵׁךְ עָלַיִךְ כַּהַרְמֶל *caput tuum Carmelo simile* est, h. e. comis ornatum, ut ille arboribus (male enim Abulwalides aliique Hebraei interpretes כַּרְמִיל h. l. i. q. כַּרְמִיל *coccinum* esse volunt, quia in membro gemino sit אַרְגָּמָן). Graece mons appellatur Κάρμηλος τὸ ὄρος Strab. 16, 2 §. 27, Καρμήλιον ὄρος Jos. Ant. 13, 15 §. 4, lat. Carmelus Tac. hist. 2, 78, promontorium Carmelum Plin. 5, 19 s. 17. Cf. Relandi Palaestina p. 327 sq. — b) oppidi in montanis ad occidentem maris mortui Jos. XV, 55. Cum Ile locali כַּרְמֶלִי 1 Sam. XV, 12. XXV, 5. 40. Eusebius vicum suo adhuc tempore exstitisse tradit, v. Relandi Palaestina p. 695. Seetzenius autem (v. Zach. monatl. Correspondenz XVII p. 134) ibi locorum memorat montem calce constantem *el Kirmel*. — Nom. gent. a כַּרְמֶל litt. b. est

כַּרְמִילִי 1 Sam. XXX, 5. 2 Sam. XXIII, 35, fem. כַּרְמִלִּית 1 Sam. XXVII, 5.

* * *

כַּרְמִיל m. *coccinum*, *color coccineus* e vermiculis ingenti numero ilicis quasdam species, in Armenia et Polonia etiam graminum palustrium radices (v. Mosis Chorenensis geogr. p. 361 ed. Whiston. Kamus v. قرمز, maxime commentationem eruditam: über Cochenille am Ararat, von *Hamel*. Petropoli 1833. 4) inhabitantibus (coccus ilicis Linn.) paratus, it. *panni coccinei*, in sequiori Hebraismo i. q. in antiquiore שָׁנִי, תּוֹלַעַת q. v. 2 Par. II, 6. 13. III, 14. Persis Armenisve, apud quos coccum reperiri cummaxime vidimus, hoc vc. acceptum referebant Hebraei. Apud hos appellatur կարմիր *karmir* (v. Vers. armen. Apoc. XVII, 4 pro κόκκινον, 2 Par. II. cc. pro בַּרְגָּמִין, et praeterea saepe pro תּוֹלַעַת et שָׁנִי) a pers. كرم, sanscr. *krimi* vermis, et pers. كرمك *kermiel* est: rubrum vermium, a كرم et آل rubrum splendens (Lorsbach Archiv f. morgenländische Litteratur II, p. 305). Sic in vetere lingua slavon. coccineus color appellatur *tscherwen* a *tscherw* vermis, et *tscherwleniza* (wurmroth), et arabicum قرمز (vox haud dubie peregrina) nihil aliud esse videtur quam diminut. a قرم = كرم, ut russ. *tscherw* vermis, *tscherwez* vermiculus, polon. *czerw*, dimin. *czerwiec* vermiculus et coccus, unde czerwony ruber, cf. syr. ܫܽܢܳܝܳܐ coccineum (unde gr. κόκκινον) a pers. سوس vermis et ܟܽܘܢ, كُون color, it. gall. *vermeil* a lat. *vermiculus*. „In allen slavischen Mundarten kommt, wie bei den schon angeführten Polnischen, die Benennung für Roth direct von dem Worte, womit der Wurm bezeichnet wird. Im Slowakischen heisst der Wurm *cerw* und roth *cerljen*, im Kroatischen kommt von *cherv* Wurm *chêrljen* (chèrleno) roth; im Dalmatischen von *czarv*, *zarv* — *czarljen* oder *zarljen*; im Bosnischen von *çarv*, *çrriv* oder *çerv* — *çargljen* (*çarven*), *çrrigljen* (*çrriven*) *çergljen*; in einer der sorabischen Mundarten von *tzerw* — *tzerwene*, in der andern von *zerw* — *zerwóni*; im Böhmischen von *cerw* — *cerweny*“ etc. Hamel l. c. p. 27. Non minus certum est, pers. كرم, sanscr. *krimi*, lat. et germ. *vermis*, *Wurm*, slav. *tscherw* nil nisi varias eiusdem vocabuli formas esse, et (ut hoc quasi praeteriens observem) nostr. *Scharlach*, gall. *ecarlate* a vcc. slavicis modo laudatis, maxime *czarljen* et similibus derivandum esse: a populis enim slavicis profectus hic color in Europam occidentalem dimanavit. Ab arab. قرمزى vocco tinctus, est gall. *cramoisi*, nostr. *carmesin*, a simpl. *kerm* — *Karmin*. — Quae omnia qui perpenderit, haud facile cum Bocharto (III, p. 661) כַּרְמִיל *purpurae genus* interpretabitur ad *Carmelum* capi solitae.

כָּרְמִי n. pr. viri Horitae Gen. XXXVI, 26. Arab. كَرَان i. q. كِنَّار cithara.

כַּרְמָא chald. *solium*, *tribunal* i. q. hebr. כִּסֵּא q. v. (*s* geminato in *rs* mutato, v. ר litteram). Dan. V, 20, c. suff. כָּרְמֵהּ VII, 9, pl. כָּרְמָן ibid.

כָּרַם quadrilitt. ortum ex Pi. verbi כִּסֵּם (q. v.) pro כִּסֵּם (v. כָּרְמָא et sub litt. ת) *abscidit*, inde *decpavit*, *vastavit* (aper vineam). Ps. LXXX, 14. LXX ἐλυμήνατο. Symm. κατενεμήσατο. Hieron. *vastavit*. Syr. ܐܟܠ comedit eam. In alia omnia abeunt magistri, de quibus vide Bochartum Hieroz. I, 980. 981. (Arab. كَرْسَمَ Golius in append., haud dubie ex Camuso, explicat أرم وأشرق i. e. momordit et oculos humi defixit, quae ita conciliari possint, ut posterius sit: compressit labia, obmutuit. Sed apud Firuzabad. pag. 1688 Calc. legitur أرّم وأشرق conticuit et oculos humi defixit, quae scriptura si vera est, et vera esse videtur, verbum arabicum Hebraeo illustrando adhiberi non potest. Conferatur vero Chald. et talmud. קרסם folia abscidit; absumsit locusta, formica. Abulwalides: יכרסנהּ חזיר يقرضها من قول المشبه شده شكرسنوه نمل والقاف والكاف تبدلان في اللسان العربانى. Praeterea كُرْزُمّ multum comedens, vorax, a trilittero كَرَمّ IV. multum comedit, كَرَمّ voracitas, it. גָּזַם et גָּרַז vorandi potestate veniant, quadrilitterum possit etiam ex גָּרַם = כָּרַם et כָּרַם compositum existimari, vel ex כָּסַם et פּ amputavit).

כָּרַע pr. *flexit se* genu. Iob. IV, 4. Jes. XLV, 23: תִּכְרַע כָּל בֶּרֶךְ *flectunt se genua cuncta*, dein de homine: כָּרַע עַל בִּרְכַּיִם procubuit in genua Iud. VII, 5. 6. 1 Reg. VIII, 54. 2 Reg. I, 13. Esr. IX, 5, et simpl. בָּרַע genua flexit, in genua procubuit, v. infra. (Chald. id. Sam. ▽ע׳ cubuit, iacuit. Apud Arabes nonnisi significationes quaedam translatae servatae sunt, quarum originem lexx. arabica pro more ne verbo quidem significant, velut: prono ore bibit, os admovit fonti, pr. in genua procidit ad bibendum cf. Ind. VII, 5. 6. Schult. ad Iob. p. 860; sq. لُع appetivit viri congressum mulier, pr. incurvavit, inclinavit se ad eum, v. infra. Transpositis litteris est رك incurvavit se prae senio, vel inter precandum. Vicinum est בָּנַע).

Genua flectere vel *in genua procumbere* autem dicuntur a) qui regem vel summum numen adorant 2 Par. XXIX, 29, unde copulatur cum הִשְׁתַּחֲוָה Ps. XCV, 6. Sq. לְ pers. 1 Reg. XIX, 18. Esth. III, 2. 5, cf. Jes. XLV, 23, לִפְנֵי Ps. XXII, 30. LXXII, 9; b) qui viribus

destituti (Jes. XLVI, 1. 2) vel vulnerati et moribundi corruunt, ubi sequi solet נָפַל. Ps. XX, 9: הֻכְרְעוּ וְנָפָלוּ *corruunt et cadunt.* 2 Reg. IX, 24 de rege in pugna vulnerato: וַיִּכְרַע בְּרִכְבּוֹ *et corruit in curru suo.* Iud. V, 27 de Sisera, qui vulnus lethale a Jaele acceperat: בֵּין רַגְלֶיהָ כָּרַע נָפַל בַּאֲשֶׁר כָּרַע שָׁם נָפַל שָׁדוּד *inter pedes eius corruit, cecidit, iacuit: inter pedes eius corruit, iacuit: ubi corruit, ibi iacuit trucidatus*, ubi non Leet, כָּרַע cum Clerico et Schnurrero de torminibus s. convulsivis agitationibus moribundi (sich krümmen im Todesschmerz) intelligere. Jes. LXV, 12: כֻּלְּכֶם לַטֶּבַח תִּכְרָעוּ *vos omnes ad lanienam corruetis.* Eodem pertinet Jes. X, 4, qui locus supra (s. v. בִּלְתִּי p. 210 B) minus bene tractatus ita explicandus est: בִּלְתִּי כְרֹעַ תַּחַת אָסִיר תַּחַת הֲרוּגִים יִפֹּלוּ *sine* me i. e. auxilio meo destituti *corruent sub vinctos* i. e. sub pedes eorum (cf. בֵּין רַגְלֶיהָ Ind. l. c. et 2 Sam. XXII, 40: תַּכְרִיעַ קָמַי תַּחְתָּנִי), *sub occisos cadent* i. e. occisis in campo proelii operientur. — De ipsis genubus Iob. IV, 4: בְּרֹכְסִים כֹּרְעוֹת *genua labantia.* c) qui humum decubituri sunt, ad quietem captandam Gen. XLIX, 9: כָּרַע רָבַץ כְּאַרְיֵה. Num. XXIV, 9: כָּרַע שָׁכַב כַּאֲרִי, vel qui in genua procumbunt ad bibendum Iud. VII, 5. 6 (cf. supra usum Arabum). d) mulieres parturientes (ut hodieque in Aethiopia mulieres in genua prolapsae parere solent, v. Ludolfi hist. aeth. 1, 15) 1 Sam. IV, 19, it. caprae Iob. XXXIX, 3.

Raro de iis dicitur, qui toto corpore inenrvati procumbunt proni, 2 Par. VII, 8: וַיִּכְרַע אַפַּיִם אַרְצָה. Inde est כָּרַע עַל אִשָּׁה compressit mulierem Iob. XXXI, 10 cf. gr. *καταχλίνειν* Aeschin. fals. legat. p. 419, lat. incurvavit Hylam posito Tyrinthius arcu Martial. 11, 44, ipsos etiam inclinare maritos Iuven. 9, 26, cf. 10, 224. Pers. 4, 8.

Hiph. 1) *procumbere fecit, prostravit* hostes. Ps. XVII, 13. LXXVIII, 31. 2 Sam. XXII, 40: תַּכְרִיעַ קָמַי תַּחְתָּנִי *prosternis hostes meos sub me*, ubi כרע constructum est instar verborum motus (cf. Jes. X, 4), pro quo Ps. XVIII, 40: תַּכְרִיעַ קָמַי תַּחְתָּי, instar verborum quietis. Sic enim differunt תַּחְתָּנִי et תַּחְתָּי, ut illud (eum pron. in accus.) sit: *sub me, unter mich*, hoc (cum pron. in genit.): *unter mir*, vide gramm. hebr. §. 36 not. — 2) *depressit* i. e. *afflixit* aliquem Iud. XI, 35: אָהָה בִּתִּי הַכְרֵעַ הִכְרַעְתִּנִי.

מִכְתָּם m. in inscriptione Ps. XVI. LX: מִכְתָּם לְדָוִד, et LVI — LIX: לְדָוִד מִכְתָּם. Idem est quod מִכְתָּב *scriptum*, spec. *carmen* (Jes. XXXVIII, 9) cf. rad. Niph. et tritam permutationem litterarum מ et ב non solum ab initio et in mediis vocibus, sed etiam (quod a non nemine nuper negari video) extremis radicibus, veluti חָתַם et חָתַב pinguis fuit, רָגַם et רָגַב lapidavit, cf. רָחַם et רָחַף fovit, arab. vulg. رَقَمَ pro رَقَبَ cognomen. Et hoc quidem etymon (pr. ab *incidendo* in lapides) haud dubie ante oculos habuerunt LXX. *στηλογραφία*. Vulg. inscriptio tituli. Targ. גְּלִיפָא תְּרִיצָא sculptura recta. — Aben Esra, Kimchi (מִזְמוֹר מְכֻתָּם) et recentiores non pauci (Lud. de Dieu, in Crit. s. p. 130. Geiersus al.). מִכְתָּם ducunt a כָּתַם, et explicant: *cimelium aureum, carmen aureum* (Luth. güldenes Kleinod), sive ita praestantiam horum carminum laudare voluerint (cf. *χρύσεια ἔπη* Pythagorae, شُكَّرَةُ الذَّكَب granum auri humanitatis, quomodo appellantur Ali proverbia, شذور الذهب de divano Abulcasemi Jones de poësi Asiat. p. 357), sive quod aureis litteris scripta et instar carminum arabicorum معلقات dictorum in templo suspensa fuerint (Harmari observatt. II, p. 175), sed non facile dicas, quibus virtutibus ista carmina prae reliquis emineant, neque eius, quem Harmarus respicit, moris ullum apud Hebraeos vestigium est, ipsaque illa derivatio a nomine mere poëtico displicet. Nuper Hitzigius (ad Jes. l. c.) מִכְתָּם vi etymi *ἀπόκρυφον* esse voluit, nihilominus in Psalmis vertit: *Kleinod* (cimelium), a recondendo igitur ducit (similiter Hezel ad Ps. XVI, 1 carmen occultationis). Quod Kramerus (ad Ps. XVI, 1) מִכְתָּם revocat ad rad. ,,כֶּתֶם sordidus, niger fuit, luxit", ut *carminis lugubris* vim inde exsculpat, id sponte corruit, quum haec verbi arabici vis errore nitatur.

בָּתַן rad. inusit. aethiop. ΩΔΡΨ: operuit, texit, protexit, ΤΩΔΡΨ: vestivit se, ΟΩΔΡΨ: operimentum, tegumentum, ΩΔΡΨ: tunica. Inde

בָּתְּנֶת ubique in st. absol. Gen. XXXVII, 31. Ex. XXIX, 5. Lev. VIII, 7, et כְּתֹנֶת (raro absol. Exod. XXVIII, 39, plerumque in st. constr.), c. suff. כָּתְנְתִּי Gen. XXXVII, 23. Iob. XXX, 18 f. *tunica*, vestis interior cuti proxima (Lev. XVI, 4), a viris et mulieribus (2 Sam. XIII, 18. Cant. V, 3) gestata, maxime a sacerdotibus et Levitis (Exod. XXVIII, 4. XXIX, 5. Neh. VII, 70. 72. Esr. II, 68 al.), ut plurimum manicata, ad genua, raro ad talos (כְּתֹנֶת פַּסִּים, v. פסס) dependens, v. Braun de vestitu sacerd. p. 457 sqq. 470 sqq. Schroeder de vestitu mul. p. 236 sqq. Hartmanni Hebraerin III, 193. (Syr. ܟܘܬܢܐ, chald. כְּתוּנָא, zab. ⱞⱁⱜⱁ, sam. ⱭⱪⱭⱡⱣⱭ, unde etiam כיתן in cod. Hebraeo-Samaritano pro כְּתֹנֶת. Gr. *χιτών*). De etymo ambigitur. Ac Josephus quidem Ant. 3, 7 §. 2: *χεθομένη* (Conj. *χεθονέθη, χεθόνη*) *μὲν καλεῖται. Λίνον τοῦτο σημαίνει. Χέθον γὰρ τὸ λίνον ἡμεῖς καλοῦμεν.* Significat is chald. כְּתַן, כְּתָן, כִּיתָן linum, cui adde syr. ܟܬܢܐ, arab. كَتَّانٌ, كَتَّنٌ, كَتَنٌ linum (cf. etiam قُطْنٌ, قُطُنٌ bombyx, bombycinum, nostr. *Cattun* gall. *cotton*), neque incredibile est, illam vestem a materia nomen accepisse, plerumque enim lintea vel bombycina esse solebat tunica. De vocum linum significantium origine si quaeris, sunt qui ea peregrina censeant: certe arab. كَتَّانٌ iam Grammaticorum nonnulli (v. Freytag h. v.) persicam esse existimarunt, et Bohlenius (Abhandlungen der deutschen Gesellschaft zu Königsberg I p. 74) confert sanscr. *katam* textum, textile, linteum. Alii, ut Schroederus l. c. p. 237 vc. hebraeum illustrant ex arab. كَتَنَ Conj. VIII i. q. التصق proxime adhaesit cuti. Nobis etymon supra propositum, iam Ludovico de Dieu et Hottingero probatum, a *tegendo* et *vestiendo*, a quo etiam *linum* repeti potest, simplicissimum videtur.

Plur. כָּתְּנוֹת Ex. XXVIII, 40. XXIX, 8. XL, 14 et כָּתֳנוֹת XXXIX, 27, estr. כִּתְנוֹת Gen. III, 21, c. suff. כָּתְּנוֹתָם Lev. X, 5.

בָּתַת rad. inusit. et dubiae significationis, unde בָּתֵּת humerus. Fortasse est i. q. transp. חבת, תקף fortis, robustus fuit, cf. ΟΤΤΩΦΤ: humerus; sec. Simonem i. q. כתף, ΩΤΓΛ: constrinxit, ligavit cf. transp. בֶּתֶת chald. id., quod brachiis, thoraci et costis firmiter alligatus sit.

בָּתֵּת estr. בָּתֵּת (de בָּתָּת Jes. XI, 14 v. infra) dual. c. suff. כִּתְפָּיו (atque ita propria significatione, vide max. Exod. XXVIII, 12: עַל שִׁתֵּי כְתֵפָיו et eodem comm. עַל כִּתְפוֹת הָאֵפוֹד: semel de cardinibus 1 Reg. VII, 34), plur. כְּתֵפוֹת estr. כִּתְפוֹת, signif. translata, v. infra, f. 1) *scapula, humerus*, qui quomodo differat a שֶׁכֶם v. h. v. (Chald. כְּתַף, syr. ⱞⱣⱭ, sam. ⱭⱪⱭⱣ, arab. كَتِفٌ, كَتِفَةٌ id. unde denom. كتف laesit in humero. De aeth. v. ad rad. Apud. nasor. respondet ⱞⱣⱭ ala, manus). In humero (עַל כָּתֵף Ez. XII, 6. 7. 12. Jes. XLVI, 7, עַל כְּתֵפָיו Iud. XVI, 3, בְּכָתֵף Num. VII, 9. 2 Par. XXXV, 3) onera (etiam infantes Jes. XLIX, 22) gestari dicuntur, a iumentis quoque (Jes. XXX, 6),

unde metaph. Neh. IX, 29: וַיִּתְּנוּ כָתֵף סֹרֶרֶת *humerum rebellem dabant* i. e. ferre recusabant, iugum decutiebant, morem gerere nolebant, Zach. VII, 11. בֵּין כְּתֵפָיו inter humeros s. scapulas eius i. e. in tergo. 1 Sam. XVII, 6. — 2) Transfertur ad res inanimatas, ut *latus* aedificii (sive dextrum sive sinistrum) Ex. XXVII, 15. 1 Reg. VI, 8. VII, 39. 2 Reg. XI, 11. Ez. XL, 40. XLVII, 2, oppidi et regionis Jos. XV, 8. 10. 11. XVIII, 12 sqq. Ez. XXV, 9, maris Num. XXXIV, 11. Poët. dicitur Deut. XXXIII, 12 de Benjamino: בֵּין כְּתֵפָיו שָׁכֵן *inter humeros eius* (Jovae) *habitat* i. e. in montibus ei sacris, Zione et Moria. Jes. XI, 14: עִפֵּי כָתֵף פְּלִשְׁתִּים *involant in humerum Philistaeorum*, ubi forma כָּתֵף pro cstr. כָּתֶף posita videtur, nisi ita legendum est. Qui illud fieri posse negant (sed videant hi, quomodo explicent גַּיְא פְּרָצִים Ezech. XLVII, 4 et similia), appositionem statuunt: *in humerum* qui est terra *Philistaeorum* cl. כְּשֹׁרֵי pro אֶרֶץ כְּשֹׁרֵים (Hitzig ad h. l.), vel, quod praestat, ita iungunt: *involant in Philistaeos* i. e. adoriuntur Philistaeos *in humero*, ita ut עִפֵּי כָתֵף copuletur cum פְּלִשְׁתִּים (Maurer), cf. Jes. XXIII, 12: בִּתִּיִּם קוּמִי עִבְרִי. Quicquid est, imago repetita est ab avibus rapacibus (cf. Hab. I, 8), et locutio: irruere in humeros alic. etiam apud Arabes dicitur de militibus hostes a tergo adorientibus (vit. Tim. I, p. 56). Eo aptior imago, quod כָּתֵף etiam de ora maritima dicitur Num. XXXIV, 11 (cf. arab. مَنْكِبٌ humerus, tractus regionis).

Plur. כְּתֵפוֹת cstr. כִּתְפוֹת 1) *humeralia* Ephodi pontificalis i. e. partes eius superiores ab axillis sursum protractae usque ad humeros (Braun. de vest. sacerd. p. 467 sqq.) Exod. XXVIII, 7. 12. XXXIX, 4. 7. 18. 20. — 2) *latera portae* i. e. spatia ab utraque parte portae Ez. XLI, 2. 26, *latera vestibuli* i. e. parietes a latere eius ib. XLI, 26. — 3) *cardines* axis 1 Reg. VII, 30. 34, ubi semel כְּתֵפָיו (qs. a duali).

כָּתַר in Kal inusit. pr. *circumdedit*. Radices cognatae, quae omnes primariam colligandi, cingendi, circumdandi significatum habent, sunt: כָּתַר, כָּצַר, כָּזַר; כָּדַר, חָכַר, חָצַר.

Pi. 1) *circumdedit, cinxit*, sensu hostili sq. acc. Iud. XX, 43. Ps. XXII, 13. — 2) *exspectavit* (cf. חִגֵּל no. 6). Iob. XXXVI, 2: כַּתְּרוּ לִי וַאֲעִיר *exspecta me paullisper*. (Ita Chald. Pa. et Aph. Syr. ܟܬܪ, sam. et zab. id.).

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1, sensu hostili sq. acc. Hab. I, 4, sed in bonam partem Ps. CXLII, 8: בִּי יַכְתִּירוּ צַדִּיקִים *ad me confluunt iusti*, qua in locutione duae structurae: *circumdant me* et *conveniunt ad me* in unam coiisse videntur. Ewaldus ex signif. Pi. no. 2: expectant me, „sie lauern auf mich". — 2) *tanquam coronam induit, coronavit se* aliqua re (v. כֶּתֶר) Prov. XIV, 18: עָרוּמִים יַכְתִּירוּ דָעַת *prudentes coronantur intelligentia*.

כֶּתֶר m. *diadema* regis Persarum Esth. VI, 8, et reginae Esth. I, 11. II, 17, gr. κίτταρις, κίδαρις. Curt. 3, 3: Cidarim Persae regium capitis vocabant insigne; hoc caerulea fascia albo distincta circuibat. Cl. Brisson. de regio Persarum principatu p. 38 Ald.

כֹּתֶרֶת pl. כֹּתָרוֹת f. *capitulum* columnarum in templo, quod aeneum, in lilii formam effictum (1 Reg. VII, 19), malis Punicis et coronis pensilibus ornatum erat et sextam columnae partem occupabat (2 Reg. XXV, 17). 1 Reg. VII, 16—20. 2 Par. IV, 12.

כָּתַשׁ fut. יִכְתֹּשׁ *contudit* (in mortario), *trivit*, cogn. כָּתַת. Ut hoc latino *quatio*, ita כתש respondet nostro *quetschen*. Prov. XXVII, 22. (Chald. כְּתַשׁ contudit, it. percussit. Ithpe. pugnavit. Syr. Ethpe. et Ethpa. pugnavit, ܐܬܟܬܫ bellum. Sam. ⳉⳍⳔ plaga. Cf. ⳉⳍⳔ ense percussit. Aethiop. ΦΨΦΠ: contrivit, comminuit).

מַכְתֵּשׁ m. 1) *mortarium* Prov. XXVII. 22. Aqu. Theod. ὅλμος. Vulg. *pila*. — 2) *mortariolum* (Ruf. Ephes. I, 8) i. e. fossula maxillae, in qua dens infixus est, gr. ὀλμίσκος (Iul. Poll. 2, 4 s. 21). Iud. XV, 19: וַיִּבְקַע אֱלֹהִים אֶת־הַמַּכְתֵּשׁ אֲשֶׁר בַּלֶּחִי וגו׳ *et fidit Deus mortariolum in maxilla et exierunt aquae* cet. Kimchi: fossa in qua dens situs est, facta instar mortarii; et eodem modo Jarchi, D. de Pomis, Aquinas. LXX τὸν λάκκον τὸν ἐν τῇ σιαγόνι. Οἱ λοιποὶ, τὸν ὅλμον τῆς σιαγόνος. Targ. בבא דבלישא *porta in maxilla* i. e. fossula (sic enim, בבא, legendum cum Kimchio in Lex., neque בֵּיצָא petra, neque בָּבָא dens molaris). Alii veteres ipsum *dentem molarem* intelligunt, ut Vulg. Symm. Syr. non bene. Sed multorum suffragia tulerunt Josephus (Archaeol. 5, 8 §. 9) et Rabbi Levi, qui מַכְתֵּשׁ h. l. nomen proprium esse volunt, quod *excavationem* (pr. mortariolum) in regione לְחִי (maxilla) dicta significet, cf. no. 3: cui interpretationi favet articulus in הַמַּכְתֵּשׁ (v. Studer. ad h. l. sed cf. Gen. VIII, 6, ubi חַלּוֹן הַתֵּבָה ponitur, quanquam una fenestra est). — 3) n. pr. vallis prope Hierosolymam, prob. a similitudine mortarii (no. 1. 2) dictae. Zeph. I, 11: *ululate habitatores Machtesch*. Targ. habitantes ad torrentem Kedron. In Midrasch Aggada ap. Kimchium explicatur de Tiberiade: male. Simonis מַכְתֵּשׁ percussionem s. plagam interpretatur, ex usu linguae chaldaeae, et integram Hierosolymam ita appellari censet, ut alludatur ad מִקְדָּשׁ sacrarium (conf. eundem lusum in epistola Samaritanorum, v. Cellarii epist. Sichemitarum p. 25): sed superiore certe versu nonnisi partes urbis et circumiacentis regionis memorantur.

כָּתַת fut. יכת Deut. IX, 21 1) *cudit*. Joël. IV, 10: כִּתְּתוּ אִתֵּיכֶם לְחַרְבוֹת. (Congruunt *quatio*, percutio, vic. בָּדַד q. v., *cudo*, arab. كَتَّ tutudit in mortario). —

2) *contudit, fregit*, v. c. vas Jes. XXX, 14, vitulum aureum Deut. IX, 21. Part. pass. כָּתוּת *contusus* i. e. contusis testiculis castratus Lev. XXII, 24. — 3) *percussit* i. e. profligavit hostem Ps. LXXXIX, 24, sq. נִכֶּה.

Pi. כִּתֵּת i. q. Kal no. 1. Mich. IV, 3. Jes. II, 4, no. 2. 2 Reg. XVIII, 4. 2 Par. XXXIV, 7, *contudit* terram i. e. perdidit Zach. XI, 6.

Pu. pass. *contudit, illisit se.* 2 Par. XV, 6: וְכֻתְּתוּ גּוֹי בְּגוֹי וְעִיר בְּעִיר, de bello omnium contra omnes.

Hiph. fut. יַכֶּתּוּ *percussit* hostem i. q. Kal no. 3, sq. acc. Num. XIV, 45. Deut. I, 44.

Hoph. fut. יִכַּת, pl. יְכֻתּוּ *contundi*, de porta Jes. XXIV, 12, de idolorum simulacris Mich. I, 7, transl. de hominibus Iob. IV, 20. Jer. XLVI, 5.

כָּתִית m. *tusus, contusus*, inde שֶׁמֶן כָּתִית *oleum tusum* Ex. XXVII, 20. XXIX, 40. Lev. XXIV, 2. Num. XXVIII, 5. 1 Reg. V, 25 i. e. auctoribus Hebraeorum interpretibus, tale, quod ex olivis in mortario tusis, neque vero prelo subiectis, destillat, ideoque purissimum et generosissimum, cf. Celsii Hierob. II p. 349. 50.

כִּתִּי (de sing. nonnisi in titulis Phoen. obvio v. infra) pl. כִּתִּים et כִּתִּיִּים Jes. XXIII, 12. Jer. II, 10 et Ez. XXVII, 6 Keri, n. gentil. 1) *Citiensis*, incola *Citii* (*Κίτιον, Κίτιον, Κήτιον*) hodie *Chicti s. Tschitti*, urbis Cypriae nobilissimae, a Phoenicibus et conditae et habitatae (v. Meursii Cyprum p. 30. Swinton inscr. Citieae p. 9 sqq. Comment. nostr. ad Jes. XXIII, 1 et copiosius in Monumm. Phoeniciis I p. 122 sqq.), cuius rei insigne documentum superest in triginta et tribus marmoribus, quae Phoeniciis litteris inscripta ex antiquae urbis fundamentis eruta et a Rich. Pocockio primum edita, nuper a nobis et edita et explicata sunt in Monumm. Phoeniciis p. 124 — 153. Singularis in V. T. non obvius exstat in inscriptione Phoenicia bilingui Athenis reperta, in qua nomen proprium viri Citiensis Athenis mortui et sepulti graece scribitur *Νουμήνιος Κιτιεύς*, Phoenicíis litteris בן חנש .... אש כתי i. e. בֶּן־חַנַּשׁ .... אִישׁ כִּתִּי *Ben Chodesch* (Numenius) .... *vir Citiensis*. Praeterea in titulorum Citii repertorum primo lin. 1 inter alia regum populorumque nomina invenitur: מ֯לך כתין i. e. מֶ֯לֶךְ כִּתִּין *rex Citiensium*. Apud Hebraeos כִּתִּים, ad omnes *Cyprios* patuisse videtur (v. infra verba Epiphanii) Gen. X, 4. Jes. XXIII, 12. אֶרֶץ כִּתִּים de Cypro Jes. XXIII, 1, אִיֵּי כִתִּים orae Cypriorum Ez. XXVII, 6, et ita gr. *Κιττιεῖοι* Menand. ap. Jos. Ant. 9, 14 §. 12, quod nomen probabiliter reponendum est apud eund. c. Apion. 1, 18 (pro *Τίτνοι* lege *Κίτνοι*, *K* pro *T*, et fortasse *Κίτιοι* pro *Ἠϋκεοι* Arch. 8, 5 §. 3). (Apud illum dubiae fidei Philonem Byblium et *Κίτιον* urbs memoratur a Bimalo condita 4, 7. 5, 3, et *ἡ τῶν Κιττιέων χώρα* de universa Cypro 8, 10, cf. *ἡ τῶν Κιττιέων ὁρμή* 6, 3). De origine huius nominis gentilicii nuper Studerus (ad lib. Iud. pag. 44) coniecit, כִּתִּי probabiliter idem esse quod חִתִּי, et Citienses Cypri Chittaeorum, gentis Cananaeae, colonos esse: quae nondum legeram, quum inscriptio quaedam Phoenicia eandem sententiam mihi suaderet eiusque certius quoddam fundamentum praeberet. Nimirum in titulo *Citiensi* no. 33 lin. 2. 3 post nomen proprium viri sepulti perspicua sunt verba: אש ירץ מלך רב חתי *vir consiliarius regis magni Chittaeorum*, et facile concedent lectores, in titulo Citii reperto credibilius esse, ipsum *Citii regem* dici, quam Chittaeorum Palaestinensium, qui inscriptionum illarum aetate iam diu evanuerunt, principem. Atqui sic habetur exemplum *Citiensium* Cypri per ת scriptum, quo illa de utriusque populi cognatione coniectura magnopere confirmatur. (Philo Byblius l. e. 4, 7 Bybli regem facit Cittii conditorem).

2) Ampliore significatu nomen כִּתִּים dein ad omnes *insulas oraseque maris interni, maxime septentrionales, Graeciae* igitur *adeoque Italiae insulas orasque* translatum est (simili modo atque אִיִּים, quod latinis etiam patet). Num. XXIV, 24, אִיֵּי כִתִּים Jer. II, 10 (cf. Jes. XXIII, 12). Dan. XI, 30: צִיִּים כִּתִּים *naves Citienses*, ubi significantur naves Romanae (cf. Polyb. 29, 11. Appian. Syr. 66). LXX Ῥωμαῖοι. Vulg. trieres et Romani. Contra Graeci intelliguntur 1 Macc. VIII, 5, ubi Perseus *Κιττιέων βασιλεὺς* appellatur, et ibid. 1, 1, ubi Alexander Magnus *ἐκ τῆς γῆς Χεττιείμ* venisse dicitur. De utroque significatu (no. 1 et 2) verum iam diu est quod viderat Josephus, Ant. 1, 6 §. 1: *Χέθιμος δὲ Χεθιμὰ τὴν νῆσον ἔσχεν· Κίπρος αὕτη νῦν καλεῖται. καὶ ἀπ' αὐτῆς νῆσοί τε πᾶσαι καὶ τὰ πλείω τῶν παρὰ Θάλασσαν Χεθὶμ ὑπὸ Ἑβραίων ὀνομάζεται. μάρτυς δέ μου τοῦ λόγου μία τῶν ἐν Κύπρῳ πολέων ἰσχύουσα τὴν προσηγορίαν φυλάξαι. Κίτιος (Κίτιον?) γὰρ ὑπὸ τῶν ἐξελληνισάντων αὐτὴν καλεῖται:* neque non Epiphanius, Cypri episcopus Palaestina oriundus et litterarum Hebraearum non imperitus, adv. haeres. 30 §. 25: *παντὶ δὲ δῆλόν ἐστι, ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ Κύπριοι καὶ Ῥόδιοι:* fuerunt igitur, qui praeter Cyprum ad Rhodum vicinam hoc nomen patere existimarent. Ad *Graeciam* maxime hoc nomen referunt Lexicographi Syro-Arabici, ut Bar Bahlûl: ܟܬܝܡ ܗܠܝܢܐ ܘ ܟܬܝܡ ܘܪܕܢܝܡ ܐܪܥ ܐܝܘܢܝܐ ܗܝ ܐܪܥ ܗܠܝܢ ܘ ܟܬܝܡ ܐܚܝ ܗܘ ܐܪܥ ܪܘܡ ܘܩܣܛܠܝܢ ܘܐܝܛܠ ܘܬܠܟ ܢܘܚܝ ܘ ܟܬܝܡ ܐܚܝ ܗܘ ܐܪܥ ܐܬܝܩܐ ܘܐܦܪܝܩܐ ? ܟܬܝܡ ܐܚܝ ܗܘ ܐܪܥ ܡܩܕܘܢ *Chethim in Pentateucho copulatur cum Rodanim, estque Graecia et Sicilia et Africa (?) et istiusmodi regiones. Aliis Chethim est Achaja s. Macedonia.* Lex. Adleriamum: ܟܬܝܡ ܝܘܢܢܝ ܪܘܡܝ ܡܩܕܘܢܝ i. e. *Citojo Graecus sive priscus sive recentior, Macedo*, cf. Ephr. Syr. Opp. T. I p. 261 et T. II p. 229. Contra *Italiam* intelligebant Hieron. plerisque locis, Targ. Num., et complures Hebraei, quibus adstipulantur e recentioribus Bochartus (Phaleg p. 157), Vitringa ad Jes. XXIII, 1 al. Sed ut verissimum est, hoc nomen ampliore significatu et Graeciam et Italiam complecti, ita prorsus abiiciendae sunt eorum opiniones, qui כִּתִּים propriam et nativam unius alteriusve illarum terrarum fuisse existimarunt.

מִכְתָּה f. *fractio, contritio* Jes. XXX, 14.

ל

Lamed duodecima littera, numerum *tricenarium* indicans. Nomen eius (לָמֶד) idem valet quod מַלְמָד vel מַלְמֵד *stimulus boum*, cuius figuram haec littera refert in alphabeto Phoenicio (v. Monumm. Phoenicia tab. I et pag. 33 sqq.).

Permutatur ea 1) cum reliquis litteris liquidis s. semivocalibus, quarum haec mollissima est, ut a) cum *Nun*, quod, ubi nativum est, non raro mitigatur in *Lamed*, ut חֹטֶן et חֹטֶל (cf. לִטֵּר et נִטֵּר) ursit, נָקֵב nominavit, נְדָנָה chald. לְדָן, נְדָנָא vagina, נְשָׁבָה et לְשָׁבָה cella, נָתַן syr. ܢܬܰܠ dedit, נָהָה, aethiop. ለሐዉ planxit, חֶכֶן syr. ܟܶܠ ita, רְאוּבֵן, רְעוּבֵל pro Ruben, נָרִנְג, vulg. לָרִנְג malum aurantium al., cf. *νίτρον*, att. *λίτρον*, *πτείμων*, ion. *πλείμων pulmo*, *νίμφη* lympha; *Nabonedus* Berosi est *Labynetus* Herodoti. Contra etiam Lamed non raro induratur in Nun, v. c. צֶלֶם imago, זִלְזֵל vulg. pro זִנְזֵל terrae motus, سلسلة vulg. سنسلة catena, saepius in vocabulis peregrinis v. c. פְּסַנְתֵּרִין ex *ψαλτήριον*, פַּלְגְּלִיטָא, בַּרְבְּלִיטָא ex *μαργαρίτης*, اسرائيل et اسرايل Israël, ميكائيل et ميكايل Michaël, zab. ألصبت Elisabeth; *Daleth* (littera) aeth. *Dent*, cf. dor. *ἴνθον*, *βέττιστος* pro *ἴλθον*, *βέλτιστος*. Plura exempla dabunt Bochartus in Phaleg p. 520 et ex sinu linguae arabicae Ev. Scheidius in diss. Lugdd. p. 953. — b) raro cum *Mem*, utpote littera fortiore et duriore, minus mutabili, v. c. גַּלְגֹּלֶת, arab. جمجمة cranium, اجمة et مأجل, مُوجِل stagnum, palus. — c) Saepe cum *Resch*, atque ita quidem, ut r nativum emolliatur in l, maxime in libris et dialectis recentioribus v. c. שַׁרְשֶׁרֶת chald. et arab. שַׁלְשֶׁלֶת, سلسلة catena; אַרְנִינִית, semel אַלְמָנוֹת Jes. XIII, 22 palatia, chald. אֲרָא et אֲלָא ecce! גֶּרֶב medium, סַפִּיר Sapphirus, רִיר sputum et לִיל salivavit, אִשְׁתַּדַּר Dan. VI, 15 in Targg. אִשְׁתַּדַּל contendit al. (cf. *λείριον* lilium); alibi tamen contra, ita ut ex l induratum sit r (quod addubitare non debebat Ewaldus, gramm. crit. p. 36) v. c. אַלְמָנָה, אַרְמֶלֶת vidua; חֲלָצַיִם chald. חַרְצָא lumbi; נִיזָרוֹת Iob. XXXVIII, 32 pro נִיזָלוֹת 2 Reg. XXIII, 5, quae forma nativa est; סַלְמָה n. pr. oppidi arab. صرخد; אַלָהוּת, sam. ΑΛΗΘΑ divinitas Carm. sam. III, 6. 10. VI, 20. Cognatae radd. sunt גָּלַל et גָּרַר no. 5, צָהַר et צָחַר q. v. et lusus verborum in רָבַשׁ et לָבַשׁ Mich. 1, 13, cf. Jes. XVI, 12 in יִרְאֶה et יִלְאֶה. Apud Samaritanos tanta utriusque litterae similitudo fuisse videtur, ut in carminibus alphabeticis pro ר ponatur ל et contra (v. Carm. Samarit. ed. Gesen. Carm. 7, 20): apud Arabes illud blaesae linguae vitium, quo nonnulli pro ر vel ل vel غ vel ى pronunciant, لُغْغَة appellatur. — In aliis linguarum familiis saepe una dialectus vocabula constanter effert per r, altera per l; velut lingua Sinica, quae littera r prorsus caret et l effert, ubi lingua Iaponica vicissim l littera carens r habet: apud Aegyptios dialectus basmurica, quae constanter l ponit pro r *); apud veteres Persas, ubi dialectus Zend omnes voces per r pronunciat, quas Pehlvica dialectus per l: qua in re hoc notandum est vocabula, quae e veteribus dialectis Persicis in linguam Hebraeam reliquasque linguas recepta sunt, saepe l litteram adoptasse, ubi lingua Zendica et Sanscritica r habent, ut *Tedjer* (Tigris) semit. דִּכְלַת, דִּגְלַת, כַּרְכֹּם, חַרְגֹּל; אֲהָלִים lignum aloës, sanscr. aguru; ارز armen. *karmir*; *Tibareni* Herodoti, hebr. תִּיבַל (cf. Benfey, über die Monatsnamen p. 125).

2) aliquoties cum dentali ד, velut אָזַד i. q. אָזַל abiit, discessit (q. v.), cf. verba cognata דּוּשׁ trituravit pedibus et לוּשׁ manibus subegit; בָּחַד et בָּחַל; דָּבַד et דָּבַל. Ita in Graecis et Latinis Ὀδυσσεύς, Ulysses, *odor* et *olco*, *δαίω levir* (v. pag. 58), *μελετάω* meditor, adde *lingua* angl. tongue, *medius* gall. *milieu*, sed *Δαλιδά*, quod LXX ponunt pro n. pr. *Δαλιλά* דְּלִילָה, librariis potius tribuendum videtur *Δ* pro *Λ* scribentibus.

3) emollitur passim in Waw idque quiescens, v. pag. 393 A. Apud Phoenices et Poenos *al* syllaba saepe mitigatur in (au) *ó* (cf. *cheval*, *chevaux*; ital. *al*, gall. *au*, quod litteris Phoeniciis scribentes non Vav quiescente, sed vel ע (= o) litteris exprimunt vel plane omittunt v. c. מעקר et מקר *Mekar* pro מלקרת, מלקר Melicerta, Hercules; מך pro מלך rex; מעבת et מבת *mócût* regnum; cf. nom. propria *Mochus* (Bochus) pro *Malchus*, *Chancbo* pro *Chancl al* al. et in Hebraismo נִיעָבָה (q. v.) pro מִלְּבָד LXX *Βὴθ Μωχά*. Vide monumm. Phoenicia pag. 431. Idem cadit in *ar* syllabam, v. ר. Rarius *al* apud Hebraeos et Phoenices abit in *ā*, א־, ut in angl. *walk*, *talk*, v. c. עָזַבְל pro עָזַל, phoen. *Macar* pro *Malcar*. Ibid. p. 432.

Passim quadrilittera ex trilitteris ita oriuntur a) ut ל post primam radicalem inseratur, ut זָגַע, זַלְגַּע ferbuit, b) ut ל in fine addatur, qua forma nescio an Semitae, aeque ac Graeci, Romani et Germani (v. Matthiae gramm.

*) In scriptura hieroglyphica phonetica r et l iisdem figuris exprimuntur. v. Champollion gramm. égyptienne p. 41.

gr. §. 102. Ramshornii gramm. lat. p. 236. 257. Jac. Grimm deutsche Grammatik, III p. 665) diminutiva designaverint, v. חַרְגֹּל (huppeln), בַּרְמֶל (Gärtchen), חַרְסֹל (Knöchel), גִּבְעֹל (Kelchlein), יַרְכָּל, עֲרָבָל.

לְ ante monosyllaba et bisyllaba barytona **לָ** (v. Lgb. 628. Ewaldi gr. §. 462 cf. *lasibit* לָשֶׁבֶת Plaut. Poen. 5, 1, 9), poët. etiam **לָמוֹ** (v. מוֹ) cum suff. לִי; לָךְ, לָכָה; לוֹ; לָהּ; לָנוּ; לָכֶם, לָכֶנָּה; לָהֶם, לָהֶנָּה Jer. XIV, 16, poët. לָמוֹ (quod male nonnunquam ad singularia referri docent pro לוֹ, ista enim singularia nunquam non collectiva sunt, v. Gen. IX, 26. Ps. XXVIII, 3. LXXIII, 10. Jes. XLIV, 13. LIII, 8, cf. gramm. §. 100 not.) f. לָהֶן (non לָהֵן, quod est: propterea, p. 387), fort. לָם (sicut בָּם, v. not. ad Jes. IX, 6. XXXIII, 7), praepositio praefixa, decurtata ex אֶל (q. v. p. 103), cui nostra magnam partem synonyma est, ita quidem ut לְ in significationibus translatis usitatius sit. (Respondet arab. ل, rarius ى de Sacy gr. I, 475. 477. II, 92. 93; aeth. ለ, syr. ܠ. De ל Phoenicum cf. Monumm. Phoen. p. 351).

A) pr. *motionem* vel certe *directionem* et *conversionem* ad aliquem l. aliquid significat. Est igitur

1) *ad*, *versus*, *in*, gr. εἰς, nostr. *nach* (etwas) *hin*, *zu* (etwas) *hin*. Iungitur verbis eundi, et ita differt ab אֶל, ut אֶל plerumque praemittatur homini, לְ rei locoque, quem petimus, v. c. הָלַךְ אֶל petiit hominem, לְ הָלַךְ petiit locum (v. pag. 377 B); בּוֹא sq. אֶל pers. Gen. XXXVII, 23. Iud. III, 20, לְ loci 1 Sam. IX, 12. 2 Par. XXVIII, 9; שׁוּב sq. אֶל pers. (raro loci Gen. XXXVII, 29) et לְ loci (Ruth I, 8); יָרַד sq. אֶל pers. et loci, et לְ loci; קָרַב sq. אֶל pers. Gen. XXXVII, 18, לְ loci Iob. XXXIII, 22; נוּס sq. לְ loci 1 Sam. IV, 10; sic *duci ad* lanienam (לַטֶּבַח) Jes. LIII, 7, *ad* sepulcrum (לְקִבְרֵי) Iob. X, 19; dispergere *in* omnes ventos (לְכָל־רוּחַ) Ez. V, 10; protrahere in lucem (לָאוֹר) Iob. XII, 22. Mich. VII, 9; קָרָא sq. לְ vocavit (pr. clamavit ad) aliq. Praemittitur particulis loci, ut לְאָחוֹר retrorsum, לְמַטָּה sursum, לְמַעְלָה deorsum, לִקְרַאת in occursum. Adde huius generis sententias Ps. XCIX, 5: הִשְׁתַּחֲווּ לַהֲדֹם רַגְלָיו *adorate* conversi *ad scabellum pedum eius*. Jes. LI, 6: שְׂאוּ לַשָּׁמַיִם עֵינֵיכֶם *tollite ad coelum oculos vestros*.

Translate de animi mentisque ad aliquem (aliquid) conversione, v. c. לְ חִכָּה et קִוָּה exspectavit aliquem (ausschauen *nach* jem.), שָׁמַע לְ, הֶאֱזִין לְ attendit ad, לְ הִלְהָה נִשַּׁשׁ Ps. LXXXIV, 3, לְ אָרַב insidiatus est alicui (*auflauern*). — Opp. est נֶגֶן, v. c. Gen. IX, 10: מִכֹּל־יֹצְאֵי הַתֵּבָה לְכֹל חַיַּת הָאָרֶץ, in cuius generis formulis magis frequentatur עַד (v. עַד, עֵד). De duplici termino habetur: לְ — עַד Neh. III, 15: *murum* לְגַן הַמְּגָלָה וְעַד חַמְעֲלוֹת. Alibi non multum differt ab עַד *usque ad*, v. c. לְשָׂבְעָה ad satietatem usque Ez. XXXIX, 19, לְכִלּוֹתָם usque ad mortem eorum Ps. LXXIII, 4: לְ — בֵּין pr. intervallum — usque ad i. e. inter et inter, v. בֵּין p. 203 B.

2) εἰς, *in*, de transitu rei in aliam conditionem (nostr. *zu*, in: *zu* etwas werden). Gen. II, 22: וַיִּבֶן יְיָ אֱלֹהִים אֶת הַצֵּלָע לְאִשָּׁה *et aedificavit* (finxit) *Jova Deus costam in mulierem*, ex costa mulierem. 2 Sam. V, 3: *et ungebant Davidem* לְמֶלֶךְ *in regem*. Iob. XVII, 12: לַיְלָה לְיוֹם יָשִׂימוּ Inde לְ transformare, mutare *in* aliquid; שׂוּם לְ, עָשָׂה לְ, נָתַן לְ facere (aliquem) aliquid, *zu* etwas machen; הָיָה לְ fieri aliquid, *zu* etwas werden (vide pag. 373 A, no. 2, b), quod etiam per hyperbolam dicitur pro: fieri instar alicuius rei. 1 Sam. XXV, 37: וְהוּא הָיָה לְאֶבֶן *et factus est lapis*, obrigui instar lapidis. Omisso verbo substantivo Iob. XIII, 12: לְגַבֵּי חֹמֶר גְּבִיכֶם *munimenta lutea* facta sunt *munimenta vestra*. Thren. IV, 3: בַּת עַמִּי לְאַכְזָר *filia populi mei* facta est s. est *crudelis*. Jes. I, 5: כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי *omne caput* abiit *in morbum*, totum aegritudine correptum est, cf. 2 Par. XXI, 18: *post haec Jova cum percussit in visceribus* לְחֳלִי לְאֵין מַרְפֵּא ita ut *in morbum* abirent *non sanabilem*, et Iob. XXX, 31: וְיְהִי לְאֵבֶל כִּנּוֹרִי. — בָּקַע לְשְׁנַיִם dissecuit in duas partes Jer. XXXIV, 18, נָתַח לְגֻתָּחִים dissecuit in frusta Lev. VIII, 20.

3) Est *nota dativi*, ut angl. *to*, gall. *à*, certe nomini praeponitur, ubi Graeci, Romani et nostrates casu tertio utuntur.

Ponitur enim

a) post verba dandi (שׂוּם לְ, נָתַן לְ Exod. IV, 11), tribuendi et retribuendi (חָשַׁיִב, גָּמַל), afferendi (חָבִיא לְ Gen. XXVII, 31), condonandi (נָשָׂא), relinquendi (עָזַב לְ reliquit alicui aliquid Ps. XVI, 10, הִנִּיחַ Eccl. II, 18), consulendi (יָעַץ) cet. quo etiam referendum est: יָלַד לְ peperit (et donavit) ei filium Gen. XXIV, 36, כָּרַת בְּרִית לְ concessit ei foedus. It. de eo, *cui* aliquid dicitur (אָמַר לְ Gen. XXVII, 31. 34. Deut. XXXIII, 9), indicatur (הָגִיד), narratur (סִפֵּר), promittitur inreiurando (zugeschworen wird) Deut. VI, 23. XXVI, 3. 15. De locutione: אָמַר לְ dicere *de* aliq. v. infra no. 11. Persaepe verba Hiphil coniunguntur sq. לְ, si aliqua dandi s. concedendi potestas in iis inest, v. c. לְ הֶחֱיָה vitam servavit alicui Gen. XLV, 7, לְ הֵנִיחַ quietem dedit, concessit alicui Ex. XXXIII, 14. Jes. XIV, 3, לְ הִשְׁקָה potandum dedit alicui 1 Reg. XIX, 20, לְ הִצְדִּיק Jes. LIII, 11, לְ הוֹשִׁיעַ Iud. VII, 2.

b) de persona (re), *cui* aliquid inservit (*der* eine Sache dient), in cuius usum vel *commodum* et honorem aliquid est vel fit (dat. commodi). Gen. II, 20: לְאָדָם לֹא מָצָא עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ. XXIV, 4: לְלָקַחְתָּ אִשָּׁה לִבְנִי לְיִצְחָק. XLV, 23: מָזוֹן לְאָבִיו לָדֶרֶךְ. L, 10: יֵיעָשׂ לְאָבִיו אֵבֶל. Ex. XXVI, 7: יְרִיעֹת לְאֹהֶל. Neh. VIII, 4. Gen. XII, 7: *exstruxit altare* לַיהוָה *Jovae*. — Eccl. I, 3: מַה־יִּתְרוֹן לָאָדָם *quid lucri est homini?* VI, 11. טוֹב לִי bonum s. salubre est mihi Eccl. VI, 12. VIII, 15, contra Prov. XVII, 25: כַּעַס לְאָבִיו בֵּן כְּסִיל *moeror patri suo* est *filius stultus*.

XIX, 13: חְמוֹת לְאָבִיו בֵּן בְּסִיל. Atque huiusmodi dativus saepe addi solet tum aliis verbis tum maxime verbis motus, ut eundi (הָלַךְ, אָזַל, שׂוּם), fugiendi (נוּס, בָּרַח), quo proprie significatur, aliquem sui commodi suaeve oblectationis causa (sibi) aliquid facere, quanquam postea in pleonasmum fere abiit, v. c. Cant. II, 17: דְּמֵה לְךָ דֹדִי *similis sis tibi, amice, dorcadi.* Iob. XV, 28: בָּתִּים לֹא יֵשְׁבוּ לָמוֹ. Ez. XXXVII, 11: נִגְזְרָנוּ לָנוּ; Prov. XIII, 13: יֶחְבָּל לוֹ, v. Lgb. p. 736. 737. (In cippis Phoeniciis ל persaepe praeponitur nomini vel numinis vel sepulti, cui cippus consecratus est, v. monumm. Phoenic. p. 351).

c) de vi et effectu, quam aliquid habet *in* s. *ad* pers. vel rem (von der Einwirkung, dem Eindruck auf jem.) Prov. XXIV, 9: תּוֹעֲבַת לָאָדָם לֵץ *abominatio hominibus* est *irrisor.* Cant. I, 13: לְרֵיחַ שְׁמָנֶיךָ טוֹבִים *unguenta tua grata* sunt *odori.* Iob. X, 3: הֲטוֹב לָךְ *num tibi placet?* cf. וַיִּיטַב לוֹ Ps. LXIX, 32 (syr. ܐܫܦ placuit alicui). חָלִילָה לִי ad profana mihi i. e. absit a me, quod ita enarrandum est: de mea sententia ad profana abiiciendum est. Ex hoc usu expedias etiam verba Gen. XLV, 1: לֹא יָכֹל לְהִתְאַפֵּק לְכֹל הַנִּצָּבִים עָלָיו יוֹסֵף לְהִתְאַפֵּק לְכֹל הַנִּצָּבִים עָלָיו *non potuit Josephus se fortem praestare omnibus adstantibus*, efficere ut fortis et immotus videretur omnibus adstantibus.

d) de eo, quod *alicui est* i. e. quod *habet* (למד הקנין Lamed possessionis appellant Hebraei). Ita יֵשׁ לִי et הָיָה לִי mihi est, habeo (v. sub his vce.), אֵין לִי mihi non est, non habeo (v. אֵין), אֲשֶׁר לְ *quod alicui* est, quod quis habet. Gen. XXXI, 1: כָּל־אֲשֶׁר לְאָבִינוּ *omnia quae habebat pater noster.* XXIX, 9: הַצֹּאן אֲשֶׁר לְאָבִיהָ *grex patris eius.* XLVII, 4, cf. Lgb. 672. — מַה־לִּי mihi et tibi? i. e. quid mihi tecum est negotii, v. מָה. — שָׁלוֹם לָךְ שָׁלוֹם לְבֵיתְךָ salus est tibi i. e. salvus es, nihil metuendum est tibi, v. שָׁלוֹם. It. *α*) de eo, quod alicui *contingit*, obtingit (was er bekommt, was ihm zu Theil wird), v. e. חָיָה לִי contingit mihi (zu Theil werden) v. חָיָה no. 2, cc. *β*) de eo quod alicuius (res, officium) est, *was seine Sache ist*, was ihm zu thun zukommt, *was er* zu thun *hat.* 2 Par. XXVI, 18: לֹא לְךָ עֻזִּיָּה לְהַקְטִיר *non tuum est, Usia, suffitum offerre*, ubi in לֹא לְךָ etiam haec vis inest: tibi non licet (cf. אֵין לִי p. 82 B). XX, 17. XXXV, 3. Ps. L, 16. Mich. III, 1: הֲלֹא לָכֶם לָדַעַת *nonne vestrum est, scire?* — Similis ratio est formulae יֵשׁ לְאֵל יָדִי et אֵין לְאֵל יָדִי (de qua vide p. 48) licet (non licet) robori manus meae, es steht in der Macht meiner Hand, es ist verstattet der Macht meiner Hand. *γ*) de eo, quorsum quis pertinet. 1 Reg. XV, 27: לְבֵית יִשָּׂשכָר *Baësa, filius Ahiae*, לְבֵית יִשָּׂשכָר *ad domum Issachari* pertinens.

e) de *causa* et *auctore* rei, ut apud Graecos, cuius locutionis originem ex huiusmodi formulis intelliges. Iob. XXXVII, 1: זֹאת עַל־זֶה יָחֵד לִבִּי *talibus* (dat.) *contremiscit cor meum*, solchem zittert mein Herz, pro *durch* solches. Ps. XVIII, 45: לִשְׁמַע אֹזֶן שָׁמְעָה לִי *mihi obediunt famae* i. e. ad famam nominis mei (auf das Gerücht von mir). Num. XVI, 31: בְּשָׂאָה נָּסְאוּ לְקֹרְחָ. Jes. XIX, 22: נֶעְתַּר לָהֶם *movetur iis* i. e. cedit precibus eorum. Germanice dicere possis: dem Befehle, Winke geschieht es, pro: *auf* den Befehl, Wink, in Folge und Kraft des Winkes, *der Macht des Winkes weichend und gehorchend.* Ita ponitur *α*) post passiva. Exod. XII, 16: אַךְ אֲשֶׁר יֵאָכֵל לָכֶל נֶפֶשׁ הוּא לְבַדּוֹ יֵעָשֶׂה לָכֶם *fiet a vobis.* Prov. XIV, 20: גַּם לְרֵעֵהוּ יִשְׂנָא נִשְׁמַע לְמְסִבְּבָיו *auditur a Sanballato.* Gen. XIV, 19: בָּרוּךְ אַבְרָם לְאֵל עֶלְיוֹן. Lev. XXI, 11. 1 Sam. XV, 13. Esth. V, 12. Jes. LXV, 1. (Ita etiam syr. ܠ, Hoffm. gramm. syr. §. 143). — Ex. XIII, 7: לֹא יֵרָאֶה לְךָ חָמֵץ *non conspiciatur tibi fermentum* i. e. a te, in domo tua (ubi non dixerim ל *penes, apud* significare). *β*) post alia verba, in quibus vis passiva inest, ut חָיָה לִי licri ab aliquo Jes. XIX, 15, חָתָה לְ gravidari ab aliquo. — *γ*) in inscriptionibus carminum (cf. ל auctoris Arabum in titulis librorum, v. praef. ad Golii Lex. it. syr. לאל ܠ ܐܠ *exstat liber ab eo* scriptus Barhebr. p. 19, 18. 59, 9. 15). V. c. מִזְמוֹר לְבְנֵי קֹרַח מִזְמוֹר, לְדָוִד מִזְמוֹר, לְדָוִד מִכְתָּם (v. p. 421), לַמְנַצֵּחַ לְדָוִד Ps. LII—LV, תְּפִלָּה לְדָוִד Ps. LXXXVI, תְּפִלָּה לַחֲבַקּוּק Hab. III, 1, מִכְתָּב לְחִזְקִיָּהוּ scriptum s. carmen Hiskiae Jes. XXXVIII, 9, et simpl. לְדָוִד *a Davide* s. *Davidis* Ps. XXV, 1. XXVI, 1. XXVII, 1, לִשְׁלֹמֹה *a Salomone* Ps. LXXII, 1, cuiusmodi dativum auctoris seorsum positum frequentant Phoenices in nummis, כִּצְרְדִים) *a Sidoniis* cusus, לְצֹר *a Tyro*, לְלַאדִּכָא *a Laodicea*, ubi in epigraphis bilinguibus et Graecis genitivus est: *ΣΙΔΟΝΙΩΝ, ΤΥΡΟΥ*, v. Monumm. Phoenic. pag. 350. Iidem in cippis ל praeponunt etiam nomini eius, *a* quo cippus positus est, v. c. inscr. Num. 5, 1: לבעל ארן לעדריחן *Baali domino ab Adrichceno* (vide ibid.). Falluntur autem, qui ל in inscriptionibus Psalmorum nonnunquam de alia re, ut de argumento (Bengel suppl. ad introd. in Psalmos p. 19), accipi posse putant, v. de Wette comment. p. 11. — *δ*) in aliis multis exemplis, in quibus plerumque supplendum est verbum aliquod passivum vel passivam vim habens. Jes. II, 12: כִּי יוֹם לַיהוָה צְבָאוֹת עַל־כָּל־גֵּאֶה וְרָם *nam dies iudicii* habetur *a Jova* cet. Chald. דִּין עַל־כָּל גַּאֲוָה וְרָם. XXII, 5: כִּי יוֹם מְהוּמָה ... לַאדֹנָי יְהוִה צְבָאוֹת מְקֻדָּם *nam dies confusionis* ... inmittitur *a Domino.* LXX. παρὰ Κυρίου. Chald. מִן קֳדָם יְיָ. XXVIII, 2: הִנֵּה חָזָק וְאַמִּיץ לַאדֹנָי *ecce fortis et robustus* mittitur *a Domino.* Targ. ut supra. Zach. XIV, 1. Ps. III, 9: לַיהוָה הַיְשׁוּעָה *a Jova* proficiscitur *salus.* Targ. מִן קֳדָם יְיָ. Iob. XXXIII, 6: הֵן אֲנִי כְּפִיךָ לָאֵל *ecce ego, sicut tu, a Deo* creatus sum, non: Deo s. apud Deum sum, cf. in altero membro: גַּם אֲנִי מִן־חֹמֶר קָרָצְתִּי. Bene praeeunte Alexandrino Vulg. et me sicut et te fecit Deus. Jon. II, 10: יְשׁוּעָתָה לַיהוָה *salus a Deo* est. Jes. LXI, 2: לִקְרֹא שְׁנַת רָצוֹן לַיהוָה *ut annunciem annum gratiae a Deo concessum*, cf. Ps. XXIV, 1. LXXIV, 16. Jer. V, 10. 1 Reg. X, 1: שְׁמוּעַת שְׁלֹמֹה לְשֵׁם יְהוָה *gloria Salomonis a Jehova* ei parata. Jon. III, 3: עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *urbs divinitus magna* (cf. de arab. لِلّٰهِ *divinitus* quae disputata sunt pag. 98 A. B). Jer. X, 23: יָדַעְתִּי כִי לֹא לָאָדָם דַּרְכּוֹ *scio, quod non ab homine* proficiscitur *sors*

eius (cf. XVI, 1, ubi sibi respondent מִיהוֹשֻׁעַ לְאָדָם et יִרְאַת לָהֶם *timor ab iis* (Cherubis) proficiscebatur. — 2 Sam. III, 2: בְּכֹרוֹ אַמְנוֹן לַאֲחִינֹעַם *primogenitus eius* erat *Amnon ab Ahinoam* i. e. hac matre prognatus. Comm. 3—5 (ubi male supplent בֵּן, cf. potius Ps. CXXVIII, 6). Hos. VI, 10: שָׁם זְנוּת לְאֶפְרַיִם *ibi stupra ab Ephraimitis* commissa, facta. — Etiam de instrumento, quo aliquid fit, ut in formula: הִכָּה לְפִי חֶרֶב percussit ore gladii, in qua explicanda mire se torquent, qui nostrum ל particulae usum vel neglexerunt vel in dubium vocarunt, Studerus ad Iud. I, 8 et Maurerus ad Jos. VIII, 24, qui idem meliora docet ad Ps. III, 9. Jes. XXII, 5, רָאָה לְעֵין vidit oculis Ez. XII, 12. Ps. XII, 5: לְשֹׁנֵנוּ נַגְבִּיר לָנוּ *linguâ nostrâ* (durch unsere Zunge) *valemus*, licet h. l. etiam reddi potest: an unserer Zunge sind wir stark (cf. גֶּבֶר לְאֱמוּנָה Jer. IX, 2). Ponitur ל dativi

f) non raro post nomina, quae *dominum*, *regem*, *deum* et contra *servum*, *ministrum*, item quae *amicum* et *hostem*, *inimicum* significant (cf. gr. ἀνὴρ ἀνθρεσσιν Il. 5, 546, ἑταῖρος, φίλος, ἐχθρὸς τινί et τινός), praecipue ubi nomen rectum indelimitum est (ut לְבֶן יִשַׁי *ein* Sohn des Isai 1 Sam. XVI, 18, contra בֶּן יִשַׁי der Sohn Isai's, ut apud Arabes ابن فلان ein Freund von ihm, صديقه sein Freund, Ewaldi gr. crit. pag. 583. Contra vide 1 Sam. XIV, 16: הַצֹּפִים לְשָׁאוּל). Ita ל אֲרוֹן Gen. XLV, 8. 18. Ps. XII, 5, עֻלָּה ל Jes. XXXVII, 13. Jos. XII, 18 (chald. Esr. V, 11), הָאֱלֹהִים ל Jes. XXXVII, 16 et contra ל עֶבֶד Gen. IX, 25—27. XL, 12, quo etiam haec referenda sunt: כֹּהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 18 (sed כֹּהֵן לְדָוִד 2 Sam. XX, 26 est sacerdos Dei idemque Davidis minister, v. pag. 663): נָבִיא לַיהוָה 1 Reg. XVIII, 22. 2 Par. XXVIII, 9, יוֹעֵץ לַמֶּלֶךְ consiliarius regis 1 Par. XXVII, 33. 2 Par. XXII, 4, רֵעָה לְאָבִי 1 Sam. XIV, 34. Dein אֹהֵב ל 1 Reg. V, 15, רֵעַ ל Iob. XXX, 29, חָתָן לַמֶּלֶךְ 1 Sam. XVIII, 18. Neh. VI, 18. XIII, 28, שֹׂנֵא ל Deut. IV, 42. XIX, 4. 6. 11. Jos. XX, 5, אוֹיֵב ל Num. XXXV, 23. Ita etiam Phoenices frequentant מֶלֶךְ לִכְתִּן rex Citiensium Cit. I, 1. 2, אדן ל (אֲדוֹן לְ) Numid. I, 2. IV, 2, vide Monumm. Phoenicia p. 199. 351.

g) Recentioris maxime Hebraismi ad Chaldaismum inclinantis est, si ל dativi praeponitur obiecto verbi activi (ut apud Chaldaeos, Syros et Aethiopes), v. c. לָקַח ל Jer. XL, 2, אָכַל ל Thren. IV, 5, הָרַג ל Iob. V, 2, עָזַב ל 1 Par. XVI, 37, שָׁלַח ל 2 Par. XVII, 7. Esr. VIII, 16, הֵצִיל ל Ion. IV, 6 cf. 1 Paralip. XXV, 1. Ps. CXXXV, 11 (contra antiquioris Hebraismi est חָבַק ל Gen. XXIX, 13. XLVIII, 10, recentioris חָבַק sq. acc. 2 Reg. IV, 16. Chr. Bened. Michaëlis confert Brandenburgensium soloecismum *mir* pro *mich* dicentium. Semel ל adeo integrae sententiae in accusativo cogitandae praemissum esse statuunt plerique interpretes. Jes. VIII, 1: *inscribe in eam* (tabulam): לְמַהֵר שָׁלָל חָשׁ *festinant ad praedam, properant ad spolia*, cf. Comm. 3, ubi ל omissum est. Sed recte Hitzigius et Maurerus לְמַהֵר Comm. 1 et מָהַר Comm. 3 infinitivos esse statuunt pro verbo fin. dictos, ut vertendum sit: *festinat praeda, properat spolium*, לְמַהֵר pro יְמַהֵר.

4) Latine in pluribus, quae sub dativo (no. 3) laudavimus, exemplis (vide litt. d et e, γ), *Genitivo* utuntur v. c. צֹאן אֲשֶׁר לְאָבִיהָ *grex patris eius*, מִזְמוֹר לְדָוִד *psalmus Davidis*, et ita etiam in aliis exemplorum generibus ל *Genitivum* designat (cf. dativum Graecorum per σχῆμα Ἀλογοφώνιον pro genitivo positum v. c. ἡ κεφαλὴ τῷ ἀνθρώπῳ, Bernhardyi synt. gr. p. 88, et Vasconum idioma: *le fils à Mr. A. s'est marié avec la fille à Mr. B.* pro *de*). Hac autem genitivi nota utuntur spec. a) ubi plures genitivi ex uno nominativo pendent, ut חֶלְקַת הַשָּׂדֶה לְבֹעַז Ruth II, 3, פֶּחָה הַבִּרַת לְאֶלְיָשָׁע 2 Reg. V, 9, מַעֲבָרוֹת דַּמָּנִים לְמִלְכֵי יִשְׂרָאֵל הַיִּרְדֵּן לִיהוּאָב Iud. III, 28, דִּבְרֵי הַיָּמִים לְמַלְכֵי יִשְׂרָאֵל 1 Reg. XV, 31, רֹאשֵׁי אָבוֹת הַמַּטּוֹת לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל Jos. XIV, 1 (sed רָאשֵׁי הָאָבוֹת לַמַּטּוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל XIX, 51), in quibus exemplis id agendum erat, ut statu constructo copularentur, quae *arctius* iungenda essent et unam notionem efficerent, ut רָאשֵׁי אָבוֹת, נִלְכֵי יִשֹׂ', דִּבְרֵי הַיָּמִים al. Ea enim genitivum annectendi ratio, quae ope particulae fit, laxior et solutior est, quam vulgaris, quae statu constructo efficitur. b) ubi nomen rectum epitheto praeditum est בֶּן אֶחָד לַאֲחִימֶלֶךְ 1 Sam. XXII, 20. c) post numeralia, non solum eius generis, in quae cadit litt. a, velut Gen. VII, 11: בִּשְׁנַת שֵׁשׁ מְאוֹת לְחַיֵּי נֹחַ, sed etiam alia, ut בְּשִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ *die septimo et decimo mensis* Gen. VIII, 5. 14, בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *primo* die *mensis* ibid. Comm. 13. Ez. I, 2. XL, 1. Dan. II, 1. Num. XXXIII, 38. 1 Reg. III, 18, et sic אַחַת לָהֶם una earum Ez. I, 6, רִאשׁוֹן לַכֹּל primus omnium 2 Sam. XIX, 21. d) De genitivo *possessorem* indicante (cf. no. 3, litt. d), velut Eccl. V, 11: הַשָּׂבָע לָעָשִׁיר *abundantia divitis*. Ps. XXXVII, 16: נְעִים *paullum iusti*, pr. quod *iusto* est Jes. XXXIV, 6. Jer. XII, 12, passim etiam de alio Jes. XVI, 2. XXVI, 7 al. e) ubi adverbia addito ל cum substantivis copulantur et vim praepositionis induunt, ut סָבִיב circum (adv.), לָסָבִיב (praep.); מִתַּחַת sub (adv.), מִתַּחַת לְ = תַּחַת (praep.), et sic נֶגֶד ל, נִיחוֹחַ ל, מִקֶּדֶם ל al. Lgb p. 631 no. 3.

Usitatius fere hac significatione est לַ אֲשֶׁר, v. אֲשֶׁר A, no. 5 et Lgb. 672.

Ex significatione primaria directionis et conversionis porro proficiscuntur hi particulae usus:

5) de *tempore* designat a) temporis momentum, *ad* quod *usque* aliquid fit, i. q. עַד. Am. IV, 7: *cohibui pluviam* עוֹד שְׁלֹשָׁה חֳדָשִׁים לַקָּצִיר *tres menses usque ad messem*. Deut. XVI, 4: *nihil pernoctet* ..... לַבֹּקֶר *usque ad mane*. Cf. לְעוֹלָם *εἰς αἰῶνα* in aeternum i. q. עַד נֶצַח, עַד עוֹלָם לָנֶצַח in perpetuum i. q. עַד, *εἰς τέλ.* b) de temporis momento, *ad* quod s. *in* quod (wofür, wozu) aliquid fit. Exod. XXXIV, 2: הֱיֵה נָכוֹן לַבֹּקֶר *paratus esto in diem crastinum*. Num. XI, 18: *purgate vos* לְמָחָר *in crastinum diem*. Esth. V, 12;

לְאַחוֹר in tempus posterum (für die Folgezeit) Jes. XLI, 23; Prov. VII, 20: *domum redibit* לְיוֹם הַכֵּסֶא *ad diem plenilunii* celebrandum, nostr. zum Feste. It. de temporis spatio 1 Reg. V, 2: *victus aulae Salomonis* לְיוֹם אֶחָד *in unum diem* (in singulos dies) erat ect. c) de temporis momento, *sub* quo (quod) aliquid fit. לָאוֹר sub lucem Iob. XXIV, 14, לָקֵץ שָׁנִים sub finem annorum 2 Par. XVIII, 2. Dan. XI, 6. Alios particulae significatus ad *tempus* spectantes vide infra litt. B, 2.

6) *usque ad* (v. signif. propriam no. 1 extr.). לִבְלִי חֹק usque ad defectum mensurae, usque dum non esset mensura, sine mensura Jes. V, 14, לְאֵין שֵׁאֵרִית usque dum nihil reliquum sit Esr. IX, 14, לְאֵין מַכְאֵה usque dum ferre non possent 2 Par. XX, 25, לְאֵין מַסְפָּר 1 Par. XXII, 4, cf. עַד לְאֵין מַרְפֵּא 2 Par. XXXVI, 16. — Ind. XVI, 16: *impatiens factus est* לָמוּת *usque ad mortem* i. e. ut mori mallet quam huiusmodi vexationes diutius ferre (cf. ad rem Gen. XXVII, 46). — Inde a) de numero, *usque ad* quem multitudo aliqua prope accedit, gr. εἰς μυρίους, πρὸς μυρίους, nostr. *an* hundert. 2 Par. V, 12: כֹּהֲנִים לְמֵאָה וְעֶשְׂרִים *sacerdotes ad centum et viginti.* III, 8. (De eodem usu lat. *ad* v. Ruddim. II, 334. Freund lat. Wörterb. h. v. C, 1). Sed 1 Sam. XXIX, 2 in hunc censum non venit, vide no. 13. — b) de gradu: *adeo.* Deut. XXIV, 5: לֹא יַעֲבֹר עָלָיו לְכָל דָּבָר *ne imponatur ei adeo ulla res* i. e. vel minima res. Cf. part. עַד in formula: עַד אֶחָד — לֹא. Non aliter expediendi sunt hi loci 2 Par. VII, 21: הַבַּיִת הַזֶּה ... לְכָל עֹבֵר עָלָיו יִשֹּׁם *haec domus ..... adeo transeuntium quisque eam stupebit,* homines adeo ex trivio. Eccl. IX, 4: כִּי לְכֶלֶב חַי הִיא טוֹב נָתוּן הָאַרְיֵה הַמֵּת *nam adeo canis vivus praestat leone mortuo,* vilissimum adeo animal, modo vivum, praestat nobilissimo, si mortuum est. (Anacolnthon in hoc loco statuit Böttcherus, spece. p. 47, sed praeter necessitatem, et ita ut sententiae vis extenuetur).

7) Pariter atque אֶל no. 9 et lat. *ad* (cf. *ad* hoc) est particula *addentis* (dantis *ad*). Jes. XXVII, 10: צִוּ לָצָו קָו *praeceptum ad praeceptum, regula ad regulam* datur, i. e. quotidie et maiorem in modum cumulantur praecepta, quae nobis imponuntur. Eccl. VII, 27: אַחַת לְאַחַת *unum ad alterum,* eins zum andern, eins über das andere. Ps. CXXXV, 7: בָּרָקִים לַמָּטָר עָשָׂה *fulgura creat ad pluviam,* quae pluviam quasi comitentur. Jer. X, 13. Gen. XLVI, 26: כָּל־הַנֶּפֶשׁ הַבָּאָה לְיַעֲקֹב מִצְרַיְמָה *omnes qui ad Jacobum* i. e. praeter Jacobum eumque secuti *in Aegyptum venerant.* Frequentius hoc sensu utuntur עַל particula.

8) de animi directione *in* aliquem: *in* i. e. *erga* et *contra,* v. c. חָסִיד לְ pius in (erga) aliquem Ps. IV, 4, עָשָׂה חֶסֶד לְ exercuit pietatem in (erga) aliquem, v. חֶסֶד 1, c. טִיב לְ benignus erga aliquem Thren. III, 25. Contra: חָטָא לְ peccare *in* aliq., זָעַף לוֹ iratus fuit in eum, זָמַם לְ mala molitus est contra aliq. Ps. XXXVII, 12.

9) *in commodum* et *usum* alic., *pro* aliquo, cuius generis exempla prope accedunt ad ea, quae supra dedimus no. 3, b, nisi quod in his maior quaedam particulae vis est. Gen. XXXI, 42: כִּי־לוּלֵי אֱלֹהֵי הָיָה לִי *nisi Deus fuisset pro me,* stetisset a parte mea. LVI, 10. CXVIII, 6. Jes. VI, 8: מִי אֵלֵךְ לָנוּ *quis ibit pro nobis?* quod idem valet atque in altero membro: אֶת־מִי אֶשְׁלַח, cf. Ind. I, 1: מִי יַעֲלֶה לָנוּ. Deut. XXX, 12. 13. — Ind. VII, 20. חֶרֶב לַיהוָה וְלְגִדְעוֹן *gladius pro Jova et pro Gideone,* cf. Comm. 18, ubi חֶרֶב omisso: *pro Jova et pro Gideone.* Iob. XIII, 7: חַלְאֹתֵכֶם תַּהְגֵּרוּ עִילָּה *num pro Deo* ad Deum defendendum *loqui vultis ini pitatem?* Ps. LXIX, 22: לְצִמְאִי יַשְׁקוּנִי חֹמֶץ nostr. *für meinen Durst* (i. e. gegen denselben, ad eum sedandum) *tränken sie mich mit Essig.* פ לְטֹבָה in commodum vitae alic., ad vitam alic. tuendam, v. נָפַשׁ no. 2, c. Cum verbis נִלְחַם לְ pugnare pro aliquo, הִתְפַּלֵּל לְ precatus est, intercessit pro aliquo.

10) De causa et ratione: *propter* (cf. لِـ Lam causale Arabum, de Sacy I, p. 1049). Sic in לָמָּה, לָמָּן quare? gr. εἰς τί; πρὸς τί; nostr. *wozu?* לָכֵן propterea. Explicatius pro eo dicitur לְמַעַן propter causam cf. Jes. LV, 5 et LX, 9. — Gen. IV, 23: *virum interfeci propter vulnus mihi inflictum* לְמַכָּתִי וְיֶלֶד לְחַבֻּרָתִי *propter vulnus meum et iuvenem propter vibicem meum.* Lev. XIX, 28: *ne incisiones facite in carnem vestram* לָנֶפֶשׁ *propter mortuum.* Jes. XV, 5: לִבְרִיחָהּ צֹעֲרָה עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה *propter fugam eius* XIV, 9. XXXVI, 9. Jos. IX, 9. Hos. X, 10. Esr. III, 13. Inde לְ gavisus est aliquo (i. e. interitu eius).

11) de persona vel re, ad quam spectat oratio: *de.* Lev. XIV, 54: זֹאת הַתּוֹרָה לְכָל נֶגַע *haec est lex de omnis generis macula.* Ps. XXII, 31: יְסֻפַּר לָאדֹנָי לַדּוֹר *narrabitur de Domino generationi futurae.* Ita post verba dicendi (לְ אָמַר dixit *de*) Gen. XX, 13. Ps. III, 3, iubendi (לְ צִוָּה mandatum dedit *de*) Ps. XCI, 11. Esth. III, 2, cantandi (Jes. V, 1: *agite, cantabo* לִידִידִי *de amico meo, carmen amici mei* לְכַרְמוֹ *de vinea eius.* XXVII, 2), interrogandi, ut שָׁאַל לְשָׁלוֹם לְ interrogare de salute alic. Cf. חָלַם לְ somniare de Gen. XLII, 9. Inde de argumento oraculi: לְמִצְרַיִם de Aegypto (in Bezug auf Aegypten) Jer. XLVI, 2. XLVIII, 1. XLIX, 1. 7. 23. 28. XXIII, 9. (Ita arab. لِ Cor. 3, 162. 4, 64. Schult. Opp. min. p. 195, de Sacy l. c. no. 4).

12) de fine rei: *ad* aliquid v. c. לְעֶזְרָה ad auxilium sive petendum sive ferendum Jes. X, 3. XX, 6. XXXI, 1. לָרִיק, לָשָׁוְא ad vanum, frustra. Adde לְבַעֲבוּר pro בַּעֲבוּר.

13) de norma, ad quam aliquid exigitur: *ad* (cf. ad normam, ad arbitrium, ad verbum), *secundum.* quod explicatius dicitur לְפִי. — Gen. I, 11: לְמִינוֹ *secundum speciem eius.* X, 5: אִישׁ לִלְשֹׁנוֹ *quisque pro lingua sua.* Num. IV, 29: לְמִשְׁפְּחֹתָם לְבֵית אֲבֹתָם *secundum gentes et familias eorum.* Gen. VIII, 19. 1 Sam. X, 19. 2 Par. XXV, 5. — לְרַגְלַי ad pedes alic., i. e. ita ut pedes, vestigia eius sequaris. — Jes. XI, 3: *non iudicat* לְמַרְאֵה

עֵינָיו *secundum id quod oculi vident.* 2 Sam. XVIII, 4: *egressus est populus* לְמֵאוֹת וְלָאֲלָפִים *secundum centurias et chiliadas.* 1 Sam. XXIX, 2. לְאֶחָד אֶחָד singulatim Jes. XXVII, 12. 1 Par. XXIII, 3: *erat numerus eorum* לְגֻלְגְּלֹתָם לַגְּבָרִים *secundum capita eorum viritim triginta octo millia.* לְקָטְצֵיהֶם secundum manipulos, nostr. haufenweise Gen. XLI, 46.

Inde similitudinem indicat: *ad modum, in modum, quasi, tanquam, instar.* Iob. XXXIX, 16 (19): הִקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ לֹא לָהּ *duriter tractat pullos suos, quasi non suos,* Vulg. quasi non sint sui. Mich. II, 8: *iam diu populus meus surrexit* לְאוֹיֵב *tanquam hostis.* Hos. IX, 13: *Ephraim .... plantatus est in prato omoeno* לְצֹר *quasi Tyrus,* instar Tyri. Iob. XVIII, 14: תֻּצַּד־הוּא לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת *fugant eum instar regis terrores* (cf. XV, 22. XXVII, 20). — יָצָא לַחֲצִי exiit ut liber, alibi יָצָא חָפְשִׁי omisso לְ Iob. XXI, 12: *lactantur* לְקוֹל עוּגָב *ad vocem organi.* לְ חָשַׁב als etwas rechnen, für etwas rechnen.

Hoc *purissimum*, *candidum*: cf. לְבֹנָה זַכָּה Ex. XXX, 34. Lev. XXIV, 7) vel subllava, ex Arabia maxime advecta (Jes. LX, 6. Jer. VI, 20 cf. Strab. 16, p. 778. 782. Virg. Georg. 2, 117 ibique intpp.), quanquam in Palaestina etiam provenions (עֲצֵי לְבֹנָה Cant. IV, 14, גְּבִעַת הַלְּבוֹנָה, nisi forte his locis alia herbae odoratae species intelligenda est), suffitui Cant. III, 6, et praecipue quidem sacro adhibita Lev. II, 1. 15. V, 11. VI, 8. XXIV, 7. Num. V, 15. 1 Par. IX, 29. Neh. XIII, 5. 9. Jes. XLIII, 23. LXVI, 3. Jer. XVII, 26. Arbusculam (Cant. IV, 14), unde proveniat thus, varie describunt veteres (Diod. 5, 41. Theophr. hist. 9, 4. Peripl. maris erythraei p. 16. Plin. l. c.), quorum nemo oculis eam usurpavit; Abulfadli (ap. Celsium T. I p. 244) fruticem duarum ulnarum in Arabiae felicis montibus proventem, spinis obsitum, foliis et fructu myrto similem esse tradit, qua descriptione Sprengelius (hist. rei herb. I, 12. 257. Gesch. d. Botanik 1, 16) *Amyrin kataf* Forskalii (Flor. 80) vel *Amyrin kafal* (p. 19) significari coniicit. Ceterum in ipsa Arabia nonnisi deterior quaedam thuris species provenire, praestantior ex Persia et India advehi fertur (v. Niebuhrii descr. Arab. p. 143, cf. 282 sqq. 296. Colebrooke in Asiatic Researches T. IX. p. 377 sqq.), ubi eximia eius species كندر *kundur* dicta ex arbore *Sallaci* s. *Salaï* (Boswellia serrata Roxb.) destillet. Vide Celsii Hierobot. I, p. 231 sqq. Bodaeus a Stapel ad Theophr. 976 sqq. Rosenm. Alterthumskunde IV p. 153 sqq.

2) n. pr. oppidi ad Siluntem Ind. XXI, 19. Vicum et diversorium *Leban* quattuor leucis ab austro Nablusae memorat Maundrellus (Paulus Samml. von Reisen I, p. 83).

לַבָּן. Paucis h. l. attingere placet vexatum illud: עַל־גִּתִּית לַבָּן Ps. IX, 1, in quo alii a Kimchio memorati לַבָּן n. pr. hominis ex inimicis Davidis esse putabant, alii, in his Jos. Kimchi, בָּ servile et לַבָּן n. pr. Levitae 1 Par. XV, 18 commemorati esse censebant, h. l. articulo munitum. E recentioribus non pauci גִּתִּית־לַבָּן instrumenti musici nomen esse putarunt, sed quomodo tandem hoc ex etymo vocabulorum elicias? Magis placet coniectura nuper ab auditore mecum communicata: עֲלָמוֹת לַבָּן (sic enim coniunctim legunt multi codd.) esse: „*voce virginea* (עַל עֲלָמוֹת Ps. XLVI, 1) *a pueris* decantandum“, בָּן enim articulo munitum posse collective accipi (ut הַתְּנִנִּים), *filios* autem h. l. de pueris dici (v. בֵּן no. 3).

לְבָנוֹן, in pedestri sermone semper praemisso articulo הַלְּבָנוֹן, in poetico et cum eo et sine eo: אַרְזֵי לְבָנוֹן Jes. XIV, 8 et אַרְזֵי הַלְּבָנוֹן Ps. XXIX, 5 cf. Jes. II, 13. XXXV, 2. LX, 13. Cant. III, 9. VII, 5 et contra Jes. XXIX, 17. XXXIII, 9. XXXVII, 24. Cant. IV. 11. 15, cum He locali לְבָנוֹנָה 1 Reg. V, 14 n. pr. mons *Libanus* (gr. *Λίβανος*, syr. ܠܒܢܢ, arab. لُبْنَان), a *nivibus* (Jer. XVIII, 14) dictus, quibus orientale certe eius iugum semper tectum est (unde chald. et arab. שִׂיר, جَبَل الثَّلْج, תַּלְגָּא, fidus nivibus Tac. hist. 5, 6), secundum alios, quod minus probabile, a saxorum colore subalbo (Steph. Schulzii Leitungen des Höchsten V p. 471). Constat hoc montanum, cedris (v. אֶרֶז), cyparissis (2 Par. II, 7), vitibus (Hos. XIV, 8) et varii generis herbis odoratis (Cant. IV, 11. Hos. XIV, 7) ferax, quod Palaestinam a Syria dirimit, duobus altissimis montium iugis, quae ab ora maritima assurgunt et septentrionem atque orientem versus excurrunt, quorum alterum occidentale cedrorum silva conspicuum *Libanus κατ' ἐξοχήν* (arab. جَبَل الغَرْبِي), alterum orientale illo altius et nivibus tectum (v. supra) *Antilibanus* (جَبَل الشَّرْقِي Burckhardti itin. I, 40) appellatur (v. Deut. I, 7. III, 25. XI, 24 Alex.), a quo orientem et austrum versus procurrit *Hermon* (p. 521), etiam שִׂרְיוֹן et שְׂנִיר nuncupatus. Vallis inter Libanum et Antilibanum interiectae hodiernum nomen est بِقَاعَة *Bekaa*, a quo tamen plane diversum est בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן vallis Libani Jos. XI, 17. XII, 7, de qua v. p. 232 A. B. אֶרֶץ לְבָנוֹן est terra Libano subiacens, de regno decem tribuum Zach. X, 10. בֵּית יַעַר הַלְּבָנוֹן domus Libani, erat Salomonis armamentarium, v. יַעַר. — Translate *Libanus* dicitur a) de magno exercitu, qui cum silva comparatur Jes. X, 33. 34, b) de domo regia Judae Jer. XXII, 6. 23, cf. Hab. II, 17. Zach. XI, 1. Ez. XVII, 3. — Vide Abulfedae Syria p. 165. Relandi Palaestina T. I, 311. Michaëlis suppl. p. 1405. Oedmanni verm. Sammlungen fasc. 2, no. 9. Burckhardti itiner. Syr. p. 1 sq. p. 214 sq. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 2, p. 236 sq.

לָבָנִי (albus) n. pr. filii Gersonis Exod. VI, 17. Num. III, 18. Patron. id. Num. III, 21. XXVI, 58.

מַלְבֵּן m. *fornax lateraria* (denom. a לְבֵנָה) Jer. XLIII, 9. Nah. III, 14.

לָבַשׁ et **לָבֵשׁ** (Levit. XVI, 4. Ps. XCIII, 1) imp. לְבַשׁ fut. יִלְבַּשׁ 1) *induit* vestem. (Arab. لَبِسَ, aeth. ለበሰ: syr. ܠܒܫ id.). Coniungitur sq. acc. vestimenti. Lev. VI, 4: לָבַשׁ בְּגָדִים אֲחֵרִים. Jon. III, 5: וַיַּלְבְּשׁוּ שַׂקִּים. Gen. XXXVIII, 19. Lev. XVI, 23. 24. 32. 2 Sam. XIV, 2. 1 Reg. XXII, 30. Jer. XLVI, 4. Ez. XLII, 14. 19. XLIV, 17. Esth. IV, 1. V, 1 (ubi לָבְשָׁה בִּגְדֵי מַלְכוּת est i. q. לָבְשָׁה מַלְכוּת) al. Addito עַל membri Lev. VI, 3: יִתְבֹּסַס בַּד יִלְבַּשׁ עַל־בְּשָׂרוֹ. Semel sq. בְּ, ut lat. induit se veste Esth. VI, 8, arab. لَبِسَ et كَسَا sq. acc. et بِ vestimenti. Absol. induit se Hagg. I, 6. Part. pass. לָבוּשׁ indutus, sq. vel acc. Ez. IX, 2: לָבוּשׁ בַּדִּים, לָבוּשׁ בְּגָדִים בְּאֵרִים. Comm. 3. Dan. X, 5. Zach. III, 3 cf. 1 Sam. XVII, 5. Prov. XXXI, 21, vel genit. (c. art.) לְבוּשׁ חַבַּדִּים Ez. IX, 11. X, 2. 6. 7. Dan. XII, 6. 7.

2) Varie transfertur. a) Ps. CIV, 1: הוֹד וְהָדָר לָבָשְׁתָּ *splendore et maiestate indutus es.* Iob. VII, 5: לָבַשׁ בָּשָׂרִי רִמָּה *corpus meum vermes induit*, vermibus obtectum est. Ps. LXV, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן *arva gregibus vestita sunt.* לְבוּשׁ הֲרוּגִים *occisis vestitus* i. e. in mediis occisis iacens, aliis incumbens, aliis obtectus Jes. XIV, 19. — b) Saepe dicunt: *induit ignominiam* (ignominia opertus est) Iob. VIII, 22. Ps. XXXV, 26. CIX, 29, *exsecrationem* Ps. CIX, 18, *iustitiam* Iob. XXIX, 14. Jes. LIX, 17, *terrorem* Ez. XXVI, 16, *stuporem* Ez. VII, 27, *salutem* Ps. CXXXII, 9. 2 Par. VI, 41, *robur* Jes. LI, 9. LII, 1 (cf. formulas Homericas δύειν ἀλκήν Il. 19, 36, ἔντεσθαι ἀλκήν 20, 381, ἐπιέννυσθαι ἀλκήν Od. 9, 214 et arab. induere superbiam, gloriam, impudentiam, humilitatem Schult. ad Har. 2, 50. Abulf. Ann. II p. 308, aegritudinem et maciem ibid. III p. 240, discordiam Cor. 6, 65 al. v. Schult. ad Iob. p. 812. Willmet v. لبس, syr. ܠܒܫ ܡܫܟ assumsit nomen Ephr. Opp. III p. 9, ܠܒܫ ܣܡܩܘܬܐ valetudinem contraxit ib. p. 159, nasor. dolorem et labem non indui Cod. Nasor. I, 16 lin. 8, sam. induit sabbatum i. e. consuevit cum eo, diligenter id. observavit, Carm. Sam. p. 46). In duplici vocabuli usu luditur Iob. XXIX, 14: צֶדֶק לָבַשְׁתִּי וַיִּלְבָּשֵׁנִי *iustitiam indui, eaque me induit*, h. e. extrinsecus iustitia tanquam veste ornatus eram, eaque intra me totum implebat. Ad posterius prope accedit si *spiritus dei aliquem induere* i. e. complere dicitur Iud. VI, 34. 1 Par. XII, 18. 2 Par. XXIV, 20, cf. formulas Syras ܐܚܕ ܠܒܫ ܠܗ daemon induit i. e. intravit, invasit te, Ephr. Opp. Syr. II, p. 501 B. ܐܝܟ ܕܠܒܫ ܠܗ Satanas invasit eos, ibid. 505. ܡܠܝ ܠܒܫ ܢܘܗܪܐ solis lux oculos implet ibid. III, 137, et samarit. *prophetia induit* aliquem i. e. eum totum replet, in intima eius penetrat, v. Gesen. carm. sam. carm. I, 14.

Pu. part. מְלֻבָּשִׁים Esr. III, 10 et מְלֻבָּשִׁים בְּגָדִים 1 Reg. XXII, 10. 2 Par. XVIII, 9 *vestibus* (solemnibus) *induti.*

Hiph. vestivit aliquem aliqua re, c. accus. pers. et vestimenti Gen. XLI, 42: וַיַּלְבֵּשׁ אֹתוֹ בִּגְדֵי שֵׁשׁ *et vestivit eum vestibus byssinis.* Exod. XXVIII, 41. וְהִלְבַּשְׁתָּ אֹתָם *et vesties iis Aharonem.* XXIX, 5. XL, 13. 14. 1 Sam. XVII, 38. 2 Sam. I, 24. Prov. XXIII, 21. Ez. XVI, 10. Sq. acc. vestis et עַל membri (cf. Kal Lev. VI, 3) Gen. XXVII, 16: *et pelles hoedi* הִלְבִּישָׁה עַל יְדֵיו *induxit manibus eius.* Sq. solo accus. pers. Gen. III, 21. 2 Par. XXVIII, 15. Esth. IV, 4. — Translate Iob. XXXIX, 19: הַתַּלְבִּישׁ צַוָּארוֹ רַעְמָה X, 11. Jes. L, 3. *Vestire* i. e. tegere aliquem *salute* Ps. CXXXII, 16. Jes. LXI, 10, ignominia Ps. CXXXII, 18. (Carm. sam. 2, 1: *vestivisti creaturas tuas donis sapientiae tuae*).

לָבַשׁ fut. יִלְבַּשׁ chald. id. sq. accus. vestimenti Dan. V, 7. 16.

Aph. הַלְבִּישׁ (forma hebraizante) *vestivit*, sq. accus. vestimenti et לְ pers. Dan. V, 29.

לְבוּשׁ m. (semel fem. signif. 2) 1) *vestis, vestimentum* i. q. בֶּגֶד, sed paucis exceptis (2 Sam. XX, 8. 2 Reg. X, 22. Esth. IV, 2. VI, 9—11. VIII, 15) nonnisi poët. Gen. XLIX, 11. 2 Sam. I, 24. Iob. XXIV, 7. 10. XXXI, 19. XXXVIII, 9. Ps. XXII, 19. XLV, 14. CII, 27. Prov. XXVII, 26. XXXI, 22. 25. Jer. X, 9. Thren. IV, 14. Ez. XXIII, 6. 12 al. לְבוּשׁ שָׂק Esth. IV, 2, vestis e cilicio facta, i. e. lugubris. Spec. *vestis magnifica, splendida* 2 Reg. l. c. Esth. ll. cc. Jes. LXIII, 1. Iob. XXXVIII, 14: *et* (si omnia) *adstant* כְּמוֹ לְבוּשׁ *ut veste splendida* vestita, de terra sole matutino collustrata. Translate *vestis* dicitur de *cute* hominis Iob. XXX, 18, de *lorica* crocodili XLI, 5 (cf. arab. لَبُوس vestimentum, it. i. q. الدرع lorica ex annulis conserta). Audacior translatio, ubi לְבוּשׁ

2) de *coniuge* usurpatur, ut arab. لِبَاس est vestis, dein coniux et viri et mulieris, a لبس I. III induit aliquem, quod refertur ad interiorem consuetudinem, velut cum amico, socio (vit. Tim. II, 210 Mang.), it. cum puella, coniuge. Malach. II, 16: וְכִסָּה חָמָס עַל לְבוּשׁוֹ *et iniuria operit vestem* i. e. uxorem *suam.* (Sic Cor. 2, 183: *nocte iciunii vobis permissus est congressus cum uxoribus vestris*, هُنَّ لِبَاسٌ لَكُمْ وَأَنْتُمْ لِبَاسٌ لَهُنَّ *eae sunt vestis vestra et vos estis vestis earum.* Eodem modo nomina לְבוּשׁ et אֵזוֹר vestimentum et coniugem significare, et vestiendi verba غشى et ثاب med. Vav [v. Cor. 66, 5] ad consuetudinem sexuum transferri observat Alb. Schult. ad Ps. LXV, 14, quibus exemplis addatur נַעֲלָה saccus, dein coniux viri, נַעַל calceus, et coniux Har. eons. 32 p. 348 ed. de Sacy). Eandem metaphoram iam ex interpretibus antiquis Chaldaeus adhibuit verbis Ps. LXV, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן, quae interpretatur: יעלון ריכריא עלוי עינא *saliunt aricles super oves*, probante Schultensio Opp. min. p. 190. 191, sed invito contextu, qui eam interpretationem suadet, quam supra in verbo dedimus no. 2.

לְבוּשׁ hebr. i. q. chald. *vestis.* Dan. III, 21. Saepe in Targg. (Syr. ܠܒܘܫܐ, arab. لِبَاس, لِبَاس, لَبُوس).

מַלְבּוּשׁ i. q. לְבוּשׁ m. 2 Reg. X, 22. Ez. XVI, 13. Zeph. I, 8 collect. vestes Iob. XXVII, 16. Plur. מַלְבֻּשִׁים 1 Reg. X, 5. 2 Par. IX, 4. Jes. LXIII, 3.

תִּלְבֹּשֶׁת f. id. Jes. LIX, 17.

לָגַג rad. inusit. Arab. لَجَّ praeter alia est: profundus fuit (de aqua, mari), لُجٌّ profundum maris, abyssus.

לוֹג, לֹג m. pr., ut videtur, lacus profundior, pelvis (cf. syr. ܠܘܓ et ܠܘܓܝ pelvis, paropsis, gr. *λάκκος*, *λάκος*, lat. *lacus*, *lacuna*), inde *mensura* liquidorum minima, ex Rabbinorum sententia duodecimam Hinis partem sive sex ova continens. Lev. XIV, 10. 12. 15. 21. 24. Vid. Carpzov. apparat. ant. s. cod. p. 685.

לָגַד rad. inusit. Arab. لَجَدَ litigatus est, unde בֶּלֶד pro בֶּן־לֶגֶד filius litis (v. append.) et

לֹד (fort. lis, certamen) n. pr. *Lydda*, vicus magnus Benjaminitarum, gr. *Λύδδα*, *Λύδδη* Act. IX, 32. 35. 38. 1 Macc. XI, 34. Ptolem. 5, 16. Plin. 5, 15, et Diospolis (Reland. l. c.), arab. لُدّ, سَلَدّ. Neh. VII, 37. XI, 35. 1 Par. VIII, 12. Esr. II, 33. Joseph. Ant. 20, 6 §. 2: *Λύδδα κώμη, πόλεως τὸ μέγεθος οὐκ ἀποδέουσα* 13, 4 §. 9. Ad historiam urbis cf. Relandi Palaest. pag. 877. Lightfooti Opp. II pag. 182. Bellejus in Mémoires de l'acad. XXVI p. 429. le Quien Oriens christ. III, 382. 1271. Abulfedae Syria ed. Köhler. addit. p. 7. Miscell. Lips. V, p. 427.

לָהּ chald. *nihil* i. q. לָא. Dan. IV, 32 Chethibh.

לֹהּ Deut. III, 11 Chethibh pro לֹא *non*.

לָהַב rad. inusit. Arab. لَهِبَ, aeth. ለሀበ: arsit, flammavit. Zab. ⵍⵀⴱ inflammatus est, sam. ⱁⱄⱁⱂ flamma. (Origo est in *lingendo*, *lambendo*, quae notio inest in radd. ordientibus a syllabis לַהּ, לַח, לַע et varie transfertur, v. ad rad. לָעַע, inter alia ad flammam, quae instar linguae qs. lambere videtur, v. לָהַט et cf. *γλῶσσα πυρός* Act. II, 3), unde

לַהַב pl. לְהָבִים Jes. XIII, 8 estr. לַהֲבֵי Jes. LXVI, 15 m. 1) *flamma*. Iud. XIII, 20. Iob. XLI, 13. לַהַב אֵשׁ Joël II, 5, לַהַב אֵשׁ אֹכְלָה Jes. XXIX, 6. XXX, 30, לַהֲבֵי אֵשׁ Jes. LXVI, 15. — Jes. XIII, 8 de Chaldaeis ob adventum hostium aestuantibus: פְּנֵי לְהָבִים פְּנֵיהֶם *vultus flammei sunt vultus eorum* i. e. rubent et tanquam igne inflammati sunt ob internum animi aestum (cf. Ps. X, 2. XXXIX, 4). Flammae enim colorem intense *rubentem* cogitari, non pallidum, ut nuper volebat Hitzigius („Gesichter .... welche dieselbe Farbe haben, wie Flammen, *also* [?!] *blasse*“ vgl. XXIX, 22), id probatione vix eget. Sed vide: flamma purpurae Plin. H. N. 35, 6, 27, viola flammae ib. 21, 11 s. 38, nunc crocco flore lutea, nunc roseo rubore flammida Appulej. XI p. 258, toga flammata Martial. 5, 20, flammata facies Senec. Med. 38[7], et, quod prae ceteris huc facit, roseo flammatur purpura vultu Stat. Achill. 1, 297; *qλὸξ* (flamma) est flos ignei coloris i. e. intense rubri, qui color carbunculo tribuitur Plin. 8, 38 s. 57, cf. 37, 10, 54 cet. — 2) flamma hastae Iob. XXXIX, 23 (26), gladii Nah. III, 3 est *lamina* eius *micans*, inde de *gladio nudato* Iud. III, 22.

לְהָבָה, estr. לַהֲבַת Ez. XXI, 3, pl. לְהָבוֹת Ps. CV, 32, estr. לַהֲבוֹת XXIX, 7 f. 1) *flamma* i. q. לַהַב, sed frequentius. Num. XXI, 28. Jes. V, 24. X, 17. XLIII, 2. XLVII, 14. Joël I, 19. II, 3. Dan. XI, 33 al. אֵשׁ לְהָבָה ignis flammans Jes. IV, 5. Thren. II, 3. אֵשׁ לְהָבוֹת Ps. CV, 32. לַהֲבוֹת אֵשׁ flammae igneae Ps. XXIX, 7. — 2) i. q. לַהַב no. 2 *lamina* hastae 1 Sam. XVII, 7.

לָבָה f. Exod. III, 2 contr. ex לַהֲבָה *flamma*, ut נְקֹדִים pro נְקֻדִּים, בָּתִּים pro בָּתִּים. Cod. igitur Sam. more suo nativam formam reponens in omnibus libris mss. להבת pro לָבַת. Duas alias et derivationes et interpretationes proponunt Abulwalides et Kimchius: unam a לָבַב no. 2, de qua sit: *cor ignis* i. e. *medium ignis*, كَبِدُ النَّارِ, نَفْسُ النَّارِ; alteram, de qua radix sit לָבַת, Pi. לִבֵּת suffavit ignem, coll. verbis Talmudicis (Mischna Baba kama 6, 4 fol. 59 b): אחד מבעיר ואחד המלבה, et לָבַת אֵשׁ Exod. l. c. explicatur: *incendium ignis* حَرِيقُ النَّارِ, atque haec quidem contra grammaticam. — Magis placeret derivatio a rad. לבב, sam. ⱄⱁⱁⱁ splenduit, aeth. ለሀበ: flagravit, quae radici לָהַב finitima est, sed ab usu tamen Hebraeorum aliena.

לְהָבִים m. pl. *Σιδαῖ λιβύη*. Gen. X, 13 n. pr. populi ab Aegyptiis oriundi, haud dubie i. q. לוּבִים *Libyes* (cf. de verbis לַ et עַ inter se permutatis p. 360 A, max. לוּדִים in cod. Sam. לְהוּדִים). Videtur autem haec nostra forma antiquior et nativa esse, certe radd. לָהַב, לָהַט, לָאַב emollitae sunt ex לָהַם. Vide J. D. Michaëlis spicil. I, p. 262 sqq.

שַׁלְהֶבֶת f. *flamma*, a quadril. aram. s. conj. Schaphel שַׁלְהֵב (cf. chald. לָהַט; יָצָא, שֵׁיצָא). Ez. XX, 47 (XXI, 3): תֶּהְבַת שַׁלְהֶבֶת *flamma flammans*. De vento urente Iob. XV, 30, parall. רוּחַ פִּיו (LXX. *ἀνεμος*). Cant. VIII, 6: שַׁלְהֶבֶת־יָהּ *flamma Jovae* i. e. fulgur. Ita divisim legunt codd. 214 et Chethibh. Keri et ben Ascher coniunctim: שַׁלְהֶבֶתְיָהּ, in nonnullis codd. et editt. etiam omisso Mappik, ut בָּאֵשָׁלְהֶבְיָהּ Jer. II, 31, et זִבְרָתִיהּ uno verbo Ex. XV, 2 cod. Sam. (Arab. شِهَابٌ flamma, ex hoc quadril. ortum est, ut חֶרְגֵּל ex חָגַל al.)

לָהַג rad. inusit. Arab. لَهِجَ pr. inhiavit alicui rei, avide appetit eam, plerumque transl. studiosissimus fuit alicuius rei, studiose audivit, didicit, v. Abulf.

Ann. II, p. 284 lin. 7 לְהִיבָא avide eam (fabulam) appetebant, cf. p. 292. 294. Teblebi ad Har. Cons. II, p. 45. (Origo est in *languescendo* et *fatiscendo*, imagine petita a bestiis, quae lingua exserta potum appetunt, cf. לְהֵיכָא lingua, v. לָהַה, לָהָה, לָהַם).

לַהַג m. *studium litterarum*, idque *nimium*, q. d. sitis doctrinae, ut bene Aben Esra Eccl. XII, 12, in altero membro עֲשׂוֹת סְפָרִים de librorum scribendorum studio. (LXX *μελέτη*. Vulg. meditatio. Non bene Luth. Predigen).

לָהַד rad. inusit. Arab. لَهِدَ pressit, oppressit, unde

לַהַד n. pr. viri 1 Par. IV, 2.

לְהָדִים, lege לַהֲדִים Gen. X, 22 in cod. Sam. pro לוּדִים Lydii. Cf. לָהֲבִים et לוּבִים Libyes.

לָהָה *languit*, *viribus defecit* i. q. לָאָה, sed nostra forma antiquior et nativa est, cf. בָּאָה et בָּהָה. (Origo mihi esse videtur in *siti fatiscente*, qua *exserta lingua* ardent et potum appetunt, cf. verba ordientia a לֵהּ, ut לָהַג, לָהַה et quae observavimus ad rad. לוּעַ. Cf. lat. *langueo*, et nostr. *lechen*, unde frequ. *lechzen*). Semel legitur Gen. XLVII, 13: וַתֵּלַהּ אֶרֶץ מִצְרַיִם וּמִפְּנֵי הָרָעָב *Aegyptus terra fame elanguescebat*. (Chald. לְהֵה saepe pro hebr. לְאֵה. Deut. XXV, 18. Jes. XLII, 4 Targ. adde Schaph. שְׁלְהֵי, pass. אִשְׁתְּלְהֵי). Codex Samaritanus more suo pro rariore ותלה posuit vulgare ותלא (וַתְּלָא a לְאָה, felicior ille quidem in interpretando quam recentiores non pauci (Alb. Schult. ad Iob IV, 18. V, 8. Mich.), qui formam hebraeam perperam referebant ad rad. fictam לָהָה לָאָה tristis, mente turbatus, impotens fuit, prae tristitia, metu, amore. Veram sententiam diu a se intellectam interpretando expresserunt LXX. Onk. Jon. Arabs Erp. Ad formam cf. וַתִּכֶּהּ Iob. XVII, 7 a rad. כָּהָה. Abulwalides: וַתֵּלַהּ ארץ מצרים לא ذكر فى كتاب حروف اللين وقال ابو زكريا ان اصله ותלהה وقوله فيه حسن *iam observatum est in libro de litteris debilibus et dixit etiam Abu Sacharja, id provenire a forma* וַתְּלַהֶּה, *et egregia est haec eius observatio*. Ipse Abu Sacharja, quem Oxonii inspexi, praeterea confert וַתְּלָאֶה et תְּלָאָה Iob. IV, 2.

לָהַהּ in Kal inusit., ut equidem suspicor, i. q. לָהַה, לָהָה pr. *gravissima siti arsit*, idque quum canum rabidorum sit, *rabiosus fuit* canum instar, *insaniit*. Sic intelligo

Hithpalp. הִתְלַהְלַהּ pr. *siti fatiscens* (pingit autem forma geminata crebros anhelitus canis hominisve celeri cursu et solis ardore confecti), inde (v. ad rad.) *rabidus*, *insanus*. Prov. XXVI, 18: *sicut insanus* (כְּמִתְהַלְהֵהַּ), *qui iaculatur sagittas et tela mortifera*. 19: *ita is qui alterum decipit, et dein dicit: nonne iocatus sum?* hic enim haud minus fugiendus est, atque ille. LXX ex edit. Ald. et Symm. *πειρώμενοι* (daemone) tentati, agitati, ut recte Arabs: الذين ألقوا *qui insaniunt* (cf. أَلَقٌ insania). Alex. et Complut. et al. *ἰώμενοι* (ab *ἰὸς* telum?). Aqu. *κακουηθιζόμενοι*. Venet. *ἐξεστώς*. Etiam Saad. et Kimchius *insanum* reddunt, licet etymon male exponant. Secundarium et ab insania ductum est, quod Syri habent, ܐܬܒܗܟ obstupuit, horruit. — Alii, ut Alb. Schult., Simonis, J. D. Michaëlis (non Pocockius ad Port. Mosis p. 49, quem ut huius sententiae auctorem laudat Böttcherus, pericul. exeget. §. 10) al. coll. arab. لَهِيَ *lusit*, interpretantur: *sicut is qui ludendo iaculatur sagittas:* non inepte ad contextum. Sed illud praefero, utpote a linguae Hebraeae analogia veterumque auctoritate magis firmatum.

I. לָהַט *arsit*, *flammavit* (Syr. ܠܗܛ et Chald. id.). Ps. CIV, 4: אֵשׁ לֹהֵט *ignis flammans*. לְהָטִים *flammantes*, qui ignem et flammas spirant Ps. LVII, 5.

Pi. לִהֵט *incendit*, *inflammavit* (flamma) c. acc. Deut. XXXII, 22. Joël. I, 19. II, 3. Ps. LXXXIII, 15. XCVI, 3. CVI, 18. Jes. XLII, 25, sufflavit (halitus) Iob. XLI, 13.

II. לָהַט i. q. לוּט, לָאַט (cf. p. 360 A) pr. *occultavit*, inde *artibus occultis et magicis usus est*, unde לְהָטִים q. v.

לַהַט m. pr. *flamma*, inde *ferrum micans* gladii. Gen. III, 24. Cf. לֵהָב.

לְהָטִים *praestigiae* (a rad. no. II) Ex. VII, 11, i. q. לָטִים Comm. 22. Praeterea in cod. Sam. ibid. VIII, 2. 18.

לָהַם in Kal inusit. Arab. لَهِمَ avide deglutiit, unde لَهِيمٌ, لَهِمٌ, لَهُومٌ, مِلْهَمٌ avidus, ligurritor, vide Dschauh. ap. Schult. ad Prov. p. 198. Cogn. est לָחַם.

Hithp. part. מִתְלַהֲמִים quae avide deglutiuntur, *buccellae dulces*. Prov. XVIII, 8. XXVI, 22. Veterum et recentiorum interpretamenta maximam partem parum idonea recensent A. Schult. ad h. l. Michaëlis in suppl. p. 1413.

לָהֵן hebr. et chald. *propterea*, v. הֵן p. 387.

לָהַק rad. inusit. Aeth. ⱂⱗⱘ: adolevit, aetate crevit, unde ⱂⱗⱘ: senior, ⱂⱗⱘ: presbyter, magister, princeps. Lud. de Dieu inde explicat *ἅπαξ λεγόμ.*

לַהֲקָה f. 1 Sam. XIX, 20: לַהֲקַת הַנְּבִאִים q. d. senatus prophetarum, sed praestat litterarum traiectionem statuere, ut לַהֲקָה sit i. q. קְהִלָּה *concio, coetus*, quod ipsum expresserunt LXX. Syr. (Arab.) Chald.

לוּא rad. inusit. quae *negandi* vim habet, ut נוּא (q. v.), unde לֹא *non* (q. v.) et

לוּא 1 Sam. XIV, 30. Jes. XLVIII, 18. LXIII, 19

לֹא 2 Sam. XVIII, 12, alibi לוֹ

1) interj. optantis: *utinam! o si! εἴθε γάρ.* (De origine vide notam). Coniungitur sq. fut. Gen. XVII, 18: לוּ יִשְׁמָעֵאל יִחְיֶה לְפָנֶיךָ. Iob. VI, 2, sq. imp. Gen. XXIII, 13, praeterito, ubi optatur, ut aliquid *fuerit*, quod non fuit Num. XIV, 2: לוּ מַתְנוּ utinam mortui essemus? LXX *εἴθε ἀπεθάνομεν.* XX, 3: לוּ גָוַעְנוּ. Jos. VII, 7, sed Jes. LXIII, 19: לוּא קָרַעְתָּ שָׁמַיִם *utinam lacerares coelum.* XLVIII, 18, optatur, ut aliquid fiat. Magis concedentis quam optantis est Gen. XXX, 34: לוּ יְהִי כִדְבָרֶךָ *fiat, sicut dixisti.* Abit

2) in coniunctionem conditionalem: *si*, quae quidem ita differt ab אִם, ut poni soleat, ubi significamus, id quod sumitur *non* esse, fuisse, futurum esse, id saltem valde incertum neque probabile esse (cf. pag. 107 et arab. لَوْ de Sacy gramm. I, §. 885). Prout sententia poscit, sequitur a) praet. Deut. XXXII, 29: לוּ חָכְמוּ יַשְׂכִּילוּ זֹאת *si saperent* (quod non faciunt), *intelligerent hoc.* Iud. XIII, 23: לוּ חָפֵץ יְ לַהֲמִיתֵנוּ לֹא לָקַח מִיָּדֵנוּ *si Jehovae placuisset, interficere nos, non accepisset* cet. VIII, 19. 1 Sam. XIV, 30. Mich. II, 11. b) futurum Ezech. XIV, 15: *si immitterem* (quod me facturum non dico) *feras bestias in terram* ..... 16: ... *hi* (tres viri probi) *soli servarentur.* (Comm. 13 in eadem sententia est בְּ, Comm. 17. 19 particula conditionalis plane omissa est). c) Part. 2 Sam. XVIII, 12: וְלוּ אֲנִי שֹׁקֵל עַל כַּפַּי אֶלֶף כֶּסֶף לֹא אֶשְׁלַח יָדִי בְּנִי וגו' *et si librarem super manibus meis mille siclos, manum meam non immitterem* cet. Ps. LXXXI, 14. d) יֵשׁ Num. XXII, 29. Cf. לוּלֵא. Aposiopesis est in hoc exemplo (in quo ponitur, quod futurum esse credibile est) Gen. L, 15: לוּ יִשְׂטְמֵנוּ יוֹסֵף *si Josephus nos persequeretur*, quid tunc? *wie? wenn Joseph uns verfolgte?* Bene ad sensum LXX. *μή ποτε.*

Quod ad originem attinet, nihil dubito, quin לוּא, לֹא proprie idem sit quod נוּא, לֹא *non, nonne?* (v. לֹא no. 2), quae interrogandi vox ita pronunciari poterat, ut desiderium rei exprimeret et in optandi particulam abiret (Redslob, v. c. לוּ יִחְיֶה *nonne vivat?* i. e. utinam vivat! לוּ יְהִי *nonne sit?* pro *sit!* cf. gr. οὐκ in petitione, ut Od. 7, 22: οὐκ ἂν μοι δόμον ἀνέρος ἐγγύθεν ἄλλου ναίειν. 22, 132. Egregie hanc rationem firmat linguae Syriacae analogia, in qua variae particulae Hebraeae significationes peculiaribus formis exprimuntur. Ac primitivam quidem negandi vim habet לָא *non*, deinde: *nonne?* Mt. XIII, 27. Ioh. VII, 25, optandi vim: לָוֵא (v. infra לָוֵי) *utinam*, conditionalem: אִלָּא *si*. Maurero (ad Ps. LXXXI, 14) לוּ videtur sonus naturalis eius qui *fatiscit*, langnet coll. לָאָה, לָדָה, לָוָה, hinc vox desiderii, sed in radice לָוָה talem potestatem desidero. Exstant quidem in dialectis Aramaeis formae, quae analogiam derivatorum verbi לָוָה (לוּה) imitentur, ut chald. לְוֵי, לָוֵי, adeoque לְוַאי, לְוָאי, אִלְוָאי *utinam!* syr. ܠܘܳܝ, sam. לְוַאי id.: sed vix inde efficias לוּ ab hac radice ductum esse, quum istud וֵי, וָי ex א radicali radicis לוּא, לָוָא ortum esse possit. Ceterum aramaeum illud לְוֵי (לָוֵי) etiam in Cod. Hebraeo-Sam. habetur pro לוּ Gen. XVII, 18. Num. XX, 3.

לוּא i. q. לֹא *non*, v. pag. 734 A.

לוֹ i. q. לֹא *non*, v. pag. 735 B.

לוֹ דָבָר v. דָּבָר pag. 735 B.

לוּלָא Gen. XLIII, 10. Iud. XIV, 18. 2 Sam. II, 27. Ps. XXVII, 13: alibi

לוּלֵי conj. conditionalis: *nisi* (esset, fuisset), qua simul significamus, esse vel fuisse aliquid, comp. ex לוּ et לֵא, לֵי i. q. לֹא, לָא non (cf. ad לוּ no. 2). Sq. praet. Gen. XXXI, 42: חָמָה כִּי ... לוּלֵי אֱלֹהֵי אָבִי ... *nisi deus patris mei .... fuisset pro me.* XLIII, 10. Iud. XIV, 28. 1 Sam. XXV, 34. 2 Sam. II, 27. Ps. CVI, 23. Jes. I, 9 sq. fut. Deut. XXXII, 27, sq. part. 2 Reg. III, 14, omisso verbo subst. Ps. XCIV, 17. CXIX, 92. CXXIV, 1. 2. In apodosi vel nulla particula est vel אָז, אֲזַי Ps. CXIX, 92. CXXIV, 3, בְּ Gen. XLIII, 10.

לוּם rad. inusit. i. q. נָאַב (vic. נָהַם) *sitivit.* Arab. لَأَبَ id. Inde

לוּבִים n. gentil. pl. 2 Par. XII, 3. XVI, 8. Nah. III, 9 et (minus recte) לֻבִים Dan. XI, 43 *Libyes*, terrae *siticulosae* et aridae (לֹאַב) incolae (cf. צִיִּים), semel לֻהָבִים q. v. (Singularem לוּבִי habes in inscriptione Numidica Londini asservata, quae Baalem s. Herculem Libycum memorat, בַּעַל הַלּוּבִי, בְּעַל הַלּבִי v. Monumm. Phoenicia pag. 211. 212 et tab. 24. Arab. لُوبِيَّة et لُبْنَة Libya, لُوبِيُّون Libys. Act. II, 10 לִבְיָא habetur pro *Λιβύη*). De Hitzigii coniectura v. sub voc. לְהָב.

לוּד n. pr. 1) populi Semo orinndi Gen. X, 22, quo *Lydos* dici iam Josephi est sententia satis probabilis: οἱ Λυδοὶ τὸν κολοῖοι, Λούδους δὲ νῦτε, Λούδας ἔκτισε. Sequuntur Euschius, Hieron., e recentioribus maxime Bochartus, Phaleg 2, 12, dubitat J. D. Michaëlis in spicileg. II. p. 114. 115 et in suppl. p. 1416, sed rationibus usus minus idoneis. In scriptura hieroglyphica phonetica Champollion, praeter alia nomina, quibus *peregrinae regionis* signum appositum est, ut *Junan* Jonia.

reperit אלם *Lodam*, quod *Lydiam* interpretatur vir egregius (v. grammaire Égyptienne I, p. 151). 2) populi ab Aegyptiis orti (לודים Gen. X, 13), in Africa probabiliter quaerendi.

Praeter istos stemmatis Mosaici locos apud prophetas memoratur populus לוד Jes. LXVI, 19. Ez. XXVII, 10. XXX, 5. לודים Jer. XLVI, 9, admodum bellicosus, qui arca et sagittis pugnare solebat (Jes. Jer. ll. cc.), in Tyriorum (Ezech. XXVII, 10) et Aegyptiorum (ibid. XXX, 5. Jer. l. c.) exercitu stipendia merens. Ae Bochartus quidem (Phaleg 4, 26) his locis Ludaeos Hamo oriundos intelligere volebat, Aethiopum fortasse gentem a sagittarum usu nobilium, Michaelis autem (suppl. 1418) hic quidem *Lydos* Asiae minoris praefert, quum satis constet, Tyrios et Aegyptios exteros milites eosque ex Asia minore conducere solitos esse (Herod. 2, 152. 154. 163. 3, 11): idque nobis etiam probatur, qui iam Gen. X, 22 Lydos agnovimus, cf. Jes. l. c. ubi Ludaei cum Tibarenis et Jonibus, Asiae minoris populis, copulantur.

Singularem sententiam, audaeem profecto, de qua לוד per *d* sint *Libyes*, d et b permutatis, contra ex nova litterarum mutatione לובים (quos omnes Libyes interpretati erant) *Nubii*, nuper proposuit Hitzigius ad Jes. l. c., cuius verba integra interpositis observationculis adscribimus, ut intelligant lectores, quo argumentorum pondere V. D. in nova sententia munienda usus sit. „*Lud* erklären wir *mit Sicherheit* für *Libyen*. Der Wechsel der starken Consonanten D und B beweist nicht dagegen, da auch Gebal von den Griechen Byblos genannt wird. [Debebat saltem vir doctus d et b inter se permutatorum exempla, eaque erebra, afferre, ut ita eoniici *posse* ostenderet]. *Ferner* [quasi iam praecedat primum argumentum] verlangt unsere Stelle ein fernes Westland [minime: sequuntur enim Tubal et Javan, Asiae minoris populi], und *schliesslich* ist *Lub* z. B. Nah. III, 9. Dan. XI, 43 vgl. Ez. XXX, 5 Begr. d. Kritik p. 129 [ibi enim legitur כוב et ab Hitzigio coniectum est לוב] vielmehr, wie der Araber an allen 3 Stellen will [atqui Arabs non exprimit hebraeum לוב, sed duobus locis Nah. et Dan. l. c. gr. *Λίβυες*, tertio verba graeca nobis incognita, quae respondeant hebr. כוב], nach einer bekannten Erweichung des ל in נ [imo n emolliri solet in l]." His tribus argumentis primariis scilicet, quorum primum et tertium equidem in argumentorum numero vix ponam, additur tanquam secundarium: „Dafür zeugt auch die Nebenform לְהָבִים, welche in שִׁנְהַבִּים verborgen liegt, denn *nubischen Zahn* konnten die das rothe Meer befahrenden (?) Hebräer das Elfenbein nennen, nimmermehr aber *libyschen Zahn*, wie zwar die Römer. [At quidni Hebraei potuerint ebur *libycum dentem* appellare, etsi non ipsi ipsam Libyam navibus adirent? Nititur autem hoc argumentum solo etymo vocis שִׁנְהַבִּים, haud quidem contemnendo, sed minime certo, imo aliud infra h. v. propositum orthographiae masoreticae magis etiam accommodatum est]. Ist nun aber לוב *Nubien* [quibus argumentis hoc effectum est?], so *kann* לוד Libyen seyn; und verwerfen wir diese Annahme, so haben wir für *Lud* keine Bedeutung [imo habemus *Lydiam*, *Lydos* v. Michaelis suppl. p. 1418], und für Libyen [*Nubiam* haud dubie scribere volebat vir doctus] keinen Namen [sed habent tamen, qui Ezech. XXX, 2 pro כוב praeeunte Arabe et cod. Kennicotto נוב legunt, quanquam non est quod Nubiam iam a priscis peculiari nomine appellatam esse putemus, quum כוש etiam Nubiae regiones complecti videatur]. Pancis verbis hanc Hitzigii coniecturam iam declinavit Winerus, Realwörterb. II, 1 p. 33.

לָוָה 1) *plicavit*, *flexit*, *torsit*, unde לְוָיָה et לֶוֶת sertum, corolla, לִוְיָתָן serpens in spiras convolutus. Arab. لوى torsit funem, لَوِيَ distortus fuit, torminibus laboravit. Conj. III. inflexit se et spiras fecit serpens. V. inflexit se fulmen (sich schlängeln), لِوًى flexus, spira serpentis, مَلْوِيَة scutica Taraf. 37.

2) *adhaesit* alieni (pers. vel rei), pr. circumvolvit, circumplicavit se alicui rei, ut hedera circumvolvit se arbori, cui adhaeret. (Chald. syr. zab. לְוָא, לְוַי Pe. et Aph. adiunxit se alieni, pr. fortasse brachiis iunctis, comitatus est enm, v. Niph. Arab. transpositis litteris لوى med. Kesr. valde propinquus fuit alicui, adiuvit cf. حَوَى et حَوَدَ, وصى et وحى). Eccl. VIII, 15: *bonum est homini edere, bibere, laetari*, והוא ילוננו בעמלו *nam hoc adhaerebit ei* i. e. ei manebit *in labore suo*. Vulg. hoc solum secum auferet de labore suo. Hine

3) *mutuatus est*, *mutuum accepit* q. d. annectit se, *nexus est* alteri (cf. lat. *nexus*, de eo quem ob aes alienum sibi servire cogebat creditor, Varr. L. L. 6, 5. Liv. 2, 27. 8, 28, et nostr. er hat bey dem Kaufmanne angebunden, ist bey jemandem angebunden). Neh. V, 4: לִוִינוּ כֶסֶף לְמַדַּת הַמֶּלֶךְ *mutuati sumus pecuniam ad tributum regium*. Deut. XXVIII, 12. Part. לֹוֶה qui mutuo accipit Ps. XXXVII, 21. Prov. XXII, 7. Jes. XXIV, 2.

Maurerus propriam huius radicis significationem eandem esse vult, atque radicum לָאָה, לָהָה *lechen*, de siti fatiscente, unde sit: *flaccidum esse*, schlaff herabhängen, dein: *adhaerere*, ab adhaerendo: *circumvolvere*. Sed et primae et secundae harum significationum vestigia in linguarum semiticarum usu desidero.

Niph. adiunxit se alicui (cf. Kal no. 1), sive ad amicitiam et societatem cum eo ineundam Jes. XIV, 1. Dan. XI, 34. Esth. IX, 27, sive ad opem ferendam Num. XVIII, 2. 4 (v. supra usum Aramaeorum, adde לֹוֶה comes, socius, לְוָיָה comitatus, לְוָיָה societas, associatio), sive, si numen est, ad hoc colendum Jes. LVI, 3. 6. Jer. L, 5. Zach. II, 15 (11). Coniungitur sq. עַל Num. XVIII, 2. 4. Esth. l. c. Jes. LVI, 6. Dan. l. e., sq. אֶל Gen. XXIX, 34: *nunc tandem maritus meus se mihi adiunget*, amorem coningalem

mihi praestabit, אֶל־לִי Jes. LVI, 3. Jer. et Zach. ll. cc., עִם Ps. LXXXIII, 9.

Hiph. causat. Kal no. 3 *mutuum dedit* alicui, sq. acc. pers., pr. *adiunxit, adstrinxit* sibi *aliquem.* Deut. XXVIII, 12. 44. Prov. XIX, 17: מַלְוֵה יְהוָה *qui Jovae mutuum dat*, addito etiam acc. rei Ex. XXII, 24. Absol. Jes. XXIV, 2: כַּמַּלְוֶה כַּלֹּוֶה *qui mutuum dat ut qui mutuum accipit.* Prov. XXII, 7. Ps. CXII, 5. LXX. *δανείζω*, *ἐκδανείζω.*

לָוִי (associatio, coner. *associatus?* an quia Levitae associati erant sacerdotibus, ut iis opem ferrent coll. Num. XVIII, 2 de Levitis: יִלָּוּ עָלֶיךָ וְיִשָּׁרְתוּךָ. Comm. 4? aliud sane docetur Gen. XXIX, 34) 1) n. pr. *Levi*, Jacobi filius natu tertius ex Lea uxore Gen. XXIX, 34. XXXIV, 25. XXXV, 23, auctor tribus Israëliticae eius nomen gerentis (בְּנֵי לֵוִי, מַטֵּה לֵוִי, בֵּית לֵוִי Exod. II, 1. Ps. CXXXV, 20), quam ministerio sacro destinabat legislator (Num. III, vide de officiis Levitarum Phil. Opp. II, 236. Wineri lex. bibl. v. Leviten), Aharonis familiae sacerdotii iura reservans (v. אַהֲרֹן). — בַּת לֵוִי mulier ex tribu Levi oriunda Ex. II, 1. Num. XXVI, 59.

2) n. patron. (pro לֵוִיִּי) *Levita* Ex. IV, 14. Deut. XII, 18. 19. XIV, 27. XVI, 11. Iud. XVII, 7 sqq. XVIII, 3. XIX, 1. Plur. לְוִיִּם Levitae Jos. XXI, 1 sqq. et persaepe.

לֵוִי chald. pl. emphat. לֵוָיֵא *Levitae* Esr. VI, 16. 18. VII, 13. 24.

לְוָיָה f. *corona* florum, a nectendo dicta (v. rad. no. 3). Prov. I, 9. IV, 9.

לְיוֹת pro לְוִיוֹת contr. ex לְוִיוֹת f. pl. *corollae pensiles* (Festons, Guirlanden), ornamentum quoddam in architectura 1 Reg. VII, 29. 30. 36.

לִוְיָתָן (a לָוָה, addita terminatione adiectivorum ־ָן, ut נְחֻשְׁתָּן aeneus a נְחֹשֶׁת, עֶקְדָּתִין ab עֲקֻדָּה, minime a לְוָיָה et תָּן, cuiusmodi composita linguae Hebraeae ingenio non magis accommodata sunt, quam latinae Iurisconsultorum etymon *testamenti* a testatione *mentis*) pr. (animal) *flexum*, *in spiras convolutum* (v. rad. no. 1) 1) *serpens*, isque maior Iob. III, 8 (ad quem locum v. rad. עִיר Pil.). Jes. XXVII, 1 (ubi Babyloniae regni hostilis symbolum est). — 2) spec. *crocodilus* Iob. XL, 25 sqq. — 3) quaevis *bellua magna aquatilis* Ps. CIV, 26, eaque pro hoste atroce Ps. LXXIV, 14 (cf. תַּנִּין Jes. LI, 9. Ez. XXIX, 3. XXXII, 2. 3). Bocharti Hieroz. P. II, lib. V, c. 16—18. LXX quinquies *δράκων*, semel Iob. cap. III *μέγα κῆτος.*

לָוֹת chald. (formae קָצַת, נִיָּה) pr. adhaesio, connexio, inde praep. *apud*, *penes*. (Syr. ܠܘܬ, unde novum verbum ܐܠܘܬ consociavit). Esr. IV, 12: נִן לָוָתָךְ i. q. hebr. עִמָּנוּ gall. *de chez toi.*

לוז

לוּז 1) *deflectere.* (Arab. لَوَزَ inclinavit, inflexit, Kamus: لَاذَ حَاطَهُ, inde circumdedit, obivit, لَاذَ الطَّرِيقُ بِالدَّارِ flectit se via circum domum, لَوْذٌ flexus vallis. Cognata sunt لَوِكَ perversus, contumax fuit, لَاصَ sq. عَنِ deflexit a re, لَاثَ perplexus est). — 2) *recedere* i. q. זוּר, סוּר. Prov. III, 21: אַל יָלוּזוּ מֵעֵינֶיךָ.

Niph. part. נָלוּז *perversus*, i. e. *pravus*, sceleratus (cf. arab. لَوِكَ, de quo ad Kal no. 1). Prov. III, 32.

Neutr. נָלוּז perversum, pravum Jes. XXX, 12. Plenius Prov. XIV, 2: נִלְוֵי דְרָכָיו *cuius viae sunt perversae.* LXX. *ὁ σκολιάζων ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ*, et II, 15: נִלְוִים בְּמַעְגְּלוֹתָם id. LXX. *κομπάζουσι αἱ τροχιαὶ αὐτῶν.*

Hiph. fut. יְלַוֵּז (more Chaldaeorum inflexum, ut יְלַוְּנֵנִי a לוּן, gramm. §. 71, not. 9) i. q. Kal *cessit.* Prov. IV, 21.

לוּז 1) arbor nuces ferens, sive *amygdalus* (arab. لَوْز amygdala, لَوْزٌ amygdalum, idque cortice inclusum, prius etiam amygdalus, v. Abulfadli apud Celsium I, 254) sive *corylus* (chald. לוּז amygdalus et corylus). Gen. XXX, 37. *Amygdalum* intelligunt Saadias ap. Kimchium, Vulg. et prob. Syrus (nam aram. לוּז alibi etiam pro שָׁקֵד ponitur v. Num. XVII, 23. Lex. Adler. لَوْزٌ وَشَجَرُ اللَّوْزِ وَثَمَرَةٌ) adeoque Alex., quandoquidem *κάρυον* saepe etiam de amygdalis dicitur (Casaub. ad Athen. 2, p. 106. Hesych.); *corylum* Arabs Polygl. (a Saadia igitur dissentiens) et Erpen., Kimchius, Jarchius. Luth. al. Ac prius quidem verisimilius, etiam Bocharto (Hieroz. I, 544) et Celsio (l. c.) probatum, quam corylus probabiliter vocabulo אֱגוֹז comprehendatur. — Origo si in linguis semiticis quaerenda est, לוּז *amygdalum in cortice inclusum* apte duci potest a לָזַז, לָזַז pro tegumento, munimento cepit rem, circumdedit, מְלָכָּז arx; si peregrina est (ut vult Cod. Lugd. 124 ap. Freitagium) i. e. indogermanica, *lús* emollitum putaverim e forma quadam primigenia quae eiusdem originis sit atque lat. *nux* eique similis, germ. vet. *hnuz* (Grimm gramm. III, 3[illegible]), armen. ընգոյզ *engies*, atque ducatur a radice fragorem fractae nucis imitante (knacken, to knack, gr. *καράζω*). Abiecto Nun eiusdem originis esse possit אֱגוֹז جَوْز nux, v. pag. 20 B.

2) n. pr. a) oppidi Cananitarum, deis Benjaminitarum, quod a sacrario vicino postea בֵּית אֵל appellatum est Gen. XXVIII, 19. XLVIII, 3. Iud. I, 23, cum He locali לוּזָה Gen. XXXV, 6. Jos. XVI, 2. XVIII, 13 (quam formam cod. Sam. exhibet etiam Gen. XXVIII, 19. XLVIII, 3, ut tres Geneseos loci concinant). Dictum videtur oppidum ab amygdalorum l. corylorum copia, ut فَمْرُ اللَّوْزِ

(turris amygdali) n. pr. loci in Africa, Geogr. Nub. Clim. III p. 90. Quod Jos. XVI, 2 terminus Ephraimitarum processisse dicitur מִבֵּית־אֵל לוּזָה *a Beth-el Lusam*, de eo iam dictum est s. v. *Beth-el* p. 194 A, et male Studerus (ad Iud. l. c.) לוּזָה ibi esse i. q. לוּז et per appositionem voci בֵּית־אֵל iungi opinatur. — b) alius oppidi cognominis in regione Hethitarum, ab illius prioris incola conditi Ind. I, 26.

לָזוּת f. *perversitas* (labiorum) Prov. IV, 24. Ut nunc se habent vocales hoc vc. ducendum est a לָזָה i. q. לוּז. Quum vero huius rad. aliud vestigium non reperiatur, vide sitne scribendum לָזוּת a לוּז.

לוּחַ rad. inusit. Arab. لاح splenduit, micuit (cf. *λευκός, γλανκός; λεύσσω, γλαύσσω; lux*, nostr. *leuchten*), inde *politus, laevis fuit.*

לוּחַ pl. לְחוֹת Deut. IV, 13. IX, 11. Hab. II, 2 al., לוּחֹת Deut. IX, 9. 10. 15. X, 1, et לֻחֹת Exod. XXXII, 16. 19. XXXIV, 1. Deut. X, 2—5. 1 Reg. VII, 36 m. *tabula* (syr. ܠܘܚܐ, arab. لَوْح, aeth. ΛΦΥ: id.) a) lapidea, cui aliquid inciditur vel inscribitur. לֻחֹת אֶבֶן Ex. XXIV, 12. XXXI, 18, לֻחֹת אֲבָנִים ib. XXXIV, 1. 4 tabulae lapideae, לוּחַ הַבְּרִית tabulae foederis Deut. IX, 9. 15. לוּחַ הַתּוֹרָה tabulae legis Exod. XXXI, 18. — b) lignea, asser. עֲבוֹת לֻחוֹת cavus ex asseribus factus Exod. XXVII, 8. XXXVIII, 7. De tabula, cui aliquid insculpitur 1 Reg. VII, 36, inscribitur (qualis fortasse cera obducebatur) Jes. XXX, 8. Hab. II, 2, de *valva* ianuae Cant. VIII, 9. Dual. לֻחֹתַיִם *tabulatum* navium, quod duplex fuisse videtur. Ez. XXVII, 5. — c) trop. Prov. III, 3: *inscribe in tabulam cordis tui*, Jer. XVII, 1. Cf. 2 Cor. III, 3 et *δέλτοι φρενῶν* Aesch. LXX. *πλάξ*, bis *σανίς.*

לוּחִית c. art. הַלּוּחִית (ex asseribus facta, prob. domos habens ex asseribus structas) n. pr. oppidi Moabitarum, sec. Eusebium et Hieronymum inter Areopolin et Zoar siti Jes. XV, 5. Jer. XLVIII, 5.

לוּט 1) i. q. לָאַט, לָטַם no. II, *occultare, obvolvere.* (Arab. لاط med. Vav: obduxit, ut luto, occultavit, لُوط pallium. Sanscr. *luth* circumvolvi). Part. act. לוֹט *occultans* Jes. XXV, 7, et alia forma לָט intrans. *occultus*, clandestinus, inde בַּלָּט *clam* Ruth III, 7. 1 Sam. XVIII, 22. XXIV, 5, semel בַּלָּאט Iud. IV, 21. Part. pass. f. לוּטָה *obvoluta* 1 Sam. XXI, 10.

2) *occulte agere.* (Syr. chald. maledixit, exsecratus est, fort. ab occultis artibus *τῶν* אַרְטֵי יום Iob. III, 8). Part. pl. לָטִים *occultae artes, praestigiae* Ex. VII, 22. VIII, 3. 14, pro quo לַהֲטִים VII, 11, v. לָהַט.

Hiph. i. q. Kal no. 1. 1 Reg. XIX, 13.

לוֹט m. 1) *obvelatio, velamen.* Jes. XXV, 7: הַלּוֹט הַלּוֹט עַל־כָּל־הָעַמִּים *velamen obvelans omnes gentes*, quod vultum earum operit, eas tristitia afficit.

2) n. pr. *Lot*, filius Harani, fratris Abrahami Gen. XI, 27, quocum ex Mesopotamia in Cananaeam migravit ib. XI, 31. XII, 4 sqq. XIII, 1 sqq. XIV, 12 sqq., postea Sodomae civis XIX, 1 sqq. Cuius ex ruina postquam divino auxilio cum duabus filiabus evaserat, ex his duos filios suscepit, Ammonem et Moabum, auctores Ammoniticae et Moabiticae gentium, quae propterea *filii Lot* appellantur Deut. II, 9. Ps. LXXXIII, 9 (cf. arab. قَوْم لُوط populus Loti, et مَدَائِن لُوط urbes Loti, de illius regionis incolis et urbibus, Abulfed. Syria p. 8. 12. Ibn el Wardi p. 178).

לֹט (in cod. Sam. et multis codd. hebr. לוֹט) m. Gen. XXXVII, 25. XLIII, 11 resina vel resinae genus in Palaestina crescens, quod quale fuerit incognitum fuisse videtur veteribus interpretibus et Rabbinis, qui in varias sententias discedunt. LXX et Vulg. *σταχτή*. Gr. Venet. *μαστίχη*, et ita Bereschith rabba (Par. 91) מוצטכא. Chald. Sam. ܠܛܡܐ, ܠܛܐ [non אתרין, ut scribit Michaëlis, in suppl. p. 1425], quod haud dubie est i. q. לָטָא, לָטָה suffitus, aroma [Uhlemannus, inst. sam. p. 59, confert לָטִישׁ, לָטִישָׁא in quo reddendo ipse Barbahlul ap. Castell. p. 29 nihil nisi coniecturas dat: equidem nescio an idem fuerit atque לָטָא]: sed Targ. et Syr. לְטוּמָא, לָטְמָא *pistaciae* [male, cum hae alio nomine בָּטְנִים veniant], Saad. شَعْبَلُوط glans regia, *castanea.*

Probabiliorem sententiam e recentioribus post Iunium, Lud. de Dieu primus uberius commendavit Ol. Celsius (Hierobot. I, p. 280 sqq.), cui לֹט est gr. *λῆδον, λήθανον*, lat. *ledum, ladanum* (arab. لَاذَن, quae qûidem forma a graeca petita est), resina quaedam pituitosa suaveolens, quae ex foliis fruticis (Cistus ladanifera, Cistus creticus dictae) in insula Creta, Arabia (Plin. XII, 17), Africa (Plut. de sera numinis vindicta p. 553) singulari modo (v. Herod. 3, 112. Abulfadli ap. Cels. p. 284. Belon 1, 7. Pococke al.) colligitur: ceterum hunc fruticem in Palaestina crevisse, Celsius non probavit, nam לוטם Talmud. Schebiith 7 §. 6 et לוטם Maimonid. tract. Schemve Jobel 7 §. 18 *ledum* esse, minime certum est.

לוֹטָן n. pr. filii Seïr Gen. XXXVI, 20. 29.

לִיל rad. inusit. vicina radici גָּלַל (v. Lex. man. p. 214), nostr. *rollen*, lat. *volvere, convolvere, rotare.*

לוֹל plur. לוֹלִים *scalae cochleatae* 1 Reg. VI, 8. (Chald. id.).

לוּלַי tantum in plur. לוּלָאוֹת, def. לַלָּאוֹת cstr. לֻלְאוֹת (ad formam דּוּדָאִים q. v.) *laqueoli*, quibus immit-

tebantur uncini (תְּרָסִים) in aulaeis tentorii sacri, *Schleifen, Schlingen*, a convolvendo dicti. Ex. XXVI, 4 sq. XXXVI, 11 sq. LXX. ὑγκλαι. Vulg. *ansulae*.

לוּלֵא *nisi*, v. p. 745 B.

לַיִל Jes. XVI, 3 et Thren. II, 19 Chethibh, semel לֵיל Jes. XXI, 11 (in Pausa, ut חֵיל et חִיל), estr. לֵיל Ex. XII, 42. Jes. XV, 1. XXX, 29, sed longe frequentius cum He parag. לַיְלָה Milel (v. not.), in Pausa לָיְלָה pl. לֵילוֹת m.

1) *nox*. (Arab. لَيْل, لَيْلَة, raro لَيْلَاة, syr. ܠܵܝܠܵܐ, ܠܸܠܝܵ, ܠܸܠܝ, aeth. ለሊት: id. in quibus cunctis superest vestigium He paragogici in לַיְלָה. De origine vocis indicanda plurimi desperarunt eamque primitivam esse existimarunt. Ev. Scheidius et nuper Maurerus radicem ponunt לָלָה fulsit stella, unde לֵוְלֶא margarita. Sed, si quid video, nox a fulgore dici non poterat, quum non omnes noctes stellarum fulgore illustrentur, nec facile alunde nomen eius repeti poterat, quam aut a *tenebris* aut a *frigore* nocturno. Iam vero reputanti mihi, יום *diem* a *calore* dictum esse, admodum credibile videtur, *noctem* dictam esse ab *obvolvendo*, et לַיִל significare tempus illud frigidum, quo vestimento s. lodice שִׂמְלָה *obvoluti* dormimus. Ab obvolvendo derivabat etiam Simonis, sed ita dictam putabat, quoniam tenebris obvoluta sit). אַרְבָּעִים לַיְלָה quadraginta noctes Gen. VII, 4. 12. 1 Reg. XIX, 8, שִׁלְשָׁה לֵילוֹת 1 Sam. XXX, 12. Jon. II, 1, בְּבֶטֶן־הַלָּיְלָה quavis nocte Ps. VI, 7, sed כָּל־הַלַּיְלָה tota nocte Ex. XIV, 20. 21. Num. XI, 32. Jos. X, 9. Iud. XVI, 2. XIX, 25. 1 Sam. XV, 11. Jes. LXII, 6. Ps. LXXVIII, 14. בַּלַּיְלָה אֶחָד una nocte Gen. XL, 5. XLI, 11. בַּלַּיְלָה הַהוּא ea nocte ib. XXXII, 14. 22. בַּחֲצִי הַלַּיְלָה media nocte Ruth III, 8, אִישׁוֹן לַיְלָה pupilla noctis, v. pag. 86. מִיּוֹם עַד לַיְלָה a die (incunte) usque ad noctem i. e. intra diei spatium Jes. XXXVIII, 12. 13. De בֶּן־לַיְלָה v. pag. 217 A. חֲזִיוֹן לַיְלָה visio nocturna Iob. IV, 13. XX, 8. XXXIII, 15, בִּרְאֹת לַיְלָה Gen. XLVI, 2, חֲלוֹם לַיְלָה somnium nocturnum XX, 3. פַּחַד לַיְלָה terror nocturnus Ps. XCI, 5.

Noctu hebraice dicitur לַיְלָה Gen. XIV, 15. Exod. XII, 30. 31. XIII, 22. XL, 38, unde יוֹמָם וָלַיְלָה interdiu et noctu Exod. XIII, 21. Lev. VIII, 35. Num. IX, 21, it. לַיְלָה יוֹמָם Jes. XXVII, 3, לַיְלָה וְיוֹמָם Deut. XXVIII, 65. Jes. XXXIV, 10. Jer. XIV, 17; it. בַּלַּיְלָה Gen. XXXI, 46, maxime in sermone poët. Iob. XXIV, 14. Ps. XLII, 9. LXXVII, 7. LXXXVIII, 2. CXIX, 55, et in eodem לֵילוֹת Ps. XVI, 7, בַּלֵּילוֹת Cant. III, 1. Cum art. הַלַּיְלָה est: *hac nocte* (ut הַיּוֹם hoc die, hodie) Gen. XIX, 5. 34. Num. XXII, 8. Jos. II, 2. IV, 3. Ruth I, 12. III, 13 al. בַּלַּיְלָה sicut noctu Iob. V, 14.

2) Translate a) de *calamitate, miseria*, cf. חֶשְׁכָּה. (Apud Arabes لَيْل explicatur داهية *infortunium*, v. Schult. Opp. min. p. 74 et ad Iob. III, 9. XXXV, 10). Jes. XXI, 11: שֹׁמֵר מַה־מִּלַּיְלָה שֹׁמֵר מַה־מִּלָּיְלָה *custos! quid de nocte? custos! quid de nocte?* i. e. quid, o vates! de calamitate ingruente nobis habes nunciandum? Iob. XXXV, 10. Mich. III, 6. b) de orco Iob. XXXVI, 20.

*) Not. לַיְלָה c. He parag. pr. significabat *noctu*; sensim autem factum est, ut pro *tempore nocturno* (die Zeit, in welcher es *Nachts* ist) *ipsaque nocte* usurparetur, plane ut נֶגְבָּה, צָפוֹנָה regio quae *austrum, septentrionem versus* est, pro austro, septentrione (unde בַּנֶּגְבָּה, בַּצָּפוֹנָה), cf. בְּיוֹם: eaque terminatio ita coaluit cum hoc substantivo, ut in lingua chald. et syr. tanquam radicalis retineretur in st. emphat. in ה abiret. Inde

לֵילְיָא m. chald. *nox*. Dan. II, 19. V, 30. VII, 2. 7. 13. (In Targg. saepe).

לִילִית f. pr. *nocturna* i. e. spectrum nocturnum, quod deserta habitare, ibique (quum alias oberrare solet cf. Mt. XII, 43. Tob. VIII, 3) quietem invenire dicitur Jes. XXXIV, 14: אַךְ שָׁם הִרְגִּיעָה לִילִית וַתִּמְצָא לָהּ מָנוֹחַ. Significat autem h. l. propheta antiquissimam quandam superstitionem, plerisque populis Semiticis communem. Atque Hebraeis quidem לִילִית est daemonissa mulieris ornatae comtis capillis speciem prae se ferens, quae noctu infantibus insidietur (Buxtorf. Lex. talmud. p. 1140. Eisenmenger entdecktes Judenthum II, 413 sqq.). Syrorum Lexicographi eodem modo explicant ܠܸܠܝܬܵܐ, quod apposite vertunt الغول, الغولة; Ghula enim Arabum est daemon muliebris, homines devorans eorumque sanguinem sugens, modo loca deserta habitans, modo humana specie assumta inter homines vagari solita. Vide versum Jesaiae verbis similem, quem ex Div. Hudeilitarum excerpsit Reiske ad Tarapha. Moall. p. 87: جَوْلَب جَوْلَب الغَجْلَاج انّي بِها النعام وعرف الجنّ والمتغول *ego sum pervasor per curva anfractum praecipitia, in quibus struthiocameli et sibilus Genii rum et Ghula*. Crebra eiusdem mentio est in *III* noctt., de ܠܸܠܝܬܵܐ autem prae ceteris multus est Cod. Nasaraeus I p. 106. II, 196. III, 158. Apud Graecos et Romanos simillima est superstitio de muliere ἐμπούσῃ (v. Arist. Ran. 293. Creuzer commentt. Herod. p. 267), de Lamiis, strigibus aliisque id genus monstris, de quibus vide quae laudavimus ad Jes. l. c. et XIII, 22. cf. Bocharti Hieroz. II p. 831, et infra ad voc. שְׂעִירִים. — LXX ὀνοκένταυρος, ubi Theodoretus annotat: καλεῖ ὀνοκενταύρους, οὓς οἱ παλαιοὶ μὲν ἐμπούσας οἱ δὲ νῦν ὀνοσκελίδας προσαγορεύουσι. Inde Arabs الغيلان Ghulae. Vulg. *lamia*.

לוּן et לִין pract. יָן Gen. XXXII, 22. 2 Sam. XII, 16, fem. תָּנָה pro תָּלִנָה Zach. V, 4, 1 pl. נָלִן Iud. XIX, 13, gerund לָלוּן Gen. XXIV, 25 et saepe, it. לָלִין ib. comm. 23, imp. לִין Iud. XIX, 6. 9, לִינִי, לִינוּ Ruth III, 13. Joël I, 13, fut. יָלִין, יָלוּן, apoc. יָלֶן 2 Sam.

XVII, 16, תָּלֹן Iud. XIX, 20. Iob. XVII, 2, conv. וְאָלִין Gen. XXVIII, 11. XXXII, 14. Part. לָנִים Neh. XIII, 21.

1) *pernoctare, noctem transigere* Gen. XIX, 2 et saepe, v. exempla modo laudata. (Non reperitur haec radix in linguis cognatis, quae pro ea utuntur verbo בוּת q. v. Finitima ea est nomini לַיִל nox, et eiusdem originis esse videtur, pr. i. q. לוּל *involvit se*, vestibus *involutus* dormivit et noctem transegit. De l et n inter se permutatis v. pag. 727 A). Etiam de rebus inanimatis, ut cibis, quae in diem posterum servantur. Exod. XXIII, 18. XXXIV, 25. Deut. XVI, 4. Lev. XIX, 13: *ne pernoctet apud te merces mercenarii usque ad mane.* Poët. Iob. XXIX, 19: *ros pernoctat in ramis eius.* Cant. I, 13. It. *devertit pernoctandi causa* Ps. XXX, 6: *vesperi devertit fletus, sed mane adest laetitia.*

2) *commorari, habitare, permanere* (cf. בּוּת pernoctavit, permansit in aliqua conditione). Jes. I, 21: צֶדֶק יָלִין בָּהּ *in qua habitabat iustitia* Iob. XLI, 14: בְּצַוָּארוֹ יָלִין עֹז *in collo eius habitat robur.* XVII, 2: בְּהַמְרוֹתָם תָּלַן עֵינִי nostr. auf ihren Beleidigungen ruht mein Auge. Prov. XV, 31. — Ps. XXV, 13: *anima eius permanet in felicitate*, perpetua felicitate fruitur. XLIX, 13: וְאָדָם בִּיקָר בַּל יָלִין *sed* talis *homo in honore non permanet*, non stabilis est honor eius. Iob. XIX, 4: (si) *re vera erravi* אִתִּי תָּלִין מְשׁוּגָתִי *mecum manet error meus* i. e. ego erravi, non vos, et ego solus erroris poenas luam.

Niph. pervicacem, contumacem se gessit (manendi et persistendi significatu in malam partem deflexo), hinc *murmuravit, quiritatus est* sq. עַל contra aliquem, de populo contra praefectum suum murmurante Ex. XV, 24. Num. XIV, 2. XVII, 6. Jos. IX, 18 et Ex. XVI, 2 Keri. LXX. γογγύζω, διαγογγύζω.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2. Jer. IV, 14: *quousque tecum permanere facies* i. e. fovebis *cogitationes tuas iniquas?* — 2) i. q. Niph. pr. *pervicacem, contumacem egit*, sq. עַל contra aliquem. Praet. הֶלִינוֹתֶם Num. XIV, 29, fut. וַיָּלֶן Ex. XVII, 3, alibi semper prima radicali more Rabbinorum geminata (v. Lgb. p. 407. gr. hebr. §. 71, not. 9), תַּלִּינוּ. תַּלִּינוּ Ex. XVI, 8. Num. XIV, 36. XVI, 11 Keri, part. מַלִּינִים Num. XIV, 27. XVII, 20, qui declinatus huic significationi proprius est.

Hithpal. הִתְלוֹנֵן i. q. Kal no. 1. Ps. XCI, 1. Iob. XXXIX, 28.

מָלוֹן m. locus, in quo pernoctant viatores, sive sub dio, sive sub tecto, *hospitium* Gen. XLII, 27. XLIII, 21. Ex. IV, 24. Jos. IV, 3. 8. מְלוֹן אֹרְחִים Jer. IX, 1. מְלוֹן קְבוּה 2 Reg. XIX, 23 hospitium eius (Libani) extremum i. e. locus Libani fastigio proximus, in quo homines pernoctare et deverti possunt. De *hospitio* nocturno militum Jes. X, 29.

מְלוֹנָה f. *tugurium*, in quo pernoctant horti custodes Jes. I, 8, it. *lectus pensilis*, ex altis arboribus suspensus, in quo et peregrinantes et hortorum vincarumque custodes metu bestiarum rapacium pernoctant (cf. Niebuhr Beschr. von Arabien p. 158). Jes. XXIV, 20: *vacillat terra instar ebrii*, וְהִתְנוֹדְדָה כְּמְלוֹנָה *et huc illuc movetur instar horti pensilis.* LXX. ὥσπερ φυλάκιον. Scite Saad. Syr. et Chald. עַרְזָלָא, כּוּלָּא, de quo quidem vc. etiam עַרְסָלָא scripto et *lectulum* significante (est enim diminut. ab עֶרֶשׂ, addito ל pag. 728 A) v. Tosephos ad Erubh. fol. 23: „custodes hortorum solitos fuisse extendere funes ab arbore una ad alteram, ut funes in lecto extenduntur, et in iis sub umbra densorum ramorum cubuisse", cf. Kamûs p. 1500: „est locus, quem occupat horti custos in ramis palmae metu leonum."

תְּלוּנָה f. *murmuratio, quiritatio*, v. rad. in Niph. et Hiph. no. 2, non legitur nisi in pl. תְּלֻנּוֹת (in aliis libris et mss. et impressis תְּלוּנוֹת, vide J. H. Mich., sed contra analogiam) Exod. XVI, 7. 9. 12. Num. XIV, 27. XVII, 25.

לוּעַ *deglutire, sorbere.* (Syr. ܠܥ et ܠܘܥ linxit, sorpsit). Obad. 16: שָׁתוּ וְלֻעוּ *bibent et sorbebunt* i. e. vinum a Jova porrectum plenis haustibus bibent et exhaurient. Sed de לָעַג Iob. VI, 3 v. rad. לָעַג.

Pil. sorbillavit, prob. Iob. XXXIX, 30 (33), si nobiscum reponis לְעַלְּעוֹ pro יְעַלְּעוּ, v. rad. עָלַע.

Apposite dudum monuit J. D. Michaëlis (suppl. p. 1552), syllabam לע *ligurriendi, sorbendi, avide deglutiendi* sonum referre, atque haec significatio in plurimis inest radicibus semiticis, quarum syllaba prima aut primaria est לע, ut לָעַט linxit, sorpsit, לָעַם (arab. لعظم, لعدم, لعمط) ligurrivit, לכלך Ethpe. avide voravit, לַעַג avidus, ligurritor, לעב, לעס, לעק linxit, ligurrivit, לכלך edit, לעס id., syr. ܠܟܡܛܐ, ܠܟܡܣܐ, ܠܟܡܨܐ, ܠܟܡܫܐ mandibula; similisque est potestas syllabarum similium לג, לח et לה, ut לָגַם gustavit, לָחַךְ linxit, לָהַק (לָקַק) id., לָהַם deglutivit, et לָהַם edit, לחב, לחך, לחס, לחש linxit, לָהַב et לָהַט linxit [flamma] i. e. flammavit, cf. sanscr. *lih* lingere, gr. *λείχω, λιχμάω, λιχνεύω*, lat. LinGo, LiGurio, transp. GuLa, *deglutio*, nostr. *lecken*, et praemisso sibilo *schlucken, schlingen* (cf. Pott etym. Forschungen, I, 283).

His addenda magna radicum semiticarum vis, quae a syllabis לג, לח, לה ordientes varios linguae motus designant, ut *hiare ore aperto et lingua exserta*, ut fit in siti ardente et rabie (v. לָהַה, לָהַח, לָהַג, לָאָה, sam. לגא, nostr. *lechen, lechzen*, cf. לָהַב, לָאַב, לוּב), *vibrare linguam* et *sibilare*, more serpentum et submisse loquentium (v. לָהַשׁ); *balbutire, barbare* (i. e. non intelligenda) *et inepte lo jui* (לָגַג ubi vide plura, לָאָה, לָזַז, לָמַם). Graeci et *ligurriendi* et *balbutiendi, blaterandi* potestatem habent syllabis *ha, lam, lab, lap, lal* expressam, cf. *λάω* lingo, *λάβρος, λάψυρος* vorax et loquax, *λαιμός, λαιμός* gula, *λαμία* vorax (anthropophaga, לִילִית Ghula, v. ad לָבַשׁ), *λάπτω, λαφύσσω*, lat. *lambo, labium*, pers. لب

labium, nostr. *Lippe*, et vnlgg. *labbern*, schlabbern, schlappen, denique λαλέω, lallen. *Subsannandi* significationem a balbutiendo profectam (לָגַג) iidem habent litteris transpositis in γελάω, χλεύη.

לֹעַ m. *gula, guttur* Prov. XXIII, 2. (Chald. לוּעָא, לֻעְבָּא nasor. id.).

לוּץ pr. *balbutire* (cf. לָגַג, et quae observavimus ad לֵיץ), inde 1) *barbare loqui*, quoniam peregrinam linguam loquentes hominibus hanc ignorantibus sine sensu garrire et blaterare videntur, v. Hiph.

2) *illudere, irridere* alicui, pr. vocem eius per ludibrium imitando. (Cf. Jes. XXVIII, 10. 11 et לָגַג. Respondet sanscr. *lad*, lat. *ludere*, gr. λύσθη irrisio). Prov. IX, 12: *et si irrides* i. e. virtutis et sapientiae monita (v. לֵץ), *tu solus id feres*. Part. לֵץ *irrisor* i. e. homo frivolus, protervus, qui sanctissima quaeque religionis, pietatis morumque praecepta ferociter contemnit (cf. זד). Ps. I, 1. Prov. I, 22. III, 34. IX, 7. 8. XIII, 1. XIV, 6. XV, 12. XIX, 25. 29. XX, 1. XXI, 11. 24. XXII, 10. XXIV, 9. Jes. XXIX, 20.

Hiph. 1) *interpretem egit, interpretatus est* (a barbare loquendo, cf. Kal no. 1). Part. מְלִיץ *interpres* Gen. XLII, 23 (bene LXX ἑρμηνευτής, Onk. מְתֻרְגְּמָן), inde *intercessor, internuncius* 2 Par. XXXII, 31. Jes. XLIII, 27: מְלִיצֶיךָ בָּשְׁעוּ בִי *interpretes tui* (apud Deum i. e. sacerdotes) *defecerunt a me*. מַלְאָךְ מְלִיץ Iob. XXXIII, 23 *angelus interpres*, intercedens pro homine apud Deum, itaque angelus tutelaris, cuiusmodi angelos singulorum hominum apud Jovam causam agere persuasum habebant recentiores Judaei (cf. Mt. XVIII, 10). Or chadasch fol. 20, 2 apud Eisenmengerum (entdecktes Judenth. II, p. 389): יש לכל אדם מלאך מליץ ישר מזלו שמתפלל עליו. Lightfoot hor. hebr. in Act. XII, 15. Respondent genii tutelares apud veteres Persas *Ferver* dicti, v. Hyde de rel. vett. Persarum p. 395.

2) i. q. Kal no. 2 *illusit*, sq. acc. Ps. CXIX, 51. Prov. XIV, 9. XIX, 28: עֵד בְּלִיַּעַל יָלִיץ מִשְׁפָּט *testis nequam illudit iustitiae*. Iob. XVI, 20, sq. dat. Prov. III, 34.

Pil. Huc pertinere videtur part. לֹעֲצִים *irrisores* Hos. VII, 5, pro מְלַצְצִים, Lgb. p. 316.

Hithpal. הִתְלוֹצֵץ *irrisorem egit, frivole, proterve se gessit* Jes. XXVIII, 22.

לָצוֹן m. *irrisio* Prov. I, 22. אַנְשֵׁי לָצוֹן i. q. לֵצִים XXIX, 8. Jes. XXVIII, 14.

מְלִיצָה f. 1) *interpretatio* (ut Vulg., Aqu. et Theod. ἑρμηνεία), inde quod interpretatione eget, *aenigma, dictum obscurum* Prov. I, 6. LXX σκοτειναὶ λόγος. Symm. παρβλημα. Chald. et Syr. parabola. Alb. Schult., quem sequebar ed. 1, aenigmatis significationem repetit ab arab. لاص flexit, ut sit oratio inflexa (cf. חִידָה a חוד): sed praestat certum linguae hebraeae usum sequi.

2) *carmen irrisorium, dicterium* Hab. II, 6.

לוּשׁ pr. *subigere* manibus pedibusque, vicinum radd. דּוּשׁ (de *d* et *l* sibi finitimis v. pag. 727 B), it. דָּבַשׁ *depsere*, subigere et דָּרַשׁ pedibus calcare. Inde

1) *subigere* massam farinaceam, *depsere* (i. q. דָּבַשׁ). (Chald. Syr. ܠܘܫ. Aethiop. ΛΨΠ: id.). Sq. acc. Jer. VII, 18. Hos. VII, 4, absol. Gen. XVIII, 6. 1 Sam. XXVIII, 24. 2 Sam. XIII, 8. Inde

2) *fortis, validus fuit.* (Arab. لَوْثٌ robur, لَاثَ med. Je III. V. valuit, fortis fuit, أَلْوَثُ validus, it. لَوْثٌ robur, أَلْوَثُ strenuus, fortis, spec. leo). Unde

לַיִשׁ m. 1) poët. *leo*, a fortitudine dictus, Jes. XXX, 6. Iob. IV, 11. Prov. XXX, 30. (Arab. لَيْثٌ, لَيْثٌ, chald. לַיְתָא, adeoque gr. λῖς Il. λ, 239. ο, 275. ϱ, 109. σ, 318, it. Aqu. Iob. l. c., in cuius etymo in lingua graeca indagando frustra laborarunt Grammatici). Fuerunt, qui leonem senem et decrepitum hac voce dici existimarent coll. Iob. l. c. לַיִשׁ אוֹכֵד מִבְּלִי טָרֶף, quos abunde refellit Bochartus in Hierozoico II p. 12 sqq. Lips.

2) n. pr. a) viri 1 Sam. XXV, 44 et 2 Sam. III, 15 Keri, ubi Chethibh habet לִישׁ. — b) oppidi in termino boreali Palaestinae ad radices Libani siti, fortasse a leonibus dicti (cf. בֵּית־לְבָאוֹת) Iud. XVIII, 29, c. He locali לַיְשָׁה Comm. 7 et Jes. X, 30, ubi praeter necessitatem aliud oppidum intelligunt, quod Hierosolymis vicinum sit (Laisa 1 Macc. IX, 9 Vulg., gracce Ἐλεασά, Ἐλιασά), cuius certa tamen vestigia desunt. Alibi appellatur לֵשֶׁם et דָּן (v. pag. 336).

לָוֹת chald. *apud*, v. rad. לָוָה.

לָזַז rad. inusit. et dubiae auctoritatis, unde

לָזוּת f. *perversitas*, sed vide sub rad. לזז.

לָז, לָזָה, לָזוּ v. sub בַּדָּז, הַבְּדָזָה, הַבְּדָזוּת p. 406 B.

לָחַח rad. inusit. Aethiop. ΛΠΡ: pulcher, formosus fuit (zab. لحسن venustas), pr., ni fallor, *recens, vegetus fuit* (frisch seyn, frisch aussehn), fere i. q. לָחַח, de genarum vigore et *colore* vegeto (καλλιπάρῃος).

לָחִי in pausa לֶחִי, c. suff. לֶחְיוֹ Iob. XL, 26, dual. לְחָיַיִם Deut. XVIII, 3, constr. לֶחְיֵי Jes. XXX, 28, c. suff. לֶחָיֶיהָ Ez. XXIX, 4, sed לֶחָיְכֶם Hos. XI, 4 f.

1) *gena*, *mala*, a colore vegeto et pulchritudine dicta, cuius sedes est (Cant. I, 10: נָאווּ לְחָיַיִךְ בַּתּוֹרִים). Cant. V, 13. Thren. I, 2. הִכָּה עַל לֶחִי 1 Reg. XXII, 24. Mich. IV, 14, et הִכּוּ לְחָיִי פ׳ Iob. XVI, 10 percussit alicui genam (cf. Thren. III, 30) i. e. castigavit ignominiose. — Jes. XXX, 28 capistrum dicitur applicari *super genas* (עַל לְחָיַי) populorum, et sic *iugum* capistro alligatum Hos. XI, 4.

2) *maxilla*. (Arab. لَحْيٌ id. locus, ubi barba crescit, cf. Jes. L, 6. لِحْيَةٌ barba). Iob. XL, 26. לֶחִי חֲמוֹר maxilla asinina Iud. XV, 15—17. Dual. Deut. XVIII, 3. Ez. XXIX, 4. XXXVIII, 4. — Ps. III, 8: הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אוֹיְבַי לֶחִי *confregisti omnibus hostibus meos maxillam*, quae imago petita est ab animalibus rapacibus, quae maxillâ fractâ et dentibus excussis nocere non amplius possunt. (Arab. فَغَمَ frēgit os alic., v. Reiske ad Abulf. Ann. I, 166).

3) n. pr. regionis in finibus Philistaeorum Iud. XV, 9. 14. 19, plene לְחָיוֹת Comm. 17 *excelsum* s. collis *maxillae*, probabiliter a rupium praeruptarum serie ita dictum (dentes enim appellantur singulae rupes, v. שֵׁן; maxillam de loco montano habes in n. pr. chald. לְחִית pro hebr. עֵר בּוֹאָב Michaël. suppl. p. 1453): quanquam ab ipso scriptore לחי רמת לחי l. c. ad maxillam iactam refertur, quasi scriptum sit רַמַּת לְחִי (a rad. רָמָה iecit).

לָחַח rad. inusit. *humidus fuit*. Aeth. ለሐሐ: humectavit (v. Ludolfi Lex. in Syllabo pag. 635, in ipsius enim lexici utraque editione hoc vc. omissum est). Chald. לְחַלַּח id., לִיחָה, לַחֲחוּתָא humor, vigor. Cf. Iob. XXXIII, 25, ubi R. Levi hebr. רָטַבְשׁ interpretatur נתלחלח. Vicinum est לָחָה q. v.

לַח adj. pl. לַחִים (c. Dagesch forti implicito, gramm. §. 22, 1) pr. *humidus*, inde *recens*, de ligno Gen. XXX, 37. Ez. XVII, 24. XXI, 3 (opp. יָבֵשׁ), de nva Num. VI, 3, de funibus novis Iud. XVI, 7. 8.

לֵחַ m. *vigor* aetatis Deut. XXXIV, 7.

לָחַךְ *linxit* i. q. לָקַק. (Arab. لَحِكَ, syr. ܠܚܟ Pe. et Pa., et ܠܟܫ, sam. ⱠⱧⱪ id. Cf. sanscr. *lih*, nostr. *lecken*. Vide supra ad rad. לוּשׁ). In Kal semel legitur pro *lambendo depavit*, de bove Num. XXII, 4, v. Pi.

Pi. i. q. Kal. לִחֵךְ עָפָר pulverem lambit, hyperbolice de eo, qui supplex in pulverem se prosternit Ps. LXXII, 9. Mich. VII, 17. Jes. XLIX, 23: וַעֲפַר רַגְלֶיךָ יְלַחֵכוּ. Inde *lambendo depavit* (cf. hebr. יָלַק, arab. لَحِسَ aliaque lambendi verba, quae transferuntur ad boves, tineas, locustas, herbas absumentes v. Schroeder de vest. mulier. p. 172). Num. XXII, 4: תְּהָה יְלַחֲכוּ הַקָּהָל אֶת־כָּל־סְבִיבוֹתֵינוּ כִּלְחֹךְ הַשּׁוֹר אֶת־יֶרֶק הַשָּׂדֶה, de igne 1 Reg. XVIII, 38. Ad Numm. locum cf. dictionem, quam laudat Dschauhar. v. لحس, تركت فلانا بملاحس البقر, اى بالمكان القفر reliqui eum in loco ubi lambit bos i. e. in loco deserto.

לָחַם fut. יִלְחַם 1) *edit*, *comedit* (vic. לָגַם et גָּמַם gustavit, v. ad rad. לוּשׁ) i. q. אָכַל, sed non nisi poëtis usitatum, sq. acc. cibi Prov. IV, 17. XXIII, 6, sq. בְּ comedit *de* aliqua re (*an*, *von* etwas essen) IX, 5. Ps. CXLI, 4. Absol. *coenatus est*. Prov. XXIII, 1: כִּי תֵשֵׁב לָחְנוֹתַ לְלַחֹם אֶת־מֹשֵׁל. Metaph. Deut. XXXII, 24: לְחוּמֵי רָשָׁף *peste absumti*.

2) *pugnavit*, *bellavit*, sq. אֶת cum aliquo Ps. XXXV, 1, et לְ LVI, 3, in Niph. usitatius. Milites enim saevi in pugna per hyperbolen hostes qs. vorare dicuntur, ut Josua de Cananaeis Num. XIV, 9: לַחְמֵנוּ הֵם *panis noster illi* erunt, Luth. *denn wir wollen sie wie Brot fressen*, et gladius *vorare* dicitur (אָכַל) Ez. XXI, 33. Jes. I, 20. Arab. لُحِمَ occisus est in pugna, pr. absumtus est, الْحَمْتُهُ سَيْفِي eum gladio meo comedendum dedi i. e. occidi, أَلْحَمْتُ الْحَرْبَ vorare iussi gladium i. e. vehemens feci proelium, اَلْتَحَمَ الْقِتَالُ vehemens facta est pugna Bohaed. p. 68. 150. 165. 195. 215; it. مَضَغَ manducavit Conj. II. pugnavit, pers. مردم خور anthropophagus de milite strenuo, cf. hom. πτολέμοιο μέγα στόμα Il. 10, 8. Apud Arabum poëtas pugna epulis comparatur, v. Amru Moall. 32).

Niph. נִלְחַם inf. absol. נִלָּחֹם i. q. Kal no. 2 *pugnavit*, *bellum gessit* (significatione reciproca, ut gr. μάχεσθαι). Construitur a) absol. Iud. V, 19, addito יַחַד 1 Sam. XVII, 10: נִלָּחֲמָה יָחַד. — b) Addita persona, quacum pugnamus, plerumque sq. בְּ Ex. I, 10. XVII, 10. Num. XXI, 26. XXII, 11. Iud. I, 1. 9. VIII, 1. X, 9. XI, 8 sqq. 1 Sam. XV, 18. 2 Sam. VIII, 10. Jes. XIX, 2. XXX, 32. LXIII, 10. Zach. XIV, 3 et persaepe; עִם Iud. V, 20. 1 Sam. XVII, 19. 32. 1 Reg. XII, 21. 2 Reg. XIII, 12. XIV, 15. Dan. XI, 11; אֶת (c. suff. אֹתָם) 1 Reg. XX, 23. Jes. XXXVII, 9; אֶל Jer. I, 19. XV, 20, עַל Neh. IV, 8. Addunt, cum quocum pugnetur, etiam in accus. poni, sed in aliis exemplis ponitur אֶת sq. nomine, quod *cum* est, non acc. nota, Iud. XII, 4. 2 Reg. IX, 15. Jer. XXXIII, 5, in aliis habetur quidem אוֹתָם Jos. X, 25. 1 Reg. XX, 25, sed etiam hoc esse pro אִתָּם arguit posterior locus coll. Comm. 23 (ubi est אִתָּם): superest igitur unus locus Ps. CIX, 3, ubi c. suff. habetur וַיִּלָּחֲמוּנִי oppugnant me. — Eadem fere praeverbia c) praeponuntur *urbi*, quae *oppugnatur*, ut בְּ, נִלְחַם בָּעִיר Iud. IX, 45. 2 Sam. XII, 27. Zach. XIV, 14 (ubi Hengstenbergius male: pugnabit *in* urbe), עַל Deut. XX, 10. 19. Jos. X, 5. 34. 36. 2 Reg. XIX, 8. Jes. VII, 1.

XXXVII, 8. Jer. XXXIV, 22. XXXVII, 8. עִם Jos. X, 29 (ubi complures libri mss. et editi עַל). XIX, 47. — d) Is *pro* quo pugnatur, ponitur praevio ל Ex. XIV, 14. 25. Deut. I, 30. XX, 4. Jos. X, 14. XXIII, 3. 10. Neh. IV, 14, et עַל Iud. IX, 17. 2 Reg. X, 3. — e) passim dicitur: *pugnare pugnam*, *bellare bellum* alic. 1 Sam. VIII, 20. XVIII, 17, cf. 1 Reg. XIV, 19: וַיִּלָּחֶם דָּוִד וַיַּרְבֵּעֵם אֲשֶׁר נִלְחַם נַאֲשֶׁר מָלָךְ. XXII, 46. 2 Reg. XIV, 28.

לְחוּם vel **לָחוּם**, c. suff. לְחוּמוֹ m. 1) *cibus*. Iob. XX, 23: וְיַמְטֵר עָלֵימוֹ בְּלֻחוּמוֹ *et pluet super eos* (impios) *cibo eius* collect. *eorum*, immittet iis Deus quod iis cibo sit; i. e. ignis irae divinae (חֲרוֹן אַפּוֹ) ventrem eorum implebit, cf. Ps. XI, 6. Quod scriptor dicit: *pluit cibo* חִמְטִיר בְּלֻחוּם, ubi exspectes: *pluit cibum*, eodem modo iudicandum est atque exempla supra (v. חָבַר Hiph. pag. 441 B) ad Iob. XVI, 4 laudata. Dici enim poterat sq. accus. *pluit cibum*, et sq. ב *pluviam facit cibo* i. e. talem quae cibo fiat et cibo constet (qualis v. c. mannae pluvia erat h. l. pluvia ignea ab impiis comedenda). Germanice dici potest: es regnet *grosse Tropfen*, et: es regnet *mit grossen Tropfen*. Falluntur, qui בְּלֻחוּמוֹ accipiunt pro לַלֻּחוּמוֹ *in cibum* i. e. loco cibi (Targ. Aben Esra, Schult.), vel vertunt: *depluit Deus super eos* et super *cibum eorum*, vel: *in carnem* (i. e. in corpus) *eorum*, quo nihil frigidius cogitari potest. Magis probandi Umbreitius et Winerus, qui interpretantur: *pluet super eos* iram suam *tanquam cibum*, at vel sic ב particula friget.

2) *caro*, *corpus*. (Arab. لَحْمٌ caro). Zeph. I, 17: שֻׁפַּךְ דָּמָם כֶּעָפָר וּלְחֻמָם כַּחֳרָיִים *effunditur sanguis eorum instar pulveris*, *et caro eorum instar stercorum*, ubi multi libri editi et mss. לְחֻמָם, quasi a לֹחֶם (formae לֹאֶם). LXX. τὰς σάρκας αὐτῶν. Vulg. corpora eorum. Targ. cadavera eorum. Syr. carnem eorum.

לֹחֶם utriusque sexus vc. (m. Num. XXI, 5, f. Gen. XLIX, 20) 1) *cibus*, et hominum (Gen. XLVII, 12), et brutorum (Iob. XXIV, 5. Jes. LXV, 25. Ps. CXLVII, 9), persaepe. אָכַל לֶחֶם cibum sumsit, coenatus est, v. אָכַל I, c. שִׂים לֶחֶם apponere cibum Gen. XLIII, 31. לֶחֶם אֲנָשִׁים cibus, qui a necessariis in domum defuncti mittitur, v. אִישׁ no. 1, h. לַחְמֶךָ Obad. 7 poët. pro אַנְשֵׁי לַחְמֶךָ commensales i. e. domestici tui. De loco Num. XIV, 9 v. rad. no. 2. 1 Sam. XX, 24: וַיֵּשֶׁב הַמֶּלֶךְ עַל לֶחֶם *assidebat rex cibo* i. e. coenae, prandio. — לֶחֶם cibus Dei, dicitur de sacrificio Levit. XXI, 6. 8. 17. 21. 22. — Jer. XI, 19: עֵץ בְּלַחְמוֹ *arbor cum cibo suo* i. e. cum fructu suo (cf. لَحْمٌ cibus, de fructu). Est etiam a) *victus*. Eccl. IX, 11. לֶחֶם שְׁלֹמֹה victus Salomonis 1 Reg. V, 2 (IV, 22), לֶחֶם חֲמָדָה victus praetoris, sumtus victui eius destinati (Tafelgelder) Neh. V, 14. 18. — b) *prandium*, *coena*. אָכַל לֶחֶם epulatus est, v. אָכַל 1, c. עָשָׂה לֶחֶם epulas instruxit Eccl. X, 19.

2) spec. a) *panis* (ut Arabibus agrum non colentibus لَحْمٌ spec. caro). Gen. XXI, 14. XXV, 34. XXVIII, 20 et persaepe. לֶחֶם וָמַיִם panis et aqua, de cibo potuque quotidiano et vulgari Num. XXXI, 6. 1 Reg. XVIII, 4. 13. Jes. III, 1. כִּבַּר לֶחֶם placenta panis Ex. XXIX, 23: ubi plures sunt placentae, כִּכָּרוֹת post numerale omitti solet (ut שְׁקָלִים ante בֶּקַע et זָהָב), velut שְׁתֵּי לֶחֶם duae placentae panis 1 Sam. X, 4, חֲמִשָּׁה לֶחֶם 1 Sam. XXI, 4, שְׁלֹשָׁה לֶחֶם XVII, 17. פַּת לֶחֶם frustum panis, v. פַּת. De dictione: שָׁבַר מַשֵּׁה לֶחֶם v. מַשֶּׁה s. rad. נָבַט. — לֶחֶם הַפָּנִים panis s. panes facies LXX ἄρτοι ἐνώπιοι Vulg. panes propositionis Luth. Schaubrote, duodecim paniculi, qui singulis sabbatis duobus ordinibus dispositi lectisterniorum more Jovae in tabernaculo sacro proponebantur Ex. XXV, 30. XXXV, 13. XXXIX, 36, in libris recentioribus לֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת dicti. — b) *far*, *triticum*, unde panis fit, *Brotkorn*, *Korn* (cf. arab. لَحَسَ cibus spec. triticum, et contra gr. *σῖτος* triticum, dein cibus). Gen. XLI, 54. XLVII, 13. 15. 17. לֶחֶם וּבַדֵּיהֶם Jes. XXXVI, 17. XXVIII, 28: לֶחֶם יוּדַק triticum trituratur.

לַחֵם chald. *cibus*, *coena* Dan. V, 1. Vulgo in Targg. לַחְמָא emph. i. q. hebr. לֶחֶם.

לָחֵם m. verbale Pielicum, *pugna*, *oppugnatio*. Inde Ind. V, 8: אָז לָחֲמֵי שְׁעָרִים *tunc oppugnatio portarum* erat, oppugnatae sunt portae. Ut vocabuli formam paullo explicemus accuratius, a scripturae diversitate ordiendum est. Etenim praeter vulgarem scripturam plurimorum codd. et editt. לָחֲמֵי, 35 codd. Rossiani et nonnulli ap. J. H. Mich. exhibent לָחֳמֵי, pauciores לָחֵמֵי tono retracto, quod probat de Rossi ad h. l. Minchat Schaj: חזה מלרע ברוב המדוייקים Ac vulgarem quidem formam triplici fere modo a Grammaticis acceptam esse video: a) tertiam praet. Kal interpretatur R. Jonas et Kimchius, formae חָמֵץ, Zere praeter morem in Segol mutato: *impugnabat* (hostis) *portas*. Zere in Segol correpti caussam non indicavit Kimchius, sed poterat provocari ad exempla, qualia sunt עָמֵד וְנָבְלָה Hab. III, 11, נָתַן לְךָ Deut. XIX, 8, modo legatur לָחֵם. Facilior etiam scriptura לָחֲמֵי. b) esse nomen participiale, formae חָזֵק, יָבֵשׁ, idem Kimchius coniicit, quod minus probandum est, quum in st. constr. exspectes: לָחֲמֵי שְׁעָרִים. Rectius c) cum R. Jesaia, Simoni al. habes pro inf. Pi. vel verbali Pilelico, pro vulgari לָחֲמֵי; nam Kamez pro Patach in verbo med. ח habes etiam in חִתְרַחֲצוּ Iob. IX, 30, et Segol pro Zere non solum in praet. (כָּבֵס, כָּבֶס), sed etiam in infinitivo (quod a me flagitavit Maurerus: „vellem V. S. laudasset infinitivos“) habes in ipso verbo לוּט, שָׂחַק־בִּי Gen. XXXIX, 14, צָחַק בִּי comm. 17, צָחַק בְּנוֹ Ps. CIV, 26. Tonus igitur cum nonnullis codd. in penultima ponendus videtur, quod non tantum ante monosyllaba et barytona fit, sed etiam in aliis exemplis, cf. תַּחַת גַּעֲרָה Prov. XVII, 10. Segol propter statum constructum positum esse, vix dicas, nam formae יָקֵל, יָקֶל et similes etiam in statu constructo Zere servant integrum.

לַחְמִי v. בֵּית הַלַּחְמִי Bethlehemita p. 195 A. Ut viri nomen לַחְמִי legitur 1 Par. XX, 5, sed quomodo hoc ortum sit, v. supra v. אֶלְחָנָן p. 100 A.

מִלְחָמָה semel מִלְחֶמֶת 1 Sam. XIII, 22 c. suff. מִלְחַמְתּוֹ Deut. 1, 41. 1 Sam. VIII, 13, pl. מִלְחָמוֹת f. 1) nom. act. *pugnare*. Jes. VII, 1: לַמִּלְחָמָה עָלֶיהָ *ad pugnandum contra eam* (Hierosolymam), ad eam oppugnandam. Inde *pugna*, *proelium* Ex. XIII, 17. Iob. XXXIX, 25. Jes. XXVIII, 6. עֹרְכֵי מִלְחָמָה instruxit aciem Gen. XIV, 8. 2 Par. XIV, 9. בּוֹא לַמִּלְחָמָה ire in proelium Num. XXXI, 21. XXXII, 6. (Arab. ملحمة magnae stragis pugna, unde Muhammedes appellatur نبى الملحمة propheta proeliorum, v. de hoc vc. apud Arabes raro Roediger de interpr. arab. p. 54. 55).

2) *bellum*. עָשָׂה מִלְחָמָה bellum gessit Prov. XX, 18, sq. עִם Deut. XX, 12. 20, אֶת (אֵת) Gen. XIV, 2. הָיְתָה מִלְחָמָה bellum erat *cum* al. 2 Sam. XXI, 20, sq. בֵּין עִבֵּין (inter et inter) 1 Reg. XIV, 30. XV, 6. 7. 16. 32. יָצָא לַמִּלְחָמָה egressus est in bellum (v. יָצָא), עָבַר לַמִּלְחָמָה Jos. IV, 13, הָלַךְ לַמִּלְחָמָה 1 Reg. XXII, 4 id., קִדֵּשׁ מִלְחָמָה לָמַד מִלְחָמָה discere bellum Jes. II, 4, v. קדשׁ. — אַנְשֵׁי מִלְחָמָה, pl. אִישׁ מִלְחָמָה bellator, miles Num. XXXI, 28. Jes. III, 2. Joël. II, 7. Jerem. XXXVIII, 4. XXXIX, 4 al. poët. de Jova Ex. XV, 3 cf. גִּבּוֹר מִלְחָמָה de eodem Ps. XXIV, 8. אִישׁ מִלְחָמוֹת id. 1 Par. XXVIII, 3. Jes. XLII, 13, sq. genit. adversarius alic. in bello. 2 Sam. VIII, 10: אִישׁ מִלְחָמוֹת תֹּעֵ. 1 Par. XVIII, 10, et eodem modo accipiendum בֵּית מִלְחַמְתִּי 2 Par. XXXV, 21 i. e. familia regia hostilis, quacum bellum gero. עִם מִלְחָמָה Jos. VIII, 11. XI, 7, צְבָא מִלְחָמָה Jes. XIII, 4 exercitus. כְּלֵי מִלְחָמָה arma, instrumenta bellica (v. כְּלֵי) et poët. pro eo נְשֵׁק מִלְחָמָה Ps. LXXVI, 4. — Eccl. IX, 11: לֹא לַגִּבֹּרִים הַמִּלְחָמָה multi interpretantur: *non fortibus* contingit *belli fortuna* s. victoria. Sed hic vocis significatus probari non potest. Sententia est: *non a fortibus* conficitur *bellum*, sed (ut mox sequitur) a tempore et casu omnia pendent.

לַחְמָס n. pr. oppidi in planitie tribus Judae Jos. XV, 40, ubi 32 codd. לַחְנִים. Ita Vulg. *Lekeman*, sed reliqui intpp. expresserunt ס.

לְחַן chald. in verbo insit., pr. *libidinosus fuit*, ut gr. λώτος, pr. *avidus fuit*, ut radd. vicinae לָהַם, לָתַם, quod ad rem veneream translatum est. Inde

לַחְנָה f. chald. *pellex*. Dan. V, 2. 3. 23. In Targg. saepius, ut Gen. XXXV, 22. Iud. XIX, 2. XX, 5. Parum apte Simonis hoc vc. ducebat a לָחַן foetuit, de foetore utris, axillae, vulvae, לַחַן sordes, obscoenitas sermonis, non enim putidum prostibulum [putain!] significat vox, sed concubinam regiam, nec aliud quoddam etymon ferendum, in quod olim incidi, a לָחַן cecinit, modulatus est, ut לַחְנָה pr. sit: tibicina, fidicina (Bajadere), illa enim radix non legitimum cantum, sed modulationem vocis inter legendum, eamque maxime vitiosam, significat.

לָחַץ fut. וְלָחַץ 1) *pressit* (drücken, drängen). LXX. θλίβω, ἐκθλίβω. Num. XXII, 25: וַתִּלְחַץ אֶת־ רֶגֶל בִּלְעָם *et pressit* (asina) *pedem Bileami*. Inde: *premendo amolitus est*, *propulit* aliquem (fortdrängen). 2 Reg. VI, 32: וְלַחֲצתֶם אחוֹ בַּדֶּלֶת *et amolimini eum porta* (drängt ihn weg mit der Thür). Sic *propulit* populus populum Ind. I, 34 (in montanum). Am. VI, 14 (ab Hamath usque ad torrentem deserti). — 2) *oppressit*, *vexavit* a) privatum hominem Ps. LVI, 2, v. c. peregrinum Exod. XXII, 20. XXIII, 9. b) populum (tyrannus, aliusve populus, qui eum subegit) Ind. II, 18. IV, 3. VI, 9. X, 12. 1 Sam. X, 18. 2 Reg. XIII, 4. 22. Jes. XIX, 10. Jer. XXX, 20. לָחַץ עַ׳ לְחַץ Ex. III, 9. (Vicina sunt לָחַץ, it. אָצַץ, אוּץ, אָנַס. Nostram radicem habent Samaritani אחז, et Arabes in لحس II. pressit, in angustias redegit, لَحَاصٌ angustiae, et لحز pressit aliquem importune, مَلَاحِزُ angustiae).

Niph. *pressit se* (אֶל קִיר ad parietem). Num. XXII, 25.

לַחַץ *m. oppressio*, *vexatio*, tum privatorum hominum Iob. XXXVI, 15. Ps. LXII, 10, tum populi Ex. III, 9. Sq. genit. לַחַץ יִשְׂרָאֵל oppressio Israëlitarum 2 Reg. XIII, 4, et c. suff. Deut. XXVI, 7. Ps. XLIV, 25, ubi genit. obiectum indicat, sed subiectum in לַחַץ אוֹיֵב Ps. LXII, 10. לֶחֶם לַחַץ נַיִם לָחַץ panis et aqua oppressionis s. calamitatis, talis est victus, qualis tempore calamitoso, velut in urbe oppugnata, comeditur 1 Reg. XXII, 27. 2 Par. XVIII, 26. Jes. XXX, 20.

לָחַשׁ in Kal inusit. *sibilavit*, *susurravit*, gr. ψιθυρίζειν, nostr. *zischeln*, angl. *to whisper* (quae omnia, aeque ac hebr., onomatopoëtica sunt), cf. vic. נָחַשׁ. (Syr. ܠܚܫ susurravit in aurem Luc. XII, 3 pro gr. πρὸς τὸ οὖς λαλεῖν. Iud. XVI, 2. Assem. bibl. orient. I, 53 lin. 5. Arab. لحس linxit, sibilavit serpens, unde لَوَاحِسُ sibilantes poët. de serpentibus, v. Schroeder de vest. mul. p. 174, aeth. ለሐሠ: id. nec non mussitavit, murmur pro gr. γογγύζω, ለለጎሠ: susurravit in aurem, ተለጎሠ: susurrarunt inter se. Luc. XII, 3 Vers. aeth.).

Pi. לִחַשׁ *sibilavit*, *susurravit* spec. de susurro praestigiatorum, carmina sua mussitantium (cf. בַּעֲלֵי חֲבָרִים Jes. VIII, 19, et מַשְׂחָה q. v.). Part. מְלַחֲשִׁים *incantatores* sc. serpentum Ps. LVIII, 6. (Talmud. חלוחש על התכה qui mussitat super vulnus, der eine Wunde bespricht.

הֵיוֹדֵעַ לַלְחֹשׁ אֶת הַנְּחָשִׁים qui peritus est incantationis serpentum. Sanhedr. 11. Buxtorf. Lex. p. 1136. Syr. ܠܚܫ Pe. incantavit, inde ܡܠܚܫܢܐ incantator serpentum, scorpiorum, ܠܚܫܐ, ܠܚܫܬܐ incantatio).

Hithpa. insusurraverunt inter se 2 Sam. XII, 19, sq. עַל contra aliquem Ps. XLI, 8. LXX. *ψιθυρίζειν*. Vulg. Sam. mussitare, Ps. insusurrare.

לוֹחֵשׁ (incantator) c. art. n. pr. viri Neh. III, 12. X, 25.

לַחַשׁ m. pr. susurrus, inde 1) *preces* submissa voce prolatae Jes. XXVI, 16 (cf. rad. בָּשַׁשׁ). — 2) a) *incantatio*. Jes. III, 3: נְבוֹן לָחַשׁ. Aqu. *συνετὸς ψιθυρισμῷ*. Theod. *συνετὸς ἐπῳδῇ*. Spec. de incantatione serpentum Jer. VIII, 17. Eccl. X, 11. Inde b) pl. לְחָשִׁים Jes. III, 20 *remedia incantationis, amuleta*, cf. קֶסֶת et *fascinum* i. e. incantatio et amuletum; quoniam carmine magico et incantabant et incantationis vim amoliebantur. Erant ea ornamenta superstitiosa, plerumque gemmae lapidesque pretiosi vel auri argentique laminae, quibus formulae magicae inscriptae erant, quaeque ex collo vel ex auribus suspendere solebant mulieres orientales (v. Schroeder de vest. p. 168. 170. Grotefend art. *Amulete*, Encyclopaedie von Ersch und Gruber III, 428 sqq., et quae laudavimus ad Jes. l. c.). Aben Esra: scriptura auro argentove more incantantium insculpta. Kimchius, Abarbenel et Luth. spec. *inaures* interpretantur: non male, inaurium enim instar gestabantur amuleta, quibus caveretur, ne in aurem penetraret vox incantatoris (cf. Gen. XXXV, 4. Augustin. ad Posid. epist. 75. Chardin apud Harmar. III, p. 314, et aram. ܚܶܪ̈ܙܐ Barhebr. p. 36, חֲדָשָׁא, quod *inaurem* pr. rem sacram significat Prov. II, 22 Targ.): sed inaures apud Jesaiam iam Comm. 19 memoratae erant. Schroederus l. c. non *amuleta*, sed *serpentes aureos* intelligere volebat e collo suspensos (coll. arab. لواحس lambentes i. e. serpentes et ad rem Joseph. Carabnc. c. 16: Arabum paganorum feminae aureas serpentum imagines amuletorum loco inter ubera dependebant, sed Mohammed earum usum interdixit, ideo quod serpens Satanae referat imaginem, nec non Nicostr. ap. Clem. Alex. Paedag. II, p. 209), sed arabico لواحس, quod nonnisi poëticum serpentum attributum est, responderet לְחָשִׁים, non לָחָשִׁים, contra incantandi significatus in vc. לַחַשׁ certissimus est.

לָט, לָטַט v. rad. לוּט.

לָטָא rad. in verbo inusit. vel i. q. chald. לְטָא = לוּט absconditi, vel arab. لَطَّ et لَطِئَ terrae adhaesit. Inde

לְטָאָה f. lacertae species Lev. XI, 30. (Zab. לְטָאָה lacerta). LXX *χαλαβώτης*. Vulg. stellio. Bochartus (Hieroz. I, p. 1073) speciem rubram et venenatam ٱلوحرة dictam intelligit, de qua proverbio dicitur: dolus ipsi adhaeret, ut ٱلوحرة adhaeret terrae.

לָטַשׁ fut. יִלְטֹשׁ 1) *malleavit*. Gen. IV, 22. — 2) malleando *polivit, acuit*, v. c. vomerem 1 Sam. XIII, 20, ensem Ps. VII, 13. Metaph. Iob. XVI, 9: יְלַטֵּשׁ עֵינָיו לִי *acuit oculos contra me*, oculis torvis, minacibus me intuetur. (Primae significationi cognatum est arab. لطس collisit v. c. lapidem lapidi, contudit, secundam habent Aramaei in לְטַשׁ, ܠܛܫ acuit, polivit).

Pu. part. *acutus* Ps. LII, 4: תַּעַר מְלֻטָּשׁ *novacula acuta*.

לְטוּשִׁים (malleati, acuti) n. pr. tribus arabicae a Dedanitis oriundae. Gen. XXV, 3. Cod. Sam. לטשאים (לְטָאשִׁים), forma Chaldaismum imitante.

לָיָה sertum v. לָוָה.

לַיְלָה, לָיְלָה *nox*, v. לוּל.
לִילִית *spectrum* v. ibid.

לִין *pernoctare*, v. לוּן.

לַיִשׁ *leo*, v. לוּשׁ.

לְךָ pro לָבַהּ imp. a הָלַךְ v. p. 377.

לָכַד fut. יִלְכֹּד 1) *cepit* bestias reti laqueisque (pr. percussit reti, coll. arab. لكد percussit, quam vim habent etiam verba vicina לָכַךְ, לָכַאַ, לָכַשׁ, לָכַז, לָכַס, לָכַם) Ind. XV, 4. Am. III, 5. Ps. XXXV, 8, in fovea Jer. XVIII, 22, de leone, qui praedam cepit Am. III, 4 (et h. quidem l. absolute, sine accusativo). Translate Iob. V, 13: לֹכֵד חֲכָמִים בְּעָרְמָם. Prov. V, 22. Jer. V, 26. Inde

2) *cepit* a) milites aliosve in bello, *captivos fecit* Num. XXI, 32. Jos. XI, 12. 17. Iud. VIII, 12. 2 Sam. VIII, 4; b) urbem i. e. *expugnavit* cam. Jos. VIII, 21. X, 1. 28. XI, 10. XV, 16. Iud. I, 12. 2 Sam. XII, 28. 2 Reg. XVII, 6. 2 Paralip. XVII, 2. Jer. XXXII, 28. XXXIV, 22. XXXVII, 8. Prov. XVI, 32. Dan. XI, 15. c) cepit i. e. *occupavit* terram Jos. X, 42. Dan. XI, 18. Etiam de singulis locis Iud. III, 28: *et occuparunt vada Jordanis*. XII, 5. Adde Iud. VII, 24: לָכְדוּ לָהֶם אֶת־הַמַּיִם *intercipite iis equam*. d) alias res, v. c.

currus bellicos 1 Par. XVIII, 4. — 1 Sam. XIV, 47: וְשָׁאוּל לָכַד הַמְלוּכָה עַל יִשְׂרָאֵל *et Saulus cepit imperium super Israël.* — Aliquoties additur בּ eius, cui aliquid adimitur 1 Par. XVIII, 4. 2 Par. XIII, 19, cf. בְּ Iud. VII, 24.

3) *cepit* s. *elegit* aliquem sorte. Cf. אָחַז no. 7. Jos. VII, 14: תַּשְׁבֶּט אֲשֶׁר יִלְכְּדֶנּוּ יְהוָה *ea tribus, quam Jova eliget*, sorte designabit. Comm. 17.

Niph. 1) *captus est* laqueis Jes. VIII, 15. XXVIII, 13 (ubi copulatur cum נוֹקַשׁ). XXIV, 18. Jer. XLVIII, 44. Ps. IX, 16. Translate Prov. VI, 2: נִלְכַּדְתָּ בְאִמְרֵי־פִיךָ. XI, 6. Iob. XXXVI, 8: יִלָּכְדוּן בַּחֲבָלֵי עֹנִי. 2) *captus est*, de hominibus Jer. LI, 56, de urbe 1 Reg. XVI, 18. 2 Reg. XVIII, 10. Jer. XXXVIII, 28. XLVIII, 1. 41. L, 2. 24. LI, 31. 41. — 3) sorte *electus est*, sors *eum contigit*. Jos. VII, 15. 16: וְנִלְכַּד אֶת שֵׁבֶט יְהוּדָה. Comm. 18. 1 Sam. X, 20. 21. XIV, 41. 42 (al. 43. 44).

Hithpa. i. q. הִתְלַכֵּד tenuit se inviceem, inde *coniunctis partibus cohaesit*, zusammenhalten. (Arab. لَكَدَ adhaesit. V. iunctis inter se partibus cohaesit res, vide ad אָחַז no. 4). Iob. XLI, 8 (9): יִתְלַכְּדוּ וְלֹא יִתְפָּרָדוּ *inter se cohaerent* (scuta crocodili), *neque separantur.* XXXVIII, 30: פְּנֵי תְהוֹם יִתְלַכָּדוּ *superficies aquae inter se cohaeret*, de aqua congelata.

לֶכֶד m. *captura* Prov. III, 26.

מַלְכֹּדֶת f. *laqueus* Iob. XVIII, 10.

לָכָה age! v. rad. הָלַךְ.

לָכָה i. q. לָךְ *tibi*. Gen. XXVII, 37.

לָכָה (pro וַלְכָה itio, iter) n. pr. loci in tribu Judae 1 Par. IV, 21. Vulg. Lecha.

לָכֵן propterea, v. כֵּן pag. 668 B.

לָכַשׁ rad. inusit., quae idem valuisse videtur atque cognatae arabicae لَكَشَ, لَكَدَ, لَكَزَ 1) percussit; 2) adhaesit, cohaesit, inde difficilis fuit. Inde

לָכִישׁ (vel: percussa, capta, expugnata, vel: adhaerens, tenax, difficilis expugnatu) n. pr. urbis Cananitarum regiae Jos. X, 3, quae dein tribui Judae cessit, in cuius planitie sita est ibid. X, 31. XII, 11. XV, 39. Postea a Rehabeamo munita (2 Par. XI, 9), ab Assyriis et Chaldaeis aliquoties expugnata est (2 Reg. XVIII, 14. Jes. XXXVI, 2. XXXVII, 8. Jer. XXXIV, 7), attamen etiam post exilium memoratur Neh. XI, 30. Ut idololatriae sedis eius mentio fit Mich. I, 13. Apud Josephum (Ant. 9, 9 §. 3) scribitur Λάχισα, teste Eusebio 7 mill. rom. ab austro Eleutheropoleos sita erat in Daroma regione.

לָלָאוֹת v. rad. לוּל.

לָמַד fut. יִלְמַד 1) pr. *castigavit* (arab. لَمَدَ i. q. لَمَسَ, لَمَطَ percussit, virga cecidit), maxime inmenta (v. מַלְמָד), inde *condocefecit* iumenta (v. Pu. Hos. X, 11), tirones ad bellum (quod non sine castigatione factum videtur). 1 Par. V, 18: לְמוּדֵי מִלְחָמָה *condocefacti ad bellum.* Cf. Pu. no. 2.

2) intrans. condocefactus est, *didicit*, v. c. bellum. Jes. II, 4. Mich. IV, 3. Coniungitur a) sq. accus. v. c. didicit leges Deut. V, 1. Ps. CXIX, 7. 71. 73, iustitiam Jes. XXVI, 10, doctrinam XXIX, 24, sapientiam Prov. XXX, 3, vias alie. Jer. XII, 16. b) sq. inf. Jes. I, 17: לָמְדוּ הֵיטֵב, et gerundio Deut. XIV, 23: לָמַדְתָּ לְיִרְאָה אֶת־יְהוָה. XVII, 19. XVIII, 9. XXXI, 13. Ezech. XIX, 3. 6. c) sq. verbo finito praevio Vav. Deut. XXXI, 12: לְמַעַן יִלְמְדוּ וְיָרְאוּ *ut discant et timeant* i. e. discant timere, vide Gramm. hebr. §. 139, 3 litt. e. d) sq. אֶל, quod potius est: *assuevit* alicui rei (cf. אֶלֶף). Jer. X, 2: אֶל דֶּרֶךְ הַגּוֹיִם אַל תִּלְמָדוּ. (Aethiop. ⱂⱗⱘⱖ: Conj. II. IV assuetus, consuetus, solitus fuit, ⱂⱗⱘⱖ: assuetus, solitus, ⱂⱗⱘⱖ: consuetudo, mos. Syr. ܠܡܕ arab. تَلَمَّذَ discipulum fecit, docuit; ܠܡܕ didicit, et ܠܡܕ docuit, quae Syris vindicatum ivit Doepkius in Lexid. syr. p. 109, vix reperiuntur, v. Roediger in A. L. Z. 1829 p. 221. Usitatius hoc significatu apud Aramaeos est אָלַף, ܐܠܦ).

Pi. 1) *condocefecit*, *assuevit.* Jer. IX, 4: *assueverunt linguam suam, loqui mendacium.* Ps. XVIII, 35: מְלַמֵּד יָדַי לַמִּלְחָמָה. — 2) *docuit.* Construitur a) absol. Ps. LX, 1: *carmen Davidis* לְלַמֵּד *ad docendum*, quod ediscendum est a populo (cf. 2 Sam. I, 18). Addito בְּ loci 2 Par. XVII, 7: לְלַמֵּד בְּעָרֵי יְהוּדָה *ad docendum in urbibus Judae.* Comm. 9. Esr. VII, 10. b) sq. acc. pers. Ps. LXXI, 17: לִמַּדְתַּנִי מִנְּעוּרָי *docuisti me a pueris.* Cant. VIII, 2. Jer. XXXII, 33. Part. מְלַמֵּד doctor, sq. genit. Ps. CXIX, 99. Prov. V, 13. c) sq. acc. pers. et rei, *docuit aliquem aliquid* v. c. bellum Iud. III, 2, linguam et scribendi artem Dan. I, 4, carmen aliquod 2 Sam. I, 18. Jer. IX, 19, sapientiam Eccl. XII, 9, leges viasque Dei Deut. IV, 5. 14. XI, 19. Ps. XXV, 4. XXXIV, 12. LI, 15. CXIX, 12. 26. 64. CXXXII, 12 al. Jer. II, 33: אַף־אֶת־רָעוֹת לִמַּדְתְּ אֶת־דְּרָכָיִךְ *scelera docuisti vias tuas.* d) sq. acc. pers. et dat. rei (pr. instituit aliquem *ad* aliquem rem) Ps. CXLIV, 1, it. sq. בְּ rei (instituit *in* aliqua re) Jes. XL, 14, בֵּן rei (*de* aliqua re) Ps. XCIV, 12, it. sq. inf. Jer. IX, 4 (v. no. 1), et gerundio Ps. CXLIII, 10. Jes. XLVIII, 17. Jer. XII, 16. Etiam omisso verbo subst. XIII, 21: אֵת לִמַּדְתָּ אֹתָם עָלֶיךָ אַלֻּפִים *tu ipsa docuisti eos* esse *principes super te*, du selbst hast sie abgerichtet (gebildet) zu Fürsten über

dich. e) sq. dat. pers. et acc. rei. Iob. XXI, 22: הַלְאֵל יְלֻמַּד־דָּעַת.

Pu. לֻמַּד 1) *condocefactus est.* Part. Hos. X, 11: עֶגְלָה מְלֻמָּדָה *vitula condocefacta.* Jer. XXXI, 18. Addito genit. *edoctus* aliquid, institutus ad aliquid. מְלֻמָּדֵי מִלְחָמָה Cant. III, 8, מְלֻמְּדֵי שִׁיר 1 Par. XXV, 7. — 2) *doctâ est* res. Jes. XXIX, 13: מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה *praecepta humana* populo *inculcata*, eingelernte Menschensatzung, opp. revelationi divinae.

לְמוּד m. 1) *assuetus* alicui rei. Jer. II, 24: לְמוּד מִדְבָּר *deserto assuetus.* XIII, 23: לִמְדֵי הָרַע assueti sceleri, inde *exercitatus*, *doctus* Jes. L, 4: לְשׁוֹן לִמּוּדִים *lingua exercitatorum* i. e. dicendo exercitata, facunda. — 2) *discipulus*, *alumnus* alicuius. לִמּוּדֵי יְהוָה discipuli Jovae i. e. prophetae Jes. L, 4. LIV, 13, pii homines VIII, 16.

מַלְמָד vel מַלְמָד estr. מַלְמָדָה m. fustis, quo bovem *percutit* arator, ut eum dirigat et *condocefaciat.* Iud. III, 31: *occidit sexcentos Philistaeos* בְּבַלְמַד הַבָּקָר *fuste bovino.* Optime hoc instrumentum describit Kimchius: *est instrumentum, cuius extremitati alteri praefixus est aculeus, qui vocatur* דָּרְבָּן, *quo arator bovem pungit. Vocatur autem ita, quia bovem quasi docet arare*, cui adde ex recentioribus Maundrellum (p. 186 edit. gall.): „*nous observâmes, qu'en labourant ils se servoient d'aiguillons d'une grandeur extraordinaire. J'en mesurois plusieurs, qui avoient environ huit pieds de long et six pouces de tour au gros bout. Ils étoient armés au petit bout d'une pointe, pour faire aller leurs boeufs, et à l'autre bout d'une petite bêche ou ratissoire de fer forte et massive, pour oter de la charue la claye, qui l'empêche de travailler.*“ Apud Phoenices huc instrumentum לָבִד (לָבִיד) dictum est, eiusque similitudinem refert ל littera in alphabeto Phoenicio (v. pag. 727); gr. βουκλίς II. 6, 135 et βαΐζειτρον, lat. *stimulus*, v. Bochartı Hieroz. I, 408 Lips. et Chr. Schoettgen de stimulo boum, in eiusd. triturae et fulloniae antiquitt. (Lips. 1763) p. 79 sqq. Paulsen Ackerbau der Morgenländer §. 31. Rosenmüller Morgenland ad Iudd. l. c. Apud Hebraeos quomodo differat a דָּרְבָּן, Kimchius l. c. bene indicavit. — Alex. ἐν τῷ ἀροτρώποδι τῶν βοῶν, inferiorem aratri partem intelligens. Vulg. vomere. Sed Targ. בַּרְזָא תּוֹרְיָא. Syr. ܡܠܡܫܬܐ, quod Arabs transtulit مِلْمَسٌ آلَةُ الْبَقَرِ securis boum, sed in Lex. Adleriano مِلْمَسٌ مِلْمَاسٌ „stimulus quo boves suppunguntur“, id enim significare videtur haec vox arabica a tangendo dicta.

תַּלְמִיד m. *discipulus.* 1 Paral. XXV, 8. Syr. ܬܠܡܝܕܐ, arab. تِلْمِيذٌ id.

לָמָּה, לָמָּה v. מָה.

לָמוֹ poet. pro לָהֶם (ut בָּמוֹ pro בָּהֶם, בְּנוֹ pro בּוֹ, v. מוֹ), quater occurrit in libro Iobi, XXVII, 14. XXIX, 21. XXXVIII, 40. XL, 4.

לְמוּאֵל (*a Deo* sc. creatus, ut לְאֵל Num. III, 24 cf. Iob. XXXIII, 6, sec. Simon. Deo sc. dicatus, ut aeth. Zajesus, Zachristus i. e. Jesu, Christi sc. proprius) Prov. XXXI, 4 et

לְמוֹאֵל (id.) ibid. comm. 1 n. pr. regis aliunde ignoti, prob. non Israelitici (fort. arabici), cui sententiae morales l. c. V. 2—9 destinatae erant. Varias virorum doctorum, quorum plerique Salomonem ipsum hoc nomine dici censebant, coniecturas v. ap. Rosenm. ad Prov. l. c. et Bertholdtum in introd. in V. et N. T. V, p. 2196 sqq.

לָמַךְ rad. inusit. Arab. لَمَكَ gustavit, sed تَلَمَّكَ (non تَلَمَّكَ, ut apud Golium et Castellum est, v. Kamûs p. 1377) iuvenem robustum designat.

לֶמֶךְ n. pr. *Lamech*, quod gerunt 1) filius Methusaëlis, Cainitarum ultimus, armorum a Tubalcaino filio inventorum abusu famosus Gen. IV, 18—24. 2) filius Methusalae, Sethitarum ultimus Gen. V, 25—31.

לָמֶן v. מִן rad. מָנַן.

לְמַעַן propter, quia, v. מַעַן, rad. עָנָה.

לָעַב in Kal inusit. Chald. אִתְלְעֵב, syr. ܐܬܠܥܒ subsannavit, illusit Gen. XXVII, 11 Targ., לַעַב, לְעֵיב, תַּלְעֵב ludibrium, arab. لَعِبَ lusit, iocatus est Cor. 21, 56, ludibrio habuit, velut res sacras Cor. 21, 2, لَعِبَ et لَعْبَةٌ lusus, لَعِبٌ ludibrium Cor. 5, 62. 6, 69. 7, 49. Inde gr. λώβη, λωβάομαι (ב Semitarum in ὁ mutato). Cognatum est verbis ligurriendi, *balbutiendi* (v. לָעַג, לָעַז et ad rad. לוּץ), quo pertinet significatus *salivandi* apud Arabes, *ligurriendi*, *vorandi* apud Syros: subsannandi autem significatio a balbutiendo ducta est.

Hiph. ludibrio habuit (nuncios Dei) 2 Par. XXXVI, 16, sq. בְּ pers.

לָעַג pr. *balbutivit* (syr. ܠܥܓ, it. ܠܥܠܓ, לְעַלַּג, לְחַלַּג, aeth. ለዐለገ: et ለጐለጐ: balbus cf. ad rad. לוּץ). Inde

1) *barbare locutus est* (cf. לָעַז) v. Niph. Sic transpos. עָגַל arab. عَلَجٌ barbare loquens.

2) *irrisit, subsannavit*, pr. vocem alicuius balbutiendo imitatus est per ludibrium. (Zab. ܠܥܓ id. Cod. Nasar. 1, 324 lin. 7. Chald. לַעֲגָא irrisit. Cf. in linguis indogerm. pers. لاغيدن iocari, goth. *hlahjan*, *lahhan*, nostr. *lachen*, angl. *to laugh*, transp. gr. γιλάω, it. χλευάζω).

Constr. absol. Iob. XI, 3, plerumque sq. ל pers. et rei (Iob. IX, 23). Prov. XVII, 5: לֹעֵג לָרָשׁ חֵרֵף עֹשֵׂהוּ *qui irridet pauperi, probro afficit creatorem suum.* XXX, 17. 2 Reg. XIX, 21. Jes. XXXVII, 22. Jer. XX, 7. Ps. LXXX, 7 (ubi לָמוֹ *πλεονάζει*, cf. ל no. 3, b; nisi forte legendum לֹגְגוּ). Spec. dicitur a) de iis, qui alienis malis insultant Iob. IX, 23: לָמַסַּת נְקִיִּם יִלְעָג, sq. ב Prov. I, 26, sq. ל pers. Iob. XXII, 19 (ludificari aliquem); b) de homine protervo, qui Deo et pietati irridet, absol. Iob. XI, 3 (cf. לֵיץ part. לָץ). c) *Irridere* alicui dicuntur, qui minas eius contemnunt utpote nil sibi nocituras. Ps. II, 4: אֲדֹנָי יִלְעַג לָמוֹ *Dominus irridet iis.* LIX, 9. Jes. XXXVII, 22.

Niph. *barbare locutus est.* Jes. XXXIII, 19: עַם — נִלְעַג לָשׁוֹן אֵין בִּינָה.

Hiph. i. q. Kal no. 2 *illusit, irrisit* Iob. XXI, 3, sq. ל pers. Ps. XXII, 8. Neh. II, 19, ב 2 Par. XXX, 10, עַל Neh. III, 33 (IV, 1). — LXX. *ἐγελάω, καταγελάω, μυκτηρίζω, καταμωκάομαι.*

לַעַג m. 1) *barbare loquens.* Jes. XXVIII, 11: לַעֲגֵי שָׂפָה populi *sermonis barbari*, int. Assyrios. — 2) *sannio, scurra.* Ps. XXXV, 16: לַעֲגֵי מָעוֹג *sanniones placentae* i. e. parasiti, v. מָעוֹג sub rad. עוג.

לַעַג m. 1) *subsannatio, irrisio.* Ps. LXXIX, 4. CXXIII, 4. Ezech. XXIII, 32. XXXVI, 4, meton. de caussa eius Hos. VII, 16. — 2) spec. subsannatio Dei, *sermo impius* Iob. XXXIV, 7 (cf. verbum XI, 3, et לֵיץ).

לָעַד rad. inusit. Arab. لَغَدَ redegit in ordinem. Inde

לַעְדָּה (ordo) n. pr. viri 1 Par. IV, 21.

לַעְדָן (ordinatus) n. pr. virorum 1) 1 Par. VII, 26. 2) XXIII, 7. XXVI, 21.

לָעָה i. q. arab. لغا, لغى *temere locutus est*, inania effutivit (etiam simpl. locutus est) Cor. 41, 25, לַעְוִ sermo temerarius, inanis Cor. 52, 22, temeritas in iurando ib. 2, 225, battologia in precando 23, 3, كلمة لاغية dictum vanum et temerarium, cf. Schnurrer diss. phil. crit. p. 413. Origo est in balbutiendo et *blaterando* (v. ad rad. לוּץ cf. יָלַל no. 1. 2). Huc referas Iob. VI, 3: עַל־כֵּן דִּבְרַי לָעוּ *propterea verba mea temeraria sunt*, ubi barytonon לָעוּ scriptum est pro לָעוּ (Milra) propter pausam, ut שָׁוְא in pausa אָוֶה. Alex. τὰ ῥήματά μου ἐστὶν ταῦλα. Alii ex veteribus interpretantur: *lassa sunt, deficiunt* (Targ. Theodot.), a chald. לְאָא i. q. לְאָה. Ex nostratibus nonnulli conferunt arab. لغ med. Vav pavore vel morbo affectus est, med. Je etiam: taedio affectus est, quod verborum contextui minus accommodatum est.

לָעַז *barbare locutus est*, pr. balbutivit, v. לָעַג et ad rad. לוּץ. Ps. CXIV, 1: עַם לֹעֵז *populus barbare loquens.* (Syr. ܠܥܙ barbare, pec. aegyptiace locutus est Cast., لحن تكلم اعجميا Lex. Adler., cf. لَكْنٌ balbutivit. Talmud. et Rabbin. לועזים appellantur, qui alia lingua atque Hebraea utuntur, לשון לעז lingua vernacula v. c. Hispanorum, Provincialium, Italorum, v. loca Mischnae ap. Kimchium).

לָעַט *ligurrivit, avide voravit*, i. q. arab. quadril. لعطم et transp. لعط, cf. لَعَصَ voracitas, et quae landavimus ad rad. לוּט. Talmud. חלעיט cibavit bestias. Mischna Schabb. 24, 3. fol. 155 vers. Cholin fol. 58 vers.

Hiph. Gen. XXV, 30 de Esavo pulmentum lentium appetente: הַלְעִיטֵנִי נָא *da mihi ligurriendum.*

לָעַן rad. inusit. Arab. لعن maledixit, exsecratus est, inde abegit (sc. maledictis). Origo fortasse est in salivando et *spumando* (arab. لَعَمَ saliva, لَغَمَ spumavit, cf. radd. a לג ordientes), quod ad iram et maledictiones referri poterat.

לַעֲנָה f. herba quaedam et perquam amara (Prov. V, 4, ubi opponitur melli), et ut videtur venenosa (Deut. XXIX, 17, ubi Jonath. אַגְדָנָא דְמוֹקָא), propterea cum papavere passim copulata (Jer. IX, 14. XXIII, 15), sec. Targg. Syr. Vulg. et plerosque Rabbinos (non Alex., qui nusquam nomen herbae ponit, sed *πικρίαν* Deut., *ἀνάγκας, ὀδύνην* Jerem.) *absinthium* (v. Celsii Hierob. 1, p. 482), quod, pariter atque aliae herbae amarae (Hebr. XII, 15), noxium vulgo creditum est (Apoc. VIII, 11). Non incredibile igitur, originem repeti a maledicendo, qs. abominanda et detestanda sit herba. Transfertur ad *sortem acerbam* Thren. III, 15. 19, unde cibavit aliquem absinthio i. e. calamitatibus affecit Jer. ll. cc., neque non *iniuriam acerbam*, unde iudices iniusti dicuntur ius vertere in absinthium Am. V, 7. VI, 12. Absinthium in Palaestina crescere, testis est Hasselquist (itin. p. 184): nihilominus Celsius l. c. p. 486 et J. E. Faber in Hierobot. inedito (v. Rosenm. bibl. Naturgesch. I, 117) non hoc dici volunt, sed plantam cognatam, arab. شيح dictam, nostr. absinthium santonicum, gustu amariorem etiam quam absinthium, quam ab absinthio veteres distinxisse equidem vix crediderim. (Etiam apud Poenos *λανάθ*, quod respondere videtur hebraeo לַעֲנָה, est herbae nomen, sed *περιχλίμενον*, hepatitis Dioscorid. 4, 15, לענים Mischna Cilaim 3 est atriplex). Pluralem huius nominis R. Jonas invenisse sibi visus est in לַעֲנוֹת Prov. XV, 28, ad sententiam eius commatis conferens Eccl. VII, 4: sed recte observat Kimchius, ita scribendum fuisse לַעֲנוֹת.

לָפַד rad. inusit. *flammavit, luxit*, gr. *λάμπω*. Origo est in *lambendo*, quod Semitae et Graeci syllaba *lab, lap* exprimunt (לָאַב, לָהַב, *labium*, לָב Lippe, v. pag. 750 B) et ad flammam referunt. Communis igitur verbi hebraei et graeci radix est לָפ, tertia radicalis ד accessit eodem modo, atque in עָם, עֵדָה, gr. *ὅμιος, ὅμαδος*; eiusque vestigium habes in graeco *λαμπάς*, gen. *λαμπάδος*. Ex semitico לַפֵּד more Aramaeorum declinato לַמְפֵּד ortum est gr. *λάμπω*, ex לַפִּיד, syr. ܠܦܝܕ, chald. לַמְפַּד, gr. *λαμπάς, λαμπάδος*, non contra. — Quod olim contulimus לפד *splenduit* ex Castello desumtum, spurium est, et huius lexicographi errori debetur. Teste Kamûso p. 417 haec radix non nisi humilitatis et percutiendi (cf. לבד) significationem habet.

לַפִּיד pl. לַפִּדִים, לַפִּידִים m. 1) *flamma*. Gen. XV, 17. Exod. XX, 18. Iob. XLI, 11. Jes. LXII, 1. Nah. II, 5. לַפִּידֵי אֵשׁ Dan. X, 6. — 2) *lampas, fax*. Iud. VII, 16. 20. XV, 4. 5. Zach. XII, 6. Multi huc referunt etiam Iob. XII, 5: לַפִּיד בּוּז לְמַשַּׁחְוֹת שַׁאֲנָן נָכוֹן לְמוֹעֲדֵי רָגֶל *fax contemta* (i. e. abiecta, quae lucere desiit, q. d. dilapsa fax in cineres Hor. Carm. 4, 13, 28, cf. Jes. VII, 4) *secundum cogitationes securi* est qui *propinquus* est *nutationibus pedis* i. e. qui lapsui et ruinae propinquus est. Sed membrorum parallelismo accommodatius לַפִּיד ita accipias, ut respondeat verbis לְמוֹעֲדֵי רָגֶל in altero membro, in hanc sententiam: *infortunio* (לַפִּיד a לָ et פִּיד) *contemtio iuxta cogitationes securi*, ea (contemtio) *parata est his quorum pedes nutant*.

לַפִּידוֹת (flammae, faces) n. pr. mariti Deborae prophetissae Iud. IV, 4.

לָפַת fut. וַיִּלְפֹּת pr. *flexit, plexit*. (Arab. لفت inflexit, torsit aliquid lingua, deflexit faciem. V. respexit capite flexo. VIII. convertit se ad aliquem Har. 1, p. 40. 4, 26 Schult. Cor. 11, 83. vit. Salad. p. 17. 22. 26). Inde *amplexus est*. Iud. XVI, 29: וַיִּלְפֹּת שְׁנֵי־הָעַמּוּדִים אֵת־שְׁנֵי כַּמְּעָדֵי הַתִּקָּה וגו׳ *et amplexus est Simson duas columnas medias, quibus superstructum erat templum, iisque innixus est, alteram* amplexus *dextra manu* (dextro brachio), *alteram sinistra* 30: ..... *et inclinavit eas valide* (וַיֵּט בְּכֹחַ), *tum cecidit templum* cet. Amplectendi significatum, qui a flectendi et plectendi potestate facile ducitur, expresserunt veteres omnes (LXX *περιέλαβε*. Vulg. apprehendens. Targ. et Syr. prehendit, tenuit. Jarchi: אינברצא i. e. embrasser), e recentioribus probarunt Lud. de Dieu, Clericus al. et recte quidem: Kimchius al. h. l. inclinandi vim verbo tribuunt (וַיִּלְפֹּת i. q. וַיַּטֵּהוּ), renitente narrationis ordine, praesertim quum versu demum 30 inclinationis mentio fiat.

Niph. inflexit se. a) ad videndum (v. arab.). Ruth III, 8. b) Iob. VI, 18: יִלָּפְתוּ אָרְחוֹת דַּרְכָּם *inflectunt se* (deflectunt) *viatores viae eorum* (rivorum) i. e. caterae viatorum, qui hac via incedunt. a semita deflectunt rivos sibi aliunde notos quaesituri, sed non inveniunt, quia exaruerunt. אָרְחוֹת st. cstr. *viae*, poët. dicuntur *viatores* (ut VI, 19. XXXI, 32), *viatores viae* cuiusdam, sunt qui in aliqua via ingrediuntur. Male autem Lud. de Dieu et Clericus etiam his duobus locis tenendi potestatem vindicant.

לָצַץ rad. incerta, ad quam referunt לְצִצִים *irrisores* Hos. VII, 5, quod quidem dictum videtur pro מִלְּצִצִים, Pil. a rad. לוּץ.

לָקַח inf. absol. לָקוֹחַ (cum vi imperat.) Deut. XXXI, 26. Jer. XXXII, 14, Ez. XXIV, 5, cstr. קַחַת, semel = קְחַת 2 Reg. XII, 9, c. praef. לָקַחַת (distinguendum a לִקְחַת 2 fem. praet. 1 Reg. XIV, 3. Ez. XXII, 12), c. suff. קָחֲתִי (semel, ut videtur, קָחָם eos sumendo Hos. XI, 3 cf. קָח Ez. XVII, 5), imp. לְקַח Ex. XXIX, 1. Prov. XX, 16, לִקְחִי 1 Reg. XVII, 11, sed longe frequentius קַח, קְחִי, קְחוּ, c. He parag. קָחָה Gen. XV, 9 fut. וַיִּקַּח, pl. וַיִּקְחוּ

1) *cepit* i. q. *λαμβάνω*. (In linguis cognatis nonnisi speciales quidam significatus servati sunt, ut arab. لَقِحَ semen recepit camela, gravida facta est, aeth. ΛΦΠ: mutuum, res mutuo accepta; in una Melitensi reperitur *laqach* fut. *jylqach* accipio, excipio, hospitium do, v. Vassalli p. 430. Cognatum est transp. לָחַק cohaesit, adhaesit, v. Hithpa., in indogermanicis gr. *λάχω, λαγχάνω*). Pr. est *manu cepit, prehendit* (fassen, ergreifen). Gen. VIII, 9: *extendit manum* וַיִּקָּחֶהָ *et prehendit eam* (columbam). Ps. XVIII, 17. 2 Sam. XXII, 17. 1 Sam. XVI, 23: *et prehendit Davides citharam*. Iob. XL, 24: בְּעֵינָיו יִקָּחֶנּוּ *num prehendet cum quisquam, eo vidente?* Sq. acc. pers. et ב membri Ez. VIII, 3: וַיִּקָּחֵנִי בְּצִיצִת רֹאשִׁי *et prehendit me in cincinno capitis* (gr. dicas *τῆς κόμης* cf. hist. Beli 36): raro sq. לְ pers. Jer. XL, 2. — Dein i. q. *sumsit* (nehmen), c. acc. rei Gen. VIII, 20: *et sumsit* (Noachus) *varias bestias ..... casque obtulit in holocaustum*. II, 21: *et sumsit unam costarum eius*. 22. IX, 23. XVIII, 7. 8. XXI, 14. 27. Ex. VII, 9. XVI, 33. XXIX, 1. 5. 7. 13. 16. Lev. XXIV, 21. 51. XVI, 7. 12. Num. V, 17. VI, 18. XIX, 6. 18. Jes. XXIII, 16. 2 Reg. XII, 6 cet. et pers. Gen. II, 15: *et sumsit Iova Deus Adamum eumque posuit in horto*. XI, 31. XII, 5: *et Abramus sumsit Saram .... et emigrarunt in terram Cananaeam*. XVI, 3: *et Sara sumsit Hagaram .... eamque dedit Abramo uxorem* (pellicem). XVII, 23. XX, 2. XXII, 3. XXIV, 61. XXIX, 23. XXXIV, 2. 17. XLV, 18. XLVII, 2. Deut. IV, 20. 2 Sam. II, 8. Jes. XIV, 2. XXXIX, 7, in cuius generis exemplis לָקַח, pariter atque gr. *λαβών* (Viger. Herm. p. 352) saepe videtur *πλεονάζειν*, inservit tamen rei copiosius describendae et quasi ante oculos ponendae. Eodem referendum est 2 Sam. XVIII, 18: וְאַבְשָׁלוֹם לָקַח וַיַּצֵּב־לוֹ

בְּחַיָּיו אֶת־מַצֵּבַת *et Absalom sumsit et erexit sibi vivo cippum.* 1 Reg. XI, 37: אֹתְךָ אֶקַּח וּמָלַכְתָּ *te sumam* (eligam regem) *et regnabis:* sed Jer. XXIII, 31 verbis: *qui sumunt linguam suam et oracula efferunt* id significari videtur, prophetas falsos lingua sua abuti.

Obiecto etiam praemittitur מִן partitivum: (aliquid) rei v. c. לָקַח מִדָּם *cepit* aliquid *de sanguine*, sanguinis Lev. IV, 25. Gen. VI, 21. XXVIII, 11. XLIII, 11. Accusativus pronominis (ut post verba dicendi) saepe omittitur. Gen. XII, 19: *ecce uxorem tuam* קַח וָלֵךְ *accipe* eam *et abi.* XXIV, 51. XXVII, 14. XXXIII, 11: sed anacoluthon potius quam ellipsis, nedum scribarum vitium, est in his Num. XVI, 1: *et sumserunt Korackus .... et Dathan et Abiram ..... 2: et surrexerunt contra Mosen cum 250 viris*, pro: *et sumserunt 250 viros et surrexerunt cum iis contra Mosen* (cf. supra 2 Sam. XVIII, 18). — Is (id), *a quo*, unde aliquid accipitur, ponitur praevio מִן Gen. XXIII, 13, מִיַּד Num. V, 25. 1 Sam. X, 4, מִיָּאד Lev. VII, 34. Exod. XXV, 2. XXXV, 5, locus, unde aliquid capitur, praevio מִן Gen. XLV, 19. Jos. IV, 20. VII, 11, מֵעַל Jes. VI, 6.

Addito dat. commodi לוֹ לָקַח pr. est: *cepit* s. *sumsit sibi* (für sich nehmen). Gen. XXXVIII, 23: תִּקַּח לָהּ *sumat sibi* (sie mag es für sich nehmen). XIV, 21. Num. VIII, 16, sed saepius vis pronominis extenuata est, ut paene redundare videatur. Iob. II, 8: וַיִּקַּח לוֹ חֶרֶשׁ, max. in imp. Lev. IX, 2: קַח לְךָ עֵגֶל. XV, 14. 29. Ex. XXX, 23. 1 Sam. XXI, 10. Jes. VIII, 1. Jer. XXXVI, 2. Ezech. IV, 1. 3. 9. V, 1. XXXVII, 16 pl. קְחוּ לָכֶם Gen. XLV, 19. Exod. V, 11. IX, 8. Jos. III, 12. IV, 2. Iob. XLII, 8.

Spec. a) *cepit mulierem* i. e. eam uxorem duxit, ut gr. λαμβάνειν γυναῖκα Gen. VI, 2. XIX, 14. XXV, 1. XXXVI, 2. 1 Sam. XXV, 43: אֶת־אֲחִינֹעַם לָקַח דָּוִד. 1 Reg. VII, 8, plenius לָקַח לוֹ אִשָּׁה Gen. IV, 19. Ex. XXI, 10. לָקַח לוֹ פִּלֶגֶשׁ לְאִשָּׁה Gen. XII, 19. Ex. VI, 25. Deut. XXIV, 3. XXV, 5 (cf. similem locutionem: לָקַח לוֹ לְבַת facit aliquam filiam i. e. adoptavit eam Esth. II, 15). Contra pater iuvenis dicitur *capere uxorem filio suo*, לָקַח פִּלֶגֶשׁ לְאִשָּׁה לְבִנּוֹ. Gen. XXXIV, 4: לִי־קַח אֶת־הַיַּלְדָּה הַזֹּאת לְאִשָּׁה. Iud. XIV, 2. 3. Neh. X, 31. Gen. XXIV, 3. 4. Ellipt. Exod. XXXIV, 16: וְלָקַחְתָּ (נָשִׁים) מִבְּנוֹתָיו לְבָנֶיךָ. In recentioribus libris pro לָקַח utuntur verbo נָשָׂא (aram. נסב), in quo eadem ellipsis reperitur Esr. IX, 2. 12 coll. 2 Par. XXIV, 3.

b) *cepit* i. q. *abstulit* (wegnehmen), quod nonnunquam cum vi et violentia fit (בְּחָזְקָה 1 Sam. II, 16). 1 Sam. XII, 3: אֶת־שׁוֹר מִי לָקָחְתִּי v. c. ab hostibus Gen. XXXIV, 28. XLVIII, 22. Iud. V, 19. Jer. XXVIII, 3. LII, 19. 25, inde *captivum fecit* (gefangen nehmen) et *abduxit* Gen. XIV, 12. 1 Sam. XIX, 14. 20. — לָקַח נֶפֶשׁ מִ vita aliquem privare (einem das Leben nehmen) Ps. XXXI, 14. 1 Reg. XIX, 10. 14. Prov. I, 19, cf. Ion. IV, 3. Iob. I, 21: יְהוָה נָתַן וַיהוָה לָקָח Gen. XXVII, 35: *venit frater tuus fraudulenter* וַיִּקַּח מִרְמָה *et abstulit benedictionem tuam.* Iob. XII, 20: טַעַם זְקֵנִים יִקַּח *intellectum senum* (Deus) *aufert.* — Deus *auferre* dicitur hominem, quem e medio sublatum in coelum recipit Gen. V, 24. 2 Reg. II, 3. 5. Fortius est: *abripuit.* Jer. XV, 15: אַל לְאֶרֶךְ אַפְּךָ תִּקָּחֵנִי *ne abripias me pro longanimitate tua.* Iob. XV, 12: מַה יִּקָּחֲךָ לִבֶּךָ *quid abripit te animus tuus?* i. e. quo te abripit animi tui impotentia.

c) *cepit* i. q. *occupavit* (einnehmen), ut urbes terrasve hostiles Num. XXI, 25. Deut. III, 14. XXIX, 8. Iud. XI, 13. Metaph. Iob. III, 6: *noctem illam occupet caligo*, it. *occupavit* aliquem i. e. sibi totum conciliavit (nostr. jemanden einnehmen). Prov. VI, 25 de meretrice blanditiis aliquem pelliciente: אַל תִּקָּחֶךָ בְּעַפְעַפֶּיהָ *ne capiat te palpebris suis* i. e. oculorum nutibus. XI, 30: לֹקֵחַ נְפָשׁוֹת חָכָם.

d) *cepit* et *duxit* aliquem aliquo (jemanden wohin führen, *bringen*), sq. acc. pers. et אֶל loci. Num. XI, 16: וְלָקַחְתָּ אֹתָם אֶל אֹהֶל מוֹעֵד *eosque* (viros) *ducas ad tentorium conventus.* XXIII, 27. Iob. XXXVIII, 20: כִּי תִקָּחֶנּוּ אֶל־גְּבוּלוֹ *tu enim duxisti eam in territorium eius* (iron.) 2 Reg. XVIII, 32. Jes. XXXVI, 17, sq. אֶל pers. ad quam quis ducitur Gen. XLVIII, 9, sq. לְ Prov. XXIV, 11: לְקֻחִים לַמָּוֶת *qui ad supplicium ducuntur*, sq. לְ c. infinit. Exod. XIV, 11.

e) *cepit* et *arcessivit* aliquem, *petiit* rem (jemanden, etwas holen), sq. acc. rei Gen. XVIII, 5. 7. 8. XXVII, 13. 1 Reg. XVII, 11. 2 Sam. IV, 6: *venerunt petituri* (i. e. emturi) *triticum*, um Weizen zu holen; e. acc. pers. 2 Reg. III, 15: קְחוּ לִי מְנַגֵּן *arcessite mihi citharoedum.* Gen. XLII, 16. XLIII, 13. Iud. XI, 5. Am. IX, 2. 3, saepe *arcessivit* per alium, *arcessi iussit.* 1 Sam. XVI, 11: שְׁלַח וְקָחֵנוּ. Gen. XX, 2: *et misit Abimelech .... et arcessivit eam* וַיִּקַּח אֶת שָׂרָה. Num. XXIII, 11. Jer. XXXVII, 17. — Additur בֵּן loci, unde aliquis arcessitur. Am. VII, 15: וַיִּקָּחֵנִי מֵאַחֲרֵי הַצֹּאן. Ps. LXXVIII, 70.

2) a) *accepit*, rem oblatam (annehmen, δέχομαι) v. c. dona 1 Sam. XII, 3. Ps. XV, 5. Am. V, 12 (שֹׁחַד), cibum (מִיַּד פ Iud. XIII, 23), it. de emtore merces venales emente (die Waare dem Verkäufer *abnehmen*) Neh. X, 32 (cf. מַקָּחוֹת), de Deo preces benigne accipiente Ps. VI, 10, de homine consilia et monita admittente, iisque morem gerente Prov. II, 1: בְּנִי אִם תִּקַּח אֲמָרָי. IV, 10. X, 8. XXIV, 32. Iob. XXII, 22. — b) *recepit* (aufnehmen). Gen. IV, 11: *e terra, quae aperuit os suum* לָקְחָה אֶת־דְּמֵי אָחִיךָ מִיָּדֶךָ *ut reciperet sanguinem fratris tui e manu tua:* inde *recepit* in tutelam et patrocinium Ps. XLIX, 16. LXXIII, 24. — c) *accepit* (bekommen, erhalten, empfangen). Jes. XL, 2: כִּי לָקְחָה מִיַּד יְהוָה כִּפְלַיִם *nam accepit e manu Jovae duplum* cet. Prov. IX, 7. XXII, 25. Num. XXIII, 20: תִּוַּדְתִּ בָּרֵךְ לָקָחְתִּי *ecce benedictionem accepi* a Deo. Prov. XXXI, 16: *in animum inducit, agrum emere* וַתִּקָּחֵהוּ *et accipit eum*, et voti compos fit. Kimchi: et *emit* eum, cf. 2 Sam. IV, 6. Neh. X, 32. LXX. ἐπρίατο. — d) *accepit*, *percepit* auribus (vernehmen). Iob. IV, 12: נֶחְתַּם *et percepit auris mea susurrum eius.*

Niph. נִלְקַח 1) pass. Kal 1, litt. b *auferri* 1 Sam. XXI, 7, v. c. de arca foederis ab hostibus ablata 1 Sam. IV, 11. 17. 19. 21. 22, de Elia in coelum sublato 2 Reg. II, 9: *abripi* Ez. XXXIII, 6. — 2) pass. Kal 1, litt. d. *adduci* Esth. II, 8. 16 (sq. אֶל).

Pu. לֻקַּח et fut. *Hoph.* יָלֻקַּח (desiderantur enim fut. Pu. et Praet. Hoph.) 1) pass. Kal no. 1 *sumtus est* sq. מִן eius, unde quid sumitur: Gen. II, 23. III, 19. 23. Iob. XXVIII, 2. Ezech. XV, 3, *desumtus*, *repetitus est* Jer. XXIX, 22: *et inde reputatur maledictio* cet. — 2) pass. no. 1, litt. b. *ablatus est*, de rebus Jes. XLIX, 24. 25 (sq. מִן pers.). Iud. XVII, 2 (sq. לְ pers., alicui); de personis v. c. in coelum 2 Reg. II, 10 cf. Jes. LIII, 8: מֵעֹצֶר וּמִמִּשְׁפָּט לֻקָּח *ex angustiis et poenis ablatus est* (sc. morte): it. *abductus est* in captivitatem Jes. LII, 5. Jer. XLVIII, 46. — 3) pass. 1 litt. d *arcessi*, de rebus Gen. XVIII, 4, de personis Gen. XII, 15.

Hithpa. part. אֵשׁ מִתְלַקַּחַת *ignis se continens* i. e. cohaerens, conglomeratus, acervus ignis Ex. IX, 24. Ez. I, 4. Cf. הִתְלַבֵּד.

לֶקַח c. suff. לִקְחִי m. 1) *artes*, quibus animus alicuius *capitur* (Kunst jemanden einzunehmen) Prov. VII, 21, cf. rad. no. 1, litt. c. (Hor. Sat. 2, 7, 46: te coninx aliena capit, capere amore Liv. 30, 12. Arab. لُحْكَة techna, qua mulieres allicere solent viros, philtrum, amuletum). — 2) *doctrina*, *scientia*, *sapientia*, quam quis *accepit* s. *percepit*, didicit (v. rad. no. 2, litt. a. d. cf. plura verba accipiendi, quae ad discendi et doctrinae potestatem transferuntur, velut chald. קַבֵּל accepit, et auscultavit, obtemperavit, קַבָּלָה doctrina, sam. לֶקַח doctrina Deut. XXXII, 2 a לָקַח accepit, arab. لَحَظَ accepit, didicit ab eo, gr. *παραλαμβάνω* Herod. 1, 38, *λῆμμα* oraculum, a *λαμβάνω*, lat. accipio Cic. nat. deor. 3, 1) Prov. I, 5: *sapiens audit* וְיוֹסֶף לֶקַח *et auget scientiam* suam, IX, 9. XVI, 21, et quatenus haec cum aliis communicatur 3) *institutio*, docentis *oratio* Prov. IV, 2. Deut. XXXII, 2: יַעֲרֹף כַּמָּטָר לִקְחִי. Iob. XI, 4: זַךְ לִקְחִי. Vulg. sermo meus. (Melit. *laqcha* לקחה lex, v. Vassalli p. 430).

לִקְחִי (doctus, doctrina imbutus) n. pr. viri 1 Par. VII, 19.

מַלְקוֹחַ m. 1) *captura*, *praeda*, sed spec. pecoris et inmentorum. Num. XXXI, 12: אֶת־הַשִּׁבְיִ וְאֶת־הַמַּלְקוֹחַ וְאֶת־הַשָּׁלָל *captivos et praedam et exuvias*, sed comm. 11. 27. 32 etiam captivi (הַשִּׁבְיָ) sub h. v. comprehenduntur, Comm. 11: וַיִּקְחוּ אֶת־כָּל־הַשָּׁלָל וְאֶת־כָּל־הַמַּלְקוֹחַ בָּאָדָם וּבַבְּהֵמָה Inde Comm. 26: הַמַּלְקוֹחַ בָּאָדָם וּבַבְּהֵמָה (die Beute an Gefangenen). הַשִּׁבְיָ praeda captivorum Etiam Jes. XLIX, 24. 25 in parallelismo est שִׁבְיָ. 2) Dual. מִלְקָחַיִם utraque mandibula, quae cibus *capitur* Ps. XXII, 16. Kimchi: quod supra et infra linguam est.

מֶלְקָחַיִם dual. 1) *forceps* Jes. VI, 6, cf. gr. *λαβίς*, *λαβίδιον* a *λαμβάνω*. — 2) *emunctorium*, itidem forcipis speciem habens 1 Reg. VII, 49. 2 Par. IV, 21. C. suff. מַלְקָחֶיהָ Ex. XXV, 38. XXXVII, 23. Num. IV, 9.

מִקָּח m. *acceptio* (donorum) 2 Par. XIX, 7.

מַקָּחוֹת f. pl. *venalia*, *merces* Neh. X, 32, ab emendi significatu (cf. nostr. abnehmen, Abnehmer pro Käufer), quem radix habet ibid. et 2 Sam. IV, 6. Apud Iudaeos מִקָּח est emtio, opp. מִמְכָּר venditioni Baba Mezia fol. 1 verso. „Dandi et accipiendi vocabula ad negotiationes et commercia referuntur, ut chald. et syr. יְהַב dare et שְׁקַל accipere etiam negotiari significant; נְשָׂא וְנָתַן [i. e. accipere et dare] apud Talmudicos passim pro negotiatione venit [unde *massematten* in dialecto latronum, quae maximam partem e iudaeo-germanica fluxit, *emere*, *negotiari*, per euphem. pro furari, Ges.], sic pers. داد استد emtio et venditio, pr. datio et acceptio, ἀποδίδομαι vendo [Xen. Memorab. 2, 5. 3, 7]." Simonis Lex., iam ed. 1.

לָקַט fut. יִלְקֹט *legit*, *collegit*, maxime res humi iacentes, ut lapides Gen. XXXI, 46, flores Cant. VI, 2, mannam Exod. XVI, 4 sqq. Num. XI, 8, spicas Ruth II, 8. Poët. de animantibus terrae [pabulum a Deo qs. sparsum colligentibus Ps. CIV, 28. [Coniungitur plerumque sq. acc., sed etiam absol., ut לָקֹט בַּשָּׂדֶה legere (aristas) in agro Ruth II, 8. (Arab. لَقَطَ legit rem humi abiectam, لَقَطٌ, لَقَاطٌ, لُقَاطٌ, لُقَاطٌ spicae post messem collectae, لُقْطَةٌ et لُقَاطَةٌ res de humo lecta, لَقِيطَةٌ homo vilis, abiectus. Syr. ܠܩܛ Pe. et Pa. id. v. c. Barhebr. 420 de lignis colligendis. Sam. ⱠⱣⱠ Gesen. Carm. sam. p. 36, sed Nasor. ܠܩܛ collegit, it. sumsit, prehendit, vic. לָקַח).

Pi. i. q. Kal, *legit*, collegit spicas Ruth II, 16 sqq. Jes. XVII, 5, acinos in vinea sparsos Lev. XIX, 10, ligna Jer. VII, 18, herbas 2 Reg. IV, 39, sagittas ab aliquo iactas 1 Sam. XX, 38. Minus proprie de colligenda pecunia, quae civibus imperata erat Gen. XLVII, 14. Plerumque construitur sq. acc., sed passim absol., לָקַט בַּשָּׂדֶה Ruth. II, 3. 17 legit (spicas) in agro, et sic Iud. I, 7: *legebant* (micas panis) *sub mensa mea*, cf. Mt. XXV, 27. (LXX plerumque *συλλέγω*, semel *ἀναλέγω* 1 Sam. XX, 38, quinquies *στράγω* v. c. Gen. XLVII, 14. Jes. XXVII, 12).

Pu. colligi, poët. de populo in terra disperso Jes. XXVII, 12, et eodem modo

Hithpa. congregari, sq. אֶל ad aliquem. Iud. XI, 3.

לֶקֶט m. *spicilegium* Lev. XIX, 9. XXIII, 22.

יַלְקוּט m. *pera*, in quam res (lapides cf. Gen. XXXI, 46) *colliguntur* 1 Sam. XVII, 40, ubi distinguitur a כְּלֵי הָרֹעִים vasculo s. sacculo pastorum, et pera

venatoris vel fundatoris significasse videtur, quam praeter peram pastoriciam gerebat Davides.

לָקַם rad. inusit. Arab. لقم viam obstruxit, unde

לָקוּם (viam obstruens, inde locus munitus) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 33.

לָקַק pl. יָלְקוּ fut. יָלֹק *lambit, linxit.* (Onomatopoët. ut nostr. *lecken*, v. ad לָחַךְ et pag. 750 B. Arab. لَعْلَقُ lingua. Etiam armen. լուլ-ել est lambere). Dicitur de canibus lambendo bibentibus Iud. VII, 5, sanguinem lambentibus 1 Reg. XXI, 19. XXII, 38.

Pi. id. Iud. VII, 6: הַמְלַקְקִים בְּיָדָם אֶל פִּיהֶם *qui* (aquam) *lambebant manibus ori admotis* i. e. qui aquam manibus haustam inde lambebant s. sorbebant. Comm. 7.

לָקַשׁ in Kal inusit. Syr. ܠܟܫ *serotinus fuit*, de pluvia, frugibus, pecudibus, ܠܟܫܐ serotinum v. Castell. Lex. Adler. ܠܟܫܐ; ܠܟܫ تلقس تلقّس تأخّر; ܠܟܫܐ تلقّس تأخّر, unde apparet, etiam Arabes verbum تلقس illo significatu usurpasse, cf. Germ. a Silesia pag. 1014. Idem habetur in translatione Arabica Iob. XXIV, 6, v. Pi. Chald. לְקִישׁ serotinus.

Pi. fructus serotinos collegit i. e. racematus est (ut ὀπωρίζειν ab ὀπώρα), c. acc. vineae Iob. XXIV, 6: כֶּרֶם רָשָׁע יְלַקֵּטוּ (sie stoppeln den Weinberg des Frevlers). Duo codd. Rossiani לקטי, verbum rarius explicantes per usitatius. Syr. ܠܟܫ, quod Arabs reddidit تلقش, malim تلقس, v. ad rad.

לָקֶשׁ m. *foenum serotinum* (Grummet) Am. VII, 1. Kimchi: התשב הנאוחר.

מַלְקוֹשׁ m. *pluvia serotina* (LXX ὑετὸς ὄψιμος) i. e. verna, quae in Palaestina Martio et Aprili mensibus ante messem cadit Prov. XVI, 15. Zach. X, 1. Hos. VI, 3, saepe copulatur cum pluvia prima s. autumnali: מוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ Joel II, 23, יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ Deut. XI, 14. Jer. III, 3. V, 24. Poët. dicitur de oratione facunda et bonae frugis plena Iob. XXIX, 23: צִמְּאוּ כַמָּטָר לָמוֹ פִּיהֶם לְמַלְקוֹשׁ.

לָשַׁד rad. inusit. Arab. لسد *linxit, suxit*, cf. verba cognata לָשַׁס, לָשַׁב linxit, لسع punxit lingua, لسم gustavit et hebr. לָשׁוֹן. Inde

לֶשֶׁד c. suff. לִשְׁדִּי Ps. XXXII, 4 m. pr. res dulcis, quae lingi sugique solet 1) *succus* (a sugendo). Spec. *succus vitalis, vigor.* Ps. XXXII, 4: נֶהְפַּךְ לִשְׁדִּי *succus meus immutatus est* i. e. in peius mutatus (cf. Dan. X, 8), arefactus. Targ. אִתְהַפָּךְ רוּגְבִי. Aben Esra: humor calidus, in quo vita hominis est. — 2) *placenta dulcis* (cf. מַצָּה a rad. מָצַץ). Num. XI, 8: לֶשֶׁד הַשָּׁמֶן Vulg. panis oleatus. LXX. ἐγκρὶς ἐξ ἐλαίου.

לָשַׁךְ rad. non usitata. Modo semitica est, Böttcherus (specc. p. 323) eam idem valuisse censuit atque שָׁכַב, sed pass. *coniecit se, iacuit, cubuit* (sich lagern), unde sit

לִשְׁכָּה c. He locali לִשְׁכָּתָה 1 Sam. IX, 22, plur. cstr. לִשְׁכוֹת f. *cella, conclave* pr. cubiculum, a iacendo vel cubando dictum. Persaepe dicitur de celliis, quae in atriis templi, maxime ad portas, exstructae erant 2 Reg. XXIII, 11. 1 Par. XXIII, 28. XXVIII, 12. Jer. XXXVI, 10. Ezech. XL, 17. 44 sqq. XLII, 13 sqq., in quibusque tum templi opes et quaecunque ad cultum divinum necessaria erant asservabantur 1 Par. IX, 26. XXVIII, 12. 2 Par. XXXI, 5. 11 sqq. Esr. VIII, 29. Neh. X, 38 sqq. XIII, 5. 9, tum sacerdotes, Levitae, portitores al. habitabant Ez. XL, 38. 44 sqq. XLII, 1 sqq. XLV, 5. Neh. XIII, 4, singulisque ministerii sacri negotiis vacabant 1 Par. IX, 33, raro etiam profani homines vel habitabant vel hospitio excepti sunt 2 Reg. XXIII, 11. Jer. XXXV, 4. 5. Semel de coenaculo Samuelis 1 Sam. IX, 22, et Jer. XXXVI, 12 de conclavi scribae regii in arce regia. Ter haec vox scribitur per Nun, נִשְׁכָּה Neh. III, 30. XIII, 7, pl. נִשְׁכוֹת XII, 44. LXX ap. Ezech. plerisque locis verterunt ἐξέδρα (v. Vitruv. 5, 11. 7, 9), ibid. bis XL, 17. 38. Jer. XXXV, 4 et in Paralipp. παστοφόριον (de quo praeter Bielium et Schleussnerum v. Creuzer Symbolik I, p. 247), apud Nehem. sexies 2 Reg. et Esr. X, 6: γαζοφυλάκιον, apud Jeremiam sexies οἶκος, semel κατάλυμα 1 Sam., σκηνή Esr. VIII, 28, ὑησαυρὸς Neh. X, 39, αὐλή Ez. XLII, 1. Jer. XXXV, 2, περίπατος Ez. XLII, 4 cf. Böttcher l. c. p. 324.

Origo mihi non liquet. Si modo nativa est usitatior forma לִשְׁכָּה, credibile est etymon auctore Böttchero supra propositum, neque profecto audiendi sunt, qui לִשְׁכָּה ciusdem originis esse putarunt atque gr. λέσχη *): at quum n facilius emolliatur in l, quam contra n induretur in l (pag. 727), non contemnenda est eorum sen-

*) Quod vc. utrum ductum sit a λέγω dico, an auctore Böttchero l. c. a λέγω = legen, nunc in medio relinquo unumquo observo, male cum his vce. componi gall *loge*, *logis*, *loger*, quae sunt a lat. *locare*. — Praeterea hi, qui cum נִשְׁכָּה compararunt gall. *Niche*, ignorasse videntur, hoc vc. esse ab ital. *nicchia*, quod a conchae (*nicchio*) similitudine nomen accepisse certum est

tentia, qui נִשְׁבָּה formam nativam censent, et huic vocabulo praeter 1 Sam. IX non nisi in recentioribus libris obvio persicam originem tribuunt a نشستن sedere, considere, unde esse possit נִשְׁכָּה *nischach* sedes (Bohlen.), licet haec ipsa forma non reperiatur. E linguis Semiticis formam נִשְׁבָּה explicare studuerunt Forsterus et Avenarius, quibus נִשְׁבָּה est i. q. שִׁבְתָּה habitatio; Cocceius, qui נ declinatum putat a נָשַׁךְ momordit, „quum nonnihil in breve contracta fuerint haec conclavia spatiumque quasi *admorsum* habuerint"; J. D. Michaelis, cui radix est נסך sacrificavit (quae tamen respondet hebraeae נָסַךְ libavit).

לָשַׁם rad. inusit. Arab. لَسَمَ gustavit, pr. linxit, v. ad לָשַׁד. Inde

לֶשֶׁם m. 1) *gemmae* species Exod. XXVIII, 19. XXXIX, 12. LXX. *λιγύριον*, Vulg. *ligurius*, qua interpretatione Alexandrinus interpres ad originem a לָשַׁם (linxit, ligurrivit) allusisse videtur. Est autem *λιγύριον* s. *λυγκούριον*, lyncurium gemma succino similis, ex rubro flava pomum aurantium colore referens (Plin. 8, 38 s. 37. 37, 2 s. 11. 3, 13), auctore *Braunio* (de vestitu sacerdd. 2, 14) hyacinthi species, a Liguria patria, minime a lyncis urina, dicta.

2) Jos. XIX, 47 n. pr. oppidi in septentrionalibus Palaestinae, quod alibi (in loco parallelo Iud. XVIII, 7. 14. 27) לַיִשׁ appellatur. Vide p. 751 B.

לָשַׁן rad. inusit., quae *lingendi*, *lambendi* significatum habuisse videtur, ut cognatae נָשַׁס, לשׁב, לשׁם, cf. לָחַשׁ.

Po. לוֹשֵׁן (denom. a לָשׁוֹן) pr. *linguam fecit* i. e. lingua fortiter usus est (cf. nostr. Beine machen, de homine celeriter currente, fugiente), *calumniatus est* (v. לָשׁוֹן no. 1 extr.). Part. c. Jod parag. מְלוֹשְׁנִי, Keri מְלַשְׁנִי, pro מְלַשְׁנִי, part. Pi. Ps. CI, 5. (Arab. لسن calumniatus est, مُلْسُون mendax).

Hiph. id. Prov. XXX, 10.

לָשׁוֹן utriusque sexus vc. sed saepius fem. (Ps. XII, 4. Prov. VI, 24. X, 31. Iob. XX, 16. Jes. XXVIII, 11. XLV, 23. LIV, 17. LIX, 3 al. masc. Ps. XXII, 16 et Prov. XXVI, 28) pl. לְשׁוֹנוֹת, c. suff. לְשׁוֹנֹתָם 1) *lingua* (a lingendo, nt lat.), tum hominum tum bestiarum Exod. XI, 7. Ps. LXVIII, 24. Iob. XX, 16. XL, 25 al. (Arab. لِسَان, aeth. ልሳን: aram. לִשָׁן, לִשָׁנָא. Punice nomen pronunciatum est *alsún* אלשון cum Aleph prosthetico, unde *βούγλωσσον* planta punice *ἀλσουνάλφ* Dioscor. 1, 126 cf. arab. لسان الثور de eadem planta; adde ex linguis non Semiticis armen. լեզու, aegypt. ΛΑΩ, sanscr. *rasana*, adeoque gr. *γλῶσσα*, cuius γ adsiticium est, cf. *λείσσω*, *γλαίσσω*; *γνάθος*, *νάθος*; *χλαῖνα*, *lana* al.). Ac humana quidem lingua paucis exemplis exceptis (Ps. XXII, 16. Thren. IV, 4. Jes. LVII, 4. Iob. XX, 16) memoratur ut loquendi instrumentum. Iob. XXXIII, 2: דִּבְּרָה לְשׁוֹנִי תַּחְתִּי. Ps. XLV, 2: לְשׁוֹנִי עֵט סוֹפֵר מָהִיר. XII, 4: לְשׁוֹנֵנוּ נְגַבֵּר שְׂפָתֵינוּ אִתָּנוּ. Ps. XXXIX, 4: דִּבַּרְתִּי בִלְשׁוֹנִי, sed CIX, 2: דִּבְּרוּ לְשׁוֹן שֶׁקֶר *lo pauntur linguam mendacem* (de quo acensativo v. gramm. hebr. §. 135, 1 not. 3). Prov. XV, 4. XVIII, 21. Jes. XXXIII, 19. XLV, 23 cet. Verbum, quod aliquis in ore paratum habet, non solum esse dicitur *super lingua* בִּלְשׁוֹן (cf. super labiis Ps. XVI, 4 et sub labiis Ps. CXL, 4). Sq. genit. לְשׁוֹן שֶׁקֶר lingua fallax Prov. VI, 17 (meton. de homine fallace ib. XXVI, 28, c. masc.), לְשׁוֹן נוֹכְחָה id. Ps. LII, 6, לְשׁוֹן הַתַּכְסוּת id. Prov. X, 31, sed in לְשׁוֹן נִרְדָּה posterius vc. neque in genitivo, neque per appositionem positum videtur, sed adiectivum fem. esse. a masc. נִרְדִּי. — *Kat' ἐξοχήν* autem לָשׁוֹן est *lingua obtrectatrix*, *calumniatrix* (linguam tertiam appellant Chaldaei et Zabii, cf. Sir. XXVIII, 15), unde Ps. CXL, 12: אִישׁ לָשׁוֹן *vir linguae* i. e. obtrectator (sed בַּעַל לָשׁוֹן Eccl. X, 11 est *incantator*). Iob. V, 21: שׁוֹט לָשׁוֹן *flagellum linguae* (nos simili imagine: *klatschen* de calumniis famigeratorum et garrulorum hominum, cf. angl. *lashes*, gall. *coup de langue*). Jer. XVIII, 18: נַכֶּה בַלָּשׁוֹן נַקְשִׁיבָה בְּכָל דְּבָרָיו *agite! percutiamus eum lingua*. Targ. testificemur contra eum falsa testimonia. Ez. XXXVI, 3: הַעֲלוֹת עַל שִׂפַת לָשׁוֹן *ascendetis super labium linguae* maledicae, i. e. traducemini per ora hominum. (Cf. supra לָשַׁן Po. et Hiph.).

Meton. dicitur a) pro *sermone*. Iob. XV, 5: לְשׁוֹן עֲרוּמִים *sermo astutiorum*. Prov. XVI, 1. — b) pro *idiomate sermonis* (nostr. Sprache). Dan. I, 4: לְשׁוֹן כַּשְׂדִּים *lingua Chaldaeorum*. Gen. X, 5: אִישׁ לְלְשׁוֹנוֹ *quique pro lingua sua*. Deut. XXVIII, 49. Jes. XXVIII, 11. Neh. XIII, 24. Esth. I, 22. III, 12. VIII, 9. (Arab. لِسَان et لِسْن id.). — c) Inde *gens*, *natio*, quae peculiari lingua utitur. Jes. LXVI, 18: כָּל־הַגּוֹיִם וְהַלְּשׁוֹנוֹת *omnes gentes et linguae* cf. chald. לִשָׁן. Transfertur

2) ad res inanimatas linguae similes: a) לְשׁוֹן זָהָב ligula auri i. e. vectis aureus linguae similis. Jos. VII, 21. 24. Vulg. *regula aurea*. (Arab. لسن I. II. IV. linguae in modum formavit, mucrone instruxit aliquid, v. c. calceum, لَسِين mucronatus. Lat. *ligula* est gladiolus mucronatus). — b) לְשׁוֹן אֵשׁ flamma ignis, ita dicta, quia speciem linguae prae se fert, et instar eius lambere videtur (v. לָהַב, לָהַט), cf. Aen. II, 684, *γλῶσσαι ἀχεῖ πυρός* Act. II, 3, arab. لسان النار, pers. زبان آتش

suboni atesch. Jes. V, 24. — c) לָשׁוֹן הַיָּם Jos. XV, 5. XVIII, 19. Jes. XI, 15 et simpl. הַלָּשׁוֹן Jos. XV, 2 *sinus maris* (cf. nostr. *Erdzunge*, lat. ligula Caes. b. gall. 3, 12, et *lingua* Liv.), ap. Arabum geographos لسان البحر.

לָשׁוֹן chald. *lingua*, inde de *gente* peculiari lingua utente (v. לָשׁוֹן no. 1, c). Dan. III, 4: עַמְמַיָּא אֻמַּיָּא וְלִשָׁנַיָּא *gentes, nationes et linguae.* Comm. 7. 31. V, 19. VI, 26. VII, 14 cf. hebr. Jes. LXVI, 18 et gr. Apoc. V, 9. VII, 9. X, 11. XIII, 7. XVII, 15.

לָטַשׁ rad. inusit. Arab. لطس pupugit scorpius, serpens, لَطَسٌ rima, fissura (num de terrae hiatibus et fontibus?).

לָטַשׁ n. pr. oppidi Gen. X, 19, ex Hieronymi sententia (in Quaest.) *Callirhoë* ad orientem maris mortui sita, *aquis calidis* abundans. Ita etiam Pseudojon. et Targ. Hieros., ubi pro קַלְרְהִי legendum est קַלִּרְהִי. Vide de Callirhoë Plin. N. H. 5, 16. Jos. Ant. 17, 6 §. 5. bell. jud. 1, 33 §. 5. Ptolem. 5, 16, de aquis calidis illius regionis Burckhardti itin. Syriae p. 674 ed. germ.

לָתַד rad. inusit. prob. i. q. נָתַח sam. נתח *expandit* vestem. unde mihi ducendum videtur aethiop. ኣልጥሥ: vestis genus, de quo Ludolf. Lex. aethiop. p. 329: „Iob. XIX. 23: ዘይጽሕፍ: ኣልጥሥ: per appositionem generis [gr. simpl. τὸν χιτῶνα]. Nam ኣልጥሥ: species quaedam est tunicae. Legitur etiam Enc. 14. Oct. 2, 2. ኣልጥሥ: ሞኝፈት: ተሀጽፈ: tunica spiritus indutus fuit i. e. spirituali. Qualis vero esset, Aethiops meus ignorabat.“ Ex mera coniectura Castellus vestem byssinam posuit. Inde

מִלְתָּדָה f. *vestiarium* regium. 2 Reg. X, 22: אֲשֶׁר עַל הַמִּלְתָּדָה Vulg. qui erant super vestes. Chald. דְּמִנְמָנָא עַל קוּמְטַרְנָא *qui praepositus erat armariis* vestium (cf. קוּמְטַרְנָא armarium librorum, Bücherschrank). Arabs, qui hac libri parte ex ipsis Hebraicis hausit, صاحب الكسوة *praefectus vestium.*

לָתַךְ rad. inusit. prob. i. q. נָתַךְ effusus est, unde

לֶתֶךְ mensura quaedam frumentaria Hos. III, 2, ab effundendo dicta. LXX ἡμίχοος, Vulg. *corus dimidius*, accommodate ad contextum, antecedit enim חֹמֶר i. e. כֹּר. Kimchi: חצי חמר.

לָתַשׁ i. q. arab. لتغ 1) percussit (i. q. لَتَشَ, لَتَسَ, لَتَمَ). — 2) idem quod لَتَغَ momordit, unde מַלְתֹּעוֹת mordices, dentes, q. v. Ab hoc nomine derivatum censent veteres Grammatici, ut Kimchius, Iob. IV, 10: *dentes leonum* נְתָעוּ (pro נְלְתָעוּ) *fracti s. eruti sunt:* qs. לָתַשׁ sit vocabulum proprium de dentibus frangendis et eruendis, significatione privativa, ut שֵׁרַשׁ a שֹׁרֶשׁ. Sed praestat, נְתָעוּ referre ad rad. נָתַע.

מַלְתֹּעוֹת estr. מִלְתָּעוֹת pl. f. *mordentes, mordices*, poët. pro *dentibus* Ps. LVIII, 7. Eiusdem originis videtur aethiop. ምልጥሕት: (ח et ע permutatis) maxilla, inde mala, gena (Ludolf. p. 19). LXX μύλαι i. e. dentes molares, Chald. Syr. dentes camini, sed omnino dentium nomen poëticum esse, non certum quoddam dentium genus significare videtur.

Alia huius vocabuli forma litteris transpositis est מִתְלָעוֹת Iob. XXIX, 17. Prov. XXX, 14. Joël I, 6. quae et ipsa etymon satis aptum offert a תָּלַע i. q. תָּלַע extulit se, prodiit, spec. prodiit dens, ut dubitari possit, utra forma primaria et nativa, utra ex illa per transpositionem orta sit (e diversis enim radicibus has formas ortas esse, vix credibile est). Equidem originem a *mordendo* praetulerim, quanquam fateor, facilius מִתְלָעוֹת abire potuisse in מִלְתָּעוֹת, quam contra.

מ

Mem, decima tertia Hebraeorum littera, sub. numeri nota est, *quadragenarium* numerum indicans. Nomen huius litterae מֵים probabiliter *aquam* designat i. q. מַיִם, *undarum*que figuram utcunque referunt figurae eius in alphabeto Phoenicio (Monumm. Phoen. pag. 35. 36 et Encyclop. germ. s. v. *Palaeographie* Sect. 3, tom. 9 p. 311). Congruit nomen eius graecum *Mῦ* i. e. phoenicium מו aqua (v. infra h. v.), et aethiopicum *Mai* aqua.

Labiali huic litterae contiguae sunt et cum ea permutantur ו reliquae labiales, ut ב pag. 171 (adde exempla ad נִרְכָּתָם laudata p. 724, et quae ex Phoenicia lingua observavimus in Monumm. Phoen. p. 433, v. c. בעל, מעל, Mochus, Bochus), ת (v. infra s. hac litt.) adeoque ו, v. c. תָּמַהּ et תָּיַהּ admiratus est. — 2) ex liquidis a) maxime *Nun*, ita quidem ut m, utpote durior littera, mitigari soleat in n, tum incunte radice, ut מוּט נוּט et נוּט vacillare, מַחַ, נַחַ et נַחַ medulla, נוֹפֶךְ מוֹפֶךְ tribulum, מָתַח, מָשַׁךְ expandit, sam. ⲙⲁϣ, cf. מָגֵר, נָגֵר al.; tum media radice, ut פִּסְתִּים pistaciae,

syr. ܦܣܩܐ pistacia, terebinthus, נָזָה, aeth. HOΦ: scortatus est; tum denique extrema radice מָשַׁן et מָשַׁח adversatus est, מָשִׁישׁ בָּהֵן pollex, מָשַׁן pinguis fuit, אִם syr. ܐܢ arab. إِنْ si; חָרְבָּן sam. et arab. ٱلْحَرْمَل, חֹמֶץ uva acerba, cf. notam pluralis ־ִים et ־ִין al. —

b) *Lamed*, v. pag. 727.

Extremis vocibus *Mem* passim abiicitur, ut pl. ־ִים cstr. ־ֵי, it. ־ַי raro pro ־ִים Lgb. p. 524. Ewald. gr. §. 359. Cf. de m Latinorum, quod extremis vocibus et inter duas vocales pronunciando omittitur Quintil. instit. orat. 9, 4 §. 40, de simili Etruscorum et Umbrorum usu O. Müller Etrusker T. I. p. 56.

מִ־ praefixum ortum ex מָה *quid*, ubi v. notam.

מִ־ praefixum ortum ex מִן, rad. מָנַן, ubi vide.

מָא chald. i. q. מָה *quid?* et praeter interrogationem Esr. VI, 8.

מָאֵד *valde*, v. rad. אוד.

מֵאָה f. 1) *centum*. (Phoen. מאת in numis Marath. Arab. مِئَة et مِئَوٌ, aeth. ΦΘΗ: Syr. ܡܐܐ. De origine si quaerendum est, contulerim pers. *ma, mah, meh* magnus, multus. cnius etiam in lingua Phoenicia nonnulla vestigia, quanquam incerta, reperiuntur, v. monumm. Phoen. p. 152 cf. רִבְבָה. Minus placent, qui radicem statuunt מָאָה extendit, expandit). Lev. XXVI, 8: מֵאָה מִכֶּם. Eccl. VI, 3: אִם יוֹלִיד אִישׁ מֵאָה. Eccl. VI, 3. Cum substantivis copulatur vario modo: a) praemittitur sebstantivis singulari numero positis, quod quidem fieri solet in eiusmodi rebus, quae saepe magno numero reperiuntur, ut מֵאָה שָׁנָה Gen. XVII, 17. מֵאָה אִישׁ 1 Reg. XVIII, 13, מֵאָה כֶּסֶף 2 Reg. XXIII, 33, מֵאָה כֶּסֶף 1 Par. XVIII, 4, מֵאָה קְשִׂיטָה Gen. XXXIII, 19. Jos. XXIV, 32. — b) praemittitur substantivis plurali numero positis, quod fieri solet in nominibus, quae rarius numerantur, ut מֵאָה נְבִיאִים 1 Reg. XVIII, 4, מֵאָה בְּעָרִים 2 Sam. XXIV, 3, מֵאָה צְפַרְדְּעִים 1 Sam. XXV, 18, מֵאָה שְׂעִירִים Gen. XXVI, 12. — c) Eodem modo in statu constructo, ut מֵאַת כֶּסֶף Ex. XXXVIII, 25, מֵאַת אֲדָנִים ib. 27, sed raro. Contra creberrime מֵאָה ponitur, ubi numerus centenarius cum aliis compositus est, v. c. מֵאָה שָׁנָה וְשִׁבְעִים שָׁנָה Gen. XXV, 7. 17. XXXV, 28. חֲמֵשׁ שָׁנִים וּמֵאַת שָׁנָה ibid. V, 18. 25. 28. VII, 24. XLVII, 28. Ex. VI, 16. 18. Num. XXXIII, 39. — d) raro et nonnisi in libris recentioribus postponitur nomini plurali v. c. חֲמִשִּׁים מֵאָה 2 Par. III, 16, cf. IV, 8. Esr. II, 69. VIII. 26. — 2) *centies* Prov. XVII, 10, cstr. מְאַת id. Eccl. VIII, 12. — 3) *centesima* sc. pecuniae aliarumque rerum, quas quis mutuas sumsit, pro fenore data. Neh. V, 11: מְאַת הַכֶּסֶף וְהַתִּרְתָּן Vulg. centesima, v. de centesima Romanorum Ernestii clav. Cic. h. v., de ingentibus usuris etiamnum in oriente usitatis Volney. itin. II, p. 410. — 4) מִגְדַּל הַמֵּאָה Neh. III, 1. XII, 39 n. pr. turris Hierosolymitanae.

Dual. מָאתַיִם (pro מֵאָתַיִם) *ducenti*. Cum substantivis iisdem fere modis copulatur atque singularis, מָאתַיִם שָׁנָה Gen. XI, 23, מָאתַיִם אִישׁ 1 Sam. XVIII, 27, מָאתַיִם שִׁקָּלִים 2 Sam. XIV, 26, מָאתַיִם עִזִּים Gen. XXXII, 15.

Plur. מֵאוֹת 1) *centuriae*. לְמֵאוֹת secundum centurias 2 Sam. VIII, 4. שָׂרֵי הַמֵּאוֹת centuriones Num. XXXI, 14. 48. 52. Inde שֵׁשׁ מֵאוֹת sexcenti Ex. XII, 37, שִׁבְעָה מֵאוֹת octingenti Gen. V, 7 cet. — 2) *centum*, qs. centeni, 2 Par. XXV, 9 Chethibh (cf. Comm. 6). Forma rarior est מֵאיוֹת, lege מֵאָיוֹת 2 Reg. XI, 4. 9. 10. 15 Chethibh, cf. arab.

מְאָה chald. id. Postponitur substantivo, coque plurali, תְּרִין מְאָה Esr. VI, 17. VII. 22. Dan. VI, 2 Dual. מְאָתַיִן, substantivo postpositum Esr. VI. 17.

מָאַל rad. incerta, v. גּוֹל, גִּיאַל, sub rad. מוּל

מָאַם rad. inusit. fort. *maculavit*. Inde

מוּם pro מִיאוּם Dan. I, 4. Iob. XXXI, ־ (ubi nonnulli codd. מוּם).

מוּם m. *macula, labes*. (Syr. ܡܘܡܐ pro gr. *μῶμος* Col. 1, 22, sec. Lex. Adl. i. q. ܥܝܒ, ܡܥܝܒܘ. مَدْنَس maculatus, contaminatus. Arab. مُمٌ morbillorum species vehementissima, febris vehemens, int. pl etechialem, in qua maculae in cute comparent, Fleckfieber, مِمٌ pro مُمٌ morbillis correptus est. Congruit gr. *μῶμος*. Alii ב in hoc vc. servile videtur. Atque Ewaldus quidem §. 339 מִיאוּם ortum statuit ex נִחְתִּים *nigrum quid* a rad. חִים; Redslobius et Maurerus [Cursus p. 90] ex נֶחְתִּים pro *murmur, susurrus*, q. d. נְחִי, „ein Murksen", quod a sono relatum sit ad rem, inde *punctum, macula*, et מִיאֲנָה לֹא *ne id quidem*. Posterius satis ingeniosum est: sed vide infra ad מְאֹנָה p. 771 B). Dicitur a) sensu physico, de labe s. vitio corporis, in homine Lev. XXIV, 19: אִישׁ כִּי יִתֵּן מוּם בַּעֲמִיתֵהוּ *qui irrogaverit vitium proximo suo*, in bestiis (quae sacrificiis adhibendae a vitiis immunes esse debebant) Lev. XXI, 17 sqq. XXII. 20. XXIV, 19. 20. Num. XIX, 2. Deut. XV, 21. 22 (בָּהֵן מוּם . XVII. 1. In corporis humani pulchritudine describenda frequentatur locutio: אֵין מוּם בּוֹ 2 Sam. XIV, 25. Cant. IV, ־. Dan. I, 4. — b) sensu ethico Iob. XI. 15: כִּי אָז תִּשָּׂא פָנֶיךָ מִמּוּם *tunc extolles faciem tuam sine labe*. XXXI, ־ Prov. IX. ־. Deut. XXXII, 5.

מָאַן in Kal inusit. *recusavit*, v. adj. verbale. (Syr. ܡܲܐܢ, ubique impers. ܡܲܐܢ ܠܝ fut. ܢܡܲܐܢ ,ܢܡܲܐܢ ,ܢܡܲܐܢ taedet me, molestum est mihi. Aph. cessavit, destitit. Cognatum est מָנַע retinuit, cohibuit, cf. de verbis negandi s. rad. נוּא).

Pi. מִאֵן fut. יְמַאֵן *recusavit, renuit, noluit* (opp. אָבָה). Coniungitur a) sq. gerundio, et sic (praeter Num. XXII, 14) ubique in oratione pedestri Gen. XXXVII, 35. Ex. IV, 23. VII, 14. X, 3. XVI, 28. XXII, 16. Num. XXII, 13. Deut. XXV, 7. 1 Sam. VIII, 19. 2 Sam. II, 23. XIII, 9. 1 Reg. XX, 35. XXI, 15. 2 Reg. V, 16, apud poëtas et prophetas Iob. VI, 7. Ps. LXXVIII, 10. Prov. XXI, 7. 25. Hos. XI, 5. Jer. V, 3. XI, 10. XXV, 28. XXXI, 15. b) rarius et poët. sq. inf. nudo. Ps. LXXVII, 3. Jer. III, 3. IX, 5. XV, 18. L, 33. c) absol. Gen. XXXIX, 8. XLVIII, 19. 1 Sam. XXVIII, 23, passim de his, qui Deo morem gerere nolunt Jes. I, 20. Ps. LXXVIII, 10.

מָאֵן adj. verbale, *nolens, renuens*, c. pronomm. personalibus pro verbo fin. Exod. VII, 27: אִם מָאֵן אַתָּה IX, 2. X, 4, sq. gerundio.

מֵאֵן verbale Piël id., sed intens. Pl. מֵאֲנִים Jer. XIII, 10 sq. gerundio.

מָאַס 1) i. q. נָמַס *liquefactus est, diffluxit* (cf. chald. מְאַס i. q. נְמַס Ps. XXXVIII, 6. LVIII, 9 Targ. et נְאַךְ i. q. מְבַךְ). Vide Niph. no. 1. Spec. de vulnere, quod sanie diffluit (Iob. VII, 5, cf. arab. مَسَسَ late patuit vulnus), a quo prope abest *foetendi* et *fastidii* significatio. Unde

2) *repudiavit, reiecit* (nisi fallor, a fastidii notione cf. זָנַח), opp. בָּחַר. Jes. VII, 15: לְדַעְתּוֹ מָאוֹס בָּרָע וּבְחוֹר בַּטּוֹב *donec didicerit repudiare malum et eligere bonum.* Comm. 16. XLI, 9. Iob. XXXIV, 33. 2 Reg. XXIII, 27. Coniungitur sq. acc. pers. vel rei Ps. CXVIII, 22: אֶבֶן מָאֲסוּ הַבּוֹנִים *lapis* quem *reiecerunt aedificantes* Jes. XXXI, 7. Iob. XXXI, 13, sq. ב Jes. XXXIII, 15, sq. accus. pers. et gerundio Iob. XXX, 1: אֲשֶׁר מָאַסְתִּי אֲבוֹתָם לָשִׁית עִם כַּלְבֵי צֹאנִי *quorum patres non dignos habui, quos praeficerem canibus gregis mei*, it. sq. נִין cum inf. 1 Sam. XVI, 1: אֲנִי מְאַסְתִּיהוּ מִמְּלֹךְ עַל יִשְׂרָאֵל *ego reieci eum ab imperio in Israelitas.* XV, 23. 26. Jerem. XXXIII, 26. Hos. IV, 6. Absol. omisso accus. Ioh. VI, 14: מָאַסְתִּי *reprobo* ista (Comm. 13). XLII, 6. Spec. frequentatur a) de Deo, qui reprobat vel singulos homines Iob. VIII, 20. X, 3. XXXVI, 5, vel universum populum Lev. XXVI, 44. Jer. VI, 30. VII, 29. XIV, 19. XXXI, 37. Ps. LIII, 6. LXXVIII, 59. 67, vel denique cultum hominum impiorum Am. V, 21, sq. acc. et ב. b) de hominibus, qui vel Deum ipsum reprobant Num. XI, 20. 1 Sam. X, 19, vel certe praecepta eius 1 Sam. XV, 23. Jes. V, 24. XXX, 12. Jer. VIII, 9. Ez. V, 6. XX, 13. 16. 24. Am. II, 4. Iob. V, 17. Prov. III, 11, cognitionem eius Hos. IV, 6.

3) *sprevit, nihili aestimavit*, sq. acc. Iob. IX, 21: אֲמָאַס חַיַּי. Jes. XXXIII, 8: מָאַס עָרִים *spernit urbes* munitas, i. e. contemnit, non timet eas. Prov. XV, 32, sq. בְּ Iud. IX, 38. Iob. XIX, 18: גַּם עֲוִילִים מָאֲסוּ בִי. Absol. Ez. XXI, 18: שֵׁבֶט מֹאֲסָתִי *tribus fastidiosa*, quae tribus iam deportatas aspernabatur. Inf. מָאֹס Thren. III, 45 subst. *aversatio, contemtio.*

Niph. 1) *liquefactus est, diffluxit*, v. rad. no. 1. Ps. LVIII, 8: יִמָּאֲסוּ כְּמוֹ מָיִם *diffluant instar aquarum.* Symm. διαλυθήτωσαν. Hieron. dissolvantur. Targ. יִתְמַסְמְסוּן. Spec. de vulnere, quod sanie diffluit. Iob. VII, 5: גְּוִיָּתִי רָגַע וַיִּמָּאֵס *cutis mea coalescit et denuo sanie diffluit.* (In cod. Regiom. 2 correctum est וַיִּמַּס). Syr. et Targ. אִתְנְסִי liquefacta est. Cf. Ps. XXXVIII, 6 Targ.: מְאִיסוּ הִתְבַּשְּׁשִׁי pro hebr. נָמַקּוּ חַבּוּרֹתָי praeterea נָמַס de pecore scabioso 1 Sam. XV, 9. — 2) *repudiari* Jes. LIV, 6. Ps. XV, 4: נִמְאָס *repudiatus* a Deo, der Verworfene, reprobus.

מָאַר in Kal inusit., sed cognatum, ut videtur, radici מָרַר acerbus, amarus fuit, cf. מָאַס et בָּסַס (Arab. مَأَرَ recruduit vulnus, excitavit inimicitias, odium, مَأْرٌ concepit odium, quae omnia ab acerbi potestate ducta sunt).

Hiph. part. מֵמִיאִיר *acerbum faciens* i. e. dolorem acerbum excitans. Ez. XXVIII, 24: סִלּוֹן מֵמִיאִיר *spina dolorem afferens*, parall. מַכְאִיב. LXX σκόλοψ πικρίας, Vulg. offendiculum amaritudinis. Fem. צָרַעַת מַמְאֶרֶת Levit. XIII, 51. 52. XIV, 44 *lepra dolorem afferens* i. e. maligna. Simile quiddam expresserunt vett. verss. LXX ἐμμονός. Vulg. perseverans. Syr. ܣܒܪܢܝܐ. Saad. ملحق perniciosa.

מְאֵרָה v. אָרַר.

מָג m. *magus*, nomen sacerdotum et sapientum apud Medos, Persas et Babylonios, vide Hyde de rel. vett. Persarum p. 372 sqq. Brisson. de regio Persarum principatu lib. II p. 178 sqq. Heeren hist. Werke. T. X p. 451 sqq. (Respondent pers. مغ *mogh* magus, a مك *mik* magnus, dux; zend. *mch*, mağ; mâo; sanscr. *mahat, mahâ* magnus, rad. *mah* erescere, venerari, cf. gr. μέγας, lat. *magis, magnus*; goth. *magan* posse, *mahts* potentia, *mahtig* potens. רַב־מָג per appositionem *princeps magus*, praefectus magorum regis Babyloniae Jer. XXXIX, 3, regis etiam in expeditione bellica comes.

מָגַד rad. inusit. Arab. مَجَدَ honore, gloria excelluit, مَجْدٌ nobilitas, honor, gloria, مَجِيدٌ nobilis, generosus. Equidem non dubito, quin pr. idem sit quod נָגַד (m et n permutatis) نَجَدَ *princeps, nobilis fuit*, unde نَجِيدٌ princeps.

מָגֵד m. *praestantissimum, nobilissimum.* (Kimchi: חבשבח והמעולה). Deut. XXXIII, 13: מֶגֶד שָׁמַיִם *praestantissimum coeli* i. e., ut statim sequitur, pluvia, ros. Vers. 14: מֶגֶד תְּבוּאוֹת שָׁמֶשׁ *praestantissimi proventus solis.* Vers. 15: מֶגֶד גִּבְעוֹת עוֹלָם. Vers. 16: מֶגֶד אֶרֶץ וּמְלֹאָהּ. Cant. IV, 13: פְּרִי מְגָדִים *fructus praestantissimi.* Vers. 16 et adeo omisso פְּרִי VII, 14: כָּל־מְגָדִים *pretiosissima quaeque*, int. fructus praestantissimos. — Ubique intelliguntur praestantissimae naturae dotes, maxime fructus praestantiores. Non male LXX in Cant. ὀχωδοία fructus primi et praestantiores. Syr. ܦܝܪ̈ܐ, pl. ܐܦܣܦܪ̈ܐ fructus, Saad. in Deut. ثمر, Vulg. ubique *poma*, Deut. XXXIII, 13: de pomis coeli, 14: de pomis fructuum, Cant. IV, 13: cum pomorum fructibus, VII, 3: omnia poma, et eodem modo Syri, apud quos ܦܝܪ̈ܐ fructus *aridos* (ثمر يابس) significat.

מָגְדּוֹ n. pr. *Megiddo* v. rad. גָּדַד.

מַגְדִּיאֵל (laus Dei) n. pr. principis Edomitarum Gen. XXXVI, 43. 1 Par. I, 54.

מִגְדָּנוֹת pl. f. *res pretiosae* Gen. XXIV, 53. 2 Par. XXI, 3. XXXII, 23. Esr. I, 6. Ex verbis 2 Par. XXI, 3: *et dedit iis pater eorum dona multa* לָהֶם אֲבִיהֶם וַיִּתֵּן מַתָּנוֹת רַבּוֹת עִם וְלַמְּמְלָכוֹת, apparet, מ neque cum maxima vett. intpp. parte *dona*, neque cum Castello al. *fructus nobiliores* explicari posse, sed res pretiosas in genere significare, et hoc quidem loco, ubi ab auro et argento distinguitur, fortasse gemmas, vestes splendidas, aromata aliasque id genus res intelligendas esse.

מָגוֹג v. גוג p. 270. 271.

מָגַן in Kal inusit.

Pi. מִגֵּן *dedit, tradidit* (Kimchi: נתן ומסר). Sq. acc. pers. Gen. XIV, 20: אֲשֶׁר מִגֵּן צָרֶיךָ בְּיָדֶךָ LXX *ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι.* Chald. מְסַר. Saad. أَسْلَمَ. Sq. dupl. acc. pers. et rei Prov. IV, 9: עֲטֶרֶת תְּפָאֶרֶת תְּמַגְּנֶךָּ. Parall. תֵּתֶן, it., ut נָתַן, שִׂים, *fecit aliquem aliquid.* Hos. XI, 8: אֵיךְ אֶתֶּנְךָ אֶפְרָיִם אֵיךְ אֲמַגֶּנְךָ יִשְׂרָאֵל אֵיךְ אֶתֶּנְךָ כְּאַדְמָה אֲשִׂימְךָ כִּצְבוֹיִם (אִיהּ). Alii אֲמַגֶּנְךָ h. l., ut reliquis duobus locis, interpretantur: num *tradam te?* sc. hostibus. Symm. ἐκδώσω σε. Chald. exterminabo te, renitente parallelismo. (Respondere videtur arab. مَكَنَ valuit. II. IV. potestatem alicuius rei concessit, ג et כ permutatis. Aliis denom. visum est a מָגֵן clypeus, male).

מָגַר *proiecit, tradidit* i. q. הִסְגִּיר, נָגַר. (Syr. ܐܫܠܡ intrans. cecidit. Chald. Pa. deiecit, proiecit). Semel in Part. pass. Ez. XXI, 17: מִגְּרִי עַל חָרֶב *proiecti gladio* i. e. in potestatem eius traditi. Recte מגרי ad hanc radicem (non ad גור) retulit iam R. Jonas, quamvis interpretatur: נפילי חרב *caesi a gladio*, quod per עַל particulam non licet.

Pi. id. Ps. LXXXIX, 45: הִגַּרְתָּה.

מִגְרוֹן (locus praeceps) n. pr. oppidi Benjaminitarum prope Gibeam 1 Sam. XIV, 2. Jes. X, 28.

מַגְרֵעָה v. pag. 275.

מְגֻדָּד Jes. XL, 12. Ez. XL, 12. 20. 24, pl. מִגְדָּדוֹת Deut. XXI, 2, sed defect. מִגְדֹתֵי Jes. LXV, 7, מִגְדֹתָם Num. XXXV, 5, inf. גֹּד Zach. II, 6, fut. יָגֻדָּד c. Vav convers. וַיָּגֻדָּד

1) *extendit*, v. Hithpa. et nomina גֹּד, גְּדָה. (Arab. مَدَّ extendit, expandit, v. c. مَدَّ اللّٰهُ الأَرْضَ expandit Deus terram; procerus fuit Gol. Contigua sunt مَدَّى it. مَدَّ dilatavit, مَدِىَ amplus fuit).

2) *mensus est.* (Et hoc quidem significatu in linguis indogerm. respondent sanscr. *mâd*, *mâ* metiri, zend. *mećté*, *maté*, gr. *μέτρον*, *μέδιμνος*, lat. metior, meta, it. modus, modius, moderor, goth. *mitan*, anglosax. *metan*, nostr. *messen* cf. Pott etym. Forsch. I, p. 194. 195). Proprie est: *mensus est* longitudinem rei *extenso* fune mensorio Num. XXXV, 5. Ez. XL, 5 sqq. XLI, 1 sqq. XLII, 16. 17. XLV, 3. XLVII, 3 sqq., dein spatium planitiei, quod in longitudinem et latitudinem patet (der Flächenraum) Ezech. XL, 20. Zach. II, 6. Deut. XXI, 2, denique mensuram cubicam, velut frumenti Ruth III, 15. Exod. XVI, 18, inde aquae. Jes. XL, 12: מִי מָדַד בְּשָׁעֲלוֹ מַיִם Metaph. Jes. LXV, 7: יַחְדָּו פִּשְׁעֵיכֶם רִאשֹׁנָה וְחֵיקָם עַל מָדַדְתִּי פָּעֳלָתָם *admetiar facinora eorum priora in sinum eorum.*

Niph. pass. no. 2. Hos. II, 1. Jer. XXXI, 37. XXXIII, 22.

Pi. מִדֵּד (ad formam אִבֵּד, כִּבֵּד, גִּדֵּל cf. Lgb. 314) fut. וַיְמַדֵּד 1) intens. *extensus est*, *longus est.* Iob. VII, 4: נָמַדְתִּי עָרֶב *extensa s. longa fit vespera.* Ita iam Saad. inedit., qui integrum locum sic vertit: وَاللَّيْلُ طَوِيلٌ تَمَلْمَلَ السَّهْرِ الَى السَّحَرِ *nox longa est, et fastidio vigilationem usque ad auroram* Moses Gekatilia: تَمَلْمَلَ اللَّيْلِ. Alii transitive: *extendit* Deus *vesperam.* Aliis denique מְמַדֵּד est nom. act. a נָמַד fugit, fut. יָמַד, ut vertatur (quando) *fuga noctis?* quando tandem fugit nox? Sed illud praestat.

2) i. q. Kal no. 2. 2 Sam. VIII, 2 (R. Tanchumi comment. ined. ad h. l. vide ap. Roedigerum, de intpp. arab. p. --). Ps. LX, 8: עֵמֶק סֻכּוֹת אֲמַדֵּד *vallem Succoth metiar* i. e. admetiar militibus meis victoribus, qui novi colori futuri sunt.

Po. מִידֵּד i. q. Pi. no. 2. Hab. III, 6: עָמַד וַיְמַדֵּד *stat* (deus) *et metitur terram* sc. oculis lustrat eam. Ita Vulg. Kimchius al. coll. Hithpo. Sed Chald

אַדְמָה *commovet* s. *concutit terram.* LXX. *ἰσαλεύθη ἡ γῆ*, a rad. נוּד q. v., idque parallelismo membrorum accommodatius est, sequitur enim: רָאָה וַיְתַר גּוֹיִם *videt et terrorem incutit gentibus* (ut sibi respondeant עָנָד et רָאָה, ויתר גוים et וירגד ארץ, non, ut Hitzigius vult, רָאָה et וַיְנַדֵּד אָרֶץ. Contra *metiendi* significatus certiore linguae usu commendatur (cf. Hithpo), quum rad. נוּד in lingua Hebraea insolita sit.

Hithpo. הִתְמוֹדֵד *extendit se*, sq. עַל super aliquo. 1 Reg. XVII, 21.

מַד c. suff. מִדּוֹ Ps. CIX, 18, מַדּוֹ Lev. VI, 3. 2 Sam. XX, 8, מִדָּה Iob. XI, 9, pl. מִדִּים, c. suff. מִדָּיו Ind. III, 16. 1 Sam. IV, 12. XVII, 38. 39. XVIII, 4, semel מִדִּין Ind. V, 10, c. suff. מִדִּינָהּ Jer. XIII, 25 m. 1) *vestis*, ab expandendo dicta (a rad. no. 1) Lev. Ind. et Sam. ll. cc. Ps. CIX, 18, it. *stragula*, quibus nobiliores insidere solent. Ind. V, 10: יֹשְׁבֵי עַל מִדִּין. — 2) *mensura* (a rad. no. 2). Iob. XI, 9. Jer. l. c. נְתַח מִדָּתֵךְ *portio tibi admensa.* (Arab. مَدٌّ mensura quaedam aridorum).

מָדָה pl. מִדּוֹת f. 1) *extensio, longitudo.* אִישׁ מִדָּה vir longus, vir procerae staturae 1 Par. XI, 23. XX, 6, pl. אַנְשֵׁי מִדּוֹת Jes. XLV, 14 et אַנְשֵׁי מִדּוֹת (cf. de plurali compositorum Gramm. hebr. §. 106, 2). Num. XIII, 32. (Arab. مَدِيدٌ procerae staturae vir). בֵּית מִדּוֹת domus magna, ampla Jer. XXII, 14. — 2) i. q. מַד no. 1 *vestis.* Plur. מִדּוֹת Ps. CXXXIII, 2. — 3) *mensura.* Exod. XXVI, 2: מִדָּה אַחַת לָכְלָּם מִדַּת הַיְרִיעוֹת *eadem mensura* sit *cunctis aulaeis.* Comm. 8. XXXVI, 9. 15. Lev. XIX, 35. 1 Reg. VI, 25. VII, 37. Ez. XL, 10. 24 sqq. XLVI, 22 al. חֶבֶל מָדָה funis mensorius Zach. II, 5, קָנֶה מָדָה regula mensoria Ezech. XL, 3. 5. It. *portio* demensa Neh. III, 11. 19. 20. 21. 24. 27. 30. Metaph. Ps. XXXIX, 5: מִדַּת יָמַי נִיחַ הֵיא. (Arab. مَدَّةٌ spatium temporis locique). — 4) i. q. chald. (q. v.) *tributum* Neh. V, 4.

מִדָּה m. chald. *tributum*, pr. *pars demensa* pecuniae (cf. Esr. VI, 8) a quovis cive solvenda Esr. IV, 20. Scribitur etiam Dagesch forti in Nun resoluto מִנְדָּה Esr. IV, 13. VII, 24. Respondet syr. ܡܰܕ̈ܳܐ, quod ponitur pro hebr. בַּד Gen. XLIX, 15. Deut. XX, 11, et pro chald. מִנְדָּה Esr. IV, 13.

מִדִּין (vel mensurae, vel stragulae) n. pr. oppidi in planitie tribus Judae. Jos. XV, 61.

מְמַד pl. מְנִיָּדִים m. *mensurae* (terrae Iob. XXXVIII, 5.

מָדַד i. q. נָדַד *extendit, mensus est*, rad. in verbo musitata. Arab. مَدَّ extendit VI. prolongatus, longus, diuturnus fuit, مُدًى mensurae genus. Inde

מַדּוֹ pl. c. suff. מַדָּיו m. *vestis.* 2 Sam. X, 4. 1 Par. XIX, 4.

מָדוֹן m. *longitudo, proceritas.* 2 Sam. XXI, 20 Keri: אִישׁ מָדוֹן vir procerus, i. q. אִישׁ מִדָּה 1 Par. XX, 6. Chethibh מדין appellandum est מִדִּין *mensurae*, a sing. מַד. — Aliud מָדוֹן vide sub rad. דּוּן.

* * *

מָדַי f. (Jes. XXI, 2) n. pr. *Media, Μηδία*, nobilis Asiae regio, ab occidente et austro maris Caspii sita (vid. Strabo XI p. 522 sqq. ed. Casaub. Cellarii notit. II, 665. Cl. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 1, 276 sqq.). 2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11 (ubi memoratur decem tribuum in *urbes Mediae* deportatio). Jer. XXV, 25. LI, 11. 28 (ubi *reges Mediae* in eversoribus Babyloniae recensentur). Esth. I, 3. 14. 18. 19. X, 2 (ubi Persia et Media coniunguntur, ut Ahasveri imperium). Dan. VIII, 20, et *Medi* Gen. X, 2. Jes. XIII, 17. XXI, 2. Dan. IX, 1. Cf. chald. — Nom. gentil. מָדִי *Medus* Dan. XI, 1. — Syri retinent ܡܺܕ̈ܝ Media, ܡܳܕ̈ܝ Medus, sed arab. terra appellatur ماد, ماذان, incolae ماذي, ماذيون (quam scripturam temere sollicitat Michaëlis spicileg. I, 37. v. ad Castell. h. v. et Fraehn de Musei Spreviziani numis Cuficis p. 101), armen. Մարք (d in r mutato, cf. Bindseil Abhandl. zur vergleichenden Sprachkunde I, pag. 302) Mos. Choren. pag. 363. De etymo varias coniecturas dedit Wahlius (Asien pag. 534), in his unam, de qua *Media* esset *terra in medio* sita coll. voce pehleviea *miavad* medius: quam confirmavit Bohlenius (Hall. Allgem. Litt. Zeit. 1834 no. 116) coll. sanscr. *madhya* medium, et Polyb. 5, 44: ἡ γὰρ Μηδία κεῖται μὲν περὶ μέσην τὴν Ἀσίαν. Mihi quoque placet hoc etymon, quanquam non Asiae, sed *totius terrae medium* intellexerim, ut Sinensium imperium apud eos *imperium in medio situm, flos medii* appellatur.

מָדַי chald. id. *Media.* Esr. VI, 2: נָוֵי מְדִינְתָּא *Media provincia.* Dan. V, 28. VI, 13. Nom. gentil. empbat. מָדָאָה Dan. VI, 1 Keri, Chethibh מָדָיָא.

* * *

מַדַּי (contr. ex מַה־דַּי) *quod sufficit* 2 Par. XXX, 3, vide מַה not.

מִדַּי v. דַּי.

מִדָּן v. rad. דּוּן.

מָדָן v. ibid.

מַדּוּעַ *cur?* v. rad. יָדַע p. 574.

מָה, מַה־, נָה־ sq. Dagesch, מָה, מֵי, מִי (de quarum formarum discrimine v. notam)

A) 1) pron. interrogativum: *quid?*, de rebus usitatum, ut מִי de personis. (Arab. مَا, syr. ܡܢ, sed aeth. ምን). Ponitur in interrogatione recta Gen. IV, 10: מָה עָשִׂיתָ *quid fecisti?* Jes. XXXVIII, 15: מָה אֹמַר *quid dicam?* Esth. V, 6: מַה־שְּׁאֵלָתֶךָ *quid est petitio tua?* lat. quae est petitio tua? quid petis? 1 Sam. IV, 16. 2 Reg. IV, 13 et sexcenties; et in obliqua, post verbe nunciandi (1 Reg. XIV, 3: *ille nunciabit tibi*, מַה־יִּהְיֶה לַנַּעַר *quid futurum sit puero.* Neh. II, 12. Mich. VI, 8), loquendi (הָבֵר Iob. XXXIV, 33), videndi (רָאָה Num. XIII, 18: רְאִיתֶם אֶת־הָאָרֶץ מַה־הִוא *et videbitis terram, quae* qualis *sit.* 1 Sam. XXV, 17. Jer. VII, 17. Hab. II, 1; יָדַע Exod. II, 4: לְדַעַת מַה־יֵּעָשֶׂה לוֹ Esth. IV, 5. Iob. XXXIV, 4), audiendi (שָׁמַע Iud. VII, 11. Jerem. V, 15. Ezech. XXXIII, 30), reminiscendi (Mich. VI, 5) al., licet plurima huius generis commodius referas ad significationem *id quod* no. 2. — Postponitur in genit. Jer. VIII, 9: חָכְמַת־מָה לָהֶם *cuiusnam* rei *scientia est illis?* Contra praemittitur substantivis in genitivo cogitandis, ut מַה־בֶּצַע *quid lucri?* Ps. XXX, 10, מַה־דְּמִוּת *quid similitudinis?* Jes. XL, 18, licet in his etiam appositio esse possit (cf. arab. مَا خُطْبُ *quae res*, apud Dscheririum, pro ای خطب v. Freytag s. v. ما litt. g.). Refertur etiam ad pluralem Zach. I, 9: מָה־אֵלֶּה הֵמָּה אֵלֶּה *quid* sunt *illi?* 1 Reg. IX, 13. (Syr. ܡܢܘ ܐܠܝܢ quid sunt illi? i. e. quinam sunt illi, Knös Chrest. p. 80, 10). — Ellipsis est in his verbis Iud. XVIII, 8: מָה אַתֶּם *quid vos?* sc. nuncii affertis. Ceterum nota:

a) Ubi refertur ad substantiva, saepe interrogat de *qualitate* rerum et personarum, ut lat. *qualis*, nostr. *was für ein, wie beschaffen.* (Arab. ما الشئ *quid* i. e. qualis *tu?* ܡܢ ܐܢܬ qualis est fama eorum, v. Agrell. snppl. p. 255. 257). 1 Sam. XXVIII, 14: מַה־תָּאֳרוֹ *quid* (qualis) est *forma eius?* 2 Reg. I, 7: מָה מִשְׁפַּט הָאִישׁ *quae* erat *ratio illius viri?* Num. XIII, 18: וּרְאִיתֶם אֶת־הָאָרֶץ מַה־הִוא. XVI, 11: *et Aharon* מַה־הוּא כִּי תלונו עָלָיו *qualis ille* (quid vobis iniuriae intulit) *quod murmuratis contra eum?* Saepe est extenuantis v. c. 1 Reg. IX, 13: וּמָה־הֶעָרִים הָאֵלֶּה *quales* sunt *urbes istae?* i. e. quam exiles, miserae. Iob. VI, 11: מַה־כֹּחִי כִּי אֲיַחֵל מַה־קִּצִּי כִּי אַאֲרִיךְ נַפְשִׁי *quale* est *robur meum, ut expectem, qualis finis mihi instans, ut morae patiens sim?* i. e. non tantum est robur meum, non ita comparatus est finis mihi instans, ut cet. Ps. VIII, 5: מָה־אֱנוֹשׁ כִּי תִזְכְּרֶנּוּ *quid* (qualis creatura) *est homo,* ut *eius recorderis?* i. e. haud sane dignus est homo, cuius Deus ita recordetur. CXLIV, 3. Iob. VII, 17; inde frequentatur in formulis exprobrandi, v. c. Gen. XLIV, 15: מָה־הַמַּעֲשֶׂה הַזֶּה אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם *quale est factum, quod fecistis?* (was ist das für eine That?). Iud. VIII, 1: מָה־הַדָּבָר הַזֶּה עָשִׂיתָ־לָּנוּ Jos. XXXVI, 4: *qualis est fiducia ista?* i. e. quam inanis ea est? contra Jos. XXII, 16: מָה הַמַּעַל הַזֶּה *qualis* (quanta, quam turpis) est *haec perfidia!*

b) לָךְ־מָה *quid tibi* est? *quid tibi vis?* Iud. I, 14: מַה־לָּךְ (was ist dir?). Sq. כִּי *quid tibi* vis *quod* (ita agis)? *τί παθὼν τοῦτο ποιεῖς;* Jes. XXII, 1: מַה־לָּךְ אַפּוֹא כִּי עָלִית כֻּלָּךְ לַגַּגּוֹת et omisso כִּי Jes. III, 15: מַה־לָּכֶם תְּדַכְּאוּ עַמִּי *quid vobis* quod *conteritis populum meum?* (Sic Cor. 57, 8: ما لكم لا تومنون *quid vobis* quod *non creditis?* et addita particula *quod* Comm. 10: ما لكم لا تنفقوا فى سبيل الله *quid vobis quod non erogatis in causa Dei?* cf. ما لى 36, 21, ما لكم 37. 25. 90. 38, 62. 57, 8. 10. 68, 36. 71, 12).

Hiph. הֵמִיק *subsannavit, derisit* aliquem. Ps. LXXIII, 8. Chald. Pa. מַיֵּק et Aph. id. unde מְמִיקָנָא derisor, syr. ܐܡܝܩ, unde ܐܡܝܩܘܬܐ subsannatio. In linguis indogerm. respondet *μῶκος, μωκία, μωκάω, —όομαι, μωκίζω, μωκεύω*, gr. recent. *μονίζειν*, quae dicuntur de his qui ore labiisque distortis aliquem derident, vide Henr. Steph. et Schneideri Lex. maj. hh. vv., lat. *mocosus*, de qua voce apud Cic. ad Att. I, 13. Quintil. 11, 3, reponenda v. Salmas. ad scriptt. hist. Aug. p. 283, gall. *se moquer* ex lat. *mocare*, v. Menage origines de la langue française p. 510. Maurerus Ps. I. c. cum usu Arabum et Chaldaeorum hoc ita conciliat, ut in Hiph. pr. sit *stultum reddidit*, inde *ludibrio habuit*. Mihi verbum Hebraeum potius, pariter atque Graecum, gestum quendam subsannandi indicare videtur.

מִיר in Kal inusit. *commutare, permutare*. (Syr. et Sam. מֵר, עֵיר emit, Aph. vendidit, max. annonam, מֵירָא, עֵירְתָא annona. Eodem modo Saadias arabico مار med. Je in Genesi utitur pro hebr. שָׁבַר הִשְׁבִּיר annonam emit, vendidit, v. Castellum. Ceterum מוּר emollitis litteris ortum est ex נָהַר no. II, נָחַר. In Hithpa. pro eo utuntur יָנַר).

Hiph. הֵמִיר 1) *permutavit* aliquid, sq. accus. Lev. XXVII, 33: לֹא יְמִירֶנּוּ *non permutet illud*. Ez. XLVIII, 14. Mich. II, 4: חֵלֶק עַמִּי יָמִיר *hereditatem populi mei permutat* Deus, i. e. alii domino cedit. Sq. בְּ rei, quacum aliquid permutatur Lev. XXVII, 10. Ps. CVI, 20: וַיָּמִירוּ אֶת־כְּבוֹדָם בְּתַבְנִית שׁוֹר *et permutabant gloriam eorum* (Jovam) *cum imagine tauri*. Jer. II, 11. Hos. IV, 7: כְּבוֹדָם בְּקָלוֹן אֶמִיר. — 2) absol. *mutavit*. Ps. XV, 4: *iurat* וְלֹא יָמִיר *neque mutat*, quod inravit. (Cf. Cic. ad fam. 16, 1: neque nunc muto. Ter. Andr. 1, 1, 13. haud muto factum, 5, 4, 46: nihil mutat Chremes de uxore, 1, 5, 7: id mutavit). Ps. XLVI, 3: *non timemus* בְּהָמִיר אֶרֶץ *etiamsi terra mutaret* sc. se s. mutaretur. interiret cf. CII, 27. Ita lat. *mutare* saepe pro *mutari* v. c. odor mutat, animi mutaverunt Liv.

Niph. נָמַר (quasi a rad. מרר) *mutatus est*. Jer. XLVIII, 11.

תְּמוּרָה f. 1) *permutatio* (Tausch), maxime in emendo et vendendo Ruth IV, 7. Inde concr. *quod permutatur, permutatione acquiritur*. Iob. XXVIII, 17 de sapientia: וְתְמוּרָתָהּ כְּלִי פָז *eiusque permutatio* (non) sunt *vasa aurea* i. e. vasis aureis ea non acquiritur. Levit. XXVII, 10. 33 (ubi cod. Sam. תמירה). — 2) *compensatio, retributio*. Iob. XV, 31: כִּי שָׁוְא תֶּהְמַר תְּמוּרָתוֹ *nam malum* (calamitas) *erit retributio* s. praemium *eius*. XX, 18: כְּחַיִל תְּמוּרָתוֹ וְלֹא יַעֲלֹס *reddit quaestum, sicut rem restituendam, de qua non laetatur* (wie ein zu erstattendes Gut, dessen er nicht froh wird).

מוֹר *myrrha*, v. rad. מָרַר.

I. מוּשׁ 1) *cedere, recedere.* (In linguis cognatis non reperitur). Ponitur absol. Jes. XXII, 25: *recedet clavus, qui infixus erat in loco firmo.* LIV, 10: *recedent montes;* sq. acc. loci, Zach. XIV, 4: *et recedit dimidium montis boream versus;* plerumque sq. מִן loci, unde quid recedit. Num. XIV, 44. Iud. VI, 18. Jos. I, 8. Jes. LIX, 21, it. sq. מֵאַחַר Jes. LIV, 10. מִלְּפָנַי pers. Jer. XXXI, 36. — 2) causat. *removere, auferre.* Zach. III, 9: *removebo culpam huius terrae.*

Hiph. 1) causat. *recedere fecit* i. e. *dimisit.* Nah. III, 1: לֹא יָמִישׁ טָרֶף *non dimittit praedam* (al. non dimittit rapinam, non desinit rapere, cf. Jer. XVII, 8); *retraxit, subtraxit* alicui, sq. מִן pers. Mich. II, 3: אֲשֶׁר לֹא תָמִישׁוּ מִשָּׁם צַוְּארוֹתֵיכֶם *cui non subtrahetis cervices vestras.* Comm. 4. — 2) frequentius i. q. Kal, *recessit,* absol. Ex. XIII, 22. Iob. XXIII, 12: מִצְוֹת שְׂפָתָיו וְלֹא אָמִישׁ *mandatum labiorum eius, non recessi* se. ab eo. Sq. מִן loci Exod. XXXIII, 11. Prov. XVII, 13 Chethibh. Jes. XLVI, 7. Ps. LV, 12. Sq. מִן e. inf. Jer. XVII, 8: לֹא יָמִישׁ מֵעֲשׂוֹת פֶּרִי *non desinit, fructus ferre.*

II. מוּשׁ i. q. מָשַׁשׁ *palpare.* (Chald. id. Syr. Pe. et Aph. palpavit, manibus exploravit). Gen. XXVII, 21.

Hiph. id. Ps. CXV, 7 et Iud. XVI, 26 Keri.

מוֹשִׁי (prob. pro מֹשֵׁהּ exploratus a Jova) n. pr. viri Exod. VI, 19. Num. III, 20, defective מֹשִׁי 1 Par. VI, 1. — Patron. id. מוּשִׁי pro מֹשִׁיי Num. III, 33. XXVI, 58.

מוּת praet. מֵת, יָתַי 1) *mori.* (Ita in omnibus linguis semiticis. Arab. موت med. Vav, syr. in praet. ܡܛ. Ceterum media radicalis ת emollita videtur ex liquida r, cf. sanscr. *mrî* mori, *mrita* mortuus, *mrityu* mors, it. *mâth, muth, mith, mêth, mid, mêd* interficere, malaice *mita* interficere et mori, zend. *mreté, mereté,* pehlev. *murdéh, mard* mortalis, homo, pers. مردن mori, gr. *μορτός* i. q. *βροτός*, lat. *mors, mortis, Morta* ap. Liv. Andr., nostr. *Mord* germ. ant. non de caede solum, sed etiam de *morte* usitatum). Dicitur de morte tam hominum quam bestiarum (Ex. XI, 5. Eccl. IX, 4), tam naturali (Gen. V, 8. 11. 14. 17. 20. 27. 31 et sexcenties), quam violenta Exod. XXI, 12. 15. Deut. XIII, 10. XIX, 11. 12. XXI, 21. Iob. I, 19 cet. Instrumentum et causa mortis necisve ponuntur plerumque praevio ב Num. XXXV, 17. 18. 23, v. e. mori gladio (בֶּחָרֶב) Jer. XXXIV, 4. XLII, 17. Am. IX, 10, manu alic. Jos. XX, 9. Jer. XI, 21, fame Jer. XI, 22, peste Jer. XXI, 6. Ez. V, 12, morbo, 2 Par. XXI, 19. Jos. X, 11: *plures moriebantur* בָּאֲבָנִי הַבָּרָד *lapidibus grandinis* quam cet. Iud. XV, 18: אָנוֹשׁ בַּצָּמָא *siti morior,* raro sq. מִן, ut מֵרָעָב מֵת Jer. XXXVIII, 9. — מוֹת יָמוּת *moriendo morietur, moriatur,* frequens formula de eo, cui certa mors nunciatur Gen. II, 17. III, 4. XX, 7. 1 Sam. XIV, 39. 44. XXII, 16. 2 Sam. XII, 14. XIV, 14. 1 Reg. II, 37. 42 al. a quo paullulum differt formula מוֹת יוּמָת, qua in lege Mosaica supplicium indicatur Ex. XXI, 12. 15—17. XXII, 18. XXXI, 14. 15. Lev. XX, 2. 9—13. 15. 16. 27. XXIV, 16. 17. XXVII, 29. Num. XV, 35. XXVI, 65. XXXV, 17. 21. 31. — חָלָה לָמוּת aegrotavit ad mortem, mortifere 2 Reg. XX, 1, עַד לָמוּת 2 Par. XXXII, 24, et hyperb. הֲמָמַתְּנִי נַפְשִׁי לָמוּת Iud. XVI, 16 patientiam abrupit. Translate *mori* dicitur a) *truncus arboris* Iob. XIV, 8. Cf. Senecae epist. 58: placet enim satis et arbustis animam inesse: itaque et vivere illa et mori dicimus. Kimchi ad Ps. LXXVIII, 47 („occidit vites eorum"): etiam plantae mors convenit, quia in ea est anima vegetativa. Hor. Epist. 1, 12 ... seu pisces, seu porrum et caepe trucidas. b) *Mortua* appellatur *terra, quae inculta iacet.* Gen. XLVII, 19: *quare moriamur, nos et terra nostra.* Quod quid sit, intelligitur ex extremis commatis verbis: וְהָאֲדָמָה לֹא תֵשֵׁם. „Nempe mori terra dicitur, cum inculta iacet et desolata, quia in proventu suo vivit aliquo modo. Hinc Martial. epigr. 13, 12: suburbanus ne moriatur ager. Et Statius Theb. 5, [528] ubi de serpente: moriturque ad sibila campus." Bochart. in Hieroz. T. I. p. 1. Adde ex usu Arabum, ميوت الارض mors terrae i. e. sterilitas eius Cor. 2, 159, بلدة ميت regio mortua i. e. arida, sterilis 25, 51, Sur. 29, 63: *quis demittit de coelo aquam* وَأَحْيَا بِهِ الْأَرْضَ مِنْ بَعْدِ مَوْتِهَا *et vivificat ea terram post mortem eius,* مَوَات terra mortua et culturae expers, v. Tarifat ap. Freytag. h. v., أَحْيَا أَرْضًا مَوَاتًا vivificavit terram mortuam sc. irrigando eam aquis, Koduri apud Rosenmüllerum, Anal. arab. I, p. 12, no. 40. 41. Wüstenfeld Navavi pag. 22. — c) *Moritur* cor alic., ubi torpescit 1 Sam. XXV, 37, cf. הָיָה Gen. XLV, 27. Iud. XV, 19. — d) Iob. XII, 2: תָּמוּת חָכְמָה *vobiscum emoritur* i. e. exstinguitur, interit *sapientia.*

2) *interiit, periit,* de civitate Am. II, 2. Hos. XIII, 1, v. יָתַי.

Part. מֵת moriens, moriturus Gen. XX, 3, mortuus Num. XIX, 11. 13. 16, sine sexus discrimine (ut nos dicimus *ein Todter, ein Kranker,* cf. gramm. hebr. §. 105, 1 not.) Gen. XXIII, 4. (Arabes distinguunt مَيِّت et مَيْت mortuus, مَائِت moriens. Cod. Sam. ferme ubique more Aramaeorum plene scribit מיית). Plur. מֵתִים de *idolis,* opp. deo vivo (אֵל חַי) Ps. CVI, 28, neque vero Jes. VIII, 19. — מֵתֵי עוֹלָם defuncti tempore prisco Thren. III, 6.

Pil. מוֹתֵת *interfecit, occidit* Iud. IX, 54. 1 Sam. XIV, 13. XVII, 51. Ps. XXXIV, 22. 2 Sam. I, 9. 10. 16.

Hiph. הֵמִית 2 pers. הֲמִיתָ, 1 pers. cum Suff. הֲמִיתִיו 1 Sam. XVII, 55, הֲמִיתָהּ Hos. II, 5 id. Iud. XVI, 30. 2 Sam. III, 30. XXI, 1, saepe de morte ab ipso Deo per morbos, famem al. immissa Jes. LXV, 15. Hos. II, 5. Ex. XVI, 3. XVII, 3. Num. XIV, 15. XVI, 13 (cf. arab. أَمَاتَ letali morbo exstinxit, max. pecora), passim opp. verbo הָרַג, quod ubique de morte violenta per hominum manus illata adhibetur cf. Jes. XIV, 30. Unde Part. מְמִתִים *occidentes* i. e. sec. Aben Esram angeli mortis Iob. XXXIII, 22.

Hoph. הוּמַת *occisus est.* Deut. XXI, 22 al. De formula מוֹת יוּמַת vide ad Kal.

מָוֶת m. cstr. מוֹת 1) *mors.* (Arab. مَوْتٌ, syr. ܡܘܬܐ). Dicitur de morte tam naturali quam violenta. כְּלֵי מָוֶת tela mortifera Ps. VII, 14. יָשַׁן מָוֶת somnum mortis dormivit. Ps. XIII, 4. בֶּן־מָוֶת 1 Sam. XX, 31. XXVI, 16 et אִישׁ־מָוֶת mortis reus 1 Reg. II, 26. 2 Sam. XIX, 29. מִשְׁפַּט מָוֶת crimen capitale Deut. XIX, 6. XXI, 22. עֲפַר מָוֶת pulvis mortis i. e. sepulcrum Ps. XXII, 16. — חֶבְלֵי מָוֶת, נֹקְשֵׁי מָוֶת laquei mortis, quibus mors mortalibus quasi insidiari dicitur Ps. XVIII, 5. 6. Prov. XIII, 14, cf. aliam prosopopoiam Ps. XLIX, 15: מָוֶת יִרְעֵם *mors pascet eos*, instar pastoris ducet eos ad orcum. Cant. VIII, 6: עַזָּה כַמָּוֶת אַהֲבָה *potens instar mortis est amor.* — Ion. IV, 9: חָרָה לִי עַד מָוֶת cf. Sir. XXXVII, 2. Mt. XXVI, 38. — Poet. pro *mortuis* Jes. XXXVIII, 18. — 2) *locus* s. *domicilium mortuorum* i. e. *orcus* Iob. XXVIII, 22, unde שַׁעֲרֵי־מָוֶת portae orci Ps. IX, 14, חַדְרֵי־מָוֶת penetralia orci Prov. VII, 27. — 3) *morbus letalis, pestis* Jer. XV, 2. XVIII, 21. XLIII, 11. Iob. XXVII, 15, cf. θάνατος Apoc. VI, 8. XVIII, 8, chald. מוֹתָא, נוֹתָא, syr. ܡܘܬܐ, arab. مَوَتَانٌ id. Abdoll. p. 119. 144. Abulphar. p. 49. 54, et germ. *schwarzer Tod* de morbo pestifero medii aevi. — 4) *pernicies* (opp. חַיִּים felicitas). Prov. XI, 19. XII, 28. Jes. XXV, 8. Exod. X, 17. — Cum ה parag. הַמָּוְתָה Ps. CXVI, 15, plur. מוֹתִים Ez. XXVIII, 10. Jes. LIII, 9 (sed vide de h. l. sub voce בָּמָה pag. 188).

מוֹת chald. id. Esr. VII, 26).

מְמוֹת, tantum in pl. מְמוֹתִים *mortes*, in hac formula: מְמוֹתֵי חֲתֻלִים יָמוּת. Jer. XVI, 4, cf. Ezech. XXVIII, 8. Praeterea 2 Reg. XI, 2 Chethibh pro concr. *interfecti*, sed Keri habet מוּמָתִים.

תְּמוּתָה f. *mors*, unde בְּנֵי תְמוּתָה i. q. בְּנֵי מָוֶת Ps. LXXIX, 11. CII, 21.

מָזַג rad. Hebraeis inusitata, i. q. מָסַךְ (q. v.) *miscuit*, spec. temperavit vinum aqua, quod facere solebant, ubi vinum infundebant in poculum, cf. gr. κεράννυμι. Chald. מְזַג id. it. vinum infudit alicui, v. Buxtorf. מִזְגָא, מְזִיגָא vinum infusum, poculum vino plenum, מָזוֹגָא pincerna, syr. ܡܙܓ Pe. et Pa. miscuit, Pa. etiam pro gracco καπηλεύω (vinum adultero) 2 Cor. II, 17, ܡܙܓܢܐ poculum, Bar Bahlul كَاسٌ. Arab. مَزِجَ miscuit, spec. vinum aqua Abulf. Ann. IV, 468. Cor. 76, 17. مَمْزُوجٌ vinum aqua mixtum, de qua voce vide Freytag. IV, 174. Apud Arabes et Rabbinos verbum etiam de animi indole varie temperata usurpatur (vom Temperamente).

מֶזֶג m. *vinum* idque poculo infusum ibique aqua *temperatum.* Cant. VII, 3. Quum Plinius (H. N. XIV, 13 s. 15 et 19) memoret vinum aromatites, myrrha calamoque odorato conditum, multi interpretes, quibus et ipse adstipulatus sum ad Jes. V, 22, et nostrum vocabulum et מְסֻכָּה, מְסֵכָה (q. v.) tale vinum interpretati sunt: sed désunt tamen (v. Hitzig ad Jes. l. c.) certa *illius* moris apud Orientales testimonia (nam مُفَلْفَلٌ vinum piperatum Amrulk. 81 Kamus vinum interpretatur, quod linguam mordeat i. e. acre; Amru b. K. 1, 2 memoratur aqua calida, Ibn Doreid. 113 aqua rosarum vino admixta; denique verbum مَسَكَ est vinum musco مسك imbuit, denom. a مِسْكٌ muscus), quum contra verbum מָזַג de vino aqua miscendo in linguis cognatis tritum sit.

מָזַד rad. inusit. i. q. מָצָה, מָצַץ (q. v.), arab. مَزَّ *suxit.* Inde

מָזֶה adj. verbale intrans. *exsuctus* (s. v. v.), *exhaustus.* Semel legitur Deut. XXXII, 24: מְזֵי רָעָב *exhausti fame.* LXX. τηκόμενοι λιμῷ. Vulg. consumentur fame. Fürstius active: „*famem* tanquam *sugentes*, germ. am Hungertuche nagend", contra grammaticam, quae significatu activo מְזִי רָעָב flagitaret. Male Kimchius: שׂרפי רעב fame usti, coll. מְזֹג Dan. III, 19 quod est a rad. אָזַג.

מָזָה v. rad. זָוָה.

מָזוֹן v. rad. זוּן.

מָזַח rad. inusit. i. q. מָסַס, chald. אִתְמְזִיחַ diffluxit, pavit. Inde

מִזָּה (timor) n. pr. viri Gen. XXXVI, 13. 17.

מָזַר rad. inusit. et incerta, unde vulgo ducunt

מְזַח m. *cingulum.* Ps. CIX, 19: *sit ei* (maledictio) לַחֲגוֹר תָּגִיד יָחְגֹּרָה *pro zona, qua semper cingatur.* (Ita LXX. Vulg. Chald. Syr. Hieron.). Translate de vinculis, quibus gens aliqua coërcetur. Jes. XXIII, 10: אֵין מִזַּח עוֹד. Et

וה׳לכה כדברי רבי יהושע אומר כל שחייבין עליו ביחה ביה דין אמר רבי יהושע בן עזאי מצאתי מגלת יוחסין בירושלם וכתוב בה איש פלוני ממזר מאשת איש לקיים דברי רבי יהושע i. e. *quinam est spurius? omnis carni propinquus, ob quem transgredimur praeceptum* לא יבוא, haec sunt *verba R. Akibae. Simeon Temanita dicit, omnis propter quem rei sunt excisionis per manus coeli* (Dei), *decisio est iuxta verba eius. R. Josua dicit, omnis propter quem rei sunt mortis in tribunali* (humano). *Dixit R. Josua filius Asai, inveni volumen genealogiae Hierosolymis in quo scriptum erat, N. spurius est ex uxore viri, ad confirmandum verba R. Josuae.* Consentiunt hodierni Judaei, qui homines extra matrimonium genitos adeo ad sacerdotium admittunt, ex adulterio vero et incestu prognatos eadem qua veteres severitate secludunt, et ne matrimonium quidem iis permittunt: nec praeter rem, quum lex Mosaica concubitum cum puella innupta leviter puniat liberosque ex concubitu natos tantummodo in hereditate liberis legitimis posthaberi velit (v. Redslob de Hebraeis obstetricantibus, Lips. 1835 p. 5).

b) de *extraneo*, adiuncta notione turpitudinis, impuritatis, spurcitiei Zach. IX, 6 in descriptione Philistaeae devastatae: וְיָשַׁב מַמְזֵר בְּאַשְׁדּוֹד *et habitabunt Azotum spurci* i. e. peregrini, qui vobis profani videntur. LXX. ἀλλογενεῖς. Targ. *domus Israëlis, qui erat in ea ut peregrini.* Simili tropo populi exteri scortis comparantur Jes. XXIII, 17. 18.

De etymo quae sit coniectura nostra, iam supra diximus. Sed in re tam ambigua alii aliter statuerunt. Ac Talmudicis quidem מַמְזֵר est i. q. מוּם זָר *macula peregrini:* aliis (quos memorat Kimchius, quosque nuper secutus est Hitzig ad Zach. l. c.) מַמְזֵר ortum videtur a rad. זוּר, unde מָזֵר fort. peregrinatio et addita nova praeformativa (ut in מִיצְרָה p. 275) מַמְזֵר *peregrinus* (immo: locus peregrinationis). Ingeniose Redslobius (l. c.) מַמְזֵר dictum esse coniicit pro מַמְצֵר q. d. *crimine Aegyptio genitus* (i. e. ex incestu progenitus), quia incestus apud Persas (Catull. epigr. 89) et Aegyptios (Diod. 1, 27) lege sancitus fuerit (imo apud Aegyptios licitum erat matrimonium cum sorore, ut apud Athenienses et Hebraeorum patriarchas). Sed nonne hac ratione adoptata מַמְזֵר, מַמְצֵר potius esset: qui incestum commisit, מַמְזֵר ex incestu progenitus? Dicendum igitur erat, מַמְצֵר pr. *crimen Aegyptium* (cf. *Sodomiae, Onaniae* crimina itidem a locis et personis appellata) significare, et per metonymiam translatum esse ad eum, qui hoc crimine progenitus sit. Redslobii vestigiis insistit Fürstius l. c. qui et מזר et מצר (unde מִיצָרִים) refert ad sanscr. *micr* miscere, ita ut מַמְזֵר sit *homo tanquam mixtus* (Mischling), pr. mixtura, coll. חֻלְבָּל inquinatio a rad. בָּלַל, et מִצְרַיִם populus mixtus i. q. עֵרֶב Exod. XII, 38, quarum sententiarum prior non displicet, posterior veri speciem habet.

מָחָא i. q. aram. מְחָא, סאפעל *feriit, percussit.* Hebraeis poët. pro vulg. הִכָּה. (Vide ad מָחָה). Sq. בַּף i. q. הִכָּה כַּף (2 Reg. XI, 12) *manus complosit.* Ps

מְזִיחַ cstr. מְזִיחַ id. Iob. XII, 21: מְזִיחַ אֲפִיקִים רָפָּה *cingulum fortium laxat.*

Ac *cinguli* quidem significatio ex contextu locorum, maxime Ps. l. c., certa (nec dubitare debebat Michaëlis in Suppl. p. 1494. 95), sed etymon ambiguum est. Namque מְזִיחַ et מְזַח duci possunt et a radice מָזַח (ad analogiam nomm. מְשִׁיחַ, מָשַׁח) et a זָחַח, זוּחַ, qua ratione adoptata מָזַח esset part. Hiph. a מָזַח, מְזִיחַ vel מַזִּיחַ part. Hiph. a זוּחַ: neutra autem radix, neque מָזַח neque זָחַח vel זוּחַ, apto significatu in linguis Semiticis reperitur. Sed radici tamen monosyllabae זח, זד, זך, זק, שך, שד, et transp. חז *adstringendi, firmandi* vim probabiliter tribuas, cf. חָזַק, חרק, חרז ligavit, constrinxit, חָשַׁךְ tenuit, continuit, it. חָשַׁק, חָרַז, חסק; אֲזִקִּים, זִקִּים vincula (quanquam haec vce. a זקק repeti possunt, pag. 424), אָזַר coarctavit, חרם colligavit, constrinxit cingulo, חֲגוֹר, סחגר cingulum, et nihil impedit, quominus eadem tum bilittero מָזַח, זָחַח, זוּחַ, tum trilittero מָזִיחַ (v. exempla ad מוּל p. 777 laudata) tribuantur. Posterius sequuntur Simonis, Jahnius, Hitzigius al., quibus מַזַּח est i. q. transpositum חֲגוֹר cingulum: prius vulgari analogiae magis etiam consentaneum est.

מָזַר rad. inusit. incertae significationis, vel i. q. מָגַר corruptus fuit, computruit, unde מַגֵּר corruptus (de ovo), *sordidus, spurcus*, de homine; [talm. מְזֻרָּת מיזרת ovum putridum Cholin fol. 140, 2, quod (מ)מְזֻרָּת scribit et huc refert Fürstius, Buxtorfius recte ducit a זוּר: מָזַר enim, quod Fürstius in Gemara „crebris locis" haberi tradit, vereor ut fictum sit]; vel i. q. נָזַר (מ et נ permutatis) despexit, vilipendit (pr., ni fallor, i. q. נָזַר separavit, sed in malam partem, expulit e reliquorum consortio), med. O. exilis, vilis fuit, cf. מזר ignominia affecit (nisi hoc est a carpendo), et syr. ܐܡܙܪ Aph. contemsit. Inde

מַמְזֵר m. spurcities, concr. *spurcus*, inde a) *spurius* i. e. ex prostibulo, adultera, vel ex incestu prognatus. Deut. XXIII, 3, ubi eunucho, *Mamsero*, Ammonitis et Moabitis receptio in ecclesiam Dei etiam post decem generationes denegatur. LXX. ἐκ πορνῆς. Vulg. *de scorto natus* et ita Saad. Syr. ܒܪ ܙܢܝ filius adulteri. (Onk. et Sam. voc. hebr. retinent). Doctores Mischnici hoc vocabulo *spurios* intelligunt, sed non liberos extra matrimonium genitos v. c. ex coitu mariti cum puella innupta, vel caelibis cum innupta, sed qui ex coitu illicito et matrimonio illegitimo orti sunt. Jebamoth c. 4 §. 13: איזהו ממזר כל שאר בשר שהוא בלא יבא דברי רבי עקיבא שמעון התימני אומר כל שחייבין עליו כרת בידי שמים

XCVIII, 8: נְהָרוֹת יִמְחֲאוּ כָף *flumina complodunt manum*, quod exsultantium est. Jes. LV, 12.

Pi. id. Ez. XXV, 6, addito יָד. Inf. c. Suff. מַחֲאָךְ.

מְחָא chald. *feriit*, *percussit*. (In Targg. saepe id. pro hebr. הִכָּה, it. texuit, quod fit percussione filorum, vom Einschlagen der Fäden, it. abstersit, quae nativa significatio videtur, v. מַחְתָּה, מַכָּה plaga, textura. Syr. et zab. ܡܚܐ percussit. Sam. ⱘⱑⱛ, ⱘⱑⱛ, ⱘⱑⱛ id. In Indogermanicis congruit *μάχομαι*, *μάχη*. Sq. j impegit ad aliquid Dan. II, 34. 35. Vett. interpretes huc referunt מְחָא vel, quod multi libri manu scripti et editi habent, מְחָא Dan. V, 19 (Theod. ἔτυπτεν. Vulg. percutiebat. Gr. Venet. *παίων*), sed utraque forma est part. Aph. a חָיָא, inde *vivificans* s. *vivum servans*, ad priorem cf. syr. ܡܚܝܢ 1 Cor. VII, 16, ad posteriorem ipsum part. ܡܚܝܐ vivificans Joh. V, 21. Rom. IV, 17, ܢܚܝ vivificabit Rom. VIII, 11. 2 Thess. I, 7. Saad. مُحْيِيَة.

Pa. מְחָא id. sq. בְּיַד *percussit alicui manum* i. e. cohibuit, compescuit eum. Dan. IV, 32: וְלָא אִיתַי דִי יְמַחֵא *neque est, qui percutiat manum eius* (Dei) *et dicat ei: quid agis?* Est profecto in hac locutione, in quo offendas, sed mitigatur offensio usu loquendi apud Chaldaeos, Talmudicos et Arabes. Eccl. VIII, 3 Targ.: בַּר הוּא נִבְרָא דְמָחֵי בִידֵיהּ *quis ille, qui feriat manum eius* i. e. qui prohibeat eum. Sanhedr. fol. 10, 1 מי גיוחה בידו quis feriet i. e. impediet manum eius? Et omisso יד ibid. fol. 103, 1: היה בידו למיחות ולא גיוחה erat in potestate eius, impedire, neque impedivit. 93, 1. Har. Cons. 32, pag. 358 de Sacy: قَالَ فَهَلْ لَهُ أَنْ يَضْرِبَ عَلَى يَدِ الْيَتِيمِ .... يُقَالُ ضَرَبَ عَلَى يَدِهِ اِذَا حَجَرَ عَلَيْهِ *dixit: num licet ei, percutere manum orphani? ..... dicitur: percussit super manum eius, ubi prohibet eum iudex ab opum usu et potestate.* Vit. Tim. I, 510 Mang.: اضرب على يديك وامنعك من السعي فى الفساد *percutiam super manus tuas et prohibebo te a studio vastandi.* In Kamuso ضرب على يد explicatur, ut supra, حجر prohibuit usu opum, ضربنا على آذانهم percussimus super aures eorum i. e. impedivimus eos, quo minus audirent. Metaphora a pueris desumta est, qui digitis percussis a re vetita deterrentur. Similis imago a iumentis desumta est in his Hariri I, p. 15 de Sacy (20 Schult.) وَقَدَعْتُ نَفْسَكَ *et percute te ipsum in nasum* i. e. compesce te ipsum. Est enim قدع hasta in naso percussit admissarium, camelum equumve, atque ita furentis impetum retudit.

Ithpe. clavis *affixus est* (nostr. angeschlagen werden) Esr. VI, 11.

מָחָה pr. *strinxit*, *levit* (streichen), *tersit* (wischen).

1) a) *abstersit*, *detersit* nostr. abwischen, v. c. paropsidem 2 Reg. XXI, 13 (v. infra litt. b), lacrimas de facie Jes. XXV, 8, os Prov. XXX, 20, litteras de libro, cui inscriptae erant Exod. XXXII, 32. 33, cf. Num. V, 23 de diris libro inscriptis וּמָחָה אֶל מֵי הַמָּרִים *easque detergat in aquas amaras* i. e. easque abluit aquis amaris, ita ut in has quasi decidant. Translate abstersit peccatum i. e. oblivioni tradidit Deus Ps. LI, 3. 11. Jes. XLIII, 25. XLIV, 22: מָחִיתִי כָעָב פְּשָׁעֶיךָ וְכָעָנָן חַטֹּאתֶיךָ *abstergo sicut nubem delicta tua et sicut nebulam peccata tua* (cf. arab. محا quod spec. dicitur de vento nubes detergente, unde محّو tersio s. ventus tergens i. q. aquilo, it. عفا oblitteravit ventus mansionis locum, dein: condonavit delictum Cor. 5, 96. 3, 128). — b) *delevit*, velut homines de superficie terrae (מֵעַל פְּנֵי הָאֲדָמָה) Gen. VI, 7. VII, 4, nomen, memoriam alicuius Exod. XVII, 14. Deut. IX, 14. XXV, 19. Ps. IX, 6. 2 Reg. XIV, 27 (מִתַּחַת הַשָּׁמָיִם), urbem 2 Reg. XXI, 13, quo loco nativa vis servata est: וּמָחִיתִי אֶת יְרוּשָׁלַם כַּאֲשֶׁר יְמָחֶה אֶת־הַצַּלַּחַת מָחָה וְהָפַךְ עַל פָּנֶיהָ *et delebo Hierosolyma, sicut quis abstergit paropsidem, abstergit et invertit eam.*

2) *strinxit* i. e. *feriit*, *percussit* i. q. מָחָא (nostr. streichen, cf. מְחָא 1). Inde מְחִי percussio. Translate sq. עַל: *pertigit*, *pertinuit* ad aliquid (*anstossen* an etwas, anstreichen, anrühren), sensu geographico, de termino. Num. XXXIV, 11: וּמָחָה עַל כֶּתֶף יָם כִּנֶּרֶת. Onk. וּנְגִיחַ. Saad. يَضْرِبُ ferit, tendit ad.

3) *levit* materiam pinguem, inde intr. *pinguis*, *medullosus fuit* i. q. נָחַת (q. v.), cf. infra Pu. A nativa igitur *stringendi* et *linendi* significatione (*streichen*), quae in hac radice usitatissima est, duae aliae profectae sunt (cf. Schult. ad Prov. p. 501), quae frequentius formis cognatis נָחָא et נָחַת (q. v.) designantur. Apud Chaldaeos נָחָא est abstersit et percussit, apud Arabes, ut apud Hebraeos, محا abstersit, abluit, delevit et oblitteravit vestigia rei v. c. urbis vit. Tim. I, 326 Mang., inde delevit urbem ib. I, 108. Conj. II. delevit. In Indogermanicis *stringendi*, *linendi*, *abstergendi* significatu respondet *μάσσω*, *μέμαχα*; *μάσσω* et praemisso sibilo *σμάω*, *σμάω*, *σμίχω*, *σμάχω*. Ad thema *μάσσω* propius etiam accedit נָשַׁשׁ.

Pi. *emedullavit* i. q. arab. مَخَّ Conj. II, et Pu. pass. *emedullatus est*. Vide ad Kal no. 3. Jes. XXV, 6: שְׁמָנִים מְמֻחָיִם *pinguedines emedullatae* i. e. e medulla ossium depromtae, quae pinguedo tenerrima et pretiosissima est. Forma est a sing. מְמֻחִי, pro vulg. מְמֻחָה, unde plur. esset מְמֻחִים, et respondet formae מְיֻקָּקִים in altero membro.

Hiph. (fut. apoc. חֲמִיחַ Neh. XIII, 14, חֲמִיחוּ Jer. XVIII, 23, quod masc. est pro תְּמַחְנָה cf. תְּזֻנִי III, 6)

i. q. Kal no. I, a *oblitteravit*. Neh. XIII, 14: *ne oblitteres* i. e. oblivioni tradas *beneficia mea* cet. it. *condonavit* peccata (addito מִמֶּנִּי יְיָ) Jer. XVIII, 23. — Ad *delendi* vim referunt vulgo etiam Prov. XXXI, 3: וּדְרָכַיִךְ לִמְחוֹת מְלָכִין *et* ne des *vias tuas ad perdendum reges*, לְמָחוֹת pro לְהַמְחוֹת. Vulg. ad delendos reges. Gr. Venet. *ἀπομάττειν βασιλέας*. Nimium enim rei bellicae studium reprehendi putant, cui quidem repugnat prius hemistichium: אַל תִּתֵּן לַנָּשִׁים חֵילֶךָ. Malim igitur: *ne dedas te corruptricibus regum* i. e. pellicibus, sive aliis vocalibus legere placet לְמָחוֹת מְלָכִין, sive מְחוֹת derivabis a nomine participiali מָחָה fem. מָחָה, quanquam hoc vim intransitivam haberet. Similiter Alb. Schult. ne des vias tuas *expugnatricibus* regum, coll. verbo 2 Reg. XXI, 13, sed urbem *detergere* i. e. solo aequare, aliud est atque expugnare.

Niph. נִמְחָה fut. יִמָּחֶה, apoc. יִמַּח (pro יִנָּמַח) Ps. CIX, 13. Gen. VII, 23 (ubi ita in Passivo legunt Buxtorfius, v. d. Hooghtius al., alii in fut. Kal וְיִמַּח Mem raphato, v. J. H. Mich. not. crit.) 1) pass. Kal no. 1, a, *abstersus, oblitteratus est*, ex libro vitae Ps. LXIX, 29, De dedecore oblitterato s. oblivioni tradito Prov. VI, 33, de peccato Ps. CIX, 14. Neh. III, 37, cf. Ez. VI, 6. 2) pass. Kal no. 1, b *deletus est*. De hominibus de superficie terrae deletis Gen. VII, 23, de tribu ex Israële deleta Iud. XXI, 17, de nomine alic. deleto Deut. XXV, 6. Ps. CIX, 13.

מַחַי m. *percussio*, a rad. no. 2. Ez. XXVI, 9: מְחִי חֳמָלָו *percussio rei oppositae* i. e. aries, quo moenia perforant in urbibus oppugnandis. Vulg. vineae et arietes. Aliis חֳמָלָו per se significare videtur tormenti bellici genus, Targ. מיחת חֲנָוָותֵי *percussio tormentorum eius*, Kimchi al. Sed ex etymo hoc vix elicias. Ceterum vide חֳמָלָו.

מָחַד rad. inusit. i. q. מָחָה no. 3 (q. v.) *pinguis, medullosus fuit*, quod a *linendo* ductum est. Arab. مَحَّ IV. medullosum fuit os, obesa fuit ovis. Radices cognatae sunt מָרַח et מָשַׁח levit, oblevit, unxit.

מָחַח adj. 1) *pinguis, medullosus*, spec. de ove. Ps. LXVI. 15. Arab. مَحِيحٌ medullosus, de ove, in cuius ossibus medulla apparet. 2) translate, *dives* (cf. דָּשֵׁן no. 3). Jes. V, 17.

מֹחַ m. *medulla* ossium Iob. XXI, 24. (Chald. מֻחָא, syr. ܡܘܼܚܐ id. et cerebrum. מֻחָא farina, pr. medulla tritici. Arab. مُخٌّ et مُخٌّ, melit. *moch* et *noch* medulla, *moch tal misri* melior pars lini).

מָחַן 1) *percussit, concussit, conquassavit* (schlagen, zerschlagen, zerschmettern), v. c. caput alic. Ps. LXVIII, 22. CX, 6. Hab. III, 13, lumbos alic. Deut. XXXIII, 11. tempora Iud. V, 26, hostes Ps. XVIII, 39. 2 Sam. XXII, 39, absol. Deut. XXXII, 39: מָחַצְתִּי וַאֲנִי אֶרְפָּא *percutio idemque ego medeor*. Iob. V, 18. Translate Iob. XXVI, 12: *et prudentiâ suâ percutit superbiam* (maris) i. e. compescit fluctus superbos. (Arab. مَحَنَ percussit terram pede, vic. مَحَقَ percussit, et magna radicum vis, quas laudat Firnzabad. h. v. p. 729. Quod radici مَحَنَ frangendi, confringendi vim tribuit Winerus, fictum est).

2) *concussit* i. e. agitavit, velut pedem in sanguine. Ps. LXVIII, 24: לְמַעַן תִּמְחַץ רַגְלְךָ בְּדָם. (Arab. مَحَنَ agitavit, velut situlam in aqua, lac in utre, ut butyrum fieret, v. Schultens de defect. ling. hebr. p. 75. Origg. hebr. T. I. p. 100. ad Iob. I, 153. 722). — Dubiae interpretationis est locus Num. XXIV, 8, ubi de Israële victore: *comedit populos hostes eius, ossa eorum derodit* וְחִצָּיו יְמַחֵץ. Ac a) veteres plerique חִצָּיו de instrumento accipiunt: *et sagittis suis conquassat* sc. hostes. Kimchi: וירושי בחצי יכתוץ. LXX. *καὶ ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρόν*. Vulg. et perforabunt sagittis. Analogia sua non caret haec structura, vide בַּלָּטָה חַרְבֶּךָ Ps. XVII, 13, אַתָּה עֶרֶךְ תּוֹשִׁיָּה XLIV, 3. LX, 7. 1 Sam. XXV, 26. 33 cf. gramm. min. §. 135, 1 not. 3. Neque tamen necessaria est, quum b) explicari possit: *tela eius* sc. hostis *conquassat* Israël (Rosenm. Maurer.). Ceterum fatendum est, ista omnia post ea, quae antecesserunt, paullulum languere, magisque nervosam sententiam praebet Syrus, qui vertit ܢܦܫܘܗܝ ܕܥܠܘܗܝ *dorsa eorum confringet*. Is enim (probante J. D. Michaëli, suppl. 892) חצים idem valere ponit quod syr. ܥܠܘܗܝ *dorsa*, *lumbi*, chald. חַרְצָא, hebr. חֲלָצִים, coll. Deut. XXXIII, 11: מְחַץ קָמָיו; neque magnopere repugnarem, si quis reponere vellet חלציו. Non minus nervosa est sententia, ubi (quod equidem tentavi in Lex. min.) explicatur: *et tela eius agitat* sc. דָּם in sanguine, coll. Ps. LXVIII, 24 neque ita duram et audacem putaverim illam ellipsin, ut a sublimiore Hebraeorum poësi, quam spirat istud carmen, aliena esset.

מַחַץ m. *contusio, vulnus* Jes. XXX, 26.

מָחַק *ἅπαξ λεγόμ.* Iud. V, 26: *conquidi Siseram* (malleo) מָחֲקָה רֹאשׁוֹ *percussit caput eius* (sic schlug ihm durch den Kopf). LXX. *διέλωσεν κεφαλὴν αὐτοῦ*. Targ. תַּבְּרַת רֵישֵׁה. Syr. fregit caput eius. Non bene Kimchius: חסירה ראשו מעליו *caput ei abscidit*, quod malleo clavoque fieri non poterat. — In linguis cognatis haec radix idem fere valet quod מָחָה, chald. detersit, delevit (aqua), it. strinxit mensuram cumulatam, das Maass streichen, Baba bathra fol. 89, 1, sam. delevit, perdidit Gen. VII, 4 (pro מחה), zab. id. arab. مَحَقَ I. II delevit, perdidit Cor. 3, 135. Abulpharag. p. 20. Me quidem iudice verbum tum finitimum est verbis מָחָא, מָחָה, מָחַץ percussit, tum radici חָמַק *hacken*, hauen.

מָדַר i. q. מָכַר vendidit, cf. מָחַר no. II.

מְחִיר m. 1) *pretium*, quo aliquid venditur. Prov. XVII, 16. מְחִיר שָׂדֶה pretium agri. XXVII, 26. בְּמְחִיר pretio soluto (um einen Kaufpreis, um Geld) 2 Sam. XXIV, 24. 1 Reg. X, 28, לֹא בְמְחִיר nullo pretio, gratis i. q. חִנָּם Jes. XLV, 13. LV, 1. Jer. XV, 13. כֶּסֶף מְחִיר pecunia pretii 1 Reg. XXI, 2. Iob. XXVIII, 15. — 2) *merces*, *praemium* laboris. Mich. III, 11: כֹּהֲנֶיהָ בִּמְחִיר יוֹרוּ. Parall. שֹׁחַד. Deut. XXIII, 19: מְחִיר כֶּלֶב *merces scorti masculi*. בְּמְחִיר in praemium (zur Belohnung) Dan. XI, 39. — Plur. מְחִירִים Ps. XLIV, 13. — 3) n. pr. viri 1 Par. IV, 11.

* * *

מָחָר subst. et adv. 1) *cras*, *tempus crastinum*. Exod. IX, 5. X, 4. XVI, 23. XVII, 9. Jos. III, 5. Iud. XIX, 9. XX, 28. 1 Sam. XX, 5. 18. Jes. XXII, 13. יוֹם מָחָר dies crastinus Jes. LVI, 12. Prov. XXVII, 1. לְמָחָר in crastinum diem Num. XI, 18. Esth. V, 12, et crastino die (gr. *ἐς αὔριον*, auf morgen) Ex. VIII, 6. 19. כָּעֵת מָחָר cras circa hoc tempus (v. sub ve. עֵת, rad. עָדָה), plenius מָחָר כָּעֵת הַזֹּאת Jos. XI, 6. כָּעֵת מָחָר הַשְּׁלִשִׁית 1 Sam. XX, 12 *circa hoc tempus cras* (aut) *perendie*, ut bene Vulg. Chald. Male Syrus: cras hora tertia, neque probandi recentiores nonnulli, qui arcte iungunt: מָחָר הַשְּׁלִשִׁית, quasi *crastinum tertium* sit i. q. perendie.

2) *posthac*, *tempore postero*. Exod. XIII, 14. Deut. VI, 20. Jos. IV, 6. 21. XXII, 24. יוֹם מָחָר id. Gen. XXX, 33.

Syr. ܡܚܪ. Sam. id. Argutati sunt, qui ad rad. אָחַר hoc ve. retulerunt, et vix dubitari potest, quin arcta eius necessitudo sit cum rad. אָחַר. Neque tamen eos probo, qui נָחַר dictum putant pro נִיאָחַר: hoc enim ve. nihili est et contra analogiam effictum, quum Part. Pi. esset מְנַאֲחֵר: ut taceam, huiusmodi formam significare *tardantem*, non *postridie* vel *postero tempore*, et minus etiam מָחָרַת explicari posse מְנַאֲחֶרֶת, quum Part. Pu. esset מְאֻחֶרֶת. Statuere igitur malim, מָחָר ortum esse ex מָחָרַת, יוֹם אֲחֶרֶת ex יוֹם אֲחֶרֶת, contr. יוֹנָחָר, יוֹנָחֶרֶת, ut ap. Jonath. in Pentateucho saepe habetur יוֹנָחֲרָא, יוֹנָחֲרָן v. Buxtorf pag. 941, in נ igitur latere vestigium vocis יום. Forma אָחָר i. q. אַחֵר convenit cum arab. آخَرُ, ad אֲחֶרֶת cf. אֲחֹרַנִּית, אֲחֹרֶן. Non obstat huc sententiae, quod in vulgari lingua iungunt יוֹם נָחָר, יוֹם מָחָרַת: illa enim vocis origo ita oblivione deleta esse potuit, ut nemo in huiusmodi *tautologia* offenderet. Simile exemplum est חֲדַשׁ חָדָשׁ q. v., cui multa ex variis linguis addi possunt, velut gall. *la lierre* hedera pro *l'hierre*; la *luette* ex l'uette, uvetta; le *lendemain*, le *lenvers* al.

מָחֳרַת cstr. מָחֳרַת f. *dies crastinus*, *posterus* (le lendemain), semel addito יוֹם, יוֹם הַמָּחֳרַת Num. XI, 32. לְמָחֳרָתָם (cf. לְמָחָר) Ion. IV, 7, לְמָחֳרָתָם 1 Sam. XXX, 17 (ubi suffixum ם־ *πλεοναζει*), et longe frequentius מִמָּחֳרַת postero die, postridie Gen. XIX, 34. Exod. IX, 6. XVIII, 13. XXXII, 6. 30. Num. XVII, 6. 23. Jos. V, 12. Iud. VI, 38. IX, 42 al. Sq. genit. diei, quem excipit crastinus, ut לְמָחֳרַת הַיּוֹם הַהוּא postridie eius die 1 Par. XXIX, 21, מִמָּחֳרַת הַפָּסַח postridie paschatis Num. XXXIII, 3. Jos. V, 11, מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת postridie sabbati Lev. XXIII, 11. 15, עַד מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת usque ad diem qui excipit sabbatum septimum Lev. XXIII, 16. 1 Sam. XX, 27: מִמָּחֳרַת הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי est: *die post novilunium secundum* (anni), cf. comma extremum et 34, ubi idem exprimitur verbis בְּיוֹם הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי. (Sic הַשֵּׁנִי novilunium tertium s. calendae mensis tertii Exod. XIX, 1).

מְטָא Dan. IV, 25 et **מֵיטַח** VII, 13. 22 Iut. יִמְטָא chald. 1) *pervenit* aliquo, sq. לְ Dan. VI, 25, sq. עַד VII, 13. — 2) *pertigit* ad aliquid, sq. לְ Dan. IV, 8. 17. 19. — 3) *venit*, *advenit* v. e. tempus Dan. VII, 22, sq. עַל venit *super* aliquem i. e. ei *accidit* Dan. IV, 21. 25 cf. Iob. IV, 5. Eccl. XII, 1 Targ. (In Targg. persaepe, max. pro hebr. הִגִּיעַ. Aph. pervenire fecit, admovit. Ithpe. ivit, abivit. Zab. Sam. id. Syr. ܐܬܐ venit, pervenit, appropinquavit, sexcenties v. Schaaf. Lex. sq. acc. accidit alicui Luc. I, 9. 13. Respondet hebr. בָּאָה).

מָטַל *extendit*, *prolongavit* (vic. מָתַח), inde *cudit* ferrum, part. מְמֻטָּל ferrum cusum. Inde

מָטִיל m. *vectis* cusus, semel legitur Iob. XL, 18: מָטִיל בַּרְזֶל *vectis ferreus*. Non bene Hieron. laminae ferreae. Kimchi: שבט. — Verbum מטל vicinum esse radici מתח, iam supra diximus (cf. de simili origine aliorum verborum primae Mem p. 777 A), neque tamen probabile est, quod Fürstius coniicit, מַטִּיל ab ipsa radice מתל ducendum esse, nam substantiva formae מָרִיב, מָדוֹן, ne a verbis quidem לִי, nedum a verbo עִי, ut כֶּלֶא מגל, formantur. Ceterum videant eruditi, sitne gr. *μέταλλον* potius a מטל cudit, quam a *μεταλλάω*, *μετ' ἄλλα* repetendum.

מָטַר in Kal inusit. *pluit*, ut chald. syr. sam. Arab. مَطَرَ pluit coelum. IV. pluere fecit s. pluit Deus.

In Indogermanicis respondet sanscr. *mūtr* mingere.

Hiph. pluit i. e. *pluviam demisit* Deus Gen. II, 5. VII, 4. Am. IV, 7, nubes Jes. V, 6 (h. l. plenius הִמְטִיר עָנָן), sq. עַל in aliquam rem Am. Jes. l. c. Transfertur ad alias res, quas Deus magna copia pluviae instar de coelo demittit, ut grandinem Ex. IX, 18. 23, fulgura Ps. XI, 6, ignem cum sulphure Gen. XIX, 24.

Ez. XXXVIII, 22, mannam s. panem coelestem Exod. XVI, 4. Ps. LXXVIII, 24. Constr. c. acc. rei, quae depluitur, et עַל *in* quam pluviae instar descendit (v. l. l. c. c.), semel cum בְּ rei depluentis Iob. XX, 23 (v. ad לָחֹם).

Niph. pluvia rigatus est. Am. IV, 7.

מָטָר pl. cstr. מִטְרוֹת Iob. XXXVII, 6 m. *pluvia.* (Arab. مَطَرٌ, syr. ܡܛܪܐ). Exod. IX, 33. Deut. XI, 17 et saepe. נָתַן מָטָר עַל pluviam demisit super aliq. (Deus) 1 Sam. XII, 17. 18. 1 Reg. VIII, 36. XVIII, 1. 2 Par. VI, 27. Iob. V, 10. מְטַר אַרְצְךָ pluvia terrae tuae i. e. terrae tuae necessaria Deut. XXVIII, 12. 24. XI, 14, et sic מְטַר זַרְעֲךָ Jes. XXX, 23. *Pluviae* comparatur oratio suaviter fluens Deut. XXXII, 2 (cf. Iob. XXIX, 23), imperium mite et benignum, Ps. LXXII, 6: יֵרֵד כְּמָטָר עַל גֵּז.

מַטְרִי (pro מַטְרִיָּה pluvia Jovae) n. pr. viri 1 Sam. X, 21.

מִי pron. pers. 1) *interrogativum: τίς; quis, quae?* pr. interrogantis de persona, ut מָה de re. (De correlatis אֵי, הֵי, אֵיפֹה, פֹּה, כֹּה v. pag. 677 B. Apud Talmud. מַאי latius patet, et est etiam: quid? num? *ubi?* i. q. אַי. E populis cognatis מִי habent Poeni, ut Plant. Poen. 5, 1, 2: *mysthyal mycthibariim* i. e. מִי יִשְׁתַּאֲל מִבְדַּבְרִים *quis subtrahet se verbis* inssis *eorum* deorum, v. de h. l. Ephem. Hal. 1839 no. 15, et sc. 2, 50 ubi legendum est: *mihu lech iamna*, מִי הוּא לְךָ יַעֲנֶה quis tibi respondeat? praeterea soli Aethiopes ⲙⲓ: *mi*, sed pro *quid?* ubi de rebus interrogatur: Aramaei et Arabes מָן, مَنْ q. v. مَنْ, مَنُونٌ. Ab his formis proficiscitur Redslobius, de part. כִּי p. 20, qui מִי et מָה a verbo מָנָה ducta esse putat: cui viri docti sententiae equidem ut assentiar, a me non impetro). Gen. XXIV, 65: מִי הָאִישׁ הַזֶּה *quis* est *vir ille?* Ruth III, 9: מִי אָתְּ *quis es tu?* Cant. VI, 10: מִי זֹאת *quaenam illa* est?, etiam ubi de pluribus interrogatur (arab. مَنُونَ) Gen. XXXIII, 5: מִי אֵלֶּה *quinam illi?* Jes. LX, 8, in quam sententiam explicatius dicitur מִי וְאֵי, Exod. X, 8: מִי וְאֵי הַהֹלְכִים *quinam* sunt *euntes?* (cf. aethiop. ⲙⲁ-: ⲫⲙⲁ-: ⲁⲛⲧⲙⲁ-: *quinam vos?* Lud. Lex. pag. 80). Raro refertur ad res, ubi in his personae vel personarum notio inest vel inesse cogitatur Gen. XXXIII, 8: מִי לְךָ כָל־הַמַּחֲנֶה הַזֶּה *quae* (ad quid?) *tibi* sunt *tota illa castra?* Iud. IX, 28: מִי שְׁכֶם *qui* (quales) *sunt Sichemitae?* v. infra de h. l. litt. c. XIII, 17: מִי שְׁמֶךָ? (syr. ܡܢ ܫܡܟ Luc. VIII, 30). 1 Sam. XVIII, 18: מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי. Mich. I, 5: מִי פֶשַׁע יַעֲקֹב .... וּמִי בָמוֹת יְהוּדָה .... int. *quis* est *auctor sceleris Jacobitarum* .... *qui* sunt *auctores excelsorum Judae?*

Spec. nota: a) ponitur in genitivo, ut מִי בַת cuius filia? Gen. XXIV, 23. 47. 1 Sam. XII, 3. XVII, 55. Jer. XLIV, 28, et cum Praefixis reliquos casus indicantibus: לְמִי *cui?* Gen. XXXII, 18. XXXVIII, 25, *quibus?* Exod. XXXII, 24, *propter quem?* Jon. I, 8; אֵת־מִי *quem?* 1 Sam. XII, 3. XXVIII, 11, מִמִּי Ez. XXXII, 19, בְּמִי 1 Reg. XX, 14, עַל־מִי cet. — b) Pro latino *quis eorum?* dicitur מִי בָהֶם Jes. XLVIII, 14, sq. מִן Iud. XXI, 8: מִי אֶחָד מִשִּׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *quae unica ex tribubus Israëlis?* — c) Ponitur etiam in quaestione obliqua, post verbum sciendi Gen. XLIII, 22. Ps. XXXIX, 7, videndi 1 Sam. XIV, 17, indicandi 1 Reg. I, 20. — d) Intenditur interrogatio formulis מִי זֶה, מִי הוּא, הוּא מִי v. הוּא, זֶה (cf. syr. ܡܢ ܗܘ pro ܡܢ, non solum *quis est?* sed etiam simpl. *quis?* v. Schaafii Lex. 321. Agrell. suppl. 202). — e) Saepe ita interrogatur, ut negativam responsionem exspectes, et sententia interrogativa negativam fere potestatem adoptet. Num. XXIII, 10: מִי מָנָה עֲפַר יַעֲקֹב *quis numeravit pulverem Jacobi* i. e. nemo numeravit. Jes. LIII, 1: מִי הֶאֱמִין *quis credidit?* i. e. nemo credidit, pauci crediderunt. LI, 19. Etiam sq. fut. Iob. IX, 12: מִי יֹאמַר *quis dicet*, s. *quis dicat*, wer möchte, dürfte sagen? (cf. *τίς ἄν* sq. opt.) pro: *nemo dicet.* Prov. XX, 9. Eccl. VIII, 4. 2 Sam. XVI, 10. Sq. part. in formula מִי יוֹדֵעַ *quis scit?* pro *nemo scit, novit* Ps. XC, 11. Eccl. II, 19 (opp. מִי לֹא יוֹדֵעַ Iob. XII, 9), idque pro lat. *nescio an, fortasse* (cf. יָדַע no. 5, litt. aa), it. *inopinato* (v. ibid. no. 6). Etiam sq. nomine est extenuantis et contemtim ponitur, Exod. III, 11: מִי אָנֹכִי כִּי אֵלֵךְ אֶל־פַּרְעֹה *quis ego, ut Pharaonem adeam?* pro: ego non is sum, qui Ph. adire possim. Partim extenuantis partim extollentis est in hoc loco paullo difficiliore, quem integrum adscribere et interpretari placet. Iud. IX, 28: מִי אֲבִימֶלֶךְ וּמִי שְׁכֶם כִּי נַעַבְדֶנּוּ *quis est Abimelech* iste *et qui* contra sumus nos *Sichemitae, ut ei serviamus: nonne filius Jerubbaalis est et Sebul* iste *praefectus eius? servite* potius *vos* (o Abimelech et Sebul!) *viris a Hamore, patre Sichemi, oriundis* (i. e. antiquissimae et nobilissimae stirpis civibus), וְנַעַבְדֶנּוּ אֲנָחְנוּ *quare serviamus ei* (Abimelecho) *nos?* Conf. Studerus ad h. l., qui sententiam bene explicuit. — f) sq. fut. saepe etiam *optantis* est. 2 Sam. XV, 4: מִי יְשִׂמֵנִי שֹׁפֵט *quis me constituet iudicem?* i. e. utinam me iudicem constituant! Jes. XXVII, 4: מִי יִתְּנֵנִי *quis dabit mihi?* i. e. utinam haberem! Ind. IX, 29. Ps. LV, 7. Iob. XXIX, 2. Inde מִי יִתֵּן est formula solennis in votis, v. נָתַן.

2) indefinitum: *quicunque, quisquis.* Exod. XXIV, 14: מִי בַעַל דְּבָרִים יִגַּשׁ אֲלֵהֶם *quicunque litem habet, accedat ad eos*, pr. quis litem habet? is accedat ad eos. Ind. VII, 3: מִי יָרֵא וְחָרֵד יָשׁוּב *quicunque timidus et pavidus est, redeat*, pr. quis timidus est? is redeat. Prov. IX, 4. Eccl. V, 9. Jes. LIV, 15. Gr. et lat. commode vertas *εἴ τις, si quis.* 2 Sam. XVIII, 12: שָׁמְרוּ מִי בַנָּעַר *custodite puerum quisquis* vestrum est (ubi tamen Verss. antiquae et aliquot codd. habent כִּי). Sq. אֲשֶׁר Exod. XXXII, 33: מִי אֲשֶׁר חָטָא *quicunque peccat.* 2 Sam. XX, 11. Cf. syr. ? ܡܢ.

Plerumque addunt, מִי adv. poni pro· *qui, quomodo?* ut מָה B, 3. Sed in omnibus, quae laudant, exemplis vulgaris significatio retinenda est. Am. VII, 2. 5: מִי יָקוּם יַעֲקֹב pr. *quis* s. *qualis consistet Jacobus?* concise dictum pro: quis est Jacobus, qui consistere possit? Cf. formulas no. 1, litt. e. Jes. LI, 19: מִי אֲנַחֲמֵךְ pro pleniore מִי אָנֹכִי מְנַחֲמֵךְ.

מִיכָא v. מִיכָה no. 2.

מִיכָאֵל (*quis* est *instar Dei?*) *Michaël*, n. pr. 1) unius ex septem archangelis, qui pro populo Israëlitico apud Deum intercedere credebatur Dan. X, 13. 21. XII, 1. Gr. *Μιχαήλ* Apoc. XII, 7. — 2) plurium virorum a) 1 Paral. XXVII, 18. b) 2 Paral. XXI, 2. c) aliorum Num. XIII, 13. 1 Par. V, 13. 14. VI, 25. VII, 3. VIII, 16. XII, 20. Esr. VIII, 8.

מִיכָל (contr. ex מִיכָאֵל) n. pr. filiae Sauli, uxoris Davidis 1 Sam. XIV, 49. XIX, 11 sqq. 2 Sam. VI, 16 sqq. Etiam simile nomen מִיכָיָהוּ mulieri tribuitur, v. h. v. no. 2. Vulgo originem ducunt a מִיכָל parum aquae (v. rad. מָכַל), et sunt qui hoc ad sterilitatem mulieris referant: nulla veri specie.

מִיכָה (pro מִיכָיָהוּ *quis* est *instar Jehovae?* LXX. *Μιχαίας*) *Michas*, n. pr. 1) prophetae, qui inter duodecim prophetas minores sextum locum occupat, cui cognomen הַמּוֹרַשְׁתִּי (p. 633 B) Mich. 1, 1, et Jer. XXVI, 18 Keri, ubi Chethibh habet מִיכָיָה. 2) alius viri 2 Par. XXXIV, 20, qui 2 Reg. XXII, 12 מִיכָיָה. 3) et 4) v. מִיכָיָהוּ no. 1 et 2. 5) et 6) v. מִיכָיָהוּ no. 1 et 2.

מִיכָיָה (*quis* est *instar Jehovae?*) *Michaeas*, n. pr. virorum 1) v. מִיכָה no. 1. 2. 2) Neh. XII, 35, qui מִיכָא XI, 17. 22. 3) Neh. XII, 41.

מִיכָיָהוּ (id.) n. pr. 1) tribuni regis Josaphat 2 Par. XVII, 7. 2) uxoris Rehabeami, filiae Urielis 2 Par. XIII, 2, cf. tamen 2 Par. XI, 21. 22. 1 Reg. XV, 2, quibus locis haec Rehabeami uxor, Abiae mater, Maacha (מַעֲכָה) vocatur, Absalomi filia.

מִיכָיְהוּ (id.) n. pr. 1) viri, qui sacra gentilicia apud Danitas instituerat Iud. XVII, 1. 4, saepe brevius מִיכָה appellati, V. 5. 8. 9. 10 al. 2) prophetae actate Josaphati et Ahabi regum, filii Jemlae 1 Reg. XXII, 8. 2 Par. XVIII, 7, qui idem מִיכָה V. 24, et מִיכָהוּ V. 8 Chethibh nominatur. 3) Jer. XXXVI, 11, 13.

מִישָׁאֵל (*quis* est *quod Deus?* ex מִי, שׁ praef. et אֵל) n. pr. virorum 1) filii Usiel ex gente Aharonis Ex. VI, 22. Levit. X, 4. 2) unius ex comitibus Danielis Dan. I, 6. II, 17, qui dein chald. מִישָׁךְ appellatus est. 3) Neh. VIII, 4.

מַיִם aqua, v. rad. מוּא.

מִין species, v. rad. מוּן.

מִיץ v. rad. מוּץ.

מִישָׁךְ n. pr. chaldaeum adolescentis Hebraei, antea מִישָׁאֵל dicti (q. v. no. 2). Dan. I, 6. II, 49. III, 12. Etymon nominis Lorsbachius non male explicabat ex neopers. مهمان hospes regis.

מָכַךְ *ruit, corruit, collapsus est.* (Chald. et Syr. מְכַךְ id. Pa. deiecit, humiliavit. Ethpa. pass., מִתְמְכַךְ humilis, מְכִיךְ abiectus, vilis. Sam. מכך, מכך inclinavit, declinavit. Finitima sunt מוּךְ, chald. מְאַךְ, arab. مكّ consumsit, periit, مَكٌّ i. q. מוּךְ ad paupertatem redactus est. Origo est in liquescendo, contabescendo, cf. מָקַק, מוּג). Ps. CVI, 43: וַיִּמָּכּוּ בַעֲוֹנָם *et* in perniciem *ruebant scelere eorum.*

Niph. fut. יִמַּךְ *corruit* (contignatio) Eccl. X, 18.

Hoph. הוּמְכוּ forma chaldaizans pro הוּמְכוּ *corruunt* i. e. pereunt Iob. XXIV, 24.

מָכְבַּנַּי, מַכְבַּנַּי v. מָה pag. 772.

מָכַל rad. inusit. Arab. مَكَلَ parum aquae, ideoque coenum in aqua continuit puteus, مَكَلٌ, مَكُولٌ, مُكْلٌ eiusmodi puteus, max. antiquus, مِمْكَلٌ parum aquae continens stagnum.

מִיכָל m. 2 Sam. XVII, 20: מִיכַל הַמַּיִם *rivulus aquae* parum aquae habens. LXX. *μίκραν τοῦ ὕδατος.* Kimchi: פלג המים. Male Targ. יַרְדְּנָא. — Ceterum Kimchi aliique מִיכָל ducunt a rad. יָכַל i. q. כּוּל continuit [cf. אָצִיק], et arab. مكل denominativum censent a מִיכָל.

מִיכָל n. pr. vide מִיכָאֵל s. rad. מִי.

מַכֹּלֶת v. rad. אָכַל.

מֶכֶס et מַכְסָה *tributum* v. rad. כָּסַס.

מָכַר fut. יִמְכֹּר *vendidit.* (Vicina sunt מָהַר, מָחַר, fort. arab. مهر III. IV. vendidit alicui cum fenore ementi imposito: nam quod Winerus verbis مكر et صفق vendendi significatum tribuit, non recte factum est. Illud est machinatus est, hoc desponsavit. Radix primaria et monosyllaba fortasse est בָּרָה no. I emit, sanscr. *kri.* An eiusdem stirpis sunt *merx, merces?*). Constr. sq. acc. rei Gen. XXV, 31. XXXVII, 27. 28. 36. XLVII, 20. 22. Lev. XXVII, 30, sq. מִן (aliquid de) XXV, 25, passim addito לְ personae, cui venditur Lev. XXV, 27. Joel IV, 6, vel בְּ pretii Deut. XXI, 14. Ps. XLIV, 13. Joel IV, 3. Am. II, 6, vel acc. loci, quo defertur res vendita (wohin verkaufen) Gen. XLV, 5. Joël IV, 7. Spec. dicunt: a) *vendere* filiam i. e. accepto pretio (מֹהַר) in matrimonium dare Gen. XXXI, 15. Exod. XXI, 7. (Syr.

סִמֵּא desponsavit). b) Jova dicitur populum *vendere* i. e. tradere in potestatem hostium. Deut. XXXII, 30: אִם לֹא כִּי צוּרָם מְכָרָם *nisi rupes eorum vendidisset eos.* Ps. XLIV, 13: תִּמְכֹּר עַמְּךָ בְּלֹא הוֹן *vendidisti populum tuum vili pretio.* Ind. II, 14: וַיִּמְכְּרֵם בְּיַד אֹיְבֵיהֶם *vendidit eos in manum hostium.* III, 8. IV, 2. 9. X, 7. 1 Sam. XII, 9. Ez. XXX, 12: מָכַרְתִּי אֶת־הָאָרֶץ בְּיַד רָעִים, cf. Judith VII, 25: *πέπρακεν ἡμᾶς θεὸς εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν.* (Cf. arab. عرض vendidit, sq. على النار, على السيف tradidit gladio, igni Cor. 46, 19). — Nah. III, 4 Ninive appellatur: *meretrix venusta .... praestigiatrix* מוֹכֶרֶת גּוֹיִם בְּזִנּוּנֶיהָ *quae vendidit gentes scortationibus suis* i. e. in servitutem redegit, mancipia fecit, nil enim opus est, מכר cum Hitzigio accipere pro כנר plexuit, *irretivit.*

Niph. 1) *venditus est* Lev. XXV, 34, sq. dat. pers. Neh. V, 8. Jer. XXXIV, 14. נִמְכַּר לַעֲבֹד venditus est in mancipium Ps. CV, 17. Esth. VII, 4. Translate (v. Kal litt. b) Jes. L, 1. LII, 3. — 2) *vendidit se, emancipavit se* alicui Lev. XXV, 39. 47.

Hithpa. 1) *venditus est* Dent. XXVIII, 68. 2) *vendidit, emancipavit se* sceleri patrando (לַעֲשׂוֹת הָרַע) 1 Reg. XXI, 20. 25. 2 Reg. XVII, 17.

מָכִיר (venditus) n. pr. 1) filii Manassis, patris Gilead. Gen. L, 23. Num. XXVII, 1. Jos. XIII, 31. XVII, 1, inde poët. de tribu Manassis Ind. V, 14. — 2) filii Ammiel 2 Sam. IX, 5. XVII, 27. — Patron. מָכִירִי Num. XXVI, 29.

מֶכֶר c. snff. מִכְרִי m. 1) *venum, venale* Neh. XIII, 16. 2) *pretium* venditionis Num. XX, 19.

מִכְרָה v. rad. כור.

מִכְרִי (pro מִכְרוֹת pretium Jovae) n. pr. viri 1 Par. IX, 8.

מִמְכָּר m. 1) *venditio.* Lev. XXV, 27: שְׁנֵי מִמְכָּרוֹ, 29. 50. 2) concr. *res vendita* Lev. XXV, 25: מִמְכַּר אָחִיו *res a fratre ipsius vendita.* 28. 33: מִמְכַּר בַּיִת *domus vendita.* Ez. VII, 13. Pl. Dent. XVIII, 8: לְבַד מִמִּכְרָיו *praeter vendita eius* i. e. praeter ea, quae ex paternis bonis venditis sibi paravit. Vulg. excepto eo, quod in urbe sua ex paterna successione ei debetur. (לְבַד pro לְבַד מִן, nisi legere placet לְבַד מִמִּכְרָיו). — 3) *res venalis* Lev. XXV, 14. Neh. XIII, 20.

מִמְכֶּרֶת f. *venditio.* Lev. XXV, 42: לֹא יִמָּכְרוּ מִמְכֶּרֶת עָבֶד *ne vendantur more servorum.*

מָלָא (semel, idque transit. Esth. VII, 5) et **מָלֵא** in praet. raro abiecto Aleph מָלְתִּי Iob. XXXII, 18, מָלּוּ Ez. XXVIII, 16, inf. מִלֹּאת Lev. VIII, 33, מִלֹּאות Iob. XX, 22, fut. יִמְלָא

1) transit. *implevit, replevit.* (Arab. مَلَأَ implevit, sed مَلِئَ plenus fuit, syr. ܡܠܐ trans. et intransit. Pa. implevit, Ethpe. et Ethpa. pass. Sam. id. et hausit aquam, pr. implevit situlam. Praeterea haec radix late regnat in linguis indogerm., ubi tamen pro m est p, ut sanser. *plî* implere, gr. *πλέω* [*πλησίς, πίμπλημι*], *πλέος*, prob. *μάλα* valde pr. plene cf. מְלֵא Ier. XII, 6, lat. *plere*, unde *implere, complere, plenus*, goth. *fulljan*, nostr. *füllen, voll*, angl. *full, to fill.* Adde polon. *piloy*, bohem. *plny*. Originem esse in abundando, Ueberfliessen, intelligis ex cognatis *πλέω, πλείω* navigo, it. *qlέω, qlίω, fleo, fluo, pluo*).

Spec. a) *implevit* res locum vacuum sua ipsius mole vel copia, c. acc. loci Gen. I, 22: מִלְאוּ אֶת־הַמַּיִם בַּיַּמִּים *implete aquas in maribus.* Comm. 28. IX, 1. Ex. XL, 34: כְּבוֹד יְיָ מָלֵא אֶת־הַמִּשְׁכָּן *splendor Jehovae implebat tabernaculum.* 35. 1 Reg. VIII, 10. 11. Ezech. X, 3. Jerem. LI, 11: מִלְאוּ הַשְּׁלְטִים *implete scuta* sc. vestris corporibus, scutis circumdate vos. — b) *implevit locum alia re*, c. dupl. acc. loci et rei eum implentis. 1 Reg. XVIII, 34: מִלְאוּ אַרְבָּעָה כַדִּים מַיִם. Ezech. VIII, 17: מָלְאוּ אֶת־הָאָרֶץ חָמָס *implent terram violentiâ.* XXVIII, 16. XXX, 11. Jer. XVI, 18. XIX, 4, rarius sq. בְּ rei implentis Ex. XVI, 32: מְלֹא הָעֹמֶר מִמֶּנּוּ. — Saepe etiam c) omisso accusativo rei implentis Ex. XXXII, 29: מִלְאוּ יֶדְכֶם לַיהוָה *implete manum vestram Jehovae* sc. muneribus ei offerendis. Esth. VII, 5: *quis iste* אֲשֶׁר מָלְאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן *qui implevit cum, animum suum* (sc. audacia, spiritu), *ut hoc faceret*, i. e. quis hoc facere ausus est? LXX. *ἐτόλμησε ποιῆσαι.* Suffixum in מִלְאוּ abundat, ut Iob. XXIX, 3. Ad locutionem cf. Eccl. VIII, 11: עַל כֵּן מָלֵא לֵב בְּנֵי הָאָדָם בָּהֶם לַעֲשׂוֹת רָע *propterea impletur animus mortalium* (sc. audacia) *in iis ad mala patranda*, et Act. II, 5: *διατί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε κ. τ. λ.* — Iob. XXXVI, 17: דִּין רְשָׁעִים מָלֵאתָ *et si culpam impii imples* i. e. imples mensuram peccatorum impii, wenn du das Sündenmaass des Frevels füllest (cf. Gen. XV, 16).

מִלָּה f. 1) *verbum* i. q. דָּבָר, vocabulum poët. (Chald. et Syr. ܡܠܬܐ, zab. ܨܒܐ verbum, res, caussa). 2 Sam. XXIII, 2. Ps. CXXXIX, 4. Crebro in plur. מִלִּים et saepius etiam מִלִּין (syr. ܡܠܝܢ) verba, sed praeter Prov. XXIII, 9. Ps. XIX, 5 in solo Iobi libro, Iob. VI, 26: הֲלְהוֹכֵחַ מִלִּים תַּחְשֹׁבוּ *num verba arguere vultis?* i. e. in verbis argutari. Iob. XXXIII, 32: אִם יֵשׁ מִלִּין הֲשִׁיבֵנִי *si verba habes, responde mihi*. XXXVI, 2: עוֹד לָאֱלוֹהַּ מִלִּים *adhuc verba habet Deus*, habet, quod respondeat. IV, 4. VIII, 10. XII, 11. XV, 13. XVI, 4. XVIII, 2. XIX, 2. 23. XXIII, 5. XXVI, 4. XXIX, 9. XXXII, 15 et saepe. — 2) *sermo*. In singul. Iob. XIII, 17. XXI, 2. XXIV, 25. XXIX, 22. Plur. *sermones* Iob. XXXII, 11. Meton. obiectum sermonis spec. irrisorii. Iob. XXX, 9: וְאֲהִי לָהֶם לְמִנָּה.

מִלָּה Dan. II, 9, emphat. מִלְּתָא, semel מִלְּתָה Dan. II, 5, pl. מִלִּין emphat. מִלַּיָּא f. i. q. hebr. 1) *verbum* Dan. IV, 28, spec. *mandatum* Dan. III, 28. Pl. Dan. VII, 11. 16. 25. — 2) *sermo* Dan. II, 9. 10. — 3) *res* ib. II, 5. 8. 15. 17. (In Targg. minus frequens est: utuntur enim synn. מְאֵמְרָא, פִּתְגָּמָא et אִתְּתָא).

II. מָלַל i. q. מוּל, נָהַל *abscidit*, vel *abscissus est*, maxime de gramine, herba, aristis. Fut. (more Chaldaeo formatum) יִמַּל Iob. XIV, 2. XVIII, 16, plur. in pausa יִמְלוּ XXIV, 24. Ps. XXXVII, 2 (v. Bleeckii

de his formis disputationem, in Rosenm. Repert. T. I. p. 80) *abscinditur*. Iob. XIV, 2: כְּצִיץ וַיִּמָּל *instar floris prodit et abscinditur*. XVIII, 16: *infra radices eius arescunt*, מִמַּעַל יִיבַשׁ קְצִירוֹ *superne abscinditur ramus eius*. Alii, ut Kimchius et Simonis, radicem statuebant נָמַל, quam utique tuetur nomen נְמָלָה, sed illa ratio certior est.

Niph. circumcisus est, i. q. נָמוֹל, נִמּוֹל a rad. מוּל. Praet. נִמְלָתָם (pro נִמּוֹלָתָם) Gen. XVII, 11.

Po. מוֹנֵל abscidit, v. בּוּל Pil.

מְנִילָה f. *spica*, pr. ut videtur, abscissa (Iob. XXIV, 24). Plur. Deut. XXIII, 26. Spicam reddunt LXX. Vulg. Syr. Apposite Kimchius ex Gemara laudat: מוֹנֵל מְנִילוֹת messor (Beza fol. 12, 2).

מָנַץ in Kal inusit. *laevis fuit* i. q. מָלַט, ubi vide.

Niph. Ps. CXIX, 103: נִמְלְצוּ לְחִכִּי אִמְרָתֶךָ *quam laevia sunt palato meo verba tua* i. e. quam grata, iucunda. Parall. מָתוֹק לְפִי, unde Kimchius aliique etiam verbo nostro *dulcedinis* vim tribuerunt, invita analogia eius. Minus etiam probandus Fürstius, cui מָנַץ est denom. a מְלִיצָה, q. d. אָמַר מְלִיצָה polite, eleganter loqui. Ne enim memoremus, hunc substantivi מְלִיצָה significatum prorsus arbitrarium esse, inepta esset sententia: quam polita s. elegantia (pr. luminibus ornata) sunt verba divina palato meo.

* * *

מַלְצַר c. art. הַמַּלְצַר Dan. I, 11. 16 prob. nomen muneris in aula Babylonica, quod Bohlenius (symb. p. 22) bene explicat ex neopers. ملسر *vini princeps* i. e. *cellarius*. Ceterum errant, qui articulo effici putant, hoc nomen appellativum esse, proprium esse non posse, quum in recentiore Hebraismo etiam nomm. propria articulum admittant, v. Lgb. 657, adde הַקּוֹץ (v. hac voce), הַשּׁוּלַמִּית Cant. VII, 1, cf. de Sacy gramm. arabe I, §. 772.

מָנַק *infregit* (einknicken), fort. *avellit* (abknicken). (Vicina est rad. פָּרַק, ex qua haec orta est, littera r emollita in l, p et m permutatis. Syr. et chald. מְלַג avellit). Lev. I, 15 de ave in holocaustum oblata: וּמָלַק *et infringit caput eius*. Ibid. V, 8 de ave pro peccato oblata: מָלַק אֶת רֹאשׁוֹ מִמּוּל עָרְפּוֹ וְלֹא יַבְדִּיל *infringit caput ante cervicem, sed non separat*. LXX utrobique ἀποκνίζω, in altero certe loco contra diserta verba: וְלֹא יַבְדִּיל. Rectius Talmudistae (Sebachim fol. 64, 2) in holocausto caput separatum, in sacrificio pro peccato collum tantum infractum esse volunt.

מַן chald. 1) pronom. interrogativum: *quis?* Esr. V, 3. 9. Dan. III, 15, in interrogat. obliqua Esr. V, 4: מַן אִנּוּן שְׁמָהָת גַּבְרַיָּא *quae sint nomina virorum* (cf. hebr. מִי שֵׁמָּה, quanquam מַן in Targg. etiam ad alias res, v. c. locum, refertur). — 2) pron. indef. מַן־דִּי *quisquis, quicunque* Dan. III, 6. 11. IV, 14. (In Targ. saepe, talmud. etiam מאן, dial. Hierosol. מון, ex Syriamo מָנָא, מַנּוּ, syr. ܡܢ quis? ܡܢܘ, ܡܢܐ quid? Aeth. ምን.).

מָן *manna*, v. rad. מָנַן.

מִן *pars*, pl. *fides*, v. מָנַן.

מִן praep. *ab*, *ex*, rad. מָנַן.

מָנָא chald. v. מָנָה.

מָנָאוֹת plur. a מָנָת, v. rad. מָנָה.

מָנָה pr. partitus est, mensus est. (Affinia sunt מָנַן et מָנַח. In linguis Indogermanicis respondet fere transp. τέμνω). Inde 1) *admensus est*, *attribuit* alicui, sq. לְ. (Arab. منى certa quantitate certoque modo definivit alicui rem, c. a. rei et ل pers., مَنًى mensurae et ponderis species; definita quantitas et modus rei; fatum). Jes. LXV, 12: מְנִיתִי אֶתְכֶם לַחָרֶב *assignavi vos gladio*. Cf. Pi. — 2) *numeravit* (chald. et syr. ܡܢܐ id.), quae significatio in antiquiore Hebraismo usitatior est, licet illa origine propior esse videatur. V. c. pecuniam 2 Reg. XII, 11, stellas coeli Ps. CXLVII, 4, pulverem Gen. XIII, 16. Num. XXIII, 10, populum (de censu) 2 Sam. XXIV, 1. 1 Par. XXI, 1. 17. XXVII. 24 (sq. בְּ). — 1 Reg. XX, 25: *et tu numerabis tibi exercitum, quantus erat exercitus, qui tibi caesus est*. Part. מוֹנֶה *numerator* (pecoris), inspector. Jer. XXXIII, 13.

Niph. pass. Kal no. 2, *numeratus est*, *numerari potuit* Gen. XIII, 16. 2 Par. V, 6. Eccl. I, 15, sq. אֶת: *annumeratus est* Jes. LIII, 12.

Pi. (in recentiore tantum Hebraismo) 1) *assignavit* alicui aliquid, sq. לְ pers. Dan. I, 5. Iob. VII, 3, omisso dat. Dan. I, 10. — 2) *instituit*, *constituit* (Deus aliquid). Jon. II, 1: וַיְמַן יְיָ דָּג גָּדוֹל IV, 6. 7. 8. Sq. verbo finito ἀσυνθέτως Ps. LXI, 8: מַן יְנַצְּרֵהוּ *fac eum tueantur*. Sq. עַל: *praefecit* aliquem alicui rei. Dan. I, 11.

Pu. constitutus, *praefectus est* 1 Par. IX, 29.

מִנָּה chald. *numeravit*. Dan. V, 26: *numeravit Deus imperium tuum* i. e. annos eius. Part. pass. מְנָא numeratus ib. 25. 26.

Pa. מַנִּי i. q. hebr. Pi. no. 2 *constituit*, *praefecit* muneri Dan. II, 24. Esr. VII, 25, sq. עַל rei, cui aliquis praeficitur Dan. II, 49. III, 12. Imp. מַנִּי Esr. VII, 25. In Targg. saepe.

מָנֶה Ez. XLV, 12, pl. מָנִים 1 Reg. X, 17. Esr. II, 69. Neh. VII, 71. 72 m. (pars, numerus, spec.) *mina*, gr. μνᾶ (syr. ܡܢܐ et ܟܡܢܐ Ephr. II p. 400, arab. مَنًى et مَنٌ), pondus *centum* siclorum, ut colligitur ex 1 Reg. l. c. coll. 2 Par. IX, 16, ut mina Attica centum

drachmarum erat. — Subobscurus est locus Ez. XLV, 12: *viginti sicli, viginti quinque sicli, quindecim sicli erit vobis* mina. Plerique, praeeuntibus Chaldaeo et Jarchio, *sexaginta* siclorum minam intelligunt, quam in tres partes h. l. distributam esse putant, quod illae singulae usitatum monetae genus fuerint. Chald. „tertia pars minae viginti siclos habet, mina argentea viginti et quinque siclos, quarta pars minae quindecim siclos habet, omnes sexaginta sunt mina.“ Alii, ut J. D. Michaëlis, triplicem, 20, 25 et 15 siclorum minam distingui putant. Sed illud magis placet.

מָנָה cstr. מְנַת Jer. XIII, 25, pl. מָנוֹת c. suff. (Kamez manente) מְנוֹתֶיהָ Esth. II, 9 f. 1) *pars, portio* Ex. XXIX, 26. Lev. VII, 33. VIII, 29. 2 Par. XXXI, 19, max. ciborum 1 Sam. I, 4. 5. IX, 23. שְׁלַח מָנוֹת misit cibi portiones (de convivio) Neh. VIII, 10. 12. Esth. IX, 19. 22. — 2) i. q. חֵלֶק *sors* (v. arab.). Jer. XIII, 25: מְנַת מִדָּדֵךְ *sors tibi admensa.*

מִנֶּה, tantum in pl. מִנִּים partes i. e. *vices.* Gen. XXXI, 7. 41.

מְנִי *fatum, fortuna* (arab. مَنًى et مَنِيَّة), c. art. nomen idoli, quod Judaei in Babylonia una cum Gado (v. גד) lectisterniis oblatis colebant Jes. LXV, 11. Plerique propter similitudinem gr. *μήνη Lunam* intelligebant: sed *fortunae* significatio ex Comm. 12 certa est, et non potest non numen aliquod dici, quod *fortunae* s. *fato* praeesse credebatur. Intelligenda igitur *Veneris stella*, quam ut fortunae datricem (سعد الاصغر bona fortuna minor) una cum Gado (i. e. Jove stella) colebant veteres Semitae. Non diversa videtur sua Arabum gentilium dea Cor. 53, 19. 20. Vide quae disputavimus ad Jes. l. c.

מָנָת (pro מִנְאַת, מִנְאָת, cf. כְּנָה a rad. מָנָה et Lgb. 509) st. cstr. מִנַּת f. *pars, portio.* (Syr. ܡܢܬ̈ܐ). מִנַּת הַכְּהֻנָּה portio sacerdotum 2 Par. XXXI, 4, cf. 3. Ps. LXIII, 11: *portio* i. e. praeda *vulpium erunt.* XI, 6: *ventus calidus* est *portio calicis eorum* i. e. iis propinabitur XVI, 5. Plur. מָנָאוֹת Neh. XII, 44, מָנוֹת 47. XIII, 10.

מְנָן m. chald. *numerus* Esr. VI, 17. Syr. ܡܢܢ id.

תִּמְנָה (pars assignata) Gen. XXXVIII, 12. Jos. XV, 10. 57. 2 Par. XXVIII, 18, c. He locali תִּמְנָתָה Jud. XIV, 1. 5 (prima vice), He mere paragogico Jos. XIX, 43. Jud. XIV, 5 (altera vice). *Θαμνάθ* 1 Macc. IX, 50) n. pr. oppidi antiqui Canaanaeorum Gen. l. c., primum tribui Iudae (Jos. XV, 10. 57), dein Danitis (ib. XIX, 43) assignati, quod diu tamen Philistaeis parebat (Iud. 2 Par. II. cc. cf. Jos. Arch. [illegible], 8 §. 5). Nom. gentil. est תִּמְנִי Iud. XV, 6. Apud Josephum *Θαμνᾶ* saepius copulatur cum Gophna et Lydda, eius regionis urbibus (Archaeol. 14, 11 §. 2. b. jud. 3, 3 §. 5) adeoque toparchiae nomen dedit (b. j. 8, 8 §. 1). Eusebius v. *Θαμνᾶ*: ..... *διαμένει κώμη μεγάλη ἐν ὁρίοις Διοσπόλεως, μεταξὺ ἀπιόντων εἰς Αἰλίαν. ἦν δὲ φυλῆς Δὰν ἡ Ἰουδά.* Fuerunt, qui Thimnam, Judae urbem, et Thimnatam, Danitarum et Philistaeorum oppidum, distinguerent (Relandi Palaest. p. 1043), sed sine caussa idonea (cf. Maurer ad Jos. XIX, 43).

תִּמְנַת־סֶרַח (portio abundans) n. pr. oppidi in montanis Ephraimi, quod Josuae imperatori in peculium traditum, et ubi is sepultus est Jos. XIX, 50. XXIV, 30. Idem Iud. II, 9 תִּמְנַת חֶרֶס (portio solis) appellatur: sed illam scripturam nativam esse recte iudicat Studerus, quum eiusmodi peculium reliqua terra iam distributa (Jos. XIX, 49) Josuae seorsim datum apte *portio abundans* s. *redundans* appellari posset.

מָנַח rad. innsit. arab. مَنَحَ I. II. donavit, مَانِحٌ, donator, مِنْحَةٌ donum. Origo esse videtur in dispertiendo (vic. נָתַן, נָנַן). Kimchius aliam memorat opinionem, de qua מִנְחָה sit a rad. נָחָה (pr. adductio, res adducta), ut מִנְחָה ab אֶרֶז (sed v. pag. 149): sed recte eam refellit, quum מִנְחָה a rad. נָחָה pluralem haberet מִנְחוֹת (ut מְצָוָה, מִצְוֹת), non מִנָּחוֹת.

מִנְחָה pl. מִנְחוֹת f. 1) *donum.* Gen. XXXII, 14. 19. 21. XXXIII, 10. XLIII, 11. 15. 26. 2 Reg. VIII, 8. 9, max. quod nobilioribus, ut regi, offertur, Iud. III, 15. 1 Sam. X, 23. 2 Par. XVII, 5. 11. Hos. X, 6. Ps. XLV, 13, vel reges sibi invicem mittunt Jes. XXXIX, 1. 1 Reg. X, 25. LXX. *δῶρον.* — 2) *tributum*, quod a populis stipendiariis sub mitiore *donorum* (Diod. 1, 58) nomine exigebatur 2 Sam. VIII, 2. 6. 1 Reg. V, 1 (IV, 21). 2 Reg. XVII, 4. 2 Par. XXVI, 8. Ps. LXXII, 10. — 3) donum numini oblatum, *sacrificium* Jes. I, 13. 1 Par. XVI, 29. Spec. *fertum*, sacrificium non cruentum, *Speisopfer* (opp. זֶבַח sacrificium cruentum q. v.), qualia de lege Mosaica farina, polenta aut libis constantia cum oleo, sale, thure in altari cremabantur, sive seorsum (talmud. הבאין בפני עצמן) sive ita, ut sacrificiis cruentis adderentur Lev. II, 1 sqq. VI, 7 sqq. VII, 9. 10. XIV, 10. 20. 1 Sam. XXVI, 19 al., raro de oblatione non cremata Lev. XXIII, 16. 18, v. Relandi antiquitt. sacr. p. 222 sqq. Wineri lex. bibl. II, 572. Huiusmodi sacrificium iam Kaino tribuitur Gen. IV, 3. De ferto idolis oblato Jes. LVII, 6. LXVI, 3. מִנְחַת בֹּקֶר fertum matutinum Exod. XXIX, 41, מִנְחַת עֶרֶב 2 Reg. XVI, 15. Esr. IX, 4. 5. Dan. IX, 21. Saepe copulantur מִנְחָה וְנֶסֶךְ Joël I, 9. 13. II, 14. LXX plerisque locis *θυσία*, bis *θυσίασμα*, semel *προσφορά* Ps. XL, 7.

מְנָחָה chald. i. q. hebr. no. 3. Dan. II, 46. Esr. VII, 17.

מָנַן rad. inusit. *divisit, partitus est*, affinis radd. מָנָה et מָנַח. Arab. مَنَّ praecidit funem, diminuit numerum, it. benefecit alicui, benevolus fuit in aliquem, pr. attribuit, largitus est liberaliter, unde مَنٌّ donum.

מָן c. suff. מָנֵךְ (alii codd. sine Dag.) Neh. IX, 20 m. *manna* arabica, resina dulcis melli similis, quae in Arabia Petraea, neque non in Persiae (ubi Manna ترنجبين, ترنكبين appellatur), Indiae, Armeniae nonnullis regionibus, media aestate ante solis ortum ex complurium arborum fruticumque (quales sunt الحاج s. العاقول frutex spinosus, *hedysarum alhagi* Linn., ضرو tamarisci species in peninsula Sinaitica frequens, tamarix mannifera Ehrenb., بلوط quercus al.) foliis post insectorum quorundam cocco simili um (coccus manniparus Ehrenb.) ictum exsudat. Vide J. E. Fabri hist. mannae in Fabri et Reiskii Opusce. med. arab. p. 83—140. Cl. Salmas. de Manna, post homonym. hyles iatricae p. 245 sqq. Fothergill in Philos. Transactions XLIII, p. 86 sqq. Niebuhrii descr. Arabiae p. 145. Seetzen in v. Zach monatl. Correspondenz XVII, 151 sqq. Burckhardt itin. p. 798. 953—55 ed. germ. Rüppell itin. p. 190, sed maxime recentissimos quosdam naturae scrutatores, qui mannam non sponte, sed insectis illis utcumque adiuvantibus effluere, primi ostenderunt, ut Hardwicke in Asiatic Researches XIV pag. 182 sqq. Frederick in Transactions of the literary society of Bombay, Lond. 1819 T. I p. 251 sqq. Ehrenberg in symbol. phys. Berol. 1829. 1 cf. Sprengel Entdeckungen in der Pflanzenkunde III, p. 390. Exod. XVI, 15—35. Num. XI, 6 sqq. Deut. VIII. 3. 16. Jos. V, 12. Ps. LXXVIII, 24. Quod Exod. XVI, 14. Num. XI, 7 mannae granula cum prnina, cum coriandri semine et bdellio i. margaritis (בְּדֹלַח) comparantur, et quae praeterea de natura et usu eius perhibentur Exod. XVI, 20. 21. 31. Num. XI, 8, cum re ipsa conveniunt; quodque foris instar de coelo in castra Israëlitarum depluisse dicitur (Exod. XVI, 13. 14), in eo vulgarem certe de mannae origine opinionem secutus est sacer scriptor (v. Oedmanni verm. Sammlungen VI, 8 sqq., cf. infra arab. مَنٌّ, similemque de mellis apiarii origine opinionem ap. Virg. Georg. 4, 1 [mellis coelestia dona] ibique Vossium. Plin. N. H. 11, 12—14): quod vero manna per quadraginta annos unicus fere populi cibus fuisse et nonnisi senis per hebdomadem diebus excepto sabbato de coelo decidisse narratur, id vel miraculo factum est vel traditioni debetur. — Nomen מָן ita ortum esse narratur Exod. XVI, 15. 31, ut Israëlitae, nescii quid sibi velit res ille coelestis, quaesiverint: מָן הוּא *quid hoc?* Sed probabilius etymon (nam מָן Chaldaeum est, non Hebraeum et adeo apud Chaldaeos rarissime de rebus interrogat, licet hic usus apud Aethiopes valeat: ምን: quis? amhar. ማን: quis?) nobis offert linguae arabicae analogia, quae in re apud Arabes domestica non potest non plurimum valere. Apud hos enim manna appellatur مَنٌّ *donum* (de dono Dei vit. Tim. II, p. 778 Mang.), plene المنّ السما *donum coeleste*, quod nomen profectum est ab opinione supra memorata, de qua haec resina non ex plantis promanare, sed de coelo decidere credebatur (cf. Kamûs h. v.), et congruit cum his eius attributis: לֶחֶם שָׁמַיִם panis coeli Ps. CV, 40, דְּגַן שָׁמַיִם frumentum coeleste Ps. LXXVIII, 24: Graeci autem Judaei, quibus manna appellatur *ἄρτος ἀγγέλων* (Ps. LXXVIII, 25 LXX. Sap. XVI, 20), statuisse videntur, eam ambrosiae instar angelorum cibum fuisse populo dilecto coelitus proiectam. (Syr. ܡܢܐ).

מָן m. 1) *pars, portio.* Hanc propriam vocabuli vim Io. Simonis, quem sequuntur de Wettius, Maurerus al., reperire sibi videtur in verbis Ps. LXVIII, 24: לְשׁוֹן כְּלָבֶיךָ מֵאוֹיְבִים מְנָהוּ, quae is interpretatur: *lingua canum tuorum, de hostibus* sit *pars eius*, i. e. ut lingua canum tuorum partem s. portionem habeat in hostibus. Ista tamen significatio in ipso linguae usu valde incerta est, multoque probabilior est alia istum locum interpretandi ratio, de qua in altero hemistichio ex priore membro cogitando repetitur verbum תִּמְחַץ *agitet se* vel potius aliud ei simile, v. c. (agitando se) *lambat* (lingua enim lambens agitat se), et verba ita explanentur: et ut *lingua canum tuorum* lambat *de hostibus eius* [*de eo*]. Si sana essent verba מֵאוֹיְבִים מְנָהוּ, ea vertenda essent: *de hostilibus, de eo* sc. sanguine: sed haud scio an prius glossa sit, qua librarius quidam explanare volebat alterum מְנָהוּ, quod ad sanguinem potius referendum erat, hac sententia: ut *lingua canum tuorum lambat de eo.* — Ceterum propria nominis vis latet in formis מָנִי pr. *a parte mea*, de ma part (cf. Ez. III, 17: hortare eos מִמֶּנִּי germ. von meinetwegen), מָנָיו *a parte eius*, et praeverbium מִן nihil aliud est quam status constructus eius sing. numero, מָנֵי Jes. XXX, 11 plurali numero.

2) pl. מָנִים *fides* pr. *fila tenuia*, a dividendo dicta. (מָנֹר id. Ps. XXXIII, 2 pro מָנוֹר, et Ps. CL, 4 pro מְנִים מָנְבֵּב Ephr. II, 440. Adl. מָנֵל fides. Praeterea מָנֹד *pilum* significat et *λέπτον*, itaque rem tenuissimam. Fuerunt, qui conferrent lat. *fides* a findendo, sed hoc coll. *σφίδη* intestinum est potius a *σφίγγω*). Ps. CL, 4: הַלְלוּהוּ בְּמָנִים וְעוּגָב *laudate eum fidibus et fistula*, ubi instrumenta, cuius fides pulsantur, opponuntur instrumento, quod inflatur. Eodem cum Seb. Schmidio plurimisque recentioribus referimus Ps. XLV, 9: *ex palatiis eburneis* מִנֵּי שֵׁנְהִיתֵךְ *fides* (i. e. concentus musici) *exhilarant te.* מָנַי pro מָנִים v. Lgb. 525. 526. Ewald. gramm. §. 359. Aliorum interpretationes, quibus מָנִי ost vel *Armenia* vel *magis quam ego*, vix memoratu dignae sunt. „Quid vero, si מָנַי sit *fides mea* i. e. fidium mearum cantus, aut si מָנַי significet *fidicinem* (cf. עֹתִי ex עֹת, רָנַי ex רָנָן). singularis vero collective sit positus?" Maurer.

מָן, quae forma integra in antiquioribus rara est, nisi sequitur articulus, v. c. מִן הַשָּׂדֶה, מִן הָעִיר, מִן הָאֲדָמָה (non ita saepe reperitur מִמֶּה, ut מִמֶּנּוּ 1 Sam. XVII, 34. מֵהַמְּעָרָה XXIV, 8 cf. 9 Keri), in recentioribus (more Aramaeorum) satis crebre, tum ante gutturales molliores, מִן־אָז Jer. XLIV, 18, מִן אֲבִשָׁלוֹם 2 Sam. XX, 6, מִן אַחֲרֵי 1 Par. XVII, 7, מִן הַהַחְבֵּרוֹת Dan. XI, 23, מִן חָם 1 Par. IV, 40, tum ante alias litteras maxime labiales, ut מִן־בְּנֵי 1 Par. V, 18. IX, 3. 30. XII, 25. 26. 29. 30. Joël I, 12, מִן בַּהֲמָה 1 Reg. XVIII, 5 Chethibh, מִן־בְּנוֹת 1 Par. XV, 25, מִן־בַּת Thren. I, 6 Chethibh (Keri מִבַּת), מִן מְצֹרָיִם Jes. XX, 5; מִן הָעֲרָחָךְ Ps. CIV, 7, מִן קוֹל Ps. CIV, 6. 1 Par. VIII, 8. Dan. VII, 23, מִן גַּבָּהּ 2 Reg. XXI, 19, מִן רוּמָה Deut. XXXIII, 11, מִן רוּמּוֹן 2 Reg. XXIII, 36, מִן שִׁלְחוֹ 2 Par. XXXI, 3, מִן שִׁכּוּשׁ 1 Par. VIII, 8 [v. plura in Masora finali s. מִן], in locis bis editis passim ita, ut una editio formam integram habeat, altera formam contractam, ut מִן אֹרְבֵי Ps. XVIII, 4 (2 Sam. מֵאֹרְבֵי), מִן־קָמַי Ps. XVIII, 49 (2 Sam. מִקָּמַי), מִן גָּבִישׁ 2 Reg. XVIII, 17 (Jes. XXXVI, 2: מִגָּבִישׁ);

מִנִּי poët. (c. Jod parag., quale statui constructo annectitur) Iud. V, 14. Iob. VI, 16. VII, 6. IX, 2. 25. XI, 9. XII, 22. XV, 22. 30. XVI, 16. XVIII, 17. XXX, 30. XXXI, 7. XXXIII, 30. Ps. XLIV, 10. 11. LXVIII, 32. LXXIV, 22. LXXVIII, 2. LXXXVIII, 10. Jes. XLVI, 3; semel

מִנֵּי (plur. cstr.) Jes. XXX, 11; longe creberrime

מ sq. Dag., sed ante gutturales

מֵ, raro מִ, ut מִחוּט Gen. XIV, 23, מִרְדְּכַי 2 Sam. XVIII, 16, מִעֲצֶבֶת מִרְגֵּזֶךְ et מִרְגֵּזֶךְ Jes. XIV, 8 (ubi alii Zere habent, v. J. H. Mich. not. crit.), et ita constanter in formis מֵחוּץ, מֵהוֹת,

c. Suff. מִנִּי (v. supra מִן, no. 1, aliam de huius repetitionis caussa sententiam ap. Ewaldum, gr. min. §. 467), poët. מִנִּי Jes. XXII, 4. XXX, 1. XXXVIII, 12. Iob. XVI, 6, bis in Pausa מִנִּי Ps. XVIII, 23. Iob. XXI, 16, utrumque more Aramaeorum; מִמֶּךָּ (altero Nun prorsus abiecto) Gen. XVII, 6. XXVII, 45, in pausa מִמֶּךָּ XXXV, 11, f. מִמֵּךְ XXX, 2. Jes. XLIX, 17; מִמֶּנְהוּ (pro מִמֶּנּוּ) v. exempla ap. Nold. p. 507 sqq. cuius suffixum passim neutraliter accipiendum ad pluralia refertur) Ex. XXV, 15. Num. XXXI, 49. Jes. V, 23. Hos. XIV, 5, et ad feminina Lev. VI, 8. XXVII, 9. Jes. I, 7. 2 Reg. IV, 39. (Mas. ad Iud. XI, 34), poët. מִמֶּנְהוּ Iob. IV, 12, in Pausa מִמֶּנְהוּ Ps. LXVIII, 24, fem. מִמֶּנָּה Nold. p. 507; pl. מִמֶּנּוּ (pro מִמֶּנּוּ־נוּ) *a, ex* nobis, quod usu distinguendum a מִמֶּנּוּ *ex, ab eo* (quod enim Orientales pro plurali scribere volebant מִמֵּנוּ, recte vituperat Aben Esra ad Gen. III, 22) Gen. III, 22. XXIII, 6. XXVI, 16. Ex. XIV, 12 (Nold. p. 506. 507), מִכֶּם ex, a vobis (Nold. p. 473); מֵהֶם (ibid.), poët. מִמֶּנָּם Iob. XI, 20, f. מֵהֶן Ez. XVI, 47. 52

arab. مِنْ, quod passim cum sequente voce coniungitur abiecto Nun, max. sequente art. مِمَّنْ pro مِنْ ال, مِنْ, مِنْ pro مِنْ, al. Schult. ad Ham. 435, de Sacy gramm. I §. 838, syr. ܡܢ, cuius Nun itidem perit in nonnullis vcc., ut ܡܘ, ܡܟܡܐ, ܡܫܡ, ܡܟܣ, phoen. מ Monumm. Phoen. p. 351, aeth. ም፡:) pr. status constr. nominis מִן (ut בֵּן cstr. בִּן), *pars* alic. rei, inde Praep., eaque

1) proprie *partitiva* (מם קצתית vocant Hebraei), *partem* designans *ex toto exemtam*, quae gr. et lat. modo ἐξ, ἐκ, *ex*, *e*, modo ἀπὸ, *ab*, *a* praeverbiis (raro *de*) exprimitur. Gen. XXIII, 6: אִישׁ מִמֶּנּוּ *aliquis e nobis.* Exod. II, 7: אֶשָּׁה מִינִיקֶת מִן הָעִבְרִיוֹת. Jer. XXXIX, 10: הַדַּלִּים מִן הָעָם *pauperes ex populo.*

Ponitur a) saepe post numeralia. Neh. I, 2: אֶחָד מֵאַחַי *unus ex fratribus meis.* Esth. VII, 9. (Syr. ܚܕ ܡܢ Agrell. suppl. 235. append. I, p. 51). Gen. VI, 20: שְׁנַיִם מִכֹּל *duo ex quovis genere.* Ruth IV, 2: *decem viri* מֵזִקְנֵי הָעִיר *ex senioribus urbis.* 2 Reg. II, 7: *quinquaginta viri* מִבְּנֵי הַנְּבִיאִים *ex filiis prophetarum.* Iob. V, 1: מִי מִן קְדֹשִׁים *quis ex* numero *sanctorum?* Jer. XLIV, 28: *et intelligent omnes* ..... דְּבַר מִי יָקוּם מִמֶּנִּי וּמֵהֶם *verbum cuius* (utrius partis) *ex me et ipsis* (i. e. nostrum) *ratum fuerit*, ubi מִן pendet ex מִי, ut Iob. l. c. Vide Maurerum ad h. l., qui vulgarem hunc locum interpretandi rationem egregie refellit. It. post substantiva, quae *partem* significant. 2 Par. XXXI, 3: מִנַּת הַמֶּלֶךְ מִן רְכוּשׁוֹ. Jes. XXI, 11: מִן מִנִּי לַיְלָה *quid de nocte?* i. e. quae noctis pars agitur (was ist die Zeit?). Similiter iam Saad. *quid de nocte* sc. superest?

b) omisso nomine indefinite α) ubi refertur ad numerum vel multitudinem est: (*aliquot*) *ex* toto numero. Exod. XVII, 5: קַח אִתְּךָ מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל (aliquot) *ex senioribus Israëlis.* XVI, 27: יָצְאוּ מִן הָעָם *egressi sunt* nonnulli *ex populo.* Gen. XXXIII, 15. Num. XIII, 23. 2 Sam. XI, 17. Ez. V, 4. Am. II, 11. Esr. II, 70. VII, 7. Dan. VIII, 10. XI, 35. Cant. I, 2: יִשָּׁקֵנִי מִנְּשִׁיקוֹת פִּיהוּ *osculetur me* [illegible] *oculis oris sui.* (Sic arab. مِنْهُمْ aliquot eorum Cor. 57, 26, من الدنانير aliquot denarii, Ham. 172 Freyt., قال من ابيات cecinit versus Abulf. Ann. I, 164, it. بَعْضٌ sq. genit. pars totius, inde aliquot, nonnulli: syr. ܡܢ v. Agrell. suppl. p. 244, litt. G. H. 249. 250, plenius ܡܢ ܕ ܡܕ aliquid de i. e. aliquot, gr. Matth. XXIII, 24. Respondet art. indefinitus Gallorum: *des anciens, des vers, des boissers*). Sed Deut. XXXIII, 3 huius loci non est, v. דָּבְרֵי Hithpa. supra p. 315. — Rarius *unum* tantum *ex* numero designat. Gen. XXVIII, 11: וַיִּקַּח מֵאַבְנֵי הַמָּקוֹם *et sumsit* unum *ex lapidibus loci*, cf. Comm. 18. Exod. VI, 25: *Eleasar duxit* unam *ex filiabus Puthiel.* Jer. I, 1: *Hilcias* מִן הַכֹּהֲנִים unus *ex sacerdotibus.* Dan. XI, 5: *rex Austri* וּמִן שָׂרָיו *et* unus *ex tribunis eius.* LXX. εἷς ἐκ τῶν δυναστῶν. Theod. εἷς τῶν ἀρχόντων. (Arab. بعض etiam de *uno* dicitur. Syr. ܡܢ

et סְלַח סְלַח Assem. T. II, p. 461 lin. 7 a fine. Barhebr. 277, lin. 7). — *β*) ubi refertur ad totum quoddam, est: *aliquid, aliqua pars* ex massa. מִנְדָּם aliquid sanguinis Ex. XII, 7. XXIX, 21. Lev. V, 9 (סְלַח וְסְלַח Barhebr. 529). Iob. XI, 6: *deus tibi remittit* מִנֵּעֲוֹנֶךָ *de peccato tuo*, partem peccati tui. Ps. CXXXVII, 3: שִׁירוּ לָנוּ *canite nobis* aliquod specimen *poëseos Zioniticae*. Cum negandi particula: *nihil quidquam*. 1 Reg. XVIII, 5: וְלוֹא נַכְרִית מִן בְּהֶמְתּוֹ. 2 Reg. X, 10. Deut. XVI, 4. Nah. I, 14: לֹא יִזָּרַע מִשְׁמֶךָ עוֹד *non seminabitur amplius de nomine tuo* i. e. ulla res, quae nomen tuum gerat. — Ex his autem *γ*) manifestum est, quid indicandum sit de מִן „pleonastico“ Arabum (de quo multus est Agrell. de varietate gen. et num. in ling. orient. p. 142 sqq.), cui similes locutiones etiam in Hebraismo reperiuntur. Namque in formulis Arabum: ما من الّا الله *non est deus nisi Deus* Sur. 3, 55. 5, 77. 38, 65 (cf. eadem verba sine من Sur. 3, 1. 11, 27. 20, 7), ما لَهُم من علم 18, 4 (sine من 22, 70. 24, 14), ما جاءنى من رجل non venit ad me ullus vir, من ما من احد ne ullus quidem, et similibus, من minime est pleonasticum, sed partitivum, istaeque locutiones enarrandae sunt: *ne minimum quidem scientiae; ne particula quidem numinis* (auch nichts von einem Gotte, nichts Göttliches); *ne particula quidem unius* (q. d. auch nicht ein Stück von einem), plane ut syr. ܡܢ ܠܐ ܡܕܡ et ܡܢ ܠܐ ܡܕܡ ܐܦ nequaquam, nunquam Gal. V, 16. — Sie in V. T. א) אֶחָד *ullus*, אַחַת *ulla*. Deut. XV, 7: *si inter vos pauper est* מֵאַחַד *ullus fratrum* tuorum *intra unam portarum tuarum* *). Lev. IV, 2: *et si facit* מֵאַחַת מֵהֵנָּה *ullam harum* rerum, quodcunque in una harum legum

*) Qui hunc locum a reliquis, maxime Levit. IV, 2, segregandum censuerunt, *Winerus* (Lex. pag. 566) et Frider. Fritzschius (Fritzschiorum Opusc. p. 213), in varias sententias discesserunt. Atque illi quidem „videtur, id quod in graecis et latinis scriptoribus passim fit, praeverbium traiectum esse pro אֶחָד מֵאַחַד cf. Io. XII, 1: πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα et Ew. gr. p. 600 [qui quidem traiectionem nullam statuit], nisi velis ita interpretari: *egenus ex uno fratrum tuorum* (ut gr. οἱ ἐκ τούτου) *prognatus*“; huic contra locus „ex logica confusione explicari posse videtur, qua scriptor ipsam quoque אֶחָד praepositionis מִן regimini subiiceret, quum unum debuisset voc. אַחִיךָ .... coll. Act. III, 24: καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς (pro οἱ καθεξῆς)“; idemque מִן partitivum vix locum habere censet, „quum de homine agatur, qui aut pauper aut non pauper sit necesse sit“; in Arabum etiam formula ما من احد particulam من non partitivam esse statuit, sed hanc locutionem enarrandam esse: *non ab uno* i. e. si *ab uno* numerum inicro i. q. ne unus quidem, ut contra dicatur: לֹא — יָד אֶחָד lud. IV, 16: *non — usque ad unum*. — Nobis quidem persuasum est, veram huius loci interpretationem non aliunde arcessendam esse, quam ex loco parallelo legislationis Mosaicae Levit. IV, 2, neque cogitandi loquendive errorem ei subesse, sed certum atque legitimum linguae hebraeae et arabicae usum, de quo מֵאֶחָד h. l. (pariter atque f. Lev. IV, 2) respondeat arabico من احد *ullus*. Huius locutionis ut vera ratio pereipiatur, ab exemplis ordiamur, ex quibus apparebit, eam in sententiis tum negativis tum interrogativis, et non de rebus tantum, sed adeo saepius de personis frequentari. Sur. IX, 126: هَلْ يَرَاكُم مِّنْ أَحَدٍ *num vidit vos ullus?* XXIV, 21: مَا زَكَىٰ مِنكُم مِّنْ أَحَدٍ أَبَدًا *non purus est ullus vestrum*, XXXV, 39: إِنْ أَمْسَكَهُمَا مِنْ أَحَدٍ *non retineret eos ullus*, in accus. XIX, 98: *an invenies ex iis* مِنْ أَحَدٍ *ullum?* II, 96: مَا هُم بِضَارِّينَ بِهِ مِنْ أَحَدٍ *non damno affecerunt ea re ullum* et de re ibid. مَا يُعَلِّمَانِ مِنْ أَحَدٍ *non docebant ullam rem.*

Partitivum esse hoc من, ut in reliquis huius generis formulis supra memoratis, et من احد proprie significare: *pars unius* s. *unus aut parvus, diminutus* i. e. *ullus, quicunque* [jemand i. e. vir *quicunque*], id nescio an evinci possit tum arabicae tum latinae et germanicae linguarum analogia. Arabes enim in idiomate vulgari pro من utuntur etiam ve. بعض *pars*, dicuntque بعض الاحد *pars unius* (ein Stück von Einem) *ullus, aliquis*. Latini in huiusmodi locuticuibus, quod eandem vim habet, diminutivo utuntur vocis *unus*: dicuntque *ullus* quod est pro *unulus*, cf. *singulus* pro *sinculus*, ex ἑνικός, adeoque *ningulus* = nullus (Fest.), ut Germani veteres *einzén* (nostr. *einzig*, einzeln), quod diminutivum est vocis *ein* (v. Grimm deutsche Grammatik III, 697 not. cf. Doederlein Etymologien und Synonymen VI, p. 336). Id ipsum autem flagitat loci, quem tractamus, ratio: *si inter vos pauper est, ullus* s. quicunque *fratrum tuorum*, ut recte vidit Saadias, qui linguae suae beneficio idiotismum imitatus interpretatur: مِن بَعْضِ إِخْوَتِكَ aliquid *de uno fratrum tuorum* i. e. ullus fratrum tuorum. Ad Fritzschii, viri eximii, verba ut redeam, illud quod supra secundo loco posui interpretationi nostrae vix opponi posse videtur, quam מִן partitivum (*diminutivum* h. l. dicere possis) non ad paupertatis notionem referatur, sed ad *unitatis* (ex *unus* praemisso נִן fit *unulus, ullus*, quicunque): arabicum autem من احد non minus *partitivum* (diminutivum) esse, ubi de personis agitur, quam ubi de rebus, ex superius dictis apparet. — Etiam Ewaldus (l. supra laudato) et utrumque illum locum (Lev. IV, 2. Deut. XV, 7) copulavit et comparavit arab. من احد, sed caussam idiomatis non prorsus perspexit, ubi dicit: „von jenem häufigen Gebrauch des נִן für die Bezeichnung des unbestimmten Theils ist es gekommen, dass die Sprache es gern mit כְּלִי (?) und אֶחָד *irgend einer* des ähnlichen Begriffs wegen verbindet“; praeterea male huc retulit Lev. V, 13, cuius ratio longe diversissima est (וְכִפֶּר עָלָיו הַכֹּהֵן ... מֵאַחַת מֵאֵלֶּה *expiabit cum sacerdos uno horum*, ubi מִן est instrumenti), adeoque Comm. 15, ubi simplex reperitur נִן partitivum.

vetitum est. Ez. XVIII, 10 (ubi אֵת spurium videtur, v. pag. 64 B); et ב) in formulis negativis מְאַיִן, מֵאַיִן, מֵאַיִן Jes. XL, 17. XLI, 24 i. e. (aliquid) *de nihilo, nihili quid*, quasi diminutivum nihili, v. not.), *ningulum* dicas cum Festo h. v. Jes. XL, 17 de gentibus ethnicis: כְּכַל־הַגּוֹיִם כְּאַיִן נֶגְדּוֹ מֵאַפֵס וְתֹהוּ נֶחְשְׁבוּ לוֹ *omnes gentes instar nihili sunt coram eo, ut res nihili reputantur ei.* XLI, 24 de idolis: אַתֶּם מֵאַיִן וּפָעֳלְכֶם מֵאָפֵס *vos estis nihili et de nihilo opus vestrum*, cf. XLI, 12: בְּאַיִן וְכֶאָפֵס, 29: אָפֵס מַעֲשֵׂיהֶם. Male nonnulli, in his Ewaldus gr. crit. p. 601, מִן in his formulis comparativum esse volucrunt: minus *quam nihil*, quod mathematicorum, non poëtarum, formulam saperet: sed hoc tamen isti recte censerunt, *nihili* notionem hac particula praemissa diminui (v. not. *). Ceterum hic loquendi usus in Jesaiae locis minime solitarius est, sed eodem revocandum est מֵאַיִן *nullus, ne ullus quidem, nemo.* Jer. X, 6: מֵאַיִן כָּמוֹךָ יְהוָה. Comm. 7. מֵאַיִן כָּמוֹךָ, neque aliter nunc explicaverim מֵאַיִן in formula מֵאַיִן יוֹשֵׁב i. q. אֵין יוֹשֵׁב (v. pag. 83 A) et similibus, quae proprie sunt: *et non est ullus habitator.*

Contra in hunc censum non veniunt hi loci, in quibus מִן pleonasticum reperisse sibi visi sunt interpretes nonnulli (Storr observatt. p. 450 al.): Gen. VII, 22, qui ita explanandus est: כֹּל אֲשֶׁר נִשְׁמַת רוּחַ חַיִּים בְּאַפָּיו מִכֹּל אֲשֶׁר בֶּחָרָבָה מֵתוּ *quodcunque spiritum vitalem habebat in naribus suis ex omni quod in terra erat exspiravit*, omnia animantia in terra exspiraverant. Ind. X, 11. 12: הֲלֹא מִמִּצְרַיִם ... וּמִן הָאֱמֹרִי .... וְצִידוֹנִים וַעֲמָלֵק ... לָחֲצוּ אֶתְכֶם ... וְאוֹשַׁעְתִּי אֶתְכֶם in quibus verbis anacoluthon esse observant de Wettius, et Studerus ad h. l. Nempe scriptoris animo obversabatur eiusmodi sententia: הֲלֹא מִמִּצְרַיִם הוֹשַׁעְתִּי אֶתְכֶם, inserebat autem verba: וַהֲצִילוֹתִים .... וַתִּצְעֲקוּ אֵלַי, et post ea neglecta prima structura pergebat וְאוֹשִׁיעָה אֶתְכֶם. Etiam apud Syros ܡܢ pleonasticum non reperitur. Quod Agrellius (suppl. synt. p. 284) ex Assem. I, 237 lin. 13 sqq. laudat: *ex servis ... ex Cosma ... ex procuratore* pro: servi, Cosmas, procurator, manifesto explicandum est: *a servis* cet. (sc. proficiscitur haec epistola), apud Barhebraeum autem p. 456, 6. 7 (Agrell. append. I p. 55) *a praefecto* sunt: *comites eius* (seine Leute, sein Gefolge).

c) post verba *capiendi, sumendi de* aliqua re (partem totius) v. c. Gen. II, 22: *costam* אֲשֶׁר לָקַח מִן הָאָדָם *quam sumsit de homine.* Exod. XXIX, 22: *sumas adipem de ariete.* Iob. XXXIII, 6: מִחֹמֶר קָרַצְתִּי גַּם אָנִי, et quae his similia sunt: ut *edendi* (אָכַל מִן Gen. XXV, 20. Iob. XXXI, 17 cf. ἐσθίειν, πίνειν τινός), *satiandi se* (שָׂבַע מִן), *eligendi ex* numero Ex. XVIII, 25. 2 Reg. X, 3; et contra post verba *dandi* (Gen. XXV, 30). XXX, 14, et quae his finitima sunt, *implendi* (מָלֵא מִן, מָלֵא מִן, implevit aliqua parte rei), *reliquum faciendi* (Ex. X, 5. Lev. VI, 9), tradendi, docendi (Jes. II, 3. Ps. LIX, 13), in quibus omnibus מִן partem rei indicat, quae eadem apud Graecos (vide locutiones laudatas), Francogallos, Germanos antiquiores (prenez *du sang*, nimm *des Blutes* Luth.) genitivo exprimitur.

A significatione partitiva proficiscitur

2) notio *egrediendi ex* aliqua re, ubi significatur aliquid antea fuisse *in* re et quasi partem eius fecisse, gr. et lat. ἐξ, *ex*. Ita sexcenties proprio significatu post *egredi*, v. c. *ex* populo, urbe, terra, arca, porta, ore (v. יָצָא), *extrahere* v. c. *ex* aqua, fovea Ps. XVIII, 17. XL, 3, *haurire* ex fonte Jes. XII, 3, *eripere* (*servare*) *ex* potestate alic. (v. שָׁמַר, נָצַר, הִצִּיל) v. c. מִרְשָׁע Ps. XVII, 13, מִמְּעוֹת XXXIII, 19, מֵחֶרֶב Ps. XXII, 21, it. *auxilium ferre* (v. Deut. XXXIII, 7. Ps. XLIII, 1), *expellere ex* terra Ps. X, 18, exterminare Ez. XIV, 17, removere *ex* Deut. XXVI, 13 al. it. capere, accipere *ex* manu al. (v. לָקַח); *clamare ex* aliquo loco (ubi vox certe egreditur) Jon. II, 3. Hab. II, 11 al. Id ex quo aliquis exit, potest etiam conditio esse, ex qua transitus fit in aliam: inde mutari *ex* afflictione in gaudium Esth. IX, 22 cf. Jes. XVII, 1. — Ad egressum Winerus refert quoque Lev. XIV, 16: טָבַל אֶת־אֶצְבָּעוֹ מִן הַשֶּׁמֶן, idque explicat *intingit* et retrahit *digitum ex oleo*, quod non magis ferendum videtur, quam si dicas: *ascendere de equo*, idque declares: *ascendere* et descendere *de equo*; rectius: *tinxit* i. e. imbuit, infecit *digitum oleo*, ut מִן sit materiae. Inde frequentatur

a) de *materia, ex* qua aliquid fit et quasi *progreditur.* Gen. II, 19: *et formavit Iova Deus* מִן הָאֲדָמָה כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה *ex terra omnia animalia agri.* Comm. 23: *haec tandem est os de ossibus meis et caro de carne mea*, i. e. ex me orta ideoque ὁμοούσιός μοι (cf. locutionem Arabum: فانى لستُ منكَ ولستَ منّى neque ego sum a te neque tu a me i. e. nos diversi generis, nobis non similes sumus). Cant. III, 9: *lecticam fecit Salomo* מֵעֲצֵי הַלְּבָנוֹן *ex lignis Libani.* Ps. XVI, 4: נִסְּכֵיהֶם מִדָּם *libationes eorum ex sanguine.* XLV, 14. Hos. XIII, 2.

b) de *ortu*, α) ex parentibus. Gen. XVII, 16: *reges erunt* מִמֶּנָּה. XVI, 2: אוּלַי אִבָּנֶה מִמֶּנָּה *fortasse liberos habebo ex ea.* 1 Sam. II, 20: *Iova det tibi posteros ex ea.* Ind. XI, 34: *ea unica erat filia* אֵין לוֹ מִמֶּנּוּ *nullam amplius habebat a se* genitam i. e. germanam opp. privignis, quanquam hos fortasse non perspicue cogitabat scriptor (Rabbini מִמֶּנָּה pro מִמֶּנָּה dictum existimant pro *praeter eam*, alii id neutraliter accipiunt: *praeterea*). Gen. XXXV, 11. Lev. XXI, 17. Iob. XIV, 4: מִי יִתֵּן טָהוֹר מִטָּמֵא *ubi est purus*, qui *ex impuro* ortus sit? Jes. LVIII, 12: מִמְּךָ *ex te orti* i. e. filii, nepotes tui cf. gr. οἱ ἐκ τούτων (non bene alii: nonnulli ex civibus tuis cf. no. I, b). — β) ex populo locove natali. 1 Sam. IX, 1: אִישׁ מִבִּנְיָמִין. Ind. XIII, 2: אִישׁ מִצָּרְעָה. XII, 8. XVII, 7. 2 Reg. XXI, 19. XXIII, 36. Am. I, 1. Jerem. I, 1. Nehem. VII, 6. Sic de bestiis rebusque inanimatis Ps. LXXX, 14: חֲזִיר מִיָּעַר *aper silvester.* Jer. V, 6: אַרְיֵה מִיָּעַר. Ps. LXXX, 9: גֶּפֶן מִמִּצְרַיִם. Cf. Ps. LXXII, 16: יָצִיצוּ מֵעִיר *efflorescunt* homines *ex*

urbibus, ut gramen terrae. Metaph. Neh. VI, 8: *tu fingis ista* בִּלִבְּךָ.

c) de *auctore ex* quo vel *a* quo aliquid proficiscitur (gr. ἀπὸ i. q. ὑπὸ Herod. 2, 54. Thuc. 3, 36), velut הֶרְהוֹן concepit, gravida facta est *ex* aliquo Gen. XIX, 36. Hos. VII, 4: *formax* מֵאָפָה *flagrans* i. e. accensa *a pistore.* Ps. IX, 14: עָנְיִי מִשֹּׂנְאָי *miseria mea ab inimicis meis* profecta. XXXI, 12. Iob. VI, 25: הוֹכַחַת מִכֶּם *reprehensio* quae *a vobis* proficiscitur i. e. vestra. Ps. LXII, 2: מִמֶּנּוּ יְשׁוּעָתִי *ab eo proficiscitur salus mea.* Iud. XIV, 4: *parentes eius nesciebant* כִּי מֵיְהוָה הוּא *hoc a Iova profectum esse.* Prov. XVI, 1. 1 Par. XIII, 2. Hos. VIII, 4: *reges constituerunt* וְלֹא מִמֶּנִּי *non a me* profectum est, quos ego non constitui. Cum verbo passivo Ps. XXXVII, 23. Eccl. XII, 11. (Jer. XLIV, 28 huius loci non est, v. no. 1, a).

Saepe etiam *de auctore iudicii* vel aestimationis. Iob. IV, 17: הֲאֱנוֹשׁ מֵאֱלוֹהַּ יִצְדָּק אִם מֵעֹשֵׂהוּ יִזַּךְ גָּבֶר quod lat. redditur: *num iustus est homo coram Deo, an vir purus coram creatore?* pr. instus, purus ex sententia Iovae i. q. בְּעֵינֵי יְהוָה. Num. XXXII, 22: נְקִיִּם מֵיְהוָה (ubi alii נִן pendere existimant a notione libertatis, quae insit in innocentia), נָקִי מִשֶּׂלַע carus aestimatus est ab aliquo Zach. XI, 13; contra Ps. XVIII, 22: לֹא רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי *culpam non contraxi coram Deo meo,* ubi aliis est constructio praegnans: non impie defeci a deo. Jer. LI, 5: אֲרֻצָם מָלְאָה אָשָׁם מִקְּדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל. Deut. XXXII, 47: דָּבָר רֵק הוּא מִכֶּם *verbum inane visum* vobis. חֲלִילָה מֵיְהוָה maledictum a Deo, v. חָלִילָה p. 478 B. (Cf. Thucyd. 1, 71: ἄδικον οἰόμεθ' οὔτε πρὸς θεῶν τῶν ὁρκίων, οὔτε πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων).

Eodem revocabis Gen. III, 14 de serpente: אָרוּר אַתָּה מִכָּל־הַבְּהֵמָה i. e. בְּעֵינֵי כָל־הַחַיָּה *πρὸς πάντων τῶν κτηνῶν,* diris te devovebunt teque ceu pestem fugient omnia iumenta. (LXX. ἀπὸ i. e. ὑπὸ, v. supra). IV, 11: אָרוּר אַתָּה מִן הָאֲדָמָה *diris devotus esto a terra* i. e. terra te ceu diris devotum expellat. מִן particulam de eo frequentari, ex cuius sententia res existimatur, docet magna, quam laudavimus, exemplorum vis (cf. Wineri Lex. p. 565 litt. f), quae negligere illamque explicationem, quam facillimam esse fatetur (ad IV, 11), grammaticae (?) contrariam vocare non debebat Tuchius. Quam ipse commendat prioris loci interpretationem (a Hitzigio desumtam, ad Jes. p. 566): *devotus* esto eaque re *exemtus ex pecudibus,* quae diris obnoxiae non sint, ea vel propterea ferri non potest, quod serpens minime erat *ex numero pecudum* (מִבְּהֵמָה), quae in his Geneseos capitibus ubique distinguuntur a חַיַּת הַשָּׂדֶה: Serpentem ceu pestem fugiunt בְּהֵמָה וְחַיַּת הַשָּׂדֶה: ex priorum (בְּהֵמָה) numero is eximi non poterat. Eodem modo accipi potest contrarium בָּרוּךְ Deut. XXXIII, 24: בָּרוּךְ מִבָּנִים אָשֵׁר *laudatus a* reliquis *filiis est Ascher,* cui respondet in altero membro: רְצוּי אֶחָיו, cf. Gen. XLIX, 8: *laudant te fratres tui.* Et Iud. V, 24: תְּבֹרַךְ מִנָּשִׁים יָעֵל. Sed in utroque hoc loco מִן potest etiam eminentiae vim habere (no. 5): ita ut hac re emineat e fratribus. Qui מִן reliqua excludentis esse volunt, non cogitarunt, poetam Deut. l. c. etiam reliquis fratribus fausta adprecari.

d de *causa efficiente,* post verba activa Jes. VI, 4: *limina contremiscebant a voce vocantium.* Iob. IV, 9: מִנִּשְׁמַת אֱלוֹהַּ יֹאבֵדוּ *a flatu Dei pereunt.* XIV, 9: מֵרִיחַ מַיִם יַפְרֶה *ab odore aquae pullulat.* Ps. VI, 8. LXXIII, 19; post verba passiva (quod negare non debebat Winerus p. 565, qui ex uno exemplo Cant. III, 10 indicare videtur). Jes. XXII, 3: אסִרוּ מִקֶּשֶׁת *capti sunt a sagitta* i. e. sagittariis (quod exemplum, si sensum spectas, ad litt. c. referendum est. XXVIII, 7: נִבְלְעוּ מִן־הַיָּיִן *devicti sunt a vino.* Ps. LXXVIII, 65. Ez. XXVII, 34 (lat. apud ICtos: coactus a fideicommissario Dig. fort. Quinctil. 6, 1, 41: ex paedagogo se vellicari dixit); post substantiva. Hos. VII, 5: חֲמַת יַיִן *calor a vino.* Iob. IV, 13: שִׂעִפִּים מֵחִזְיוֹת לָיְלָה *cogitationes* ortae *ex visionibus nocturnis;* post adiectiva Gen. XLIX, 12: חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן וּלְבֶן שִׁנַּיִם מֵחָלָב *caligans oculis ex vino, albus dentibus ex lacte.*

e) de *instrumento,* quo aliquid efficitur. (Soph. Trachin. 1133: ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός). Gen. IX, 11: *non amplius delebitur omne vivum* בְּמֵי הַמַּבּוּל *aquis diluvii.* Iob. VII, 14: בַּחֲזִיוֹת תְּבַעֲתַנִּי *visionibus terres me.* Ps. XXVIII, 7: מְשִׁירִי אֲהוֹדֶנּוּ.

f) de *causa remotiore* s. de *ratione propter* quam aliquid fit. Joël III, 24: בְּחָמָס בְּנֵי יְהוּדָה *propter iniuriam in Iudaeos.* Jes. LIII, 5: מִפִּשְׁעֵנוּ *propter scelera nostra.* Prov. XX, 4. Deut. VII, 7. Jos. XXII, 24. Cant. III, 8: *quisque gladium gessit* מִפַּחַד בַּלֵּילוֹת *propter terrorem nocturnum.* Zach. VIII, 10. Sic dicitur gaudere (שָׂשׂ) *propter* rem s. *de* re, moerere *ob* al. Ruth. I, 13, ingemiscere *ob* aliquid Exod. II, 23, בּוּשׁ מִן erubescere *ob* Mich. VII, 16. Ubi significatur ratio, propter quam aliquid *non* fit, lat. utuntur praeverbio *prae.* Gen. XVI, 10: לֹא יִסָּפֵר מֵרֹב *numerari non potest prae multitudine.* Exod. XV, 23: *non poterant potare aquam prae amaritudine.* VI, 9. — Inde מֵאֲשֶׁר propterea quod, *quia,* v. אֲשֶׁר.

g) de *lege, praecepto, ex* quo aliquid fit (cf. lat. *ex* more, *ex* lege, *ex* foedere). מִפִּי יְהוָה ex iussu Iovae 2 Par. XXXVI, 12. מִפִּי הַמֶּלֶךְ ex iussu regis Jon. III, 7. Inde *secundum* (cf. ex auctoritate, ex opinione hominum Cic.) Iob. XXXIX, 26: הֲמִבִּינָתְךָ יַאֲבַר נֵץ *an secundum tuam intelligentiam volat accipiter?* Ez. VII, 27: מִדַּרְכָּם אֶעֱשֶׂה אִתָּם *secundum vias eorum faciam iis.* (Flor. 4, 12: ex meritis ..... senatus cognomen ex provincia dedit). מִנֵּי secundum copiam, pro numero, v. מִנִּי.

Frequentior etiam (neque tamen ut vulgo volunt, primaria) est

3) notio *discessus ab* aliquo loco (nostr. *von* etwas *ab, von* etwas *her, von* etwas *weg*), quod ab exeundi potestate (no. 2) proprie ita differt, ut, qui *exit e* loco *in* interiore eius parte fuisse, qui *abit a* loco, prius *ad* eum s. in vicinia eius fuisse cogitetur. Sed utrumque

arcta necessitudine inter se coniunctum, et etiam hoc posterius a *partitiva* potestate (no. 1) profectum est. Non enim ea solum quae *ex* interiore rei parte exeunt, partem eius fecisse cogitantur, sed etiam quae *ad* eum, *in vicinia* eius, fuerant eique *ad*haeserant et *ab* eo discedunt repetuntur, vel certe dependent (v. litt. f), cf. אָכַל מִן הָעֵץ comedere fructum *ab* arbore (cuius pars erat) decerptum al. — Dicitur autem de quovis discessu et motu, sive e superiore locum in inferiorem v. c. decidit de tecto Dent. XXII, 8, de coelo Jes. XIV, 12 cf. Ps. XIV, 2. XXXIII, 14, descendit מֵהָר de monte: sive ex inferiore in superiorem v. c. הֵחִים מִן, עָלָה מִן 1 Sam. II, 8: neque solum de motu corporis, sed etiam vocis sensuumque, qui ab aliquo loco vim suam exercent in alium longinquum (cf. Iud. V, 20: *de coelo pugnabant stellae*). Sic de voce Jes. XXIV, 14: אֲרַנְּנוּ *iubila tollunt de mari.* 16. XLII, 10: *canite carmen novum* מִקְצֵה הָאָרֶץ: de auditu 2 Par. VI, 21: אַתָּה תִשְׁמַע מִן *exaudies de* 21. 25. 30. 33. VII, 14, de visu et obtutu Cant. II, 9: מְשַׁגֵּיחַ מִן הַחַלֹּנוֹת *introspiciens de fenestra*, vom Fenster her, ubi nos: durch's Fenster herein, cf. V, 4: שָׁלַח יָדוֹ מִן הַחוֹר *extendit manum de fenestra*, durch's Fenster herein.

Sibi opposita sunt: *α)* מִן — עַד et מִן — וְעַד *inde ab — usque ad*, Lev. XIII, 12: מֵרֹאשׁוֹ וְעַד רַגְלָיו *a capite usque ad pedes eius.* Jes. I, 6. 1 Reg. VI, 24. VII, 9. — Gen. XIX, 11: מִקָּטֹן וְעַד גָּדֹל. Comm. 11. Jon. III, 5. Esth. III, 13: מִנַּעַר וְעַד זָקֵן. Exod. XI, 5. XII, 12. 1 Sam. V, 9. Motus, qui in rebus ipsis quidem nullus est, in his locutionibus cernitur in oculis animoque nostro, qui rem aliquam a capite ad calcem perlustrat. Hac formula autem saepe utuntur, ubi universum rei ambitum, omnesque sine discrimine res, quae sub aliquo genere comprehenduntur, indicare volunt. Gen. VI, 7: מֵאָדָם עַד בְּהֵמָה עַד רֶמֶשׂ וְעַד עוֹף הַשָּׁמָיִם. VII, 23. Iud. XV, 5: מִגָּדִישׁ וְעַד קָמָה וְעַד כֶּרֶם, unde reddi potest: *tam, quam.* Exod. IX, 25. XXII, 3. Dent. XXIX, 10. Jos. VI, 21. VIII, 25. Iud. XX, 48. 1 Sam. XV, 3. XXX, 19. Jes. X, 18. Jer. VI, 13, et cum negandi particula: *neque, neque.* Gen. XIV, 23: אִם מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ נַעַל *neque filum, neque corrigium calcei.* XXXI, 24. — *β)* מִן — אֶל id. (vide s. v. אֶל p. 103 B), et pro: *tam, quam.* Ps. CXLIV, 13: מִזָּן אֶל זָן *tam species quam species* i. e. omnis speciei res. *γ)* לְ — מִן *tam, quam*, ut litt. *α.* Gen. IX, 10. — *δ)* הַ — מִן id. Ezech. XXV, 13: מִתֵּימָן *a Themane* usque *ad Dedanam.* Magis etiam in his locutionibus frequentatur לְמִן, de quo infra. — De מִיָּד וָהֵנָּה et מִנֶּגֶד הֲלְאָה v. p. 376. — Ista autem discedendi notio varios usus habet. Ponitur enim מִן

a) post verba eundi, abeundi (הָלַךְ), veniendi (Gen. XVI, 8), redeundi (שׁוּב *), mittendi (שָׁלַח), petendi (לָקַח nostr. *holen* Jer. XIII, 7) *a* vel *e* loco; it. post verba *recedendi* (סוּר, נָסַע) et quae his finitima sunt v. c. אָבַד מִן perire alicui, עָבַר מִן *praeter*ire aliquid, חָטָא מִן pr. aberrare *a* lege Lev. IV, 2, בָּגַד מִן deficere *ab* aliquo; it. removendi (הַרְחִיק, הֵסִיר), repellendi (הֵשִׁיב Ps. XLIV, 11), depellendi et expellendi (גָּרַשׁ), retinendi ab aliquo vel aliqua re (מָנַע), cohibendi (חָשַׂךְ), dehortandi (זָהַר); denique desistendi (חָדַל), cessandi, desinendi (Esth. IX, 28, עָמַד מִן sq. Gen. XXIX, 35), quiescendi (נוּחַ, שָׁבַת),, et quae his cognata sunt, velut obliviscendi (שָׁכַח מִן Ps. CII, 5). Eodem revocabis 1 Reg. XII, 28: רַב לָכֶם מֵעֲלוֹת *satis vobis* (i. e. desistite nunc) *ab ascendendo.* Joël I, 12: הֹבִישׁ שָׂשׂוֹן מִן בְּנֵי אָדָם *exaruit gaudium* et recessit *a filiis hominum.* Ps. CIV, 35: יִתַּמּוּ חַטָּאִים מִן הָאָרֶץ *consumantur peccatores* et expellantur *e terra.* Prov. XXV, 17: הוֹקַר רַגְלְךָ מִבֵּית רֵעֶךָ *rarum fac* et cohibe *pedem tuum a domo amici tui*, חָדְלָה מֵעֲשׂוֹת *absit* ut faciam.

b) Ad *recedendi* notionem redeunt etiam verba fugiendi (פָּרַח, נוּס), occultandi et se occultandi (סָתַר, עָלַם, כָּחַד), timendi (יָרֵא, פָּחַד) et contremiscendi (Jes. VI, 4. Nah. I, 5), cavendi, custodiendi (שָׁמַר, נָשְׁמַר), defendendi (Ps. XLIII, 1. CVII, 41), quae omnia coniunguntur cum מִן eius personae, quam fugimus, timemus, *a* qua custodimus aliquem, cavemus, defendimus nos, cf. *κρύπτω, καλύπτω ἀπὸ* Mt. XI, 25. Luc. IX, 45. XIX, 42, lat. custodire, defendere *ab* aliqua re, tutus *a* periculo, ubi germ. dicimus: fliehen, sich fürchten, sich hüten, verbergen *vor*, ubi timens et abscondens se cogitatur fugere *ante* persecutorem. His similia sunt: נָקִי מִן liber (tutus) ab aliquo Iob. III, 19; מָעוֹן צֵל מִפְּנֵי מִצָּר praesidium ab hoste Nah. III, 11; צֵל מֵחֹרֶב umbra, quae defendit a calore Jes. IV, 6. XXV, 4. Iob. XXI, 9: בָּתֵּיהֶם שָׁלוֹם מִפַּחַד *domus eorum tutae a terrore;* item Esth. V, 9: לֹא קָם וְלֹא זָע מִמְּקוֹמוֹ *neque surrexit neque movit se coram illo*, pr. prae reverentia eius. Iob. XXXI, 23: מִשְּׂאֵתוֹ לֹא אוּכָל *prae maiestate* (ob timorem maiestatis eius) *non potuissem.*

c) Ponitur post *accipere* (לָקַח מִיָּד), *dari* (Eccl. XII, 11), *poscere* (בִּקֵּשׁ), *petere* (שָׁאַל) *ab* aliquo, et quae his cognata sunt, v. c. vindictam sumere *ab* aliquo (נָקַם מִן 1 Sam. XXIV, 13) al. Eodem pertinet Jes. LVII, 8: הִכְרַתְּ־לָךְ מֵהֶם *pacisceris tibi* aliquid *ab iis* (v. כָּרַת p. 718 A).

d) Quemadmodum ponitur post verbum surgendi, *erigendi*, sic etiam post *solari*, *consolari.* Gen. V, 29: זֶה יְנַחֲמֵנוּ מִמַּעֲשֵׂנוּ וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ.

*) Iud. VII, 3 verba: *si quis timidus est* שָׁב וְיִצְטַר מֵהַר הַגִּלְעָד explicanda sunt: *is revertatur per montanum Gilead* i. e. revertatur in patriam (transjordanensem) ita, ut montanum Gileaditicum transeat et *ex* hoc in patriam provinciam ingrediatur. Congruant formulae arabicae: دخل من الباب ingressus est urbem *de porta* veniens, ubi nos: *per* portam, عبر نهرا من الجسر transiit flumen *de* ponte veniens, pro per pontem. Conf. supra Cant. II, 9. V, 4.

e) Saepe praemittitur particulis loci (quae magnam partem proprie nomina sunt), et significat *discessum* ab (ex) eo loco, quem particula designat. Ita praefigitur *α*) adverbiis: מֵאָחוֹר a tergo, מֵשָׁם inde, מֵאַיִן unde? מִזֶּה, מִזֹּאת hinc, מִסָּבִיב undiquaque, מִלְמַעְלָה desuper, מִלְמַטָּה ab imo. — *β*) praepositionibus, מֵאַחֲרֵי et מֵעִם a post, *hinter* (etwas) *weg*; מִלִּפְנֵי, מִנֶּגֶד, מִנֶּגֶד ab ante, *vor* (etwas) *weg*; מֵאֵת, מֵעִם ab apud, *bey* etwas) *weg*; מִמַּעַל *oben von* (etwas) *weg*, contra מִתַּחַת: מִמֶּרְחָב, מִתּוֹךְ e medio alic. rei: מִבֵּין *zwischen* (etwas) *weg*. Cf. gall. *de chez, d'auprès*. Alia est particulae vis in exemplis litt. *h* et *i* explicandis.

f) Etiam sine verbo positum significat, aliquid distare *ab* alia re, procul abesse *ab* ea (cf. litt. a, ut gr. ἀπ' Ἄργεος procul ab Argo, *φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης* Il. 2, 162. Prov. XX, 3: שֶׁבֶת מֵרִיב *sedere* procul *a lite*. Num. XV, 24: מֵעֵינֵי הָעֵדָה *procul ab oculis concionis*. Jes. XIV, 19. (Ex hoc genere est arab. أنت من نوح وطول عمره ubi tu es a Noacho et longaevitate eius! i. e. quantopere tu distas a Noacho cet.). Inde est aa) *absque, sine*. Iob. XI, 15: *tolles faciem tuam* מִמּוּם *absque macula*, immunem a macula. Gen. XXVII, 39. Mich. III, 6: מֵרֹאֹת לָכֶם חָזוֹן *nox vobis* erit *sine visione*. Jer. XLVIII, 45: bb) *praeter, excepto*. 2 Sam. XIII, 16. 1 Paral. XXIX, 3. Contra

g) significat, aliquid pendere *ab* (s. *ex*) aliqua re, cum ea coniunctam esse, ita quidem, ut ab ea quasi prodire et proficisci videatur. Jes. XL, 15: מַר מִדְלִי *gutta de amphora* dependens, ubi nos: ein Tropfen am Eimer. LXX. σταγὼν ἀπὸ κάδου. Male Hitzigius: gutta *ex* amphora, ut gutta ex mari. Cant. IV, 1: מֻגָּלְשׁוּ מֵהָר גִּלְעָד *discumbunt* (greges) pendentes quasi *a monte Gilead* i. e. in latere eius (cf. Soph. Antig. 411: καθήμαθ' ἅπαντες ἐκ πάντων, Od. 21, 420: ἐκ δίφροιο καθήμενος, it. προσφὺς ἐκ ταύρου Od. 19, 58). Eodem referenda sunt קָרֹב מִן prope abesse *ab* aliqua re; syr. ܩܪܝܒ ܡܢ nudius tertius, pr. dies proximus *ab* hesterno; et fortasse etiam Ruth II, 20: מִגֹּאֲלֵנוּ הִוא *is* est proximus *a Goële nostro* (cf. pag. 254 A), lat. affer *e* Goële, quanquam LXX. Syr. interpretantur: unus *ex cognatis nostris*, quasi scriptum sit מִגְּאֲלֵינוּ. Ferme coaluit particula h. l. (et in syr. ܡܢ ܓܐܠܝܢ) cum nomine, et similiter indicari poterat hoc exemplum Dan. VIII, 9: קֶרֶן אַחַת מִצְּעִירָה quod ex illa analogia explicandum esset: *cornu aliquod satis parvum, subparvum*, in quo vocabulo particula itidem coaluit cum adiectivo. Vulg. *modicum*. Sed malim tamen מִן h. l., ut in exemplis supra p. 801 B et not. *) expositis, partitivum vel potius diminutivum habere, ut קֶרֶן מִצְּעִירָה sit *cornu parvulum*, cf. אֶחָד unus, מֵאֶחָד unulus, ullus. Non bene C. B. Michaelis: „praeparvum seu quasi minus quam parvum" coll. מְאַיִן de quo vide supra: linguae autem rationibus et contextui prorsus contrarium alii (Ewald. gr. crit. pag. 515): *non parvum, non admodum parvum*, LXX. Theod. ἰσχυρόν; nam *parvum* fuisse cornu, et מִצְּעִירָה significatione prope abesse a צְעִירָה, tum ex sequentibus verbis apparet, tum ex loco parallelo VII, 8, ubi pro eo est זְעִירָה. Sic etiam Syr. et Gr. Venet. *μικρόν*. In eandem sententiam C. a Lengerke explicat: *ex parvitate* i. e. parvum. — Praeterea ab hac disputatione alieni sunt loci Exod. XXVII, 2. XXXVIII, 2 et XXV, 31 sqq., in quibus מִן non eo referendum est, quod altari cornua, candelabro ornamenta eius adhaerent, sed ad *materiam* spectat. Exod. XXVII, 2: *ex eodem* (ligno) *sint cornua eius*. XXV, 31: *ex eodem* (opere tornatili) *erant*.

h) Praemittunt מִן regioni loco ve, in quo aliquid est, dicuntque מִמִּזְרָח *ab oriente*, מִיָּם *ab occidente*, ubi nos: *gen* Osten, *versus* orientem. Ea cogitatur regio *spatii*, in quam *ab oriente* venientes mediumque spatium petentes incidunt, quam nos ita describimus, ut nos e medio spatio proficiscentes *orientem versus* progredi fingamus. Gen. II, 8: *et plantavit Iova Deus hortum in Eden* מִקֶּדֶם *ab oriente* i. e. in orientali eius parte (von Osten herein). XII, 8: בֵּית אֵל מִיָּם וְהָעַי מִקֶּדֶם *Bethel* sita erat *ab occidente* eius loci, *et Ai ab oriente* i. e. Bethel ibi sita erat, ubi *ab occidente* venientes ad eum accedebant. Sic מִצָּפוֹן Iud. VII, 1, neque aliter cogitanda sunt: מִבַּיִת imus, ab interiore parte et מִחוּץ extimsecus, ab exteriore parte, v. c. Gen. VI, 14: וְכָפַרְתָּ אֹתָהּ מִבַּיִת וּמִחוּץ בַּכֹּפֶר; מִנֶּגֶד ab anteriore parte, a fronte, מִתַּחַת ab inferiore parte, infra. Sic gr. *πρὸς Νότον*, lat. a fronte, a tergo, gall. *dessous, dessus, dedans, dehors*, derrière pro d'arrière.

Sq. genit. vel ל particula oriuntur hae locutiones: מִצַּד *a latere* alic., מִשְּׂמֹאל *a sinistra* alic., מִיָּמִין ל *a dextra* alic., מִתַּחַת ל *a superiore parte* alic. = מֵעַל ל, מִלְמַעְלָה ל *ab inferiore parte* alic. = מִתַּחַת, מִחוּץ ל = חוּץ al. (v. ל litt. A, 4, e, p. 730 B), quae eodem modo explicanda sunt: ubi *a dextra* accedo *ad* aliquem, wenn ich *von unten* her zu etwas gelange = an der unteren Seite. Neque aliter hae particulae, quae, si originem spectas, et ipsae locales sunt: מִלְּבַד et בַּד בְּ germ. dicas: *beyseits von* —, et *von beyseits*, mit Beseitigung von = ausser: et מִבַּלְעֲדֵי = מִבַּלְעָדַי.

i) Quoniam res, quas nos conspicimus, etiam ad nos spectare videntur, locus aliquis paullulum remotus, ita quoque describi potest, ut ad nos prospicere dicatur. Sic latine dicitur *e regione, ex adverso*, et sic hebr. מִנֶּגֶד *e regione* Gen. XXI, 16. Num. II, 2 et מֵרָחוֹק *e longinquo* pro *procul*. 1 Sam. XXVI, 13: *et stetit in cacumine montis* מֵרָחוֹק *e longinquo* cf. gr. ἑστηκὼς μακρόθεν (lat. procul adstare).

Ceterum k) eiusmodi locutiones, ut מִקֶּדֶם *ab oriente* pro *in orientali regione*, et מֵרָחוֹק *e longinquo* pro *procul*, adeo post verba motus poni possunt de termino, qui eundo petitur. Sic Jes. XXII, 3: מֵרָחוֹק בָּרְחָה. XXIII, 7: יוֹבִלוּהָ רַגְלֶיהָ מֵרָחוֹק לָגוּר. Gen. XIII, 11: וַיִּסַּע לוֹט מִקֶּדֶם. Non sufficit in his locis interpretari: fugiunt *in longinquo*, et videtur potius integra locutio in accusativo cogitanda esse, ut idem valeat quod: אֶל־מֵרָחוֹק. Etiam lat. *procul* est e longinquo, in longinquo et *in longinquum*, unde *abire*, discedere, proficisci *procul*.

4) De *tempore*, significat

a) terminum *a* quo, velut: מִן הַתְּחִלָּה inde ab hoc tempore Neh. XIII, 21, מֵאָז a longo tempore, it. ab (aliquo) tempore, ex quo, מִתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם ab heri et nudius tertius, מֵעוֹדִי ex quo ego (sum, vivo), מֵעַתָּה a nunc, מִנְּעָרִים a iuventute 1 Sam. XII, 2, et sic etiam מִבֶּטֶן אִמִּי ab utero matris meae i. e. ex quo ex utero egressus sum Iud. XVI, 17, מִנִּי בֶטֶן Jes. XLVI, 3. Ubi certo temporis spatio praemittitur, ab initio, non a fine eius computandum est, ut gr. ἀφ' ἑμέρας, ἀπὸ νυκτός, lat. *de die, de nocte.* Lev. XXVII, 17: מִשְּׁנַת הַיֹּבֵל bene Vulg. *statim ab initio incipientis iubilei*, opp. אַחַר הַיֹּבֵל Comm. 18. Jes. XXXVIII, 12: מִיּוֹם עַד לַיְלָה *ab initio diei* i. e. a mane *ad noctem*, unius diei spatio. מִנְּעוּרֶיךָ inde ab initio vitae tuae Iob. XXXVIII, 12. 1 Sam. XXV, 28. מִיּוֹם inde ab initio temporis s. mundi (LXX. ἀπ' ἀρχῆς) Jes. XLIII, 13. Aliter מִנִּי קֶדֶם ex antiquo tempore Ps. LXXVIII, 2.

b) ipsum tempus, quo aliquid fiat vel factum sit (cf. בִּן de ipso loco, no. 3, h). מֵעוֹלָם a longo tempore i. e. olim Jes. XLII, 14. Prov. VIII, 23, מֵאָז id. מִקֶּדֶם i. q. מִבֶּרֶם noudum, מֵעֲחֹרֶת postero die Gen. XIX, 34. Ex. IX, 6. Jos. V, 11 (ubi vide Maur.).

c) tempus, quod proxime excipit aliud: *statim post* (cf. no. 3, litt. g) ut gr. ἐξ ὁράτου, lat. *ab itinere, ex consulatu* (Handii Tursell. II, p. 645). Ps. LXXIII, 20: בְּהָקִיץ מֵהָקוּם *ut somnium postquam expergefacti sumus.* Prov. VIII, 23: מֵרֹאשֵׁי אָרֶץ *statim post primordia terrae*, מִיָּמִים post biduum Hos. VI, 2, מִקֵּץ et מִקְצָה statim post finem, et simpl. post = אַחַר. Gen. XLI, 1. Jos. III, 2. מִיָּמִים post aliquod tempus Iud. XI, 4. XIV, 8, מִיָּמִים רַבִּים Jos. XXIII, 1, מֵרֹב יָמִים Jes. XXIV, 22, מִשְּׁלֹשׁ חֳדָשִׁים post tres menses Gen. XXXVIII, 24. Eodem referri potest מִן הַנּוֹעֵד ין *ultra* tempus statutum 2 Sam. XX, 5.

Ab *egrediendo* et *eximendo* (no. 2) proficiscitur

5) huius particulae usus *comparativus: magis quam*, quem habet etiam apud Arabes, Syros, habetque Aethiopum. Usurpatur enim de re, quae reliquis aliqua ratione praestans *ex* earum *grege* qs. *eximitur* (cf. lat. *egregius, eximius*, gr. ἐκ πάντων μάλιστα fl. 4, 96, ἐκ πασέων 18, 451, lat. ex omnibus optime Plaut. Most. 2, 1, 24, hebr. בָּחַר מִן Ps. LXXXIV, 11). Deut. XIV, 2: *populus* מִכֹּל־הָעַמִּים *ex omnibus populis* exemtus, iis praestantior. 1 Sam. IX, 2: גָּבֹהַּ מִכָּל־הָעָם *maior omni populo*, pr. et hac ratione ex reliquo populo *exstans, eminens.* עָקֹב מִכֹּל fraudulentior omnibus i. e. fraudulentissimus omnium. Jerem. XVII, 9, cf. 1 Sam. XVIII, 30. 2 Reg. X, 3. 2 Par. IX, 22. Ez. XXXI, 5. Ps. XLV, 8 al. In aliis exemplis aliqua res (aliqua ratione) *eminere* dicitur *super* aliam, hinc eam superare, v. c. טוֹב מִבָּלָק *melior Balako* i. e. bonitate eminens super Balacum Iud. XI, 25. מָתוֹק מִדְּבַשׁ dulcius melle XIV, 18. חָכָם מִדָּנִאֵל sapientior Daniele Ez. XXVIII, 3, et cum verbis Iud. II, 19: הִשְׁחִיתוּ מֵאֲבוֹתָם *pravius agebant quam patres eorum.* Gen. XIX, 9. XXVI, 16. XXIX, 30. XXXVIII, 26. XLI, 40. Iud. II, 19. 1 Sam. X, 23. XV, 33. XVIII, 30. 2 Sam. VI, 21. XX, 6. 1 Reg. I, 37. IV, 30 (V, 10). Jer. V, 3. Iob. VII, 6. IX, 25. XXXV, 11. Prov. XXVIII, 23. Prae ceteris notentur hae locutiones: חָסַר מִן minus habuit quam alius, caruit aliqua re magis, quam alius Ps. VIII, 6; נָפַל מִן cecidit comparatus cum aliquo i. e. ei cessit, contra עָבַר מִן ei non cessit, restitit ei Dan. XI, 8, שָׁנָה מִן diversus fuit ab aliquo. — Non multum differt eorum sententia, qui ad *recedendi* potestatem revocant comparativum huius particulae usum, ut Ewaldus ingramm. crit. pag. 599 et Winerus in Lex. pag. 565, et exempla illa declarant: „tam *dulce*, ut hac ratione seiungi debeat a *melle*" (malim: distet magno spatio a melle); namque qui *eminent super* alios, etiam *distant ab* iis; sed ad praestantiam et excellentiam alicuius rei depingendam et quasi ante oculos ponendam specialem eminendi, *exstandi*, hinc *superandi* imaginem aptiorem esse, quam generaliorem *distandi*, nemo non intelligit: *es ist an die Entfernung mit der Richtung nach oben zu denken* (cf. usum particulae כְּ in comparando Iob. XXIII, 2. Ps. CXXXVII, 6).

Ceterum adde hos מִן comparativi usus: a) Tertium, quod vocant, comparationis omitti potest, ita ut simpliciter dicatur, aliquam rem super aliam eminere, non addita ratione, qua id fiat. Jes. X, 10: פְּסִילֵיהֶם מִירוּשָׁלַם *quorum idola superant* idola *Hierosolymiorum* sc. multitudine et potentia. Iob. XI, 17: מְצָהֳרַיִם יָקוּם חֶלֶד *prae meridie* (clarius quam meridies) *surgit vita.* Mich. VII, 4. Ps. LXII, 10. — b) *Maior, maius aliquo* vocatur, quod maius est quam quod alicui conveniat, *iusto maius* quam quod id assequi, facere possit (zu gross *für* ihn). Iud. VII, 2: רַב הָאָם ... מִתִּתִּי אֶת־מִדְיָן בְּיָדָם *maior est populus ... quam ut Midianitas ei traderem*, non convenit, tam numeroso populo tradere hostes, quum Deus parvis copiis victoriam reportare possit. Deut. XIV, 24: יִרְבֶּה מִמֶּךָּ הַמָּקוֹם *iter maius est, quam ut facere possis.* Iob. XXXV, 5: *intuere nubes* גְּבֹהּ מִמֶּךָּ *nimis altae sunt tibi* i. e. eas assequi non potes. Gen. XVIII, 14: הֲיִפָּלֵא מֵיהוָה דָּבָר IV, 13. Contra *minus, levius* aliquo vocatur, quod tam leve est, ut eo vix dignum sit (zu klein, zu gering für). Iob. XV, 11: הֲמְעַט מִמְּךָ *num parum est tibi?* ist's dir zu wenig? Num. XVI, 9. Jes. XLIX, 6: נָקֵל מִהְיוֹתְךָ לִי עֶבֶד. De homine Gen. XXXII, 11: קָטֹנְתִּי מִכֹּל הַחֲסָדִים (vix dignus sum omnibus beneficiis). — c) Magna intercedit necessitudo inter hunc comparativum particulae usum et vim negativam (v. no. 6, b). Hos. VI, 6: חֵפֶץ חָסְדִּי וְלֹא זֶבַח וְדַעַת אֱלֹהִים מֵעֹלוֹת *pictate delector, non sacrificiis, cognitione Dei magis quam holocaustis.*

6) מִן infinitivo praemissum varios usus habet, qui quidem omnes pendent ex varia particulae potestate in superioribus (no. 2 — 5) exposita. Est enim a) *propterea*

quod, quia (cf. no. 2, litt. f). Deut. VII, 8: מֵאַהֲבַת יְ׳ אֶתְכֶם *quia Jova vos amat.* — b) A recedendi potestate (no. 3) perdet vis eius negativa: *ne, quominus*, v. c. Gen. XXXI, 29: הִשָּׁמֶר לְךָ נְדַבֵּר *cave tibi a loquendo* i. e. *ne* loquaris. Ita post verba, quae ad cessandi, item retinendi, impediendi notionem redeunt, v. c. retinere Num. XXXII, 7, custodire, cavere Gen. I. c. Ps. XXXIX, 2, dehortari Jes. VIII, 11, reiicere 1 Sam. VIII, 7, claudere, obturare Jes. XXXIV, 10. Zach. VII, 12, dimittere Exod. XIV, 5, oblivisci Ps. CII, 5. V. c. Num. I. c. *quare avertitis animum Israëlitarum* מִנְּסֹעַ *ne transeant in terram.* Gen. XXVII, 1: *oculi eius caligabant* מֵרְאֹת *ita ut non viderent.* Jes. XLIX, 15: *an obliviscitur mulier infantis sui* מֵרַחֵם בֶּן־בִּטְנָהּ *ita ut non misereatur* cet. Eodem redit Jes. LIV, 9: *iuravi* מִקְצֹף עָלַיִךְ *me non irasci velle*, pr. *iuravi* et hoc obstat, *quominus irascar.* — Passim loco verbi est nomen et מִן est pro pleniore מֵהְיוֹת 1 Sam. XV, 23: *reiecit te* מִמְּלֹךְ *ita ut non* amplius *rex sis.* Jer. XLVIII, 2: *delebimus eam* מִגּוֹי *ita ut non* amplius *gens sit.* Jes. LII, 14: מִשְׁחַת *deformis*, מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ *deformis, vir humana* (pr. *non* amplius *hominis*) erat *species eius* Iob. XXXIV, 30. Adde Jes. XVII, 1. XXIII, 1. XXV, 2. Jerem. II, 25. 1 Reg. XV, 13. — c) de tempore: *a*) *ex quo* (v. no. 4, a). Jes. XLIV, 7: מְשׂוֹמִי עַם עוֹלָם *ex quo creavi populum aeternum.* Num. XXIV, 23. Iob. XX, 4. 1 Par. VIII, 8. 2 Par. XXXI, 10. *β*) *statim post* (v. no. 4, e). Ps. LXXIII, 20.

7) Semel est Conj. futuro praemissa i. q. syr. ܡܢ, arab. مِنْ: *ne*, cf. no. 6, b. Deut. XXXIII, 11: מִן־יְקוּמוּן LXX. *μὴ ἀναστήσονται.* Vulg. *non consurgant.* Cf. Lgb. p. 636.

Not. Quod LXX Deut. XXXIII, 2 מִן reddunt *σύν*, *cum*, a notione huius partieulae prorsus alienum est, neque necessarium, quum verba apte explicentur: *venit* (Deus) *a myriadibus sanctis*, ab angelorum agminibus. De locis Jes. XXII, 3. Gen. XIII, 11, ubi reddunt: *versus*, quid iudicandum sit, v. supra no. 3, litt. k.

לָמַן, לָמַ֫ן, לָמְ֫ idem valet quod מִן (quod tantum in certis quibusdam formulis reperitur: מִלְּמַעְלָה, מִלְּמַטָּה, מִלְּפָנִים), et prorsus respondet latino *inde* (pro *de-in*). Frequentatur enim pro מִן significatione supra no. 3, *a—b* exposita de termino a quo pro *inde ab*, a) de loco: לְמֵרָחוֹק inde a longinquo Iob. XXXVI, 3. XXXIX, 29. b) de tempore 2 Sam. VII, 19. 2 Reg. XIX, 25. 1 Par. XVII, 10. Mal. III, 7, cf. 1 Par. XXVII, 23. — Saepe sibi respondent מִן — לָמַן, יֶתֶר — לְמָן *inde ab — usque ad* Mich. VII, 12. Zach. XIV, 10, de tempore Iud. XIX, 30. 2 Sam. VII, 6. Jer. VII, 7, it. *tam, quam* 2 Par. XV, 13: לְמֵאִישׁ יֶתֶר אִשָּׁה *tam vir, quam femina.* Esth. I, 20. Jer. LI, 62, et cum negandi partieula: *neque, neque* Exod. XI, 7. 2 Sam. XIII, 22. — Ceterum in hunc censum non veniunt: לְמִבְּלִי Num. XVIII, 7. et לְמִתַּחַת 1 Reg. VII, 32, quae sunt pro מִבְּלִי, מִתַּחַת addita notione *motus ad* locum, cf. אֶל מִתַּחַת לְ.

מָן chald. (quod integrum manet, sed v. Esr. VI, 14) e. Suff. מִנֵּי, מִנָּךְ, מִנֵּהּ, מִנָּהּ, מִנָּהֵן, מִנְּהוֹן i. q. hebr. 1) *pars* rei, st. estr. nominis מִן. Vis partitiva manifesta est in huiusmodi exemplis Dan. II, 33: *quod ad pedes eius attinet,* מִנְּהוֹן דִּי פַרְזֶל מִנְּהוֹן דִּי חֲסַף *pars eorum* erat *ferrea, pars eorum figlina*, syr. ܡܢܗܘܢ — ܡܢܗܘܢ 2 Tim. II, 20. Barhebr. p. 171. 200. Agrell suppl. 242. 244 (litt. Ii).

2) *ex*, pr. de egrediendo. Dein a) de auctore, a quo ceu fonte aliquid prodit, proficiscitur, post pass. Esr. IV, 23; b) de causa, qua quis movetur: *propter* Dan. V, 19, מִן דִּי *quia* Dan III, 22; c) de norma, *ex* qua aliquid fit Esr. VI, 14, מִן טַעֲם VII, 23, unde מִן קֻשְׁטָא ex veritate s. secundum veritatem, *vere* Dan. II, 47, מִן יַצִּיב certo II, 8 cf. gr. *ἐκ* in adverbiis circumscribendis v. c. *ἐξ ἐμφανοῦς, ἐξ ἴσου*, lat. ex aequo, ex vero.

3) *ab, a*, v. hebr. no. 3. Inde poenam sumere *ab* aliquo Esr. VII, 26, timere *ab* aliquo Dan. V, 19. De tempore: מִן דִּי ex quo (tempore) Dan. IV, 23. Esr. V, 12. Saepe sqq. aliis praepositt. מִן דָּת = hebr. מִנֶּגֶד, מִן אֲדַיִן i. q. hebr. מִשָּׁם, מִלְּקֳבֵל, מִן קָדֶם i. q. hebr. מִלְּפָנִים, מִן קֳדָם, v. לָמַן. מִן־קָצָת i. q. hebr. מִקְצָת, v. קָצָה. — Eodem pertinet significatio privativa (de qua v. hebr. no. 6, b) Dan. IV, 13: לִבְבֵהּ מִן אֲנָשָׁא יְשַׁנּוֹן *cor eius mutabitur, ut non amplius* cor *hominis sit.*

4) comparative: *prae, magis quam* Dan. II, 30

* * *

מָנִי Jer. LI. 27 (et sec. Targ. Ps. XLV, 9, sed vide מִן pag. 799 B) n. pr. provinciae Armenicae, quae l. c. cum Ararat copulatur, i. e. bene observante Bocharto (Phaleg I, c. 3 p. 19. 20) *Μανύς* Nicol. Damasc. ap. Jos. ant. 1, 3 §. 6, Armeniae tractus, super quem prominet Baris mons, in quo vestigia arcae supersint. Syr. ܐܪܡܢܝܐ Armenia. Ad utrumque (מָנִי *Μανύς*) St. Martin Mémoires sur l'Armenie I p. 249) seite confert terram *Manavasacorum*, in centro fere Armeniae sitam, dictam a *Manavas* (Մանուասակ), filio Haigi, quem Armeniae conditorem fuisse ferebant (v. Moses Choren. I, 11). Minus probabile est, quod Bochartus l. c. coniicit, ex הַר־מָנִי ortum esse graecum nomen *Ἀμανία*, quod potius ab *Aram* ductum videtur (v. St. Martin l. c. p. 259).

מְנִית n. pr. oppidi in finibus Ammonitarum Iud XI, 33, unde triticum ad Tyri mercatum deferebatur Ez XXVII, 17. Hieron. de locis hebr. „Memnith ..... nunc autem ostenditur Mannith villa in quarto lapide Esbus pergentibus Philadelphiam.“

מָנַע 1) *denegavit, recusavit.* (Arab. منع id. et arcuit, prohibuit. Chald. id. Syllaba primaria est נע, quae negandi vim habet, v. נוּא). Coniungitur sq. acc. rei et בִּן pers. denegavit alicui aliquid. Gen. XXX, 2: אֲשֶׁר מָנַע מִמֵּךְ פְּרִי בָטֶן *qui tibi denegavit fructum ventris.* Iob. XXII, 7: וּמִרָעֵב תִּנְעַג לָחֶם *et esurienti denegabas panem.* 2 Sam. XIII, 13. 1 Reg. XX, 7. Prov. III, 27. XXIII, 13. Neh. IX, 20. Jer. XLII, 4. Am. IV, 7. Rarius sq. לְ pers. Ps. LXXXIV, 12 et absol. XXI, 3.

2) *arcuit, prohibuit* aliquem (aliquid) ab aliqua re, sq. acc. et בִּן. Jer. XXXI, 16: מִנְעִי קוֹלֵךְ מִבֶּכִי *prohibe vocem tuam a fletu.* XLVIII, 10: מֹנֵעַ חַרְבּוֹ מִדָּם *qui prohibet gladium suum a sanguine.* Prov. I, 15. Sq. בִּן c. inf. 1 Sam. XXV, 26. 34: אֲשֶׁר מְנָעֲךָ מִבֹּא אֹתָךְ, et concise (v. בִּן no. 6, b) Jer. II, 25: מִנְעִי רַגְלֵךְ מֵיָחֵף *cave ne discalceatus fias*, noli ita festinare, ut calceos amittas. — Sed *arcere aliquem ab* aliqua re etiam hunc sensum habet: *denegare alicui aliquid* (v. no. 1) Num. XXIV, 11: מְנָעֲךָ יְיָ מִכָּבוֹד *arcuit te Jova ab honore*, denegavit tibi honorem. Iob. XXXI, 16. Eccl. II, 10. — Absol. Ez. XXXI, 15: אֲמְנַע נַהֲרוֹתֶיהָ *cohibebo fluminа eius.* Prov. XI, 26. Iob XX, 13.

Niph. cohiberi (de pluvia) Jer. III, 3, sq. בִּן pers. Iob. XXXVIII, 15, sq. מִן c. inf. ab aliqua rei facienda Num. XXII, 16.

יְמִנַע (quem *retinet* Deus) n. pr. viri 1 Paral. VII, 35.

תְּמִנַע (quod inaccessum est, coll. arab. مَنَع inaccessus fuit, aptum nomen mulieris pudicae) n. pr. pellicis Eliphasi, filii Esaui Gen. XXXVI, 12. 22. 1 Par. I, 39, quae cognomini Edomitarum tribui nomen dedit Gen. XXXVI, 40. 1 Par. I, 51.

מָסָה i. q. מָסַס et נָאַס no. II. *liquefactus est, diffluxit.* (Chald. נְסָא, syr. ܡܣܐ dissolutus est, computruit, aeth. ሞሰሐ: liquetecit.)

Hiph. fut. apoc. תָּמֵס Ps. XXXIX, 12 *liquefecit, dissolvit*, ut glaciem Ps. CXLVII, 18. Ps. VI, 7: בְּדִמְעָתִי עַרְשִׂי אַמְסֶה *stratum meum lacrimis dissolvo.* Hinc *consumsit, evanescere fecit.* Ps. XXXIX, 12. Trop. *liquefecit cor* i. e. ei pavorem iniecit. Pl. הִמְסִיו more chald. pro הֵמִיסוּ Jos. XIV, 8. Cf. מָסַס.

מָסַךְ *miscuit* i. q. מָזַג. (Latissime patet haec radix praeter linguas semiticas in linguis indogerm., nec non slavicis. Vide arab. مشخ, مشق, مزج, مذق, مش, med. Je miscuit, مَسْمَسَ, مَسْمَسَ permixtio, nostr. Mischmasch; aram. מְסָךְ, מְזַג, מְזַךְ; sanscr. *maksch, miç, miçr*, pers. آمیختن et آمیزش mixtura, gr. *μίσγω*, lat. *misceo*, polon. *mieszam*, bohem. *smiseti*, angl. *to mash, to mix*, nostr. *mischen*). Ps. CII, 10: *potum meum misceo lacrimis meis.* Jes. XIX, 14: יְהוָה מָסַךְ בְּקִרְבָּהּ רוּחַ עִוְעִים *Jehova miscuit in medio eiu spiritum perversitatum* h. e. Jehova immisit in eos indolem perversam. Ubi dicunt *miscere vinum* Prov. IX, 2. 5, dubitatur, utrum intelligendum sit vinum *aqua* temperatum, an aromatibus conditum (v. Lowthium et nos ad Jes. I, 22. Hitzig. ibid. Winer Reallexicon II, 795). Quae priorem sententiam commendare queant, supra dixi s. v. מָזַג, et Hebraeos Arabesque vinum nonnunquam aqua temperasse, apparet tum ex Misna, Baba Mezia 4, 11, tum ex verbis locisque supra (s. v. בָּחַל) collectis: licet hae ipsae locutiones evincant, vinum aqua temperatum potatoribus enervatum et languidum visum esse (vide prae ceteris quae collegit Sm.v. ne Sacy ad Har. Cons. 35 p. 391). Postea vero incidi in locum Misnae, ex quo apparet, vini conditurам Hebraeis aliisque Orientalibus minime, ut censebat Hitzigius, incognitam fuisse. Maaser Scheni 2, 1: אבל מיבמתין שמן של מעשר שני .... אין מיבמתין שמן של מעשר שני מפני שהוא את היין נפל בחומרי דבש וחבלין והשביחו השבח לפי השבון *non condiunt oleum decimarum secundarum, ... sed condiunt vinum; si inciderit in id mel et condimenta, unde melius reddatur, illa in melius confectio fit iuxta computum.* Accedit quod Prov. l. c. *vini mixtura* coniungitur cum mactatione et convivii adornatione, quum contra vinum aqua miscere solerent, dum potarent et vinum infunderent; et Jes. V, 22 מָסָךְ שֵׁכָר de aqua *temeto* admixto vix intelligi potest. Contra ex crebra huius ipsius potus (v. שֵׁכָר) mentione colligas, Hebraeos eiusmodi latices fortius inebriantes in deliciis habuisse, eorumque mentionem a strenue potantium descriptione (Jes. l. c.) non alienam esse. In N. T. habes *ἐσμυρνισμένον οἶνον* Mc. XV, 23.

מֶסֶךְ m. *vinum* mixtum (v. rad.). Ps. LXXV, 9 (parall. יַיִן).

מָסָךְ v. rad. סָכַךְ.

מִסְכָּה v. ibid.

מַסֵּכָה v. נָסַךְ.

מְמֻסָּךְ i. q. מָסָךְ Prov. XXIII, 30. Jes. LXV, 11.

מִסְכֵּן adj. *pauper*, v. rad. סָכַן.

מָסַס *diffluxit, liquefactus est.* (Chald. נְסַס et אִתְמְסִיסַת liquefieri, dissolvi, אִתְמְזִיזוּ diffluere. Vicinae radd. sunt מָסָה et נָאַס no. II, arab. ماث dissolvit, macceravit in aqua, it. נָסַס. Cf. etiam radd. מוּג, מוּגג). In Kal semel legitur de aegroto contabescente Jes. X, 18.

Niph. נָמַס in Pausa נָמֵס et fut. יִמַּס inf. הִמַּס 2 Sam. XVII, 10. Ps. LXVIII, 3 *liquefactus est*, de manna Ex. XVI, 21, de cera Ps. LXVIII, 3 (cf. XXII, 15. XCVII, 5), per hyperb. de montibus sanguine liquefactis Jes. XXXIV, 3. — Iud. XV, 14: *vincula de manibus eius liquefacta sunt* h. e. qs. soluta decidernnt de manibus. De pecore tabe affecto 1 Sam. XV, 9. Saepius

transfertur a) ad *pavorem* (cf. נוּג). 2 Sam. XVII, 10: *fortissimus quisque, cui cor esset instar leonis,* חַזָּק מָסֵס *liquefieret* i. e. pavesceret. De rebus inanimatis Mich. I, 4. Ps. XCVII, 5. Plerumque tribuitur cordi. Jes. XIII, 7: וְכָל־לֵבָב אֱנוֹשׁ יִמָּס. Deut. XX, 8. Jos. II, 11. V, 1. Jes. XIX, 1. Ez. XXI, 12. Nah. II, 11. Primigenia formulae vis servata est in his Jos. VII, 5: *cor populi liquefactum est* וַיְהִי לְמָיִם *et aqua factum est.* b) ad moerorem, dolorem Ps. XXII, 15, cf. Ovid. ex Ponto 1, 2, 57: sic mea perpetuis liquescunt pectora curis, Ignibus admotis ut nova cera solet. Ps. CXII, 10.

Hiph. causat. Niph. litt. a. *paridum reddidit* Deut. I, 28.

מָס m. *moerore et aegritudine confectus* i. e. infelix. Iob. VI, 14. Cf. rad. Niph. litt. b. Haud pauci codd. plene legunt מָאס, ad normam part. Conj. I. apud Arabes مَاسٌ.

מַס et מַסָּה *numerus, portio, tributum* v. sub rad. מָסַס p. 703 A. Nuper quidem Studerus (ad Iud. I, 28) vulgarem derivationem a מָסַס ita explicuit, ut מַס pr. sit *contritio virium,* dein coner. *contritus, substratus* (quidni saltem: confectus? coll. מָס Iob. VI, 14, nam illa potestas in radice vix inest): sed nil dubito, quin aliter iudicasset vir doctissimus, si arctam necessitudinem inter vcc. מָסַס, מַסָּה et מַס reputasset.

תְּמֹסֶת m. *liquefactio* Ps. LVIII, 9.

מָסַד rad. bis obvia (Num. XXXII, 5. 16), eaque tamen valde dubiae interpretationis, et nescio an etiam lectionis. Perfrequens ea est in Chaldaismo, ibique est *tradidit* (in Targg. pro נָתַן בְּיַד, מְסַר, הִמְסִיר, cf. syr. ܡܫܠܡ, ܡܫܠܡܢܘܬܐ, ܡܘܫܠܡ delatio, traditio in manus inimicorum. Idem significat apud Zabios et Samaritanos, sed apud hos etiam in Pe. et Aph. i. q. פָּקַד visitavit Gen. XXI, 1, punivit Exod. XXXIV, 7. Deut. V, 9. Aph. Lev. XVIII, 25. Ethp. pass. Num. XVI, 29. Syr. ܐܬܡܣܝ est: vinxit, reiecit (Lex. Adl.), it. ausus est, opus aggressus est (BH. 214. Ephr. Opp. III, p. 679. Lex. Adl. جاسر). Sed nihil fere horum congruit cum usu duorum locorum V. T., nisi quod usus Syrorum (ausus est) adhiberi possit uni loco Num. XXXII, 16: לְמַסֵּר מְקוֹמֵנוּ בְּיַד יְהוָה *ut auderent perfidiam contra Iovam* (Abulw. et Kimchi: *ut darent* exercerent *perfidiam in Iovam*): sed non alteri quoque. Itaque, si modo sana est utriusque loci scriptura, statuere malim, מָסַר idem valere quod נָזַר (fortasse מָזַר v. p. 781) *separavit, separavit se,* ut l. c. vertatur: *ad separandum se* i. e. ad deficiendum *perfide ab Iova.* Sed in locis paral'lelis Num. V, 6. 2 Par. XXXVI, 14. Ezech. XIV, 13 legitur לִמְעֹל מַעַל, et nescio an etiam h. l. ita reponendum sit. Litterarum ע et ס permutatarum exemplum manifestum habetur Jes. XLI, 24, et ex ס superiore scapo evanido facile oriebatur ר. Librarii autem verbum מסר eo facilius admittebant, quo magis iis tritum videretur.

Alio contextu in Niph. legitur Num. XXXI, 5: וַיִּמָּסְרוּ מֵאַלְפֵי יִשְׂרָאֵל אֶלֶף לַמַּטֶּה, quod de coniectura nostra transferri possit: *et segregati sunt ex tribubus Israëlis mille ex quavis tribu,* ut vertit etiam Saadias. Liberius Onk. Syr. *electi sunt.* LXX ἐξηριθμήσαν, vel ex usu Samaritanorum, quibus מסר est i. q. פקד (v. supra), vel quod legebant וַיִּסָּפְדוּ, quae scriptura non displicet.

מַסֹּרֶת v. rad. אָסַר.

מָעַד *vacillavit.* (In reliquis linguis cognatis non reperitur. Sed cognatae sunt radd. מוּד et מִיד, quarum media radicalis ע ex ע emollito orta videtur). Dicitur de talis 2 Sam. XXII, 37. Ps. XVIII, 34, de passu Ps. XXXVII, 31, de ipso homine XXVI, 1. Iob. XII, 5: מְדִיחֵי רָגֶל *quorum pes vacillat* (v. de hoc loco s. v. בָּגַד p. 759). Prov. XXV, 19: רֶגֶל מְעוֹדֶדֶת *pes vacillans,* pro מְעֻדֶדֶת, ו correpto in ו, cf. Lgb. p. 309. Aliis, ut Kimchio, est part. Pu. pro מְעֻדֶדֶת.

Hiph. *vacillare fecit* Ps. LXIX, 24. Cf. עָדַד no. II.

מָעַד rad. inusit. quae *mollitici* vim habuisse videtur, ut arab. مَغِيَ V. molle fuit corium, مَغًى mollities corii, مَغٌ mollis, lenis, de cibo, a rad. مغى. Fortasse cognata sunt مَجَ fluxit, diffluxit, מוּג, adeoque מוֹג (v. rad. מוּג p. 774). Xugatur Fürstius, qui hanc radicis originem ita increpat: וזה זר וכסלא באין בזה וירוק, licet veram sibi incognitam esse fateatur. Dicat velim, quid insulsi insit in illa origine, quae a certis analogiae legibus non recedit. Inde

מֵעִים m. in plur. tantum cstr. מְעֵי c. suf. מֵעַי, adeoque מֵעֵיהֶם (pro מֵעֵיתָם) Ez. VII, 19. semel מֵעוֹת Jes. XLVIII, 19 1) *intestina.* (Chald. מְעָא venter, pl. מְעִין, מְעַן. Syr. ܡܥܝܐ intestinum, v. c. ܡܥܝܐ ܕܥܒܝ intestinum rectum, ܡܥܝܐ ܕܣܘܟܐ intestinum coecum. Zab. pl. intestina. Arab. مِعًى, مَعًى pl. أَمْعَاءٌ, aeth. ምዕዋይ: id.) 2 Sam. XX, 10. 2 Par. XXI, 15. 19. Ion. II, 1. Spec. cogitantur a) stomachus, cibi receptaculum Num. V, 22. Iob. XX, 14. Ez. VII, 19 cf. Jon. II, 1. 2. b) uterus matris. Gen. XXV, 23. Ruth. I, 11: הַעוֹד לִי בָנִים בְּמֵעָי *num liberos adhuc in utero gestabo?* מִבֶּטֶן אִמִּי מֵעָי ab utero matris Jes. XLIX, 1. Ps. LXXI, 6. c) viscera genitalia patris, unde יָצָא מִמְּעֵי פ

prodiit ex visceribus alic., ab aliquo ortus est Gen. XV, 4. 2 Sam. VII, 12. XVI, 11. d) ut pectus, cor, translate de *intimo animo*, ut doloris, misericordiae, caritatis sede. Iob. XXX, 27: מֵעַי רֻתְּחוּ וְלֹא דָמּוּ. Thren. I, 20: מֵעַי חֳמַרְמָרוּ. II, 11. Cant. V, 4: מֵעַי הָמוּ עָלָיו. Jes. XVI, 11. LXIII, 15. Jer. IV, 19. XXXI, 20. — Ps. XL, 9: תּוֹרָתְךָ בְּתוֹךְ מֵעָי *lex tua in alto pectore meo residet.* Cf. רַחֲמִים.

2) de *ventre externo*. Cant. V, 14, cf. Dan. II, 32. Fuerunt, qui huc referrent etiam Jon. II, 1: נִינְוֵה מְגֻדֵּי בִּמְעֵי הַדָּג שְׁלֹשָׁה יָמִים וגו׳, et Jonam de sententia scriptoris *in ventre* piscis (dorso innatantis?) sedisse existimarent: sed abunde refelluntur isti Comm. 11.

Fem. pl. מְעוֹת habes in loco vexato Jes. XLVIII, 19, quem ita expedio: *erit instar arenae semen tuum*, וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ כְּמֹעוֹתָיו *ei propagines viscerum tuorum ut* propagines *viscerum eius* sc. maris (V. 18), pro pleniore כְּצֶאֱצָאֵי מֵעוֹתָיו, i. e. ut pisces maris in visceribus eius orti. מְעוֹת est i. q. מֵעִים, sed forma feminea usum translatum indicat. Vett. verss. כְּמֹעוֹתָיו reddunt *ut lapilli eius* sc. arenae, quod secuti sunt recentiores plerique et vindicatum iverunt coll. chald. מְנָא nummulus, obolus (fort. lapillus), et arab. منا minutim trita res: parum prospere. Illam sententiam, quam in Lex. man. primus proposui, calculo suo probarunt Hitzigius et Maurerus.

מָעָה vel **מָעָא** chald. tantum in pl. i. q. hebr. מֵעִים n. 2 *venter*, isque *externus* Dan. II, 32.

מָעַט 1) arab. مَعِطَ glaber, nudus, depilis fuit, dein *politus*, *acutus fuit*, v. מָעִיט, trans. مَعَطَ pr. *rasit*, derasit, depilem fecit (cf. مسس fricuit, it. נָגַר, quandoquidem ע et ר litterae sunt sibi vicinae), unde מַעַט pr. ramentum (ein Span, Spänchen), hinc paulum. Ab hoc duetum est denom.

2) *paucus*, *haud numerosus fuit* (opp. רָבָה multus fuit). Lev. XXV, 16: לְפִי מְעַט הַשָּׁנִים pro annorum paucitate. Exod. XII, 4: אִם יִמְעַט הַבַּיִת *si parva est familia*, it. *paucior factus*, *minutus est*. Ps. CVII, 39. Jes. XXI, 17. Jer. XXIX, 6. XXX, 19. Prov. XIII, 11.

3) *levis fuit*. Neh. IX, 32: אַל יִמְעַט לְפָנֶיךָ אֶת־כָּל־הַתְּלָאָה.

Pi. מֵעֵט intrans. i. q. Kal *paucior factus est* Eccl. XII, 3.

Hiph. הִמְעִיט 1) *paucum fecit*, *minuit*. Lev. XXV, 16. XXVI, 22. Num. XXVI, 54. XXXIII, 54. Jer. X, 24: פֶּן־תַּמְעִיטֵנִי *ne me* (populum) *paucum reddas* i. e. *minuas*. Ezech. XXIX, 15. — 2) *fecit* vel *instituit* aliquid *paulum* s. *parum* (etwas in geringer Menge, in geringem Maasse thun). Num. XI, 32: הַמַּמְעִיט אֲסַף עֲשָׂרָה חֳמָרִים *qui paulum* (collegerat), *decem Chomeros collegerat*. Ex. XVI, 17. 18. 2 Reg. IV, 3: *pete vasa vacua*, אַל־תַּמְעִיטִי *nec pauca* (pete). Spec. *pauca dedit*. Num. XXXV, 8. Exod. XXX, 15: *dives non plus dabit* וְהַדָּל לֹא יַמְעִיט וגו׳ *et pauper non minus dabit, quam siclum dimidium.*

מָעַט, in Pausa מָעָט (non semel, ut Fürstius notat, sed ubique) Dent. VII, 22. Ruth II, 7. 2 Reg. X, 18. 2 Par. XXIX, 34. Jes. X, 7. Dan. XI, 34. Iob. X, 20. Eccl. IX, 14. X, 1, adeoque eum Sakeph מָעָט Dent. XXVIII, 62, (quanquam etiam מָעַט Ez. XI, 16) adeoque semel praeter Pausam 2 Par. XII, 7 pr. *ramentum* (ein Spänchen), inde *paullum*, *non multum*. Aptissimum hoc etymon, quod nisi fallor Nanningae debetur (diss. Lugdd. p. 920), non tantum firmatur analogia ipsius latini *ramentum* (Plaut. Baech. 4, 4, 29), sed omnium linguarum, in quibus notio *paucitatis*, *minimi*, *nihili* rebus quibusdam minutis exprimitur, ut *ne hilum* (filum) *quidem* (v. ad חוּט), germ. vet. *niht ein bast*, *niht ein strô*, *niht ein spriu* (palea), *ni drof* (ne gutta quidem), *niht ein hâr*, *nicht ein stôf* (ne pulvisculus quidem) v. Grimm deutsche Gramm. III, 728 sqq.

Ponitur 1) substantive, ibique a) absol. *paullum*, *non multum* (Weniges), ὀλίγον. Gen. XXX, 30: מְעַט אֲשֶׁר הָיָה לְךָ *non multum habebas*. Ps. XXXVII, 16: טוֹב מְעַט לַצַּדִּיק מֵהֲמוֹן רְשָׁעִים רַבִּים. Prov. XV, 16. XVI, 8. Lev. XXV, 52. Hagg. I, 9. Opp. הַרְבֵּה multum Eccl. V, 11. Jer. XLII, 2. רַב Num. XIII, 18. It. *pauci* (Wenige). Gen. XLVII, 9: מְעַט וְרָעִים הָיוּ יְמֵי *pauci et mali fuerunt dies mei*. Jos. VII, 3: כִּי מְעַט הֵמָּה. 1 Sam. XIV, 6. XVII, 28. Num. XXVI, 56. Iob. X, 20. Cum art. הַמְּעַט οἱ ὀλίγοι, c. כְּ praef. Num. XXVI, 54. XXXIII, 54. — b) α) sq. genit. nominis: מְעַט מַיִם paullum aquae Gen. XVIII, 4. XXIV, 17, מְעַט אֹכֶל paullum cibi XLIII, 2, מְעַט צֶדִי Gen. XLIII, 11, מְעַט תְּנוּמֹת paullum soporis Prov. VI, 10, מְעַט גּוֹי λαὸς ὀλίγος Dan. XI, 23; β) praecedente genitivo nominis: מְתֵי מְעַט viri pauci Deut. XXVI, 5, עֶזֶר מְעַט auxilium exiguum Dan. XI, 34, סַכְלוּת מְעַט Eccl. X, 1. — c) praecedente substantivo absoluto, per appositionem, אֲנָשִׁים מְעַט Neh. II, 12, גּוֹיִם לֹא מְעַט populi non pauci i. e. per litot. multi Jes. X, 7, inde vocabulo quodam inserto אֲנָשִׁים מְעַט Eccl. IX, 14.

2) adverbialiter: *paullum*, *non multum* Ps. VIII, 6, de spatio 2 Sam. XVI, 1, saepe de tempore: *paullisper* Iob. X, 20. XXIV, 24. Hagg. II, 6. עוֹד מְעַט (sq. וְ), ἔτι μικρὸν καὶ — Exod. XVII, 4. Ps. XXXVII, 10. Hos. I, 4. — מְעַט מְעַט peu à peu, *paullatim* Exod. XXIII, 30. Deut. VII, 22. — Singularis locutio est: הַמְעַט *num parum est?* nonne satis est? Gen. XXX, 15. Num. XVI, 13, sq. נָא pers. הַמְעַט מִמְּךָ *num minus* est *quam* ut *tibi* conveniat, nostr. ist's zu wenig für dich, nicht genug für dich? (cf. מִן no. 5 litt. b). Num. XVI, 9: הַמְעַט מִכֶּם כִּי הִבְדִּיל יְיָ, Iob. XV, 11. Jes. VII, 13. Ez. XXXIV, 18, sq. בְּ pers. id. Jos. XXII, 17. Alia ratio est loci Ez. XVI, 20: הַמְעַט מִתַּזְנוּתֵיךְ *nonne satis est scortationum tuarum?* ubi מִן est partitivum pendens ex מְעַט (viel von, wenig von, v. מִן no. 1 litt. a): neque est quod refellatur Rosenm., qui מִן h. l. redundare et nominativum circumscribere observat. Raro ponitur

3) adiective, unde in pl. מְעָטִים. Eccl. V, 1: יְהִיוּ מְעָטִים דְּבָרָיו.

Cum praef. 1) בִּמְעָט, semel כִּמְעָט 2 Par. XII, 7 a) *um weniges* i. e. *non multum abfuit* quin — (cf. כְּ no. 3 extr.) i. e. paene. (Arab. dicas: قَلِيلٌ لَمْ *nisi exiguum* quid deesset, i. e. parum abest, v. *Caussin* gr. arab. p. 26). Ps. LXXIII, 2. CXIX, 87. Gen. XXVI, 10: כִּמְעַט שָׁכַב אַחַד הָעָם אֶת־אִשְׁתֶּךָ (facile fieri poterat, ut). Cant. III, 4: כִּמְעַט שֶׁעָבַרְתִּי מֵהֶם עַד שֶׁמָּצָאתִי um ein weniges war ich vorüber vor ihnen, als ich fand (vixdum praeterieram, quum). — b) de tempore (v. כְּ no. 3): *brevi tempore*, *cito* Ps. II, 12. LXXXI, 15. XCIV, 17. Iob. XXXII, 22. — c) ὀλίγον, *perpaucum* (v. כְּ no. 4). Prov. X, 20. 2 Sam. XIX, 37; *perpauci* 1 Par. XVI, 19: בַּהֲיוֹתָם מְתֵי מִסְפָּר כִּמְעַט וְגָרִים. בִּמְעַט־זֶה *residuum perexiguum* Jes. I, 9. בִּמְעַט רֶגַע perexiguum momentum Jes. XXVI, 20. Esr. IX, 8.

2) לִמְעַט (pr. secundum paucitatem cf. לְבַד) i. q. מְעַט. Hagg. I, 9. 2 Par. XXIX, 34.

מְעַט adj. f. מְעֻטָּה Ez. XXI, 20 *glaber*, inde *politus*, *acutus*, de gladio, i. q. מָרוּט Comm. 15. 16. Vide rad. no. 1.

מָעַךְ *pressit*, *compressit*, *impressit*. 1 Sam. XXVI, 7: חֲנִיתוֹ נְעוּצָה בָאָרֶץ *hasta eius impressa* i. e. infixa *erat in terram*, ut recte LXX. Vulg. Chald. — Part. pass. מָעוּךְ animal *compressis* s. *comminutis testiculis* castratum. Lev. XXII, 24. LXX ἐκτεθλιμμένος. Vulg. contritis testiculis.

Pu. *contrectatus est*, de mammis impudice contrectatis Ez. XXIII, 3. Apud Talmudicos de compressione mammarum ואותי מיקרם, ut loquuntur honestatis caussa, v. Buxtorf. p. 1238, unde מָעוּךְ cingulum pectorale.

מְעוּךְ (cingulum pectorale?) n. pr. viri 1 Sam. XXVII, 2 cf. מַעֲכָה no. 2, a.

מַעֲכָה n. pr. 1) regionis regnique ad radices Hermonis montis, prope Gesuram, Syriae tractum, ad septentrionales terrae sanctae fines siti (v. גְּשׁוּר) 2 Sam. X, 6. 8. 1 Par. XIX, 6. 7, alibi מַעֲכָת Jos. XIII, 13, אֶרֶם מַעֲכָה 1 Par. XIX, 6 (ubi Targ. Syri prope Maachaim), בֵּית מַעֲכָה (unde אָבֵל בֵּית מַעֲכָה v. p. 14. 15). Populus; qui Cananiticae stirpis fuisse videtur, appellatur מַעֲכָתִי collect. Maachatitae Deut. III, 14. Jos. XII, 5. XIII, 11. LXX scribere solent *Μοχὰ*, *Μοχὶ* de more apud Phoenices recepto, quo ע pronunciant o (Monumm. Phoen. p. 431): et de eiusdem linguae analogiae (v. ibid.) בית מעכה interpretandum videtur בֵּית מַלְכָּה *sedes reginae*, cui coniecturae favet etiam, quod מַעֲכָה n. pr. muliebre est, v. no. 2, aa — dd.

2) complurium virorum a) 1 Reg. II, 39. 1 Par. XI, 43. XXVII, 16, qui et מְעוּךְ q. v. b) Gen. XXII, 24, ubi tamen de sexu dubitatur; et feminarum, aa) uxoris Rehabeami 1 Reg. XV, 2. 10. 13. 2 Par. XI, 20, quae XIII, 2 מִיכָיָהוּ. bb) 2 Sam. III, 3. cc) 1 Par. II, 48. dd) ibid. VII, 15. 16.

מַעֲכָתִי nom. gentil. v. מַעֲכָה, it. n. pr. viri 2 Reg. XXV, 23.

מָעַל fut. וַיִּמְעַל Prov. XVI, 10, יִמְעַל Lev. V, 15 1) pr. texit, unde מְעִיל, in verbo ubique translate 2) *perfide egit*, *praevaricatus est*, *ab officio deflexit*. (Pr. tecte, occulte egit, cf. rad. בָּגַד et quae ibi landavimus. Apud Arabes respondet tum غَغَلَ susurravit, clam obtrectavit, quod perfidi tectique hominis est, غَغَلَةٌ perfidia, fraus, tum غَغَلَ surripuit, v. infra litt. b). Prov. XVI, 10: *oraculum* est *super labiis regis* בְּמִשְׁפָּט לֹא יִמְעַל פִּיו *in iudicio ne praevaricetur os eius*. 2 Par. XXVI, 18: *egredere e sanctuario* כִּי מָעַלְתָּ *nam praevaricaris*. Esr. X, 10. 2 Par. XXIX, 6. Neh. I, 8, plenius בָּגַד בְּמַעַל Lev. V, 15. 2 Par. XXXVI, 14. Ez. XIV, 13. XV, 8 (saepius cum אָמָה). Spec. a) sq. בְּ pers. perfide egit in aliq., ut mulier adultera in maritim. Num. V, 12. 27, max. מָעַל בַּיהוָה peccavit in Jovam, defecit ab eo. Deut. XXXII, 51. 2 Par. XII, 2. XXX, 7. Esr. X, 2. Neh. XIII, 27. Ez. XXXIX, 23, saepe in hac formula מָעַל בַּיהוָה. Lev. V, 21. Num. V, 6. Jos. XXII, 16. 31. 1 Par. X, 13. 2 Par. XXVIII, 19. Ez. XVII, 20. XX, 27 (ubi hic est verborum ordo: מָעַל בִּי). b) sq. בְּ rei: perfide egit in rem, i. e. *surripuit* aliquid de re (etwas veruntreuen), sic מָעַל בַּחֵרֶם 1 Par. II, 7, מָעַל בַּחֵרֶם Jos. VII, 1. XXII, 20.

מַעַל, c. suff. מַעֲלִי m. *perfidia in Deum*, *peccatum* 2 Par. XXIX, 19. XXXIII, 19. Esr. IX, 2. Iob. XXI, 34, מַעַל הַגּוֹלָה Esr. IX, 4. X, 6. plenius מַעַל בַּיהוָה Jos. XXII, 22. Praeterea saepe in formula: מָעַל מָעַל בַּיהוָה, v. rad. De loco Num. XXXI, 16: לְהַסִּיר מַעַל v. rad. עָסַר. — Aliud מַעַל vide s. r. עָלָה.

מֹעַל v. rad. עָלָה.

מְעַל chald. v. rad. עֲלָא.

מְעִיל m. *vestimenti* genus (a tegendo, v. rad. no. 1), *tunica* longior et amplior, qualem gestabant puellae (ac regis quidem filiae praeter consuetudinem *manicatam*: sic enim explicanda sunt verba 2 Sam. XIII, 18: *gestabat ea* כְּתֹנֶת פַּסִּים *tunicam manicatam*: כִּי כֵן תִּלְבַּשְׁנָה בְנוֹת הַמֶּלֶךְ הַבְּתוּלוֹת מְעִילִים *sic enim* sc. manicatas *filiae regis*, dum *virgines* erant, *solebant gestare tunicas*), reges et principes 1 Sam. XVIII, 4. XXIV, 5. 12. 1 Par. XV, 27. Ez. XXVI, 16, aliique viri nobiliores Iob. I, 20. II, 12, sacerdotes, velut Samuel 1 Sam. XV, 27. XXVIII, 14, Esras Esr. IX, 3. 5, maxime sacerdos summus apud Hebraeos, cuius tunica (Exod. XXVIII, 32—34. Lev. VIII, 7) ex purpura caerulea facta in margine inferiore malis Punicis et tintinnabulis ornata erat et infra humerale

gestabatur, unde etiam מְעִיל הָאֵפוֹד appellata Exod. XXVIII, 31. XXXIX, 22. Jos. Archaeol. 3, 7 §. 4: *ὁ ἀρχιερεὺς ..... ἐπενδυσάμενος δ' ἐξ ὑακίνθου πεποιημένον χιτῶνα. ποδήρης δ' ἐστὶ καὶ οὗτος. μεῖρ (ut בַּבַּעַל Βελιάρ) καλεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν γλῶσσαν. ζώνῃ πέριισφίγγεται βύσσινον οἷς ἡ πρότερον ἤνθει διαπεποικιλμένῃ, χρυσοῦ συνυφασμένου. ..... ἔστι δὲ ὁ χιτὼν οὗτος οὐκ ἐκ δυοῖν περιτμημάτων, ὥστε ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων εἶναι καὶ τῶν παρὰ πλευράν· φάρσος δ' ἐν ἐπίμηκες ἐφασμένον σχιστὸν ἔχει βροχωτῆρα οὐ πλάγιον ἀλλὰ κατὰ μῆκος ἐῤῥωγότα πρός τε τὸ στέρνον καὶ μέσον τὸ μετάφρενον ..... ὁμοίως δὲ καὶ ὅθεν αἱ χεῖρες διείργονται σχιστός ἐστιν.* Vid. Braunius de vestitu sacerdotum p. 436—61 cf. Schroeder de vest. mul. p. 267. A. Th. Hartmann Hebräerin III, p. 312 sqq. Quod Winerus (Lex. p. 574) ex Deut. XXII, 12 colligere voluit, formam huius vestimenti antiquitus quadratam fuisse, a tunicae ratione prorsus alienum est et mero errore nititur, quum ibi de כְּסוּת agatur, non de מְעִיל: neque magis verum, quod ibid. *pallium*, *vestis extima* dicitur, quum 2 Sam. I. c. respondeat tunicae (כְּתֹנֶת) et a sacerdote summo sub humerali gestaretur. Vestis extimae nomen est שִׂמְלָה. Contra LXX *ὑποδύτης* Exod. XXVIII, 31. 34. XXXIX, 22. 23. 24. 25. Levit. I. c. Esr. IX, 3, *χιτών* Jes. LXI, 10, *διπλοΐς* (sexies), quod huiusmodi tunica amplior super vulgarem gestari soleret (v. Hartmann l. c.), *ἐπενδύτης* (bis). — Iob. XXIX, 14. Jes. LIX, 17. LXI, 10. Ps. CIX, 29. (Chald. מְעִילָא, zab. ܡܥܝܠܐ id. Cod. Nas. I, 178 lin. 7).

לְמַעַן, מַעַן *propter*, v. rad. מָנָה.

מָעַן rad. inusit. arab. مَعَضَ iratus est, inde

מַעַן (ira) n. pr. viri 1 Par. II, 27, cf. אֲחִימַעַץ.

מְעַר nuditas, v. rad. עָרָה.

מְעָרָה spelunca, v. rad. עור.

מֹף Hos. IX, 6, et נֹף Jes. XIX, 13. Jer. II, 16. Ez. XXX, 13. 16 n. pr. *Memphis*, urbs et antiquissima et nobilissima veteris Aegypti, quattuor dynastiarum sedes, inde a Psammeticho totius Aegypti metropolis (arx Aegypti regum Plin. 5, 9, inde arab. مِصْر Aegyptus), aggeribus tum ab inundationibus tum ab hostili invasione munita, splendidis aedificiis ornata, in quibus prae ceteris eminebat *Vulcani* (Phtah) templum a multis regibus certatim auctum et amplificatum (Herod. 2, 99. 136. 153. Diod. 1, 50. 51. 67). In vicinia eius pyramides erant. Post Alexandriam conditam a regibus neglecta iam Strabonis aetate (XVII p. 807) ex parte in ruinas collapsa erat: quae tertio decimo adhuc post Chr. n. seculo et multae et splendidae (v. Abdollatiph p. 116 ed. White, p. 184 de Sacy) mox, maxime eum Cahira urbs conderetur, ita imminutae sunt, ut adeo de situ antiquae urbis dubitaretur, donec Francogallorum investigationes evicerunt, in parietinis ab austro veteris Kahirae in occidentali Nili littore ad pagos *Mokrân* et *Monjath Rahine* (منية رهينة) sitis veteris urbis reliquias servatas esse, v. Jomard in Description de l'Égypte V, 1 sqq. 531 sqq. Bois Aymé ibid. VIII p. 53. Champollion l'Égypte sous les Pharaons 1, 336 sqq.

De domestica scriptione et de etymo nominis acturi priorum eruditorum (v. Jablonski Opusc. ed. te Water T. I. p. 137. 150. 179. T. II. p. 131. Forster epist. ad J. D. Michaëlem p. 34. Champollion l. c. p. 361 sqq.) conjecturis recensendis supersedere possumus, quum de nativa eius orthographia nunc ex ipsis Aegyptiorum monumentis constet. In his quidem duplex eius appellatio reperitur, quarum una nonnisi in scriptura hieroglyphica, altera in utraque scriptura, hieroglyphica et enchoria, obvia est. Illa est *Ma-m-phtah* i. e. *locus* s. *habitatio τοῦ Phtah* i. e. Vulcani et variis modis exprimitur (v. Champollion gramm. égyptienne 1, 155—157):



(In no. 1. tres litterae *Fta* inclusae sunt margine, qui moenia cum porta repraesentat et *habitationem* designat; in no. 2 tres illae litterae antecedunt et sequuntur duo signa colore rubro picta itidem *domum* s. *habitationem* notantia; in no. 3 pro nomine numinis litteris scripto habetur eius imago hieroglyphica; in no. 4 signum, quod *domum* significat, excipit aliud, fortasse domum sanctam s. templum significans). Haec est (v. Champollion p. 153. 154)

Ⲙⲛⲟϕρ. Ⲙⲛⲟϕϕ



(posterior figurarum comprehensio sub finem decurtata est: in utraque extrema figura illa rotunda, quae rubro colore picta est, *urbis* signum est, *pyramis* super eo *Memphidis* symbolum), in scriptura enchoria

(v. inscr. Rosett. lin. 5 et quae laudat Th. Young in Rudiments of an Egyptian dictionary in the ancient enchorial character, London 1831 p. 91) i. e. Ⲙⲁⲛⲟϕϕ. De mutua utrinsque ratione adscribere placet, quae observat Young libro citato praef. p. V. Postquam enim

de mutationibus dixit, quas praeter scripturam, quae inter Psammetichi et Ptolemaeorum aetatem ex hieroglyphica paullatim in enchoriam transiit, eodem tempore etiam lingua subierit, exempli causa addit: „A simple exemple will be abundantly sufficient to show the way in which some of these changes took place. The city of Cairo was probably first called *Memphis* or *Memphe* (ⲙⲉⲙⲫⲓ), the Hieroglyphic name being read Ma-m-phtha, *the place of Phthah* or Vulcan: its elements consisting, according to the most natural reading, of *temple* or *sacred place* and *Phthah*. Before the time of the Ptolemies, the place had apparently assumed the synonymous appellation of Paxuf or *Panouphis*, the Nofr of the Hebrews, meaning *the temple of the good god*, which is clearly the sense of the two Enchorial characters 𐹢 and 𐹭, while the sound Paxuf is as little expressed by the distinct Hieroglyphics as Memphe is by the popular characters. But in neither case did the sound adequately express the written characters: the *sacred* of the one and the *god* of the other being equally omitted in the pronunciation.“ Significat igitur ⲙⲁⲛⲛⲟϭϥ *locus* s. habitatio *boni* (dei), ⲡⲁⲛⲛⲟϭϥ idem, pr. τὸ τοῦ ἀγαθοῦ (θεοῦ): et facile in oculos incurrit, ex urbis appellatione *Mamphta* ortum esse copt. ⲙⲉⲙⲫⲓ, ⲙⲉⲙⲫⲉ (v. Ezech. l. c. Vers. copt. Champollion l. c. p. 363. 64), graecum *Μέμφις*, arab. منف, fortasse etiam hebr. נֹף, ex *Ma-nuph* autem et *Pa-nuph* Hebraeorum נף. Ceterum veram nominis significationem iam intellexit Plutarchus (de Iside et Osiride p. 369): τὴν μὲν πόλιν Μέμφιν οἱ μὲν ἕρμου ἀγαθῶν ἑρμηνεύουσιν, οἱ δ' ὡς τάφον Ὀσίριδος. Utrumque enim proficiscitur a significatione propria *locus boni* dei i. e. Osiridis) vel *locus bonorum* (sepulcrum piorum). Cf. de hac altera eius expositione Lepsius lettre à Rosellini p. 52. Creuzer Comment. Herod. §. 11.

מְצֵי בַעַל, מְצֵי בֹשֶׁת v. rad. מָצָא.

מָצָא, 1 pers. מָצָאתִי et מָצָתִי Num. XI, 11, fut. יִמְצָא, imp. מְצָא, inf. מְצֹא, c. suff. מְצָאִי, sed מְצָאֲכֶם (pro מְצָאַכֶם) Gen. XXXII, 20, part. מֹצֵא, semel מוֹצֵא (more verborum לֹוֶה) Eccl. VII, 26, fem. מֹצֵאת, מוֹצֵאת 2 Sam. XVIII, 22. Cant. VIII, 10

1) pr. *venit*. (Aeth. ⵎⵚⴰ: id. Apud Arabes مصى est *abiit*, sed cogn. مشى ivit. Syr. et chald. מָטָא ⲙⲁⲧⲉ venit, advenit, pervenit, ⲙⲁⲧⲉ id. in formula: *invenit robur* i. e. potuit). Sq. עַד *pervenit* ad aliquid. Iob. XI, 7: אִם־עַד־תַּכְלִית שַׁדַּי תִּמְצָא *num pervenisti usque ad perfectionem Omnipotentis?* num eam attigisti, cogitando assecutus es? Inde *assecutus est*, *impetravit* aliquid. Gen. XXVI, 12: *Isaacus eo anno impetravit centum mensuras* i. e. messem fecit centuplicem. 2 Sam. XX, 6: פֶּן יָמְצָא לוֹ עָרִים בְּצֻרוֹת *ne impetraverit sibi urbes munitas*. Cf. no. 2, a. Sed longe frequentius

2) *invenit* (LXX. εὑρίσκω) aliquem, aliquid (pr. venit = incidit in eum), *reperit*, sive homines Gen. XXXVIII, 20. 23. Num. XXXV, 27. Deut. XXII, 27. 1 Sam. X, 2. Eccl. IX, 15, sive res Gen. XXXVI, 24. 2 Reg. XXIII, 24, maxime amissas Lev. V, 22. 23. 1 Sam. IX, 4; sive quaesiverit Gen. XXXI, 33 sqq. Ex. XV, 22. XVI, 27. Cant. III, 1. 2. 4. V, 6, sive minus Gen. XI, 2. XXVI, 32. Deut. XXIV, 1 al. 1 Reg. XIII, 14: וַיִּמְצָאֵהוּ יֹשֵׁב וגו׳ *et invenit eum sedentem sub quercu*. 2 Reg. XIX, 8. Varius autem huius verbi usus est. Dicunt a) *invenire* pro *assequi, nancisci* cf. no. 1. α) in bonam partem (nt lat. invenire laudem, cognomen), v. c. invenire bonum, felicitatem Prov. VIII, 35. XVIII, 22 (cf. טוּב p. 545 B), sapientiam ib. III, 13. VIII, 9, favorem (v. חֵן), opes Hos. XII, 9, visionem a Deo (מִיהוָה) Thren. II, 9, cf. Ez. III, 1, quietem Jer. VI, 16. XLV, 3. Thren. I, 3 (sed Ruth I, 9 *invenire quietem* est i. q. מָצָא שָׁלוֹם Cant. VIII, 10 diciturque de muliere, quae maritum invenit), sepulcrum i. e. mortem exoptatam Iob. III, 22. — Iob. XXXIII, 24: נָמְצָאתִי כֹפֶר nactus sum *λύτρον*, cf. Od. 19, 403: θανάτου λύσιν εὑρόμην, et Hebr. IX, 12: αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. — Absol. 2 Sam. XVIII, 22: אֵין בְּשֹׂרָה מוֹצֵאת *non est nuncius* quidquam *assecuturus* h. e. non gratus est hic nuncius, nullo praemio ornabitur, qui eum perferet. Syr. ܐܫܟܚ invenire ab aliquo i. e. accipere, v. A. Mart. I, 189. β) in malam partem (gr. εὑρίσκειν κακόν Od. 21, 304. 24, 462), v. c. invenit calamitatem i. e. incidit in eam Ps. CXVI, 3: צָרָה וְיָגוֹן אֶמְצָא. Prov. VI, 33. Hos. XII, 9. — b) *invenire* pro *cogitando assequi*. Iob. XXXII, 3: *non invenerunt responsum*. Neh. V, 8. Eccl. III, 11. VIII, 17. Inde *invenit* i. e. recte solvit *aenigma* Iud. XIV, 12. — c) Formula: יָדִי מָצְאָה דָבָר *manus mea invenit* aliquid, triplici sensu legitur: α) *comparavi mihi*, *acquisivi* aliquid (ich habe etwas erworben), = *possideo* aliquid. Lev. XXV, 28: אִם לֹא מָצְאָה יָדוֹ דֵּי הָשִׁיב לוֹ *si tantum* pecuniae *conquirere non potest*, *quantum satis est ad restituendum*. XII, 8 cf. XXV, 26, ubi מָצָא de ipso homine dicitur. Iob. XXXI, 25: כִּי כַבִּיר מָצְאָה יָדִי, parall. כִּי רַב חֵילִי. (Arab. وجد invenit, ii. satis habuit opum, opulentus fuit, وجد opulentia, divitiae). Sq. ל Jes. X, 14: וַתִּמְצָא כְּקֵן יָדִי חֵיל הָעַמִּים *potita est manus mea divitiis populorum*, *sicut nido*. (Syr. ܐܫܟܚ ܝܕܝ ܠܚܝܠ ܥܡܡܐ venit in manus eius i. e. potuit, valuit). — β) incido in aliquid, etwas kommt mir (zufällig) in die Hand, hoc nexu: 1 Sam. X, 7: עֲשֵׂה לְךָ אֲשֶׁר תִּמְצָא יָדֶךָ *fac quodcunque tibi in manum incidit* (was dir in die Hand kommt), i. e. age pro lubitu. XXV, 8. Iud. IX, 33. Repetita est locutio ab eo, qui ex magna rerum multitu

מְשָׂא n. pr. loci, cuius mentio est Gen. X, 30 in describendis terminis Arabiae Joctaniticae: *eorumque habitatio erat* מִמֵּשָׁא בְּאֶכְתָּ סְפָרָה הַר הַקֶּדֶם *a Mescha usque ad Sepharam* et usque ad *montanum Arabiae*. In his verbis ante omnia pro certo sumendum est, הַר הַקֶּדֶם non per appositionem coniunctum esse cum סְפָרָה, sed tertium quendam locum esse, ad quem terminus porrigatur (cf. Comm. 19. XXV, 18), ita ut Saadias recte suppleat الى: *montano Arabiae* autem nihil aliud indicari quam montium iuga in media fere Arabia e regione Mercae et Medinae usque ad sinum Persicum excurrentia, hodie نَجْد dicta (v. [Jomard] Notice sur le pays Nedjd ou l'Arabie centrale, Paris 1823. 8). *Mescham* (מֶשָׁא), a qua proficiscitur terminus, Bochartus (Phaleg II, 20) *Musam* s. *Muzam* (*Μοῦσα* Ptol. 6, 8, *Μοῦζα* Arrian. Peripl. *Muza* Plin. 6, 23) esse putabat, Arabiae portum cum oppido in ditione Mocchensi sito, vel ubi nunc est موزع *Muzaa* (Nieb. Arabien p. 223. Johannsen hist. Iemanae p. 286), vel ubi موسج *Mausidj* (Nieb. p. 224. 225. Mannert Geogr. VI, 1 p. 63) موزع enim hodierna mare non attingit. Quum vero huius nominis scriptio nativa (v. Johannsen l. c.) videatur موزع, quod cum מְשָׂא conferri non potest, praestat cum J. D. Michaeli (Spicileg. II, 214. suppl. 1561), *Mesenen* intelligere (مَيْسَان, ميسان) inter ostia Pasitigridis (شطّ العرب) sitam, ubi hic in mare Persicum esse immittit. Hanc Philostorgius (3, 7) ita describit, ut Tigris *τοῖς ἐσχάτοις στόμασιν ἀλλήλων διειργομένοις* efficiat *νῆσον ποταμίαν τε ὥμα καὶ θαλαττίαν, ἣν ἔθνος ἐνοικεῖ τῶν Μεσηνῶν ἐπικαλούμενον*, vide pluribus de *hac* Mesene Dion. Cass. 68 §. 28. Assem. bibl. orient. III, 2 p. 430. 603, Abulfedam in tab. Iracae ap. Mich. in spicil. l. c. d'Anville l'Euphrate et le Tigre p. 135: idem enim nomen gerit alia quoque regio interamnis (an forte מְשָׂא eiusmodi *insulam fluvialem* significabat?, vel a chald. מֵיסָא recessus, vel a radice indopersica, quae cum *μέσος*, *medius* coniuncta esset, cf. מָדַי) duobus brachiis Tigridis cincta, inter Apameam Mesenes et Seleuciam interiecta, quae a Geographis Graecis saepius, quam illa memoratur (v. Steph. Byz. v. *Ὀμβα* et *Μεσσήνη*, ibique intpp. Plin. V, 27 s. 31. Cellar. notit. orb. ant. II, p. 749 sqq. d'Anville l. c. p. 130. 131). Ab orientali igitur termino proficiscebatur scriptor, desinebat in occidentali et septentrionali: inter utrumque quaerendum erit כָּפָר, de quo vide suo loco.

מָשַׁךְ *traxit, extraxit*, v. c. ex aqua, sq. מִן Exod. II, 10. (Syr. مصا traxit, extraxit B. B. ap. Cast., sed L. A. لقط لمّ جمع contraxit, corrasit, congessit. Arab. مسى trahendo eduxit rem Kam. Vicinum est מָשַׁשׁ).

Hiph. id. 2 Sam. XXII, 17. Ps XVIII, 1

[De arab. مسا vesperi fuit eiusque derivato مَسَاء iam dictum est p. 123].

מֹשֶׁה n. pr. *Moses* (LXX et Joseph. *Μωϊσῆς*, Vulg. *Moyses*, v. infra, alibi *Μωσῆς* Diod. 1, 94 et fragm. lib. 40. Strabo 16, 760 sqq. Ezechiel Tragicus ap. Clem. Strom. 1, p. 345 et Euseb. praep. evang. 9, 28. Eupolem. et Demetr. ib. 9, 26. 29. Philo ed. Mang., *Moses* Iustin. 36, 2, *Μάϊους* Artapanus ap. Euseb. l. c. 9, 27, arab. موسى, unde formant diminut. موسيه lat. *Mesve*, v. Anecdota orient. II, p. 5), magnus legislator, dux et propheta Israëlitarum, e tribu Levi oriundus, filius Amrami et Jochebed, cuius res gestas quattuor posteriores Pentateuchi libri narrant. Solenne eius attributum est: *servus Jovae, servus Dei* Jos. I, 1. 2. 15. VIII, 31. XII, 6. XIII, 8. XXII, 4. 1 Reg. VIII, 53. 56. 2 Par. I, 3. XXIV, 6. Dan. IX, 11, semel adeo in Pentateucho Deut. XXXIV, 5, it. *vir Dei* Ps. XC, 1. Ex eius appellatur: יְלִדַת מֹשֶׁה Esr. III, 2. VII, 6. 2 Par. XXIII, 18, סֵפֶר תּוֹרַת מֹשֶׁה Jos. XXIII, 6. 2 Reg. XIV, 6. Neh. VIII, 1, סִפְרֵי מֹשֶׁה 2 Par. XXV, 4. Neh. XIII, 1, chald. סִפְרָא דְמֹשֶׁה Esr. VI, 18, tabulae decalogi לִלְחוֹת מֹשֶׁה 1 Reg. VIII, 9. — Paullo impeditior est locus Jes. LXIII, 11: וַיִּזְכֹּר יְמֵי עוֹלָם מֹשֶׁה עַמּוֹ, ita explicandus (cum Maurero): *et recordabatur* (Israël) *dierum antiquorum, Mosis* et *populi eius* (Mosis) i. e. ab eo ex Aegypto educti. Quod Horstius

(ad Motenabb. p. 47) מֹשֶׁה h. l. appellative *σωτῆρα* interpretari suadet h. m. *tum recordatus est* Israël *dierum antiquorum* et *servatoris populi sui* i. e. Jovae; vix probandum est, quum מֹשֶׁה ubique et statim Comm. 12 n. proprium sit.

De *etymo* nominis narratur Exod. II, 10, filiam Pharaonis puerum a se ex aqua extractum appellasse מֹשֶׁה, his additis verbis: כִּי מִן הַמַּיִם מְשִׁיתִהוּ *nam ex aqua extraxi eum:* cui quidem obstat tum activa nominis forma (*extrahens*, non *extractus*), tum id quod non probabile sit, Pharaonis filiam puero nomen dedisse ex lingua Hebraea desumtum (cf. Gen. XLI, 45). Hoc reputantes Judaei Alexandrini similem originem huic nomini ex lingua Aegyptiaca vindicare studuerunt, idque variis modis. Ac Josephus quidem, Alexandrinorum haud dubie ea in re opiniones secutus (Ant. 2, 9 §. 6): *κατ' αὐτῷ*, inquit. *τὴν ἐπίκλησιν ταύτην κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο, εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι. τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ* [ⲘⲰ] *οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὑσῆς δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας* [cf. ⲞⲨϢⲀⲒ Memph. Theb. sanari, bene valere, subst. salus, it. *σώζεσθαι*, beatum reddi Act. XV, 11. XVI, 30, ⲞⲨϢⲈⲒ basm. id. Peyron p. 162], sed idem alibi (c. Apion. 1, 31) altera vocabuli parte neglecta: *τὸ δ' ἀληθὲς ὄνομα δηλοῖ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος σωθέντα Μωυσῆν, τὸ γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι μῶϋ* [ⲘⲰⲞⲨ] *καλοῦσι*, consentientibus Philone T. II. p. 83 Mang. Clem. Alex. Strom. 343 Sylb. Ensebio praep. evang. 9, 28. Suida v. *Μωϋ* al., quod ita vindicari potest, ut altera nominis pars *se* vel *sche* (*σῆ-ς*) repetatur a rad. ⲞⲨ *accipere* (Peyron 403), quam ipsam sententiam iam veteres praeiverunt. Glossa Cod. Voss. Lugd. ad Octateuchum: *Μωϋσῆς· παρὰ Μῶν* (lege *Μωϋ*), *ὃ σημαίνει ὕδωρ Αἰγυπτιστί, καὶ τὸ Σῆς, ὃ σημαίνει τὸ λαμβάνω κατ' Αἰγυπτίους· ὁ ἐκ τοῦ ὕδατος ληφθείς.* Ezechiel Tragicus l. c. *Ὄνομα δὲ Μωσῆς ὠνομάζε, τοῦ χάριν ἐγρᾶς ἀνεῖλεν ποταμίας ἀπ' ἠόνος.* cf. ex recentioribus Salmasium de annis climacter. p. 614. Georgi ad fragmm. Ioh. Theb. p. 114; minus certe placet, quod alii accessiverunt ⲰⲈ *ire, abire*, abieci etiam, quod mihimet ipsi in mentem venerat, aegypt. ⲤⲈ copt. ⲰⲈ (ut ⲘⲰ – ⲤⲈ esset *filius aquae* ex aqua progenitus, Pseudo-Orpheo *ὑδογενής*), quum viderem, hoc vocabulum in compositis praeponi solere, non postponi, ut ⲤⲈⲒⲤⲒⲤ filius Isidis, ⲤⲈⲒⲰⲢ filius Solis (Champollion gr. 134. Peyron 282) *).

Statuunt igitur recentiores pleriqne, huiusmodi originem (vel ⲘⲰ – ⲞⲨϢⲀⲒ, vel ⲘⲰⲞⲨ – ⲞⲒ) veram et nativam fuisse Aegyptiacam, veteres Hebraeos autem hoc nomen, ut alia peregrina, linguae suae rationibus ita accommodasse, ut ad radicem מָשָׁה referri, et vel *servator* populi (*σωτήρ*), vel activa forma passive accepta *servatus* (Exod. l. c.) explicari posset. Neque hoc ineptum est et a re alienum. Sed reputanti tamen mihi nominum propriorum apud veteres Aegyptios usitatorum, quae pleraque cum deorum nominibus coniuncta sunt, rationem, animadvertenti insuper vocabulum *mós* (ⲘⲰⲤ), quod *filium* significat (Champoll. gr. 132. 133, a rad. ⲘⲰⲤ, ⲘⲰϨⲤ, ⲘⲰⲒⲤ, gignere, parere, ⲘⲰⲤ infans, puer, ⲘⲰⲤⲒ ventrem gerere), tum in regum antiquissimorum (v. c. *Thutmosis*, *Thetmosis* i. e. Mercurii filius, Rosellini Monum. Storici 1, 286 sqq., *Amosis* i. e. ⲀⲘⲞⲨⲚⲰⲤ lunae filius) tum in privatorum hominum nominibus (praeter *Thoutmôs* et *Ahmôs* vide *Amenmôs* Amonis filius, *Harmôs* Hori filius, *Phthamôs* Vulcani filius, *Rhamôs* Solis filius Champoll. 133, cf. בֶּן-הֲדַד et similia) longe usitatissimum esse, credibile videtur, etiam *Mosis* Hebraei nomen nil aliud significasse, vulgarem tamen eius formam non plenam et nativam esse, sed priore parte orbatam (ut hebr. dicunt נָהָן pro יוֹנָתָן, חָנָן pro יְחוֹנָן, אֶעְזָר pro אֶלְעָזָר, arab. حُنَيْن dimin. a يُوحَنَّا, pun. *Carthalon* pro *Melkart-alon* al. v. Monumm. Phoen. p. 399), fortasse a pleniore *A-mós* (ⲀⲘⲞⲨⲚⲰⲤ i. e. lunae filius), qr. *Ἀμώσις* et *Ἀμάσις*, quod ipsum etiam sub alia forma pleniore (עַמּוֹס) Hebraeorum civitatem nactum esse suspicor.

מְשִׁי Ez. XVI, 13 (extra pausam), in Pausa מָשִׁי Comm. 10 m. panni pretiosissimi genus, secundum Rabbinos: *bombycinum*, *sericum*. Abulwalides: صنف من الحرير *species serici*. Kimchius ipsum vc. משי de serico usurpat (v. שְׁרִיקוֹת). LXX. *τρίχαπτον* pr. pannus e crinibus textus, sed dein, ut recte Hieronymus, de vestimento, quod tantae subtilitatis erat, ut pilorum et capillorum tenuitatem habere crederetur. Theodoretus id proprie accipit, aitque *πλέγμα* esse *ἀπὸ τριχῶν κατεσκευασμένον ταῖς τῶν γυναικῶν περιττεθέμενον κεφαλαῖς*, et eodem modo Pollux 10, 7, sed Hesychio est *βομβύκινον ὕφασμα ὑπὲρ τῶν τριχῶν τῆς κεφαλῆς ἀπτόμενον ἢ πολύτιμον*, Suidas *βομβύκινον ὕφασμα, ἱμάτιον πολυτίμητον.* Neque etymon huic explicationi iniquum est, sive מְשִׁי est *netum*, a trahendo dictum (quod equidem praetulerim), sive *subtile*, sive *fila extracta*, quandoquidem teste Plinio (10, 22 s. 26) saltem Graeci vestes bombycinas ex interiori Oriente advectas filis extractis redordiri rur-

*) Certum est, hanc Alexandrini etiam interpretis sententiam fuisse. Nullo alio enim consilio is *Μωϋσῆς* scripsit inserto ϋ quod in plerisque certe codd. habetur, vide Holmes ad Exod. l. c. et saepe, al. *Μωσῆς*), quam ut eam nominis formam exprimeret, quae sibi nativa et domestica videretur. Ceterum alii veteres, eadem re, Hebraeum nominis מֹשֶׁה originem offensi, alio modo hoc scopulum praetervecti sunt. Comminiscuntur enim Mosen prius apud Aegyptios aliud idque domesticum nomen gessisse, velut *Ὀσαρσίφ* (Manetho ap. Jos. c. Apion. 1, 28), *Tisithes* (Chaeremon ibid. §. 32), *Ἑρμῆς* (Artapan. apud Euseb. praep. evang. 9, 27).

susque texere solebant (cf. Heeren Ideen I, p. 109 ed. 4): quod enim Fürstius et מְשִׁי et Σηρικόν, *Sericum* (imo Σῆρ, Ser, pl. Σῆρες, Seres) a sin. *schi* (quo accentu?) sericum ducit, somnia sunt. De huius ipsius vc. Sinici auctoritate dubito, quum nihil tale habeat *de Guignes* s. clavi 120 *mŭ* sericum significante, nisi forte eo referes *tchĭ* texere. Ceterum vide Fulleri Miscell. 2, 11, et Schroederum de vest. mnl. p. 325 sqq., qui Brannium refellit (de vest. sacerd. 1, 8) contra *sericum* disputantem.

נִמְשִׁי (i. q. נִמְשֶׁה extractus i. e. servatus) n. pr. proavi regis Jehu 2 Reg. IX, 2 cf. 1 Reg. XIX, 16.

מָשַׁח fut. יִמְשַׁח inf. מְשֹׁחַ, semel מָשְׁחָה Exod. XXIX, 29, pr. *strinxit*, *manum duxit super* aliquam rem, mit der Hand streichen. (Arab. مَسَحَ id. inde manu abstersit, demulsit faciem, gladio percussit. Chald. syr. id., hoc etiam discriminavit capillos, die Haare zurechtstreichen. Radd. monosyllabae sunt מש, unde מָשַׁשׁ, et מת, unde נָתָא, נָתָא strinxit, abstersit, percussit). Hinc 1) *illevit* alicui aliquid, spec. colores induxit in aliquid (sq. בְּ coloris) Jer. XXII, 14, impr. *unxit oleo* (arab. مَسْحَة unctio, مَسُوح unguentum; syr. ܡܫܚ unxit) v. c. placentas Ex. XXIX, 2. Lev. II, 4. VII, 12, clypeum (quo corium fieret tenacius, ne tela penetrare possent) Jes. XXI, 5 cf. 2 Sam. I, 21. Max. *unxit* aliquem sacro ritu ad eum *inaugurandum* et *consecrandum* ad munus, ut sacerdotem Ex. XXVIII, 41. XXIX, 7. XL, 15, prophetam 1 Reg. XIX, 16. Jes. LXI, 1, regem 1 Sam. X, 1. XV, 1. 1 Reg. I, 34, it. res inanimatas Deo consecrandas, velut cippum Gen. XXXI, 13, altare Exod. XXIX, 36. Lev. VIII, 11, sacrarium Exod. XXX, 26. XL, 9. Dan. IX, 24, vasa sacra Num. VII, 1. Plene dicitur מָשַׁח אֶת unxit i. e. consecravit aliquem regem Iud. IX, 15. 1 Sam. IX, 16. XV, 1. 2 Sam. II, 4. 7. V, 3. 17. XII, 7. 1 Reg. V, 15. XIX, 15. 2 Reg. IX, 3. 6. 12, quod plerumque populo tribuitur, passim etiam Deo 1 Sam. XV, 17. Addito עַל Iud. IX, 8. 2 Sam. XIX, 11: *Absalom* אֲשֶׁר מָשַׁחְנוּ עָלֵינוּ *quem unximus* i. e. regem constituimus *super nos*, sq. gerundio: *unxit* (Jova) aliquem ad aliquid faciendum i. e. legavit, consecravit. Jes. LXI, 1: *quoniam unxit me Jehova* לְבַשֵּׂר *ad nunciandum*. 2 Par. XXII, 7. — Res (oleum, unguentum) qua ungitur, ponitur praevio בְּ Ex. XXIX, 2. Ps. LXXXIX, 21, et in accus. Ps. XLV, 8: *unxit te Deus*, *deus tuus*, *oleo laetitiae* i. e. perfudit te laetitia. Am. VI, 6: *illinunt unguenta pretiosa* i. e. utuntur in ungendo unguentis pretiosis, sie streichen köstliche Salben auf, nämlich auf ihren Körper.

2) a) *expandit* (quod fit manibus stringendo), v. מְתוּחָה; b) *mensus est* res longas latasque v. c. pannum, quod fit manibus stringendo. (Arab. مَسَحَ mensus est agrum, aram. מְשַׁח, ܡܫܚ id.). Inde מִשְׁחָה, מַשָּׁחָה.

Niph. pass. Kal no. 1 *unctus* i. e. *ungendo consecratus est* Lev. VI, 13. Num. VII, 10. 84. 88. 1 Par. XIV, 8.

מְשַׁח chald. *oleum* Esr. VI, 9. VII, 22. In Targg. saepe. Syr. ܡܫܚܐ, sam. מִשְׁחָא id.

מָשִׁיחַ m. 1) adj. verbale pass. *χριστός*, *unctus* (de clypeo) 2 Sam. I, 21. מָשִׁיחַ נָגִיד princeps unctus Dan. IX, 25 (int. Cyrum). חֲבִיבֵן חֲשִׁישַׁחְ sacerdos unctus, i. e. maximus. Lev. IV, 3. 5. 16. VI, 15.

2) subst. *Χριστός*, *Unctus* i. e. *princeps* (ungendo consecratus) Dan. IX, 26 (intelligitur Alexander), plenius מְשִׁיחַ יְיָ Unctus Jehovae (LXX. ὁ Χριστὸς Κυρίου), epith. honorificum regum Israëliticorum, utpote ungendo Deo consecratorum et propterea sacrosanctorum 1 Sam. II, 10. 35. XII, 3. 5. XVI, 6. XXIV, 7. 11. XXVI, 9. 11. 16. 23. 2 Sam. I, 14. 16. XIX, 22. XXIII, 1. Ps. II, 2. XVIII, 51. XX, 7. XXVIII, 8. LXXXIV, 10. LXXXIX, 39. 52. CXXXII, 17. Hab. III, 13. Thren. IV, 20. Semel adeo *Cyrus*, Persarum rex, *Unctus Jovae* dicitur, utpote a Deo missus Jes. XLV, 1, *Messias* s. *Rex servator* a prophetis praedictus nunquam, quamquam solenne eius nomen מְשִׁיחָא (v. Buxtorf. Lex. chald. h. v.), ὁ Μεσσίας Joh. I, 42. IV, 25 ex illorum locorum nonnullis, quos recentiores Judaei ad Messiam referebant (Ps. II, 2. Dan. IX, 26), petitum est. Plur. Uncti Jehovae. de patriarchis Ps. CV, 15. 1 Par. XVI, 22.

מִשְׁחָה f. 1) *unctio.* שֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה oleum unctorium Exod. XXV, 6. XXIX, 7. 21. XXXI, 11. XXXV, 8. 28. XXXVII, 29. Lev. VIII, 2. 10. 12. 30. XXI, 10. Num. IV, 16, plenius שֶׁמֶן מִשְׁחַת קֹדֶשׁ Ex. XXX, 25. 31, שֶׁמֶן מִשְׁחַת אֱלֹהָיו Lev. X, 7, שֶׁמֶן מִשְׁחַת יְיָ XXI, 12.

2) *mensura*, *portio demensa*, v. rad. no. 2. Levit. VII, 35: וְזֹאת מִשְׁחַת אַהֲרֹן וּמִשְׁחַת בָּנָיו מֵאִשֵּׁי יְיָ. Syr. ܡܫܚܐ mensura, metrum, arab. مَسَاحَة dimensio.

מָשְׁחָה f. 1) inf. rad. v. supra. 2) i. q. מִשְׁחָה no. 2. Ex. XL, 15. Num. XVIII, 8.

מִמְשָׁח m. *expansio.* Ez. XXVIII, 14: אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ *tu* es *Cherubus expansionis* i. e. expansis alis, *tegens*, (cf. Ex. XXV, 20), pro quo brevius Vers. 16: כְּרוּב הַסּוֹכֵךְ. Secundum accentus מִמְשַׁח absolutum est, non constructum (de forma v. ad מִדְבָּר), nec copulari poterant מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ.

מָשַׁךְ fut. יִמְשֹׁךְ, imp. מְשֹׁךְ, pl. מְשֹׁכוּ Ex. XII, 21 et מְשֹׁכְנָה Ez. XXXII, 20 1) *traxit.* (Vicinum est מָשָׁה. Arabice مسك vulgo *prehendit* [v. no. 2], etiam *trahendi* significatum ei vindicatum it Lettius ad Cant. Deb. p. 96 et ad Caab ben Soheir p. 115, laudato proverbio: ان كان لك شبكة فامسكها لميلا تمسك منها *si habueris rete*, *trahe illud*, *ne forte traharis ab eo*, cf. מָשַׁךְ בָּרֶשֶׁת

Ps. X, 9, licet etiam h. l. vulgaris prehendendi et capiendi potestas retineri possit). Sq. acc. pers. *traxit aliquem* aliquo. Cant. I, 4: מָשְׁכֵנִי אַחֲרֶיךָ *trahe me post te*, addito בְּ loci Ps. X, 9: בְּמִשְׁכּוֹ בְרִשְׁתּוֹ, vel אֶל pers. et loci Iud. IV, 7: וּמָשַׁכְתִּי אֵלֶיךָ אֶל נַחַל קִישׁוֹן אֶת־ סִיסְרָא *et attraham* (ducam) *ad te* ..... *Siseram*. Contra addito מִן loci: *extraxit* aliquem (aliquid), ex fovea Gen. XXXVII, 28. Jer. XXXVIII, 13, quo etiam referendum est Iob. XL, 25: תִּמְשֹׁךְ לִוְיָתָן בְּחַכָּה *an sursum trahis crocodilum hamo?* Sq. בְּ rei (*an* etwas ziehen) Deut. XXI, 3: *vitula* אֲשֶׁר לֹא מָשְׁכָה בְעֹל. Absol. *attraxit*. Jes. V, 18: מֹשְׁכֵי הָעָוֹן בְּחַבְלֵי הַשָּׁוְא *qui attrahunt poenam funibus iniquitatis* i. e. qui impietate sua poenas divinas omni virium contentione, quasi funibus, attrahunt. Hos. XI, 4: בְּחַבְלֵי אָדָם אֲמָשְׁכֵם בַּעֲבֹתוֹת אַהֲבָה *funibus humanis* (non eiusmodi quibus bestiae coerceri solent) *eos attraxi*, *vinculis amoris*. Spec. notandae sunt hae formulae:

a) מָשַׁךְ בְּקֶשֶׁת *tetendit arcum* 1 Reg. XXII, 34. 2 Par. XVIII, 33. Part. מֹשְׁכֵי קָשֶׁת Jes. LXVI, 19. (Gr. ἕλκεσθαι τόξα. Hom. aeth. ⵎⵛⵀⵏ: id.).

b) מָשַׁךְ חֻזְרִי semen traxit i. e. tractim sparsit per sulcos Am. IX, 13 cf. מֶשֶׁךְ no. 1.

c) מָשַׁךְ בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל Ex. XIX, 13 et מָשַׁךְ הַיּוֹבֵל Jos. VI, 5 *classicum cecinit* i. q. תָּקַע בַּשּׁוֹפָרוֹת v. Jos. VI, 4. 8. 9. 13. 16. 20 coll. Vers. 5. Pr. est magna vi inflavit in cornu iubili (contuleris nostr. heftig loszielm) et in utroque loco dicitur de signo, quod cornu iubili datur, v. p. 561 B. Congruit arab. جلب traxit, it. I. II. IV clamorem extulit, inclamavit, increpavit.

d) Hos. VII, 5: מָשַׁךְ יָדוֹ אֶת־לֻצִּצִים *trahit manum suam cum irrisoribus*, contemtim dicitur de commercio familiari cum impiis hominibus (cf. vulg. sich mit jemand herumziehen). Plures interpretes propinandi quendam gestum intelligunt, sine caussa idonea.

e) *protraxit* i. e. continuavit, diuturnum fecit. (Syr. ܡܫܟ traxit, Aph. diu commoratus est in loco, ⱡⱁⱁⱁ diuturnitas. Arab. جر traxit, it. protraxit tempus graviditatis femina cf. lat. trahere comitia, bellum.) Ita מָשַׁךְ חֶסֶד diuturnum favorem praestitit alicui Ps. XXXVI, 11. CIX, 12, c. suff. (loco dat.) Jer. XXXI, 3: מְשַׁכְתִּיךְ חָסֶד *servavi tibi favorem*; contra מָשַׁךְ אַף servavit iram Ps. LXXXV, 6. Ellipt. Neh. IX, 30: תִּמְשֹׁךְ עֲלֵיהֶם שָׁנִים רַבּוֹת *protraxisti iis* benignitatem per *multos annos*. Cf. Niph. — Inde

f) מֶשֶׁךְ בָּשָׂר protraxit corpus, i. e. *perenne, duraturum fecit* s. firmavit corpus. Eccl. II, 3: *proposui mihi* לְמָשֹׁךְ אֶת־בְּשָׂרִי בְּיַיִן *firmare* (s. roborare) *vino corpus meum*, meinen Leib mit Wein zu pflegen. Non obstat huic interpretationi, quod occurrit Knobelius, flagitante contextu voluptatem potius ex vino potato perceptam cogitari, quam corporis roborandi consilium: licet enim verba proprie accepta ad valetudinis curam pertineant, non dubium est quin h. l. voluptas spectetur cum illa curatione coniuncta, ut in nostro *seinen Leib pflegen*. Ceterum vide possitne *trahendi* verbum h. l. apte reddi frequentativo *tractare* (behandeln, pflegen), eo sensu, quo Hor. Epist. 1, 17, 12 *se benignius tractare* dicit, sc. cibo potuque, et nostrates adeo hoc vocabulum receperunt (tractiren, traiter). Saltem nil facile invenias, quod magis quadret ad hunc locum, quam: *carnem tractare* i. e. (ut verbis Horatii dicam) *cutem curare* et oblectare *vino*. Al. protrahere corpus in vino i. e. adsnescere vino, al. pertrahere ad vinum. Cf. Pu. no. 2. (Syr. ܡܫܟ Ferrarius p. 931 et Castellus reddunt *induruit*. Sed minus accurate. Bar Bahlul reddit ⱡⱁⱁⱁ arefecit, diciturque, ut ex ipsius Castelli glossis colligi potest, de macie ventris et mammarum pendularum, quae cute et pelle [ⱡⱁⱁⱁ] potius quam carne et adipe constant).

Denique g) *trahere*, *trahi*, *distrahi* dicuntur, qui *proficiscuntur magno agmine*. Sicut enim agmen, quod in nativo loco commoratur vel in itinere subsistit, in unum colligi et contrahi solet, ita agmen procedens et progrediens in longum se explicat, *distrahit*, et *protendit*. Ita germ. *die Truppen ziehen sich* nach dem Rheine, et act. die Armee *zieht* ins Feld, die Vögel *ziehen in langen Zügen* nach Süden, der Ackermann *zieht* auf den Acker, aus einem Hause in das andere *ziehen* (sc. cum suppellectile sua), raro de singulis: *er zieht* seine Straasse. Ita Iud. IV, 6: מָשַׁכְתָּ בְּהַר תָּבוֹר bene Alex. *ἀπελεύσῃ εἰς ὄρος Θαβώρ*, nostr. ziehe auf den Berg Tabor sc. cum exercitu, statim enim additur: וְלָקַחְתָּ עִמְּךָ עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים אִישׁ. XX, 37: וַיִּמְשֹׁךְ הָאֹרֵב. LXX. *καὶ ἐξεχύθη τὸ ἔνεδρον*. Cod. Alex. *ἐπορεύθη τὸ ἔνεδρον*. In utroque hoc loco reliquae interpretationes omnes a contextu plus minus alienae sunt (v. Studer. ad Iud. IV, 6): sed praeterea ad hanc significationem revocandi videntur Iob. XXI, 33: וְאַחֲרָיו כָּל־אָדָם יִמְשֹׁךְ *eumque sequuntur* (eandem viam ingrediuntur) *omnes homines*, LXX *καὶ ὀπίσω αὐτοῦ πᾶς ἄνθρωπος ἀπελεύσεται* (vulgo minus apte: *post se trahit* impius sepultus *omnes homines*). Ex. XII, 21: מְשְׁכוּ וּקְחוּ לָכֶם צֹאן LXX *ἀπελθόντες λάβετε ὑμῖν πρόβατα*. Fortasse etiam Iud. V, 14: מֹשְׁכִים בְּשַׁבְטָם סֹפֵר *incedentes cum scipione ducis*, sed vide no. 2. Bene hunc significatum verbo hebraeo מָשַׁךְ vindicaverunt Luo. de Dieu ad Jer. V, 8 (licet hic plura exempla addat, in quibus vulgaris *trahendi* significatio retinenda est, Gen. XXXVII, 29. Exod. XII, 21. Deut. XXI, 3), nuper Böttcherus in specc. p. 162 et Studerus ad Iudd. l. c. Simile est talmud. משך אחר התענוגים sequitur voluptates, et chald. אתגיר, quo Targg. ll. cc. utuntur, pr. traxit se, dein *diffudit se*, pro hebr. פָּשַׁט Iud. XX, 37. 1 Sam. XXIII, 27, *abiit* Gen. XXV, 7. Iob. XIV, 10 (pro נָגַר), act. נָגַר ivit, festinavit. Ceterum quae Studerus comparat exempla arabica a Schult. ad Jer. V, 8 laudata ab hac analogia aliena sunt. Quod enim Arabes dicunt جَذْب tractio, hinc velox incessus equi, اَجْلَبِيّ equus praestans et velox, a جلب traxit, et فرس سلب القوايم

equus pedes trahens i. e. celeriter currens, ab eo ductum est, quod equi nobiliores et veloces in cursu rapido pedes explicant et distrahunt (nostr. sich strecken), unde etiam nos equi cursum citatum dicimus einen *gestreckten* Lauf, *gestreckten* Galopp. Rectius conferas arab. جلب traxit, it. duxit, egit, max. ad vendendum, v. c. servos, pecora.

2) *prehendit, cepit* (arab. مسك sq. ب id.). Iud. V, 14: *duces prehendentes* s. tenentes *scipionem praefecti*. Gr. anon. *ἐπισχίοντες ἐν σκήπτρῳ* (Schnurrer.), sed vide no. 1, g. Gravius: *rapuit, abripuit*, ad mortem, ad supplicia, Ps. XXVIII, 3. Iob. XXIV, 22. Ez. XXXII, 20.

Niph. protrahi, differri Jes. XIII, 22. Ezech. XII, 25. 28.

Pu. 1) i. q. Niph. Prov. XIII, 12 (de spe dilata). — 2) Jes. XVIII, 2. 7 Aethiopes appellantur: גּוֹי מְמֻשָׁךְ *populus tractus* i. e. longus, procerus. Ita certe LXX *ἔθνος μετέωρον populus sublimis* i. e. altae staturae, qualis Aethiopibus tribuitur Jes. XLV, 14. Herod. 3, 20. 114. Ipsum مسك X de corpore usurpatum habes vit. Tim. I, 420: مستمسك البدن *robustus corpore* (pr. ni fallor, continens se corpore i. e. staturae se continentis, quadratae, zusammengehaltenen, gedrungenen Körperbau's), sed illud magis placet iccirco, quod contextus flagitat corporis virtutem, quae in oculos facile incurrat: quam ipsam ob caussam ferri non potest, quod alii suaserunt, populus *longaevus*, *μακρόβιος* coll. Kal no. 1, e.

מוֹשָׁכוֹת f. pl. *trahentes* (part. act.), poët. pro *funibus*, quibus aliquis vincitur. Iob. XXXVIII, 31. Cf. arab. مَسَكٌ compes, a مسك firmiter tenuit.

מָשָׁךְ m. 1) *tractio*. Ps. CXXVI, 6: מָשֶׁךְ הַזָּרַע *tractio seminis* i. e. sparsio eius per sulcos, v. verbum Am. IX, 13. Male J. D. Michaëlis *saccum* interpretabatur coll. syr. ܟܝܣܐ corium. — 2) *possessio*, a capiendo (v. rad. no. 2). Iob. XXVIII, 18: מְשֶׁךְ חָכְמָה מִפְּנִינִים *et sapientiam possidere satius est quam margaritas* (l. *coralia*). Bochartus (Hieroz. III, p. 601 sqq.) al. alludi existimant ad margaritarum *extractionem* s. expiscationem ex mari, sed quum מְשֶׁךְ חָכְמָה manifesto sit *possessio* sapientiae, מִ׳ פְּנִינִים non aliter accipiendum est. — 3) n. pr. *Moschi*, οἱ *Μόσχοι*, populus septentrionalis barbarus (Ps. CXX, 5), montes Moschicos inter Iberiam, Armeniam et Colchidem sitos (Strab. XI, p. 344. 378) habitans, paene ubique coniunctus cum Tibarenis vicinis (תִּיבָל, תֻּבַל Gen. X, 2. Ez. XXVII, 13 (ubi uterque populus cum mancipiis et ferramentis Tyri mercatum adiisse narratur). XXXII, 26. XXXVIII, 2. 3. XXXIX, 1, ut apud Herodotum (3, 94. 7, 78) copulantur *Μόσχοι καὶ Τιβαρηνοί*. Pronunciationem ad formam graecam propius accedentem exhibent Codd. sam. מושיך et מושך, LXX. *Μοσόχ*, Vulg. *Mosoch*, sed vulgaria textus Hebraei puncta tuetur forma ἡ *Μεσχία*, quemodo meridionalem Georgiae partem appellat Cedrenus T. II. p. 770 (v. St. Martin Mémoires sur l'Armenie II, p. 223). Josephus (Ant. 1, 6 §. 1) Cappadoces intelligebat, antiquae appellationis documentum superesse censens in *Mαζαχα*, urbe Cappadociae primaria (de qua v. Jablonski Opusc. III, p. 137), quam sententiam sequuntur Hieron. ad Ezech. XXVII, 13, al. Vide Bochartı Phaleg III, 12. J. D. Michaëlis spicileg. I, 50 sqq.

מָשַׁל fut. יִמְשֹׁל I) *imperavit, dominatus est.* (In reliquis lingnis Semiticis haec radix non reperitur, praeter Phoeniciam, in qua משל princeps legitur inscr. Numid. 6, lin. 4. Vide Monumm. Phoen. pag. 448. Sed congruit gr. *βασιλ-εύς*). Ponitur a) absol. de rege Prov. XI, 24. XXIX, 2. Dan. XI, 3 — 5, de Deo Ps. LXVI, 7, addita loci notatione Zach. VI, 13: וְיָשַׁב מוֹשֵׁל מִכִּסְאוֹ ... וְהָיָה כֹהֵן עַל כִּסְאוֹ. Jos. XII, 2: וְעַד רֶבַע ... הַגִּלְעָד וְעַד הַגְּשׁוּרִי וְהַמַּעֲכָתִי מָשָׁל. Addito dat. commodi Jes. XL, 10: זְרֹעוֹ מָשְׁלָה לוֹ *brachium eius dominatur pro eo.* — b) sq. בְּ, imperium habere *in* aliquem, quod usurpatur de rege imperat populo Deut. XV, 6. Iud. VIII, 22. 23. Sam. XXIII, 3. Jes. III, 4. 12. XIX, 4. LXIII, 19. Thren. V, 8, terrae regnove Jos. XII, 5. 1 Reg. V, 1. 2 Par. IX, 26, neque non de prorege et praefecto terrae Gen. XLV, 8. 26; de viro, qui imperat uxori Gen. III, 16, de servo, qui rei familiari praefectus est Gen. XXIV, 2. Ps. CV, 21; de populo, qui dominationem habet in alium populum Iud. XIV, 4. XV, 11; denique de Deo, qui omnibus rebus imperat. Ps. CIII, 19: מַלְכוּתוֹ בַכֹּל מָשָׁלָה. 1 Par. XXIX, 12: אַתָּה מֹשֵׁל בַּכֹּל. Ps. LXXXIX, 10: אַתָּה מוֹשֵׁל בִּגְאוֹת הַיָּם. Dicitur etiam de imperio in res inanimatas Gen. IV, 7: וְאַתָּה תִּמְשֹׁל בּוֹ *tuque imperabis ei* (peccato insidianti). Prov. XVI, 32: מֹשֵׁל בְּרוּחוֹ *qui imperat animo suo*: tribuitur adeo inanimatis Gen. I, 18 de sole et luna: לִמְשֹׁל בַּיּוֹם וּבַלַּיְלָה (cf. Plin. 2, 4: sol ..... siderum etiam ipsorum coelique rector. Cic. Tuscul. 1, 68: omnium moderator et dux sol). Raro c) sq. עַל Prov. XXVIII, 15. d) sq. gerundio: potestatem habuit aliquid faciendi. Exod. XXI, 8: לְעַם נָכְרִי לֹא יִמְשֹׁל לְמָכְרָהּ *hominibus peregrinis eam vendere non licet ei.*

Part. מוֹשֵׁל *dominator, princeps* Prov. VI, 7. XXIII, 1. XXVIII, 15. XXIX, 12. 26. Eccl. IX, 17. X, 4. Jer. LI, 46. Ez. XIX, 11. מוֹשֵׁל אֶרֶץ dominator terrae i. e. rex Jes. XVI, 1, מֹשֵׁל עַמִּים id. Ps. CV, 20. Mich. V, 1 de Messia: לְהֹיוֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל. Hab. I, 14: בְּלֹא מֹשֵׁל בָּהֶם; nonnunquam in malam partem *dominus, tyrannus* Jes. XIV, 5. XLIX, 7. LII, 5 (cf. גְּרֵשִׁים Jes. XIII, 2).

II) pr. trans. *comparavit, assimilavit*, intrans. *similis fuit*. Vide Niph. Hiph. et nomm. מָשָׁל, מֹשֶׁל. (Arab. مَثَلٌ similis fuit, assimilavit, مِثْلٌ similitudo, simile, مَثَلٌ similis. Aethiop. ፈለጠ: putavit, visum est alicui. ፈለጥ: similitudo. Aram. ܡܬܠ id.). Varii usus in Kal a nomine מָשָׁל ducti sunt omnes, ut 1) *parabolam proposuit*, plenius מָשָׁל מָשָׁל, sq. אֶל alicui Ez. XVII, 2.

XXIV, 3; 2) *proverbio usus est*, מָשַׁל בְּ XVIII, 2. 3, sq: עַל de aliquo XVI, 44; 3) *dicterio usus est* Ez. XII, 23. Joël II, 17 (sq. בְּ). — Part. מְשָׁלִים *poëtae* (qui dictione parabolica utuntur) Num. XXI, 27.

Ad concilandas *imperandi* et *assimilandi* significationes varias vias ingressi sunt viri docti, v. Schult. ad Prov. I, 1. Michaëlis ad Lowth. de sacra poësi p. 41, Simonis in lex. al. Equidem in prioribus Lexx. editt. duas proposui coniecturas. De una, cui calculum adiecit Winerus p. 585, proficiscebar ab arab. مَثَلَ constitit erectus, inde stitit se coram aliquo (obsequii caussa). VIII. obsecutus est, morem gessit, imperata fecit, et a statuendo, sistendo ducebam tum *dominandi imperandique*, *componendi comparandique* notionem: quae enim componimus, ea iuxta se ponere solemus. De altera (Lex. man. lat.) *assimilandi* significatum primarium censebam, unde ducta sit *iudicandi*, *sentiendi*, *censendi* (cf. aeth.), dein *sententiam dicendi*, *iubendi*, *imperandi* notio (v. מִשְׁעִי). Fortasse tamen duae radices diversae originis sub hac forma coierunt: una, quae respondet verbis מְשַׁל, ממשל *assimilavit*, altera, arabice مسل scribenda *fortitudinis* fortasse vim habens, quae superest in vic. بسل fortis, strennus fuit, بَاسِلٌ vir strenuus, et in gr. *βασιλ-εύς*.

Niph. pr. *assimilandus*, hinc *similis fuit* alicui rei, sq. אֶל Jes. XIV, 10, בְּ Ps. XLIX, 13. 21, עִם (comparandus *cum*) XXVIII, 1. CXLIII, 7.

Pi. i. q. Kal no. II, 1, *parabolis usus est* Ez. XXI, 5 (XX, 49).

Hiph. I) *imperium dedit* alicui, in aliquid, sq. acc. pers. et ב rei Ps. VIII, 7. Dan. XI, 39. Inf. subst. הַמְשִׁל *dominatio* Iob. XXV, 2. II) *comparavit* Jes. XLVI, 5, sq. dat.

Hithpa. i. q. Niph. *similis factus est*, sq. בְּ Iob. XXX, 19.

מָשָׁל m. 1) *similitudo*, *parabola*, quales sunt servatoris parabolae in N. T. Ezech. XVII, 2. XXIV, 3. Aliae *παραβολαὶ* (מְשָׁלִים) sunt Iudd. IX, 7 sqq. 2 Sam. XII, 1 sqq. 2 Reg. XIV, 9. — 2) *sententia*, *γνώμη*, *sententiose dictum* (cuius generis sententiae duabus rebus sententiisve ingeniose comparandis continebantur v. c. Prov. XXV, 3. 11. 12. 13. 14. 15. 18. 19. 20. 23. 25. 26. XXVI, 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 11. 14. 17). Prov. I, 1. 6. X, 1. XXV, 1. XXVI, 7. 9. Eccl. XII, 9. Iob. XIII, 12. 1 Reg. V, 12. Eiusmodi sententiae quum saepe in proverbium cedant (1 Sam. XXIV, 14), est 3) *proverbium*, *παροιμία*, v. c. 1 Sam. X, 12. Ez. XII, 22. XVIII, 2. 3 (cf. *παραβολή* Luc. IV, 23). — 4) univ. *carmen*, cuius singula commata (ex legibus parallelismi, quem vocant) duobus similis argumenti formaeque hemistichiis contineri solent, spec. de vaticinio Num. XXIII, 7. 18. XXIV, 3. 15. 20. 21, de oratione vel carmine didactico Iob. XXVII, 1. XXIX, 1. Ps. XLIX, 5. LXXVIII, 2, saepe de carmine irrisorio s. dicterio, unde נָשָׂא מָשָׁל עַל פ׳ Jes. XIV, 4. Mich. II, 4. Hab. II, 6. הָיָה לְמָשָׁל וְלִשְׁנִינָה fabula factus est Deut. XXVIII, 37. 1 Reg. IX, 7. Jer. XXIV, 9, הָיָה לְמָשָׁל לְ Ps. LXIX, 12, שׂוּם פ׳ מָשָׁל facere aliquem fabulam Ps. XLIV, 15. 2 Par. VII, 20. cf. Ez. XIV, 8. (Phoen. משל *imaginem* hominis significat, v inscr. Numid. 4, lin. 1. Monumm. Phoen. p. 207. Arab. مَثَلٌ, ut hebr., est parabola, fabula, sententia, pl. أَمْثَالٌ versus, vide Ev. Scheidii disp. de مثل, quam selectis Arabum sententiis et proverbiis Marderovici 1775 editis praefationis loco praemisit. Ad no. 4 conf. Ibn Doreid. 171: quilibet vir est fabula post mortem suam, tu esto fabula pulchra. Aram. מַתְלָא, בַּתְלָא id.).

מָשָׁל n. pr. v. מִשְׁאָל.

מֹשֶׁל m. I) *imperium* Zach. IX, 10. II) *similitudo*, concr. *simile* Iob. XLI, 25.

מָשֹׁל inf. nom. i. q. מָשָׁל no. 4 *carmen irrisorium* Iob. XVII, 6.

מֶמְשָׁל m. *dominium*, *principatus*. Dan. XI, 3. 5. Plur. concr. principes 1 Par. XXVI, 6. Cf. gr. *ἀρχή*, *ἐξουσία*.

מֶמְשָׁלָה Mich. IV, 8, cstr. מֶמְשֶׁלֶת Gen. I, 16. Ps. CXXXVI, 8 c. suff. מֶמְשַׁלְתְּךָ Jes. XXII, 21, pl. cstr. מַמְשְׁלוֹת Ps. CXXXVI, 9, c. suff. מַמְשְׁלוֹתָיו CXIV, 2 f. *dominium*, *principatus* Mich. l. c. Dan. XI, 5. — 1 Reg. IX, 19: בְּכָל אֶרֶץ מַמְשַׁלְתּוֹ *in tota terra principatus sui*. Jerem. LI, 28. XXXIV, 1: כָּל־מַמְלְכוֹת אֶרֶץ מְמֻשַׁלְתָּם יָדוֹ *omnia regna terrae principatus sui*. De dominio Dei Ps. CXIV, 2. CXLV, 13, de munere principis aulici Jes. XXII, 21. Translate de dominio solis et lunae in diem noctemque Gen. I, 16. Ps. CXXXVI, 8. Inde concr. a) i. q. terra principatus, regio cui imperatur, *ditio* 2 Reg. XX, 13. 2 Par. VIII, 6. Ps. CIII, 22. b) *principes*. 2 Par. XXXII, 9: וְכָל מֶמְשַׁלְתּוֹ עִמּוֹ *et omnes principes cum eo*. Male LXX et Vulg. cum universo exercitu. Cf. 1 Par. XXVI, 6.

מָשַׁע rad. in verbo inusit. et in V. T. dubia, ad quam inde ab Abulwalide plurimi interpretes revocant *ἅπαξ λεγόμ.*

מִשְׁעִי Ez. XVI, 4: וּבְמַיִם לֹא רֻחַצְתְּ לְמִשְׁעִי, quod ex vett. intpp. unus Chaldaeus accuratius interpretatur: לְאִתְנַקָּאָה *ad mundandum*, sic enim teste Abulwalide legendum pro depravato לְאִתְנְקָרָא, et pro vulgari לְאִתְנַקָּאָה, quod manum emendatricem sapit. En quae disputat Abulwalides: انما فيه زيادة وتفسير لا رحضت لمشعي على سبيل التنظيف والنقية وكذلك قال فيه الترجوم

מָשַׁק radix inusit., cui *tenendi possidendique* significatum recte tribuit Simonis, i. q. נָשַׁק, ממשׁ, כ et ק inter se permutatis (v. כ).

מֶשֶׁק m. *possessio*, i. q. נְשֶׁקָה (Job. XXVIII, 18), unde בן־מֶשֶׁק *filius possessionis* i. e. *possessor*, in loco vexato Gen. XV, 2: וּבֶן־מֶשֶׁק בֵּיתִי הוּא דַּמֶּשֶׂק אֱלִיעֶזֶר *et possessor* heres *domus* rei familiaris *meae erit Damascenus Elieser*. Rariore vocabulo נְשֶׁק pro מֶשֶׁק et exquisitiore locutione בֶּן־מֶשֶׁק pro יוֹרֵשׁ *heres* comm. 3 (cf. מְנִישָׁק. Zeph. II, 9 i. q. מוֹרֶשׁ Jes. XIV, 23) scriptor non alio consilio usus esse videtur, quam ut alludatur sequenti דַּמֶּשֶׂק, quod ipsum eandem ob causam posuit pro בֶּן־דַּמֶּשֶׂק i. e. בֶּן־נְשֶׁק, coll. בְּנֵעֶן no. 2. Formarum vocumque minus usitatarum propter paronomasiam lusumque verborum arcessitarum exempla dedimus Lehrgeb. 374 not. 1, quibus addi possunt Jes. XV, 4. XVII, 1 LIX, 13. Prov. XXIII, 29. Gen. XXX[illegible]

Interpretum vett. plurimi, ut Theod. Vulg. Onk. Sam. reddunt: *filius procuratoris domus meae*, Pseudojon., Arabs Erp., Saad. *filius procurationis domus meae*, i. e. אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת s. *oeconomus*, eamque interpretationem Kimchius ita tuetur, ut מֶשֶׁק *cursitationem* valere statuat (a נָשַׁק cucurrit, discurrit, ut נָהַר a נָזַר), בֶּן־מֶשֶׁק filium cursitationis i. e. servum reliquis servis praefectum. Ferri posset hoc etymon, si modo hac interpretatione admissa apta sententia prodiret. Sed quid sibi volunt haec verba hiulca: *et procurator domus meae, Damascenus Elieser* .....? Supplent cum Syro (coll. comm. 3): *heres meus erit*, sed quis credat, haec verba omitti potuisse? Minus etiam placent Lud. de Dieu ad h. l. et A. Schult. (de defect. ling. hebr. §. 33. 37. Vind. eiusd. op. sect. 2), qui בֶּן־מֶשֶׁק i. q. مشف pr. *pectinare, carminare*, dein metaph. *diligenter et nitide curare* (domum) significare statuerunt, hunc vero usum translatum minime probarunt. Namque مشقة in Catechismo Romano, ad quod provocat de Dieu, est مَشَقَّة *molestia* (a مَشَّ), et exemplis a Schultensio propositis nihil plane efficitur, quam *pectinationem* ad elegantiorem corporis curam transferri v. c. رجل ممشوق *vir procus* i. e. elegans, gracilis (geschniegelt und gebügelt). Nuper Hitzigius (ad Ps. T. II, p. 193) verba הִיא דַּמֶּשֶׂק glossam esse suspicatus est, qua interpres quidam explicare voluerit ve. נָשַׁק, et nemo non videt, his vocibus omissis sententiam prodire admodum concinnam. Contra vix credibile est, hominem mentis suae compotem מֶשֶׁק hoc nexu ita interpretari potuisse: quid enim esset illud: בֶּן־דַּמֶּשֶׂק בֵּיתִי? — Comm. 3. eadem sententia simplicioribus verbis repetitur: בֶּן־בֵּיתִי יִרַשׁ אֹתִי *verna meus* (fort. ille Elieser) *heres meus erit*, nisi forte hoc comma ex alio monumento (cui ab *Elohim* nomen dederunt Critici) repetitum est.

מְמֻשָּׁק m. *possessio*. Zeph. II, 9: מְמֻשַּׁק חֲרוּל *possessio urticae*, locus ab urticis possessus et occupatus cf. מוֹרֶשׁ קֶדֶם *possessio hereditacei* Jes. XIV, 23. Inepte

לאהנקדא אי לנקיה ומן כלאם אלאואיל לנקד חצרו אי לנקיה דארה ונקטיפהא ומן הדא תסמי נקיה אללחם מן שחמה נְקוּד בָּשָׂר. וחדא אללפטה אעני למשעי מחלס לפט אלעבראני אן אלנקטיף עלד אלערב יקאל לה تمشيع

يقولون مشع قصعتك اى امسحها ونظفها ويقولون ايضا للاستنجا تمشيع والاستنجا هو التنظيف بالماء او بمدر i. e. *in vocabulo* מְשַׁעֵי Ez. XVI, 4 *Jod redundat, idque explicandum est: ad mundationem et purgationem. Ita iam Targum:* לְאִתְנַקְּדָא *i. e. ad purgandum, ut in Talmude* כְּנִקּוּד חִצְרוֹ *quod est ad purgandam et mundandam habitationem suam, unde etiam purgatio carnis ab adipe appellatur* נְקוּד בָּשָׂר. *Illud autem* vc., מְשַׁעֵי *dico, cognatum est voci arabicae, siquidem purgatio Arabice dicitur* تمشيع: *dicunt* مشّع قصعتك i. e. *absterge, munda paropsidem tuam: praeterea abstersionem et mundationem podicis, sive aqua fit sive glebula, appellant* تمشيع. Dein etiam memorat explicationem a rad. שָׁעַע, coll. שְׁעִיעַ glaber, et שְׁעִישׁוּת glabrities, quanquam se priorem illam probare dicit. Kimchius (s. rad. שׁעע), postquam hanc posteriorem sententiam (a שָׁעַע) a patre Josepho probatam exposuit eique calculum adiecit, etiam illam memorat (a מָשַׁשׁ), sed non ut R. Jonae s. Abulwalidis, cui (male quidem) aliam tribuit (פירש ר' יונה מענין השש) שיעי). Ut ad priorem explicationem a rad. מָשַׁע מִשַּׁע redeamus, variae huius verbi significationes (v. Kamus p. 1092) in lexx. prorsus indigestae, omnino ad *abstergendi* (vic. مَشّ abstersit) et *purgandi* vim revocandae sunt omnes, velut: discerpsit gossypium (Baumwolle zupfen), quod fit, ut purgetur a sordibus; totum effudit vas (rein ausgiessen), ut purgetur; totum emulsit lac (rein ausmelken); evacuavit patinam (rein abessen, rein abputzen); abstersit sordes lapillis; praedando evacuavit cf. נִקָּה Jes. III, 26. [In una re Abulwalides diserepat a Kamuso. Hic enim paropsidem mundandi et evacuandi significationem *quintae* coniugationi tribuit: تمشّع القصعة اكل كل فيها, ille secundae تمشيع; qua in re utri maior fides habenda sit, non definio]. Nec displiceret ista interpretatio, nisi grammaticae rationes obstarent. Sine ullo enim exemplo sumitur, a מָשַׁע derivari posse nomen מִשְׁעִית (formae קִטְלִית = קִטְלוֹת, quae nusquam reperitur), nedum מִשְׁעִי, quod inde decurtatum sit more Chaldaeorum (ut רֵאשִׁי pro רֵאשִׁית): multoque minus יִ— potest pron. suff. esse (Simonis ed. 3) aut prorsus redundare. Malim iccirco מִשְׁעִי referre ad rad. מָשָׁה, ut idem valeat quod מְמֻשָּׁה, Jod radicali servato, cf. מַאֲוִים, מַחֲלִים 2 Par. XXIV, 25; quo posito sententia esset: *aqua purgata non eras ad spectationem* vel *monstrationem*, ita ut parentibus aliisque hominibus monstrari et ad spectandum offerri posses, quod fieri non solet, nisi postquam infans recens natus a sordibus purgatus et fasciis involutus est.

Schult. de coniectura eius supra memorata: *locus, ubi* (transeuntes) *pectinant et lacerant urticae.*

מָשַׁשׁ *palpavit manu, contrectavit.* (Chald. מַשֵּׁשׁ et מְשַׁמֵּשׁ, it. מְשֶׁשֶׁ, zab. ﻣﺴﺲ, arab. مَسَّ, melit. *mass*, aeth. inserto r ፈሰሰ: et transp. አሰሰ: id. Gr. *μάσσω*. Cognata sunt מוּשׁ no. II, et שָׁשַׁשׁ q. v.). Constr. sq. acc. Gen. XXVII, 12. 22, neque non אֲמֻשָּׁךְ Comm. 21 (Dag. eiecto), quod vulgo referunt ad מוּשׁ.

Pi. palpavit. Deut. XXVIII, 29: *palpabis meridie, instar coeci in tenebris.* Iob. V, 14, sq. acc. *contrectavit, manibus exploravit* Gen. XXXI, 34. 37. Iob. XII, 25: יְמַשְּׁשׁוּ חֹשֶׁךְ *palpant tenebras.*

Hiph. id. sq. acc. Exod. X, 21.

מָתַג rad. in verbo inusit., vel i. q. מָתָה, מָתַח extendit, vel i. q. מָשַׁךְ traxit. Inde

מֶתֶג c. suff. מִתְגִּי m. *frenum*, quod ori iumenti iniicitur 2 Reg. XIX, 28. Jes. XXXVII, 29. Prov. XXVI, 3, div. a רֶסֶן Ps. XXXII, 9. Metaph. 2 Sam. VIII, 1, v. ad אֲמָּה no. 3.

מָתָה rad. in verbo inusit., prob. i. q. arab. مَتَا, مَتَّ et مَتَّ *extendit* v. c. funem. Vicinum est נָתָה, cognata sunt נָתַד et נָדָה.

מַת in sing. inusit., *vir*, quod ab *extendendo* dictum volunt, pr. *adultus* (Ewald. gr. §. 382), coll. אִישׁ מִדָּה. Reperitur tantum forma constructa מְתֵי (cf. constr. שֵׁם, שְׁמוּאֵל, in פָּנִים, sing. constr. פְּנֵי in פְּנוּאֵל; אָב chald. constr. אֲבוּ) in nomm. pr. Hebraeis מְתוּשֶׁלַח, מְהוּשָׁלַח, et Punicis, ut *Metuastartus* i. e. מְתֵי vir Astartes, *Methymatnus* מְתֵי מַתָּן vir doni (i. e. á diis dono datus, cf. Theodorus, Diodorus) Monumm. Phoen. p. 399. 411 [non *Muthumbal*, quod in inscrr. scribitur מהנבעל donum Baalis]; cui cognata est בְּחוּ (m et b permutatis) in בְּהוּאֵל (p. 250), cf. phoen. *Βήτυλος* i. q. בְּחוּאֵל, et *Βιθύας*, *Bithyas*, fort. בְּחִינָה (Monumm. 403). (Aeth. ሞት: *vir*, pcc. maritus).

Plur. מְתִים, bis defect. מְתֵם Deut. II, 34. III, 6 *viri*, opp. mulieribus et infantibus Deut. ll. cc. Jes. III, 25: מְתַיִךְ בַּחֶרֶב יִפֹּלוּ *viri tui gladio peribunt*, parall. גִּבּוֹרֵךְ i. e. heroes tui. Iob. XI, 3: בַּדֶּיךָ מְתִים יַחֲרִישׁוּ. Saepe sq. genit. (ut אַנְשֵׁי), מְתֵי מִסְפָּר viri pauci Gen. XXXIV, 30. Deut. IV, 27 cf. XXXIII, 6, מְתֵי מְעָט id. ibid. XXVI, 5. XXVIII, 62, מְתֵי שְׂנֵא Ps. XXVI, 4. Iob. XI, 11, מְתֵי אָוֶן XXII, 15, מְתֵי קֶדֶם esurientes Jes. V, 13, מְתֵי אָהֳלִי contubernales mei Iob. XXXI, 31, מְתֵי סוֹדִי familiares mei ib. XIX, 19. Passim comm. *homines* Ps. XVII, 14. — Jes. XLI, 14 verba מְתֵי יִשְׂרָאֵל recte quidem LXX reddiderunt ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ, Luth. *du armer Haufe Israël*, sed haec parvitatis et miseriae notio minime inest in מְתִים, sed ex praecedente חוֹלַעַת repetenda, ita ut utraque demum locutio, חוֹלַעַת יַעֲקֹב et מְתֵי יִשְׂרָאֵל, scriptoris sententiam plene exprimat. — Observatu dignum est, מְתִים, מְתֵם (semel מֹתֵם) in regimine positum quattuor locis pendere ab עִיר, quod his certe locis non potest non *incolas* urbis, vel potius *turbam, frequentiam, celebritatem* hominum significare (vide h. v.), opp. urbi oppidove, quatenus id domibus moenibusque cernitur. Deut. II, 34: *et cepimus omnes urbes* וַנַּחֲרֵם אֶת־כָּל־עִיר *et occidimus omnem frequentiam virorum, et mulieres et parvos.* III, 6: הַחֲרֵם כָּל־עִיר מְתֵם הַנָּשִׁים וְהַטָּף *occidendo omnem frequentiam virorum, mulieres et parvulos.* Eodem modo de auctoritate accentuum iungendum est Iob. XXIV, 12: עֲיר מְתִים יִנְאָקוּ *ex turba virorum* (hominum) *clamorem tollunt* i. e. undecunque auditur clamor de iniuria et violentia, parall. נֶפֶשׁ חֲלָלִים חַשְׁוֵעַ. [Haud male quidem Syr. h. l. מְתִים *morientes* pronunciat, parall. חֲלָלִים, sed vel sic עִיר *multitudo* reddenda esset; frigidum enim: *ex urbe* l. *ex urbibus*]. Quartus locus, in quo מֵתִים adeo opponitur urbibus (דְּעָרִים), est Iud. XX, 48: *et percusserunt eos* (Benjaminitas) *ore gladii* מִפִּי עִיר מְתֵם (codd. 8 et editt. 8 מְתֵם, codd. 12 מֵתִים) עַד־בְּהֵמָה עַד־כָּל־הַנִּמְצָא *et coetum virorum et pecudes et omnes quoscunque*, גַּם כָּל־הֶעָרִים הַנִּמְצָאוֹת שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ *cunctas quoque urbes igne vastarunt.* (Scriptura מְתֵם h. l. servari potest et pro abstracto haberi a מָת ducto, q. d. *Mannschaft*, ad formam מַלְכֻּם, פְּדוּם, cf. Deut. II, 34. III, 6, ubi plerique libri defective scribunt, sed fortasse etiam haec puncta vocalia ex falsa loci interpretatione orta sunt, ea nimirum, qua עִיר מְתֵם *urbem integram* explicabant. Non mediocriter enim iam veteres in h. l. laborasse, mirae ostendunt interpretum hallucinationes, v. Clericum al.).

מְתוּשָׁאֵל (vir Dei, comp. ex מְתוּ, de quo vide s. v. מָת, שֶׁ = אֲשֶׁר nota genit. et אֵל) n. pr. patriarchae ex posteris Kaini Gen. IV, 18.

מְתוּשֶׁלַח (vir teli) n. pr. patriarchae antediluviani, filii Henochi, Noachi avi, admodum longaevi, qui anno aetatis 969 mortuus est Gen. V, 21 sqq.

מָתַי pr. extensio, spatium temporis, abit in adv. interrogandi de tempore: *quando?* (Arab. مَتَى, etiam متا diw. Hudeil., chald. אֵימָתַי praemissa interrogandi particula, syr. ܡܬܝ). Eodem modo translatum est יוֹם pr. extensio, duratio rei, inde *per* aliquod tempus, gall. *durant, pendant* quc BII. 409, 1). Gen. XXX, 30. Neh. II, 6. Ps. XLI, 6. XLII, 3. XCIV, 8. CXIX, 82. 84. Am. VIII, 5. Praeter interrogationem (syr. ܡܬܝ) Prov. XXIII, 35: מָתַי אָקִיץ *quando expergefio.* Ps. CI, 2.

Cum praeff. a) לָמָתַי i. q. מָתַי (v. לְ B, 2, a) zu welcher Zeit, sine interrogatione. Ex. VIII, 5. LXX.

πότε. Vulg. quando. Syr. ܥܕ ܡܬܝ. b) עַד־מָתַי *quousque? quamdiu?* (Arab. حتى متى). 1 Sam. XVI, 1: *quamdiu lugebis propter Saulum?* I, 14. Exod. X, 3. 7. Num. XIV, 27. 1 Reg. XVIII, 21. Ps. LXXX, 5. LXXXII, 2. XCIV, 3. Jer. IV, 14. 21. XII, 4. Dan. VIII, 13. XII, 6 al. Poët. passim per aposiopesin, ut Ps. VI, 4: וְאַתָּה יְהוָה עַד מָתָי *et tu, Jova, quamdiu?* sc. differes auxilium mihi praestandum. XC, 13. Jes. VI, 11: וָאֹמַר עַד מָתַי אֲדֹנָי *et dixi: quousque* (duratura est haec populi conditio, de qua comm. 9. 10)? Hab. II, 6. — c) אַחֲרֵי מָתַי post quantum temporis? i. e. quando? Jer. XIII, 27.

מָתֹם fort. virorum coetus (Mannschaft) Ind. XX, 48, v. בְּתֹם.

מָתַח *extendit*, ut tentorium, coelum Jes. XL, 22. (Syr. et chald. id., nasor. מתח et מחה id., aeth. **ዋዋሐ:** pro **ወዋሐ:** induit, velavit, unde plura nomm. derivata *pallium* significant. Radd. vicinae sunt נָתַח sam. נחח expandit, it. נָתָה expandit, נטע provectus fuit dies).

אַמְתַּחַת c. suff. אַמְתַּחְתּוֹ, pl. estr. אַמְתְּחוֹת f. *saccus frumentarius* Gen. XLII, 27. 28. XLIII, 12. 21. 22. 23. XLIV, 1. 2. 8. 11. 12. LXX *μάρσιππος*.

מָתַי *quando?* v. rad. נָתָה.

מֹתָם I) *integritas*, v. תֹּם. II) Ind. XX, 48, v. מַת (rad. נָתָה) pl. ext.

מָתַן rad. in verbo inusit. arab. متن *validus, firmus fuit*, cogn. בָּתַן.

מָתְנַיִם, in solo dual. מָתְנַיִם m. (Exod. XII, 11. Dan. X, 5) *uterque lumbus, lumbi* s. inferior pars dorsi, quinque imas vertebras complectens, gr. *ὀσφύς*, probe distinguendi a femoribus (יְרֵכַיִם q. v.), a limitate et robore dicti, v. rad. Syn. est חֲלָצַיִם q. v. (Arab. متن unum latus lumbi s. dorsi inferioris cum carne nervisque protuberans, v. poët. ap. Reisk. ad Tar. 78, Schroed. origg. hebr. 48, dual. مَتْنَانِ, plenius متنا الظهر, syr. ܡܬܢܝܢ, zab. ܡܬܢܐ, ܡܬܢܐ lumbus, ܡܬܢܐ lumbus interior, uterus). 1 Reg. XII, 10. מֵי מָתְנַיִם aqua ad lumbos pertingens Ezech. XLVII, 4. Spec. a) est ea pars corporis, cui cingulum circumligatur, unde dicunt חָגַר מָתְנַיִם, אָסַר accingere lumbos Ex. XII, 11. 1 Reg. II, 5. 2 Reg. I, 8. IX, 1. Iob. XII, 18. Jes. XI, 5: הָיָה צֶדֶק אֵזוֹר מָתְנָיו 4. 11. Ez. IX, 2 sqq. Dan. X, 5, it. שׂוּם שָׂק בְּמָתְנַיִם Gen. XXXVII, 34, quia cilicium cingulo lumbis alligatur. Am. VIII, 10: וְהַעֲלֵיתִי עַל כָּל־מָתְנַיִם שָׂק. 1 Reg. XX, 31. Jes. XX, 2. Jer. XLVIII, 37. (Cf. arab. ظهر dorsum, lumbi Cor. 20, 32, robur, a rad. ظهر robustus fuit II. cinxit, cingulo firmavit). Alibi b) memoratur ut sedes roboris (Iob. XL, 16), inde מָתְנֵי מָתֵץ *confregit lumbos* alic. i. e. eum totum confregit Deut. XXXIII, 11, et *lumbi* alic. *vacillant*, de homine ad casum vergente Ps. LXIX, 24. Ez. XXIX, 7. (Arabes dicunt: *roborare dorsum* alic. in lite i. e. ei auxilium ferre, de Sacy chrest. 1, 393, *fractum est dorsum* i. e. robur *eorum* vit. Tim. II, 50 Mang.; et saepe coniungunt *caput* vel *cranium* et *dorsum*, inde من قصم الجماجم والظهور *qui cranium et dorsa frangit*, de Timuro vit. Tim. II, 498, قد قوى منه الراس والظهر *et confirmatum est eius caput et dorsum* ib. I, 38, *capita et dorsa* i. e. fortissimi civitatis II, 328. Cf. lat. *elumbis, delumbare*). In lumbis c) onera gestantur Ps. LXVI, 11: מוּעָקָה בְּמָתְנֵינוּ. Denique d) *lumbi* vel *coxae*, *coxendix* sunt sedes dolorum parturientium Jes. XXI, 3. Nah. II, 11.

אֲמֻתָּנִי fem. (pro אֲמֻתְּנִית, abiecto ת, ut מַלְכוּת pro מַלְכוּתּ) adj. *valida, robusta*. Dan. VII, 7.

מָתַק 1) trans. *suxit*. (Syr. ܡܬܩ suxit, spec. lac in mammis matris. Lex. Adl. ܡܬܩ رضع مَصّ; ܡܬܩ ܐܬܐ ܡܬܩ رضاعة مَصّ, ܡܬܩ راضع. Non igitur erat, quod subdubitaret J. D. Mich. ad Cast. Arab. متك V. sorpsit). Inde cum voluptate comedit (cf. מָצַץ et Iob. XX, 12). Iob. XXIV, 20: *obliviscitur eius* (impii) *uterus matris* (mater, quae eum peperit) מְתָקוֹ רִמָּה si *cum sugit vermis*, ubi vermium esca factus erit. Bene Syr., qui linguae suae beneficio eodem verbo uti poterat ܡܬܩ ܥܦܪ, quae Arabs reddit: امتصهم التراب *sugit eos pulvis*. Cf. Bocharti Hieroz. III, 522 Lips. — Vulg. dulcedo illius vermes, et e recentioribus Ewaldus: sein Meth ist Moder, quasi מָתְקוֹ sit nomen מָתָק c. suffixo: sed cadaver non vescitur vermibus, contra vermes cadavere.

2) *dulcis fuit* (dulcia enim suguntur cf. מָצַץ, נָתָה), Prov. IX, 17, *dulcis facta est* aqua Exod. XV, 25. Translate Iob. XXI, 33: מָתְקוּ לוֹ רִגְבֵי נָחַל *dulces ei sunt glebae vallis*, est ei terra levis. (Aeth. **ወዋቀ:** dulcedo).

Hiph. 1) *dulcem s. suavem reddidit*. Metaph. Ps. LV, 15: אֲשֶׁר יַחְדָּו נַמְתִּיק סוֹד (nos) *qui unâ dulce reddebamus colloquium familiare* i. e. qui, ut inter familiares fieri solet, dulcia colloquia habebamus. 2) intrans. *dulcis fuit* (pr. dulcedinem produxit, v. Gr. §. 52, 2). Iob. XX, 12.

מָתוֹק adj. f. מְתוּקָה Eccl. V, 11, pl. מְתוּקִים Ps. XIX, 11 (neque enim opus est, masc. מָתוֹק statuere,

v. Gr. §. 27, not. 1) *dulcis* (opp. מַר amaro) Jes. V, 20. Iud. XIV, 18. Ps. XIX, 11, sq. עַל Prov. XXIV, 13, sq. לְ XVI, 24. Cant. II, 13, et eodem contextu sine praepositione Prov. XXVII, 7: וְנֶפֶשׁ רְעֵבָה כָּל־מַר מָתוֹק *animae esurienti omne amarum dulce* est. Neutr. *dulce* Iud. XIV, 14. Ez. III, 3. Translate *suavis* Eccl. V, 11 (de somno). XI, 7 (de luce vitae).

מֶתֶק m. *dulcedo*, metaph. *suavitas*. Prov. XVI, 21. XXVII, 9, et

מֹתֶק m. *dulcedo* Iud. IX, 11.

מִתְקָה (dulcedo, prob. fons dulcis, opp. מָרָה n. pr. stationis Israëlitarum in Arabia Petraea Num. XXXIII, 28. Cod. Sam. מְתִיקָה.

מַמְתַּקִּים n. pl. *dulcedines* Neh. VIII, 10. Cant. V, 16.

מִתְרְדָת n. pr. pers. gr. *Μιτραδάτης* Herod. 1, 110. Ctes. Pers. 55, recentioribus accuratius *Μιθριδάτης* (Xen. Strabo, LXX), lat. *Mithridates*, quod gerebat 1) praefectus aerarii imperante Cyro Esr. I, 8. 2) praefectus Samariae imperante Artaxerxe, ibid. IV, 7. — Significat *a Mithra datum*; a *Mithra*, genio (Ized) Persarum nobilissimo et principe, quem Solis genium et comitem, *μεσίτην* inter Oromazdem et Arimanem (Plut. de Iside et Osiride c. 46) cogitabant (zend. *mithra*, quod respondet sanscritico *mitra* amicus; pehlev. *matun*, recentioribus Persis مهر *Mihir*, quod appellative *amorem* et *solem* significat, cf. sanscr. *mihira* sol, v. Brisson de regio Persarum principatu II, §. 8 sqq. Reland de ling. pers. §. 91. Hyde de rel. vett. Persarum p. 100. Anquetil apud Kleukerum III, p. 322. de Sacy ad St. Croix sur les mystères II, p. 12. Pott etym. Forschungen I, pag. XLVI sqq. Rask über die Zendsprache p. 35. Burnouf Commentaire sur le Yasna I, 351. Journal des Savans 1833 p. 594), et *dat* a rad. zend. et sanscr. *dâ* dare (cf. דָּת p. 358), pers. دادن. Persis autem admodum trita sunt nomina propria cum hoc eorum numine composita, ut *Mithraustes* مهراوستا Mithrae verbum, *Mithrobaeus* مهرپای Mithrae via, *Mithrobarzanes* مهربرزان splendens instar Mithrae, *Mithrenes* مهرین Mithrae similis al. (cf. Pott l. c.): etiam cum recentiore forma مهر, unde *Meherdates* مهرداد: licet in aliis syllaba *mithra* amici significationem habere videatur; ut *Susamithres* (Plut. Alcib. 39) lilia amans. Simile est *Tiridates* i. e. *a Tir* alio Persarum Izedo, qui etiam Faschtar dicitur, *datus* (v. Kleuker III p. 350).

מַתַּת *donum*, v. rad. נָתַן.

מַתַּתְיָה *Matthathias*, v. ibid.

נ (ן)

N*un*, quarta decima littera, ubi numeri nota est, *quinquaginta* significans. Nomen eius נוּן Syris, Chaldaeis, Arabibus *piscem* designat, cuius figuram antiquissimae et nativae eius litterae formae repraesentasse videntur, v. Monumm. Phoen. p. 37 sq.

Permutatur a) cum reliquis liquidis, ut *Lamed* pag. 727 A, *Mem* pag. 764. 765, cum *Resch* in peregrinis magis quam domesticis, v. c. נְבוּכַדְנֶאצַּר et נְבוּכַדְרֶאצַּר; זָרַח chald. דָּנַח ortus est sol, et ضَرَحَ inclinavit se, שְׁנַיִם aram. תְּרֵין duo; עַשְׁנָן et עַשְׁעָן aranea, ארגמן et ארגמן purpura: praeterea b) ut liquidarum fere lenissima, saepe emollitur in *Jod*, ita ut permulta verba נָפַל et פי (arab. فو) iuxta se eodem significatu existant v. c. נָאַף et נָאַם sedit, decuit, נָצַב et נָצַח stitit, נָקַשׁ et קָשַׁשׁ aucupatus est, נָשַׁר et נָסַר serravit, נָסַן et נָפַץ al., cf. Lgb. §. 112, 2, a et de cognatione radd. נַן cum aliis bilitteris, ut נַע, נַעַע, נַהּ ibid. no. 2. 3. Radix enim monosyllaba et primaria verborum נַן, pariter atque פי persaepe est in postrema syllaba, unde significatione conveniunt נָדַר et נָסַר, נָסַר serravit; נָחַת, נָחַם, נָהַם trusit, נָחַם et הָנְהַם fremnit, נָסַג et סוג recedere, נָפַח et הפח flare. נָזַן et זנן dispergere, נָקַב et הֵקֵב maledixit, נָקַשׁ et קוּשׁ nauseare, נָקַשׁ et קוּשׁ aucupari, נָשַׁל et שָׁלַל extraxit al. Contra ab indole linguarum Semiticarum alienissimum est, quod nuper excogitavit Fürstius (in concordd.), sat multas radices hebraeas נַן compositas esse ex stirpe bilittera et praepositione quadam *na*, quae respondeat sanscr. *ni* deorsum, velut נָבָא ex rad. *ba* i. q. *φά-ω*, *fari* et *na*, inde pr. oratione aliquem devincere, jemanden *nieder*reden (!); נָבַט intueri, pr. *de*spicere (?), a בט i. q. *budh*, *wid* scire (videre), et *na*: נָהַם a rad. הם praemisso *n* (num deorsum fremere?); adeoque נָאַר deiicere, prosternere, *nieder*wälzen; נבר luxit, ex בר = בהר et *na* (*nieder*leuchten?) cet., eiusmodi commenta h. l. semel commemorasse sufficiat.

Quum pronunciatu satis lenis fuisse videatur, in vocibus formandis non raro abiicitur, idque variis modis. Ac 1) ab initio vocum, ubi vocali caret, v. c. יְהִי pro נְהִי lamentatio, עָשׁ sidus ursi pro נָעַשׁ, נָתָן pro יְהָן da; 2) mediis vocibus, idque duplici modo, vel a) ita ut Nun vocali carens sequenti litterae assimiletur (יִתֵּן pro יִנְתֵּן, ut *illustris* pro *inlustris*), qui contrahendi modus in linguis cognatis rarus (v. ad מִן p. 800 A. B) ab Hebraeis saepius observatur, quam negligitur; b) ita ut Nun Segol auxiliari praeditum per syncopen abiiciatur, v. c. אָנֹךְ (pro אֲנָךְ) contr. אָךְ; בֶּנֶת contr. בַּת; אֲנָנָה, אֲנִית (licet in his Dagesch in ultima littera delitescat); c) ita ut Nun in Jod vel Vav mitigetur, v. c. אִישׁ pro אִנְשׁ; כּוֹס contr. כּוֹס poculum; חוֹשׁ pro חוֹנֵשׁ uncus, cf. gr. *εἷς* pro *ἑνς* (*ἑνὸς*) unus, *ὀδούς* pro *ὀδόνς*, *τεττάρες* pro *τεττάνες*. — 3) extremis vocibus, ut gr. *Πλάτων*, lat. Plato, v. c. מִגְדּוֹן et מְגִדּוֹ n. pr., אַיִן et אַי ubi?, אַיִן, אַיִן *non*, inde אַי כָּבֹד in אַי al. (v. pag. 600), cf. etiam נִין gr. *Νῖ*, קֶרֶן *κέρα-ς*.

Contra Chaldaei, Arabes et Aethiopes, qui duriore illa pronunciatione (נְתַן, non יְהָן) delectantur, pro littera geminata passim simplicem litteram ponere solent praevio Nun, v. c. אֻמָּה (ab אמם) c. suff. אֻמַּהּ pro אֻמְּהּ; נַיְנָעָא scientia, pro נַדְעָא (a יָדַע); سَنْبَلَة arista; كَنْدُود herinaceus, שֶׁנֶת sabbatum et in ipso Hebraismo קְנוּצִי Iob. XVIII, 2 pro קְצֵי (rad. קצץ); fortasse aliquoties etiam Nun postposito, ut נַיְזָנָה (si modo sana est lectio) Jes. XXIII, 11 pro נְזַעָה, נְזוֹנָה (v. זָנַן) cf. *μήδομαι*, *σμήδω*, *σμίρνα*.

אָנָּא particula excitandi: *age*, inde rogandi, petendi: *obsecro*, *quaeso*, gr. *δή*, quo LXX passim utuntur. (In linguis Semiticis haec vocula praeterea exstat apud Syros, his formis لَا et لَكْ, sed tam raro ut ab ipsis Syrorum Lexicographis male intellecta explicetur لَكْ, لَى *mihi*, v. Gesen. Anecd. Orient. fasc. 2 p. 52: utramque illam formam habent etiam Samaritani אנ Gen. XII, 13, אנה XVIII, 21. XXIV, 18. XLVII, 29, quanquam hi saepius etiam Hebraeum אָנָּא in interpretando omittunt: apud Aethiopes respondet ንዐ: age, veni, quod imperativi instar declinari solet, fem. ንዒ: plur. ንዑ: ንዒ: amhar. per Aleph ናእ: id., cf. ናሁ: ነፃ: ነፆ: ecce. Verbum integrum mihi servasse videntur Aegyptii, quibus ⲓⲛⲓ est venire, et imp. *veni*, cf. cogn. ⲓⲓⲓ cedo, da. Qui radicem in verbis Hebraeis etiamnunc usitatis quaerunt, *pulchre*, *bene* explicant, a rad. אָנָה, coll. locutione vulgari nostratium: thue das hübsch, in Germania superiore: thue es schön. Redslobio pr. negandi particula esse videtur, a rad. אוא, quae ad optand. et rogandi vim translata sit, coll. לֹא, לֵא, quod non probo; prorsus autem a vera vocis indole alienum, quod Ewaldus, gr. §. 448, propriam eius vim temporalem fuisse ponit: „אָנָּא ist eigentlich: *nun, indess* (?!)“. Annectitur

1) imperativo, tum simplici (קָח־נָא Gen. XXII, 2) tum paragogico s. energico (לְכָה־נָּא Iud. XIX, 11. Num. XXII, 6) estque a) excitantis v. c. שְׁלַח נָא Iob. I, 11. II, 5; b) iubentis, sed leniter et mansuete, ubi nos: thue einmal, thue doch einmal dieses oder jenes. Gen. XXIV, 2: שִׂים־נָא יָדְךָ תַּחַת יַרְכִּי *age, suppone manum tuam femori meo.* XIII, 14. XXVII, 3. Num. XXII, 6. Iob. IV, 7: זְכָר־נָא bedenke einmal. XII, 7: שְׁאַל־נָא frage einmal. XXII, 21. 22. XXXIII, 1, et in sermone Dei. Gen. XXII, 2: קַח־נָא אֶת־בִּנְךָ *age, sume filium tuum.* Jes. VII, 3: צֵא־נָא. Ex. XI, 2. c) hortantis adeoque increpantis et minantis. Num. XVI, 26: *recedite* (סוּרוּ־נָא) *ab istis tentoriis.* XX, 10: שִׁמְעוּ־נָא הַמֹּרִים *audite dum rebelles*, hört einmal, ihr Widerspenstigen. Ps. L, 22: בִּינוּ־נָא זֹאת bedeukt einmal dieses. — A verbo seiunctum et in alteram commatis partem reiectum est נָא in his Ps. CXVI, 14: *vota Deo persolvam* נֶגְדָה־נָּא לְכָל־עַמּוֹ *age! coram omni populo suo*, pro vulgari: אֲשַׁלְּמָה־נָּא vel אֲשַׁלְּמָה־נָּא. Persaepe d) rogantis. Gen. XXVII, 19: קוּם־נָא שְׁבָה *surge quaeso, et conside.* XXIV, 45: הַשְׁקֵנִי־נָא *da mihi quaeso bibendum.* XII, 13: אִמְרִי־נָא *dic quaeso.* XIII, 9. XXXII, 30. XXXIV, 8. XXXVII, 16. L, 17. Iud. XIX, 9 et saepe. — Cum quadam acerbitate dictum est Jes. XLVII, 12: עִמְדִי־נָא בַּחֲבָרָיִךְ *age! persiste in praestigiis tuis*, i. e. per me licet persistas, beharre nur, beharre immerhin.

2) futuro, eiusque a) *primae* personae, saepe una cum He paragogico, quod et ipsum similem vim habet. Excitantis est Jer. V, 24: נִירְאָה־נָּא אֶת־יְהוָה *agite! celamus Jovam*, in singulari se ipsum excitantis, de his qui soli secum deliberant. Gen. XVIII, 21: אֵרְדָה־נָּא *age! descendam et videbo*, auf! ich will doch hinabsteigen und sehen. Ex. III, 3: אָסֻרָה־נָּא וְאֶרְאֶה *age! secedam et videbo.* 2 Sam. XIV, 15: *et mecum cogitabam* אֲדַבְּרָה־נָּא אֶל הַמֶּלֶךְ *age! colloquar cum rege.* Cant. III, 2. 1 Par. XXII, 5. Qui eum aliis colloquentes hac locutione utuntur, veniam eorum ad aliquid agendum petunt. 1 Sam. XX, 29: אֲמַלְּטָה־נָּא *age! festinabo pace tua*, festinare me sine. Num. XX, 17: נַעַבְרָה־נָּא *transire nos sinite.* Vulg. obsecramus, ut nobis transire liceat. 1 Reg. I, 12: אִיעָצְךָ נָא עֵצָה *dabo tibi consilium*, si accipere placebit. Vulg. accipe consilium a me. Ex. IV, 18: אֵלְכָה־נָּא *ibo pace tua*, lass mich hingehn. Jes. V, 1: אָשִׁירָה־נָּא *agite! cantabo*, qs. addat: pace vestra, auditores, lasst mich singen. Comm 5. LXX. ᾄσω δή. Ruth II, 2. — b) tertiae personae, estque α) excitantis, provocantis. Jer. XVII, 15: *ubi est verbum Dei?* יָבוֹא־נָא *veniat tandem!* (Cf. Jes. V, 19). β) optantis et rogantis. Gen. XLVII, 4: יֵשְׁבוּ־נָא *habitent quaeso* i. e. habitare eos sine. Ps. CXXIV, 1: יֹאמַר־נָא יִשְׂרָאֵל *dicat Israël.* CXXIX, 1. Cant. VII, 9. 2 Reg. II, 9. γ) veniam petentis. Gen. XVIII, 4: יֻקַּח־נָא *afferatur pace vestra*, afferre me sinite. XLIV, 18: יְדַבֶּר־נָא עַבְדְּךָ דָּבָר *sine me loqui verbulum.*

3) semel, quod sciam, praeterito. Gen. XL, 14: וְעָשִׂיתָ־נָּא עִמָּדִי חָסֶד *et benigne mecum agas*, ubi נָא praeterito vim optandi tribuit. Cf. de h. l. ad כִּי אִם p. 682 A.

4) interiectionibus: a) הִנֵּה־נָא age! vide! siehe einmal, siehe doch! Gen. XII, 11. XVI, 2. XVIII, 27. 31. XIX, 8. 19. 20. Iob. XL, 15. 16. b) אוֵי־נָא nostr. ach wehe! Jer. IV, 31. XLV, 3. Thren. V, 16. c) Ex אֲהּ־נָא coaluit et אֲנָּא (v. pag. 123 B), particula rogandi ab initio sententiae posita.

5) Adverbio interrogandi: אַיֵּהוּ־נָא *ubi tandem?* Ps. CXV, 2.

6) Coniunctionibus: a) אַל־נָא *ne quaeso*, sq. fut., quo rogatur, venia petitur, ut aliquid non fiat. Sq. prima persona Iob. XXXII, 21: אַל־נָא אֶשָּׂא פְנֵי אִישׁ pr. *ne sim partium studiosus* pace vestra, i. e. a partium studio immunem me esse patiamini, lasset mich unparteiisch seyn; sq. 2 pers. Gen. XVIII, 3: אַל־נָא תַעֲבֹר *ne quaeso transeas.* XIX, 7. Num. X, 31; sq. 3 pers. Gen. XVIII, 32: אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי. XIII, 8. Ponitur etiam absolute: אַל־נָא (v. אַל no. 1, a).

b) אִם־נָא *si modo, dummodo*, gr. εἴ ποτε, ἤν ποτε, quo utuntur, qui verecunde et paene timide conditionem quandam ponunt. Ita saepe in formula חֵן אם־נָא מָצָאתִי בְעֵינֶיךָ *si modo gratiam inveni in oculis tuis*, si modo mihi faves, quod opto magis quam sumere audeo Gen. XVIII, 3 (LXX εἰ ἄρα). XXXIII, 10. XLVII, 29. L, 4. Exod. XXXIII, 13. XXXIV, 9. Semel (Gen. XXX, 27) haec verba sine apodosi habentur, ubi optantis sunt: *si modo gratiam invenerim apud te* (cf. לוֹ sq. praet. Num. XIV, 2 al. pag. 745 A), ut sententia sit: dabo quod postulas, agnosco merita tua, unumque a te peto, ut favorem tuum mihi serves. — נָא a coniunctione seiunctum habes Gen. XXIV, 42: אִם־יֶשְׁךָ נָא מַצְלִיחַ דַּרְכִּי *si modo prosperare vis viam meam* (Sic dici poterat: אִם־מָצָאתִי נָא חֵן בְּעֵינֶיךָ quam formulam omissis postremis verbis reperire mihi videor in Punicis Plauti, Poenul. V, 3, 22: *im musti ne* = אם מצאתי נא *dummodo inveni* sc. gratiam, ad sententiam cf. Gen. XXX, 27).

Qui urbane loquuntur cum nobilioribus vel submisse petunt, cumulare solent hanc particulam. Gen. XVIII, 3. XIX, 7. 8. 18. 19. L, 17. 2 Reg. XX, 3. Jes. XXXVIII, 3. Ex vett. interpp. Saad. et Syrus נָא omittere solent, rarissime hic retinet לֵן (v. supra), LXX vel δὴ reddunt, vel ἄρα, vel omittunt. Targg. plerumque בְּעַן nunc, Vulg. passim vertit *obsecro* Ieb. IV, 7. Num. XX, 17, *paullulum* (Iob. I, 11: extende paullulum), sed plerumque omittit.

נָא erudus, semicoctus, v. rad. נוּא.

נֹא Ez. XXX, 14. 15. 16. Jer. XLVI, 25, plene נא אָמוֹן Nah. III, 8 n. pr., *Thebae* aegyptiacae s. *Diospolis*, vetustissima et nobilissima superioris Aegypti metropolis, iam Homero ἑκατόμπυλος dicta (Il. IX, 383), 140 stadiorum circuitu in utroque Nili litore sita (תִּיאִשְׁבָה

בִּרְאֹרִים בַּיִּם סָבִיב יְהוָה Nah. l. c.), templorum, obeliscorum, statuarum multitudine et splendore insignis (Diod. Sic. I, 45—50. Strabo XVII, 1 §. 45 p. 816 Casaub.). Postquam iam Nahumi tempore (III, 10) expugnata (ab Assyriis, si quid video coll. Jes. XX, 4, non a Carthaginensibus, ut nuper volebant nonnulli, nam quae Ammianus 17, 4 habet de Thebis a Carthaginensibus oppressis ex Diod. fragmm. 24. T. IX p. 344 Bip. fluxisse videntur, ubi Hecatompylos non Thebae sunt, sed huius ipsius nominis oppidum est) incolarumque pars in exilium acta est, a Cambyse ex parte vastata, templa mutilata atque combusta sunt (Diod. 1, 45. Strab. l. c.), et Strabonis aetate ex parte deserta iacebat (*ἐπὶ τὸ πολὺ ἔρημόν ἐστιν οἰκούμενον*), licet a Ptolemaeis adeoque a Romanis complura vetera aedificia instaurata essent. Splendidissima eius rudera, in quorum ambitu vici Medinat-Abu, Luesor, Kurna exstructi sunt, descripta atque depicta exstant in Denon Voyage dans la basse et haute Égypte. Paris 1802 tab. 41—50, pag. 117 sqq. Hamilton Aegyptiacis London 1809, Description de l'Égypte T. II. III. cui accedunt P. II. 92 planches, P. III. 69 planches. Belzoni narrative of operations and recent discoveries in Egypt and Nubia. Londini 1821 tab. 1—8. F. Cailleaud Voyage à l'oasis de Thèbes et dans les deserts situés à l'orient et l'occident de la Thébaide. Paris 1821. Champollion lettres écrites d'Égypte et de Nubie, Paris 1833 p. 177 sqq. Wilkinson View of ancient Egypt and topography of Thebes. Lond. 1835. 8. cf. Heeren Ideen II, 2 p. 216 sqq. — LXX ap. Ezech. bene reddiderunt *Διόσπολις*, apud Nah. נֹא־אָמוֹן *μεσὶς Ἀμμών* (de quo mox), Chald. et Hieron. male: *Alexandria*, male etiam recentiorum nonnulli (Kreenen ad Nah. l. c. cf. Bocharti Phaleg p. 6. Champollion l'Égypte sous les Pharaons II, 131) Diospolin parvam, inferioris Aegypti oppidum intelligere volebant, sed ignobile illud nec dignum quod cum Ninive compararetur Nah. l. c. — De significatione domesticaque scriptura nominis *No-Amon* quaerentibus nobis primi occurrunt LXX interpres ap. Nah., qui *μεσὶς Ἀμμών* vertentes haud dubie etymon nominis exprimere volebant coll. aegypt. ⲘⲞⲤ, Ⲙⲟⲩⲥ funis, funis mensorius, inde portio demensa, ita ut *No-Amon* esset *portio, possessio Amonis* dei, qui tanta cum religione ea in urbe colebatur (cf. נַחֲלַת יְהוָה de terra Israëlitica) v. Jablonskii Opuscula ed. te Water T. I. p. 163—168. Non male, si sententiam spectas, quanquam ipsa veterum Aegyptierum scriptura de priore nomine aliter statuere iubet. In hac enim huius urbis (ut Memphidis, vide pag. 812) duae appellationes exstant, altera vulgaris *top*, *tef* (Champollion gramm. 136. 153), unde *Thebarum* nomen apud Graecos ad similitudinem Thebarum Graecarum conformatum, altera sacra et sacerdotalis, ita scripta:

1 2

 vel 

quod utrumque *habitationem Amonis* (*Διόσπολιν*) significat, si quidem tres litterae *Amn* (vide pag. 115) vel (fig. 1) margine inclusae sunt habitationem significante, vel huius significationis determinativum sibi adiectum habent (fig. 2). V. Champollion p. 155. 156. 194. 205. Atque hic quidem aegyptiace ista signa pronunciat ⲚⲎ-ⲢⲈ-ⲚⲎ-ⲀⲘⲞⲚⲢ *domus Amonis* (pag. 194. 205), non auctoritatem quandam, sed suam coniecturam secutus (v. Lepsius lettre à Rosellini p. 83 sqq.): at enim haec ipsa nominis forma Hebraea *No-Amon* pro *domo, habitatione* aliud vocabulum Aegyptium optare iubet, quod propius accedat ad sonum hebraei *No*. Vel igitur lege ⲘⲀ-ⲀⲘⲞⲚⲢ *quod Amonis est*, ut ⲘⲀⲎⲤⲒ Isidis oppidum, vel, quod malim, ⲘⲀ-ⲀⲘⲞⲚⲢ *locus Amonis*, quod quidem posterius convenit cum Memphidis nomine (p. 812), quod aegyptiace eodem charactere (*domum* notante) scribitur *Mam-phta* locus Vulcani, atque firmatur coptico urbis nomine in Martyrologiis obvio: Ⲟⲩⲙⲁ ⲙⲛⲧⲉ ⲘⲀⲘⲞⲚⲢ i. e. *locus Amonis* (Jablonski l. c.): m et n autem in his facile permutata esse, apparet vel ex *Moph* et *Noph*. Quod Seyffarthus (rudim. hierogl. pag. 49) *No* deum significare coniicit, ut aegypt. ⲚⲞⲨⲦ, ⲚⲞⲨⲦⲈ (Peyron p. 127), parum probabile est, quum non *dei*, sed *domus*, *loci* notionem (in scriptura hieroglyphica ideographice expressam) desideres. Non incpte aliquis scripturam aegyptiacam cum Alexandrini interpretatione ita conciliari posse putet, ut *domus* signum h. l. legatur ⲘⲞⲤ *funis mensorius*, dein *possessio:* sed copt. ⲘⲞⲤ pr. *funem* significans pro *fune mensorio* praeter Mich. II, 4 (ubi de metiendo agitur) non usurpatur nisi addito genitivo ⲙⲡⲥⲁϣ (metiendi) Ps. XVI, 6. CV, 10, vel ⲘⲰⲒⲈⲢⲘⲤⲈ (v. Peyron. 131); istaque *funis mensorii* ad *agrum demensum*, dein *terrae tractum* translatio (v. חֶבֶל) Hebraeis quidem, non Aegyptiis usitata fuisse videtur. — De orthographia urbis in euchoriis v. Young rudiments of an Egyptian dictionary p. 80. 81.

נָאַד rad. imusit. Arab. نَأَدَ aquam emisit terra, نَدَ terra aquam fundens. Inde נְאֹד *utren* ducebant Simonis al., quippe qui aquam exsudet et uvidus sit. Statuere malumus, נָאַד fere idem valere quod נוּד *agitare*, utremque ab *agitando* dictum esse: utre enim *agitato* ex lacte butyrum fit. „Die Milch wird zwei Stunden lang in Schläuchen geschüttelt und so in Butter verwandelt." Burckhardt Bemerkungen über die Beduinen p. 194 cf. p. 47. Quod Fürstius ponit, נוּד = נאד cavitatis vim habere (coll. אוּר uter ab אָבַב cavus fuit?), commenticium est.

נֹאד (pro נָאוֹד, quod ipsum est in Chethibh Iud. IV, 19) pl. נאדות m. *uter*, ut lactis Iud. IV, 19; vini 1 Sam. XVI, 20. Jos. IX, 4. 13, qui in fumo suspendi solebat Ps. CXIX, 83. Solebant autem utres ex corio caprino parari et vel oleo saturari vel pice oblini. Vide Niebuhr itin. 1, p. 212. Burder oriental customs no. 423.

נָאַד in Kal inusit. i. q. יָוַד *sedit, habitavit.* (Vicinum est gr. *ναίω*, unde *ναός*. Primigenia notio mihi esse videtur in *quiescendo* v. Hab. II, 5 cf. aeth. ጸወፐ: respiravit, requievit, adeoque hebr. נוּחַ). *Pulchri, decori* significatu frequentatur apud Rabbinos: אשה נאה femina pulchra, נאה congruum et adv. bene, apte, נָאוֶה pulchritudo.

Pil. נֵאֲוָה (cf. שָׁחָה Hithpa. הִשְׁתַּחֲוָה) Ps. XCIII, 5, pl. contr. נָאוּ (ex נָאֲוּוּ) 1) sq. לְ *convenit* alicui, *decuit* aliquem, pr. bene sedit alicui cf. Plin. Panegyr. 10: quam bene humeris tuis sederet imperium, metaphora a vestibus repetita. Sic germ. jemandem sitzen, gut sitzen olim ampliore significatu usurpatum est, ex quo pendet nomen *Sitte*. Hodieque dicimus: *es kleidet jemanden, est steht ihm wohl an*, unde *anständig* decorus. (Fuerunt, qui נָאוָה Niph. verbi אָוָה esse censerent, inde: desideratus, hinc gratus, decorus fuit). Ps. XCIII, 5: לְבֵיתְךָ נָאוָה קֹדֶשׁ *domum tuam decet sanctitas*, sancte haberi debet templum tuum. Cf. adj. נָאוֶה. — 2) absol. *decorus, pulcher, gratus fuit.* Cant. I, 10: נָאוּוּ לְחָיַיִךְ בַּתּוֹרִים *pulchrae sunt genae tuae in margaritarum ornatu.* Jes. LII, 7: מַה־נָּאוּוּ עַל הֶהָרִים רַגְלֵי מְבַשֵּׂר.

נָאוֶה i. q. נָוֶה, נָוָה, tantum in pl. cstr. נְאוֹת f. vc. mere poët. *sedes, domicilia* a) hominum, Dei, ut נְאוֹת יַעֲקֹב Thren. II, 2, נְאוֹת חֶמֶס Vulg. domus iniquitatis Ps. LXXIV, 20, נְאוֹת אֲגַמִּים LXXXIII, 13. — b) gregum, *pascua*, in quibus greges considerent, recumbunt, requiescunt (v. rad.). נְאוֹת מִדְבָּר pascua deserti Ps. LXV, 13. Jer. IX, 9. XXIII, 10. Joël I, 19. 20. II, 22. נְאוֹת דֶּשֶׁא pascua virentia Ps. XXIII, 2. נְאוֹת הָרִעִים Am. I, 2. נְאוֹת הַשָּׁלוֹם pascua pacifica Jerem. XXV, 37.

נָאוֶה (pro נֵאֲוָה, a rad. נָאָה) adj. f. נְאוָה 1) *decens, decorus* sq. לְ. Prov. XXVI, 1: לֹא נָאוֶה לִכְסִיל. XVII, 7. XIX, 10. Omisso dat. Ps. CXLVII, 1. Ps. XXXIII, 1: לַיְשָׁרִים נָאוָה תְהִלָּה *probos decet laudatio* Dei, Deum celebrare.

2) *pulcher, gratus, amoenus*, de puella Cant. I, 5, de voce IV, 3, de urbe VI, 4.

נָאַם i. q. דָּמָה, גָּהַם gr. *μύω fremuit, susurravit, submisse locutus est* (arab. نَأْمٌ id., نَئِيمٌ vox debilis et occulta), spec. de voce se revelantis, quippe qui oracula vati quasi in aurem insusurrare crederetur (cf. גְּלָה אָזֶן p. 283), dein de voce et effatis vatum. Quod Fürstius confert sanscr. *nam* loqui, commenticium est: haec enim radix, quae *flectendi* significatu frequentatur, semel quidem Nun nasali scripta a Wilsonio redditur: *to sound*, sed loquendi significatum inde non efficiat, qui horum lexx. indolem perspectam habeat. In verbo semel legitur Jer. XXIII, 31 de vatibus mendacibus: וְיִנְאֲמוּ נְאֻם *proloquuntur effata* (sc. mendacia). Vide נְאֻם. (Praeterea Zach. X, 2 in uno cod. Kennicotti est: הבל ינאמון *frustra vaticinantur*, pro יהמון).

נְאֻם (formae גְּבוּל) m. *oraculum, effatum*, 1) Dei. Semel legitur in statu absoluto Jer. XXIII, 31: וַיִּנְאֲמוּ נְאֻם, licet in tanta formulae יְ נְאֻם frequentia per ellipsin Genitivi ita dictum esse possit. Rosenm. *et dicunt* נְאֻם sc. יְהוָה, ad exemplum verorum prophetarum orationes suas auspicantur a formula: נְאֻם יְ. — Et haec quidem formula, quae frequentissime et apud Jeremiam constanter est: נְאֻם יְהוָה I, 8. 15. 19. II, 3. 9. 12. 29. III, 1. 10. 13. 14. 16. 20. IV, 1. 9. 17. V, 9. 11. 15. 18. 22. 29. VI, 12. VII, 13. 19. 30. 32 cet. Zach. I, 3. 4. 16. II, 9. 10. 14. III, 9. 10. V, 4. VIII, 6 cet., apud Jesaiam נְאֻם יְ צְבָאוֹת III, 15. XIV, 22. 23, apud Ezechielem נְאֻם אֲדֹנָי V, 11. XI, 8. 21. XII, 25. 28. XIII, 16. XIV, 11. 14. 16. 18. 20. 23. XV, 8. XVI, 8, plerisque locis a) extremae sententiae addi solet, ut Am. II, 11. IV, 3. 5. 8. 9. 10. 11. Jes. III, 15. XIV, 23. XVII, 3. 6. XIX, 4. XXXVII, 34. LV, 8. LIX, 20. Hos. II, 15. 18. 23, passim ita, ut orationem ordiatur similis formula: כֹּה אָמַר יְהוָה, quarum una redundat. Ezech. XIII, 8. — XIII, 16 cf. 13. XIV, 11 cf. 6. XIV, 23 cf. 21. XV, 8 cf. 6. XVI, 8 cf. 3. Jer. I, 8 cf. 7. II, 3 cf. 2. Am. II, 16 cf. 13. IV, 3 cf. 2. Alibi b) sententiae inseritur, ut lat. *inquit Dominus, ait Dominus.* Gen. XXII, 16. Num. XIV, 28. 2 Reg. IX, 26. Jes. XXII, 25. XXXI, 9. XLI, 14. XLIII, 10. 12. XLIX, 18. Am. III, 10. VI, 8. 14. IX, 12. 13. Jer. II, 9. Ezech. XIV, 16. 18, etiam ita, ut eadem extrema sententia repetatur Jes. XIV, 22: וְקַמְתִּי עֲלֵיהֶם נְאֻם יְ צְבָאוֹת וְהִכְרַתִּי לְבָבֶל שֵׁם וְשְׁאָר וְיֶתֶר וְנֶכֶד נְאֻם יְהוָה. Raro c) haec formula (id quod prorsus neglexit, qui de his formulis separatim agit Kleinertus, über die Aechtheit der Jesaianischen Weissagungen T. I. p. 246) orationi praemittitur, ut alibi formula כֹּה אָמַר יְהוָה. 1 Sam. II, 30: לָכֵן נְאֻם יְ אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל, et eodem commate: וְעַתָּה נְאֻם יְהוָה. Jes. I, 24. Ps. CX, 1. — 2) vatum mortalium. Num. XXIV, 3: נְאֻם בִּלְעָם בְּנוֹ בְעֹר וּנְאֻם הַגֶּבֶר שְׁתֻם הָעָיִן. Comm. 4. 15. 16, adeoque poëtarum 2 Sam. XXIII, 1: נְאֻם דָּוִד בֶּן יִשָׁי. Prov. XXX, 1, quanquam nescio an in his genitivus passive accipiendus sit: revelatio, qua usus est Bilcamus, Davides, i. e. carmen afflatu s. instinctu divino a Bilcamo, Davide fusum. Translate Ps. XXXVI, 1: נְאֻם פֶּשַׁע לָרָשָׁע בְּקֶרֶב לִבּוֹ (sic enim cum vett. intpp. et nonnullis codd. legendum pro vulg. לִבִּי) *in animo impii est instinctus s. afflatus sceleris*, i. e. homo impius interna quadam voce internove animi instinctu ad scelus impellitur, pariter atque vates afflatu divino ad vaticinandum, in his est נְאֻם יְהוָה, in illis

נִאֵם פֶּשַׁע, hos spiritus divinus agitat, illos propensio ad scelus. Ab afflatu divino repetita est locutio et ad diaboli (ut eum Theologis dicam) consilia translata: neque opus est, ut (cum Manrero) נְאֻם ab hoc commate secernatur, et ad inscriptionem referatur, licet per se non ineptum esset: נְאֻם דָּוִד, נאם נומי utuntur de dictis effatisque doctorum celebrium).

נָאַף fut. יִנְאַף et Pi. נִאֵף part. מְנָאֵף (quae species usu non differunt) *moechatus est* (LXX. *μοιχεύω*, *μοιχάομαι*), de mare et femina. Ponitur absol. Ex. XX, 14: לֹא תִנְאָף. Deut. V, 17. Hos. IV, 2. 13. 14. Part. נֹאֵף Iob. XXIV, 15 et מְנָאֵף *moechus* Jes. LVII, 3. Ps. L, 18, fem. נֹאֶפֶת Ez. XVI, 38. XXIII, 45 et מְנָאֶפֶת Prov. XXX, 20 *moecha, adultera*. Sq. acc. mulieris, adulterium commisit cum ea Prov. VI, 32: נֹאֵף אִשָּׁה. Lev. XX, 10. Jer. XXIX, 23, et contra sq. acc. moechi Jer. III, 9 (sensu translato, v. infra).

Pariter atque זָנָה, saepe transfertur ad idololatriam, quippe qua Israël a vero Deo ceu legitimo marito ad idola ceu moechos et adulteros deficiat. Jer. III, 8: אֲשֶׁר נָאֲפָה מְשֻׁבָה יִשְׂרָאֵל *quia moechatur Israël rebellis*. V, 7. IX, 1: כֻּלָּם מְנָאֲפִים *omnes sunt adulteri* i. e. idololatrae. IX, 1. XXIII, 14. Hos. VII, 4. Sq. acc. Jer. III, 9: וַתְּנָאֵף אֶת־הָאֶבֶן וְאֶת הָעֵץ *moechatur cum lapide et ligno*. Ez. XXIII, 37.

De prima et nativa significatione nonnulli ita statuunt, ut נאף ve. honestum esse putent, quo res turpis verecunde exprimatur, vel i. q. نَفَثَ sitim explevit (Schult. ad Prov. VI, 32) vel i. q. נוף evagari, immoderatius excurrere, nostr. *ausschweifen* (Maurer, Fürst). Sed neque hanc potestatem habet נוף, neque ea assumta c. acc. construi posset: accedit quod a prophetarum omniumque eorum, qui severos morum censores agunt, consuetudine alienum est, vitia castiganda honestis verecundisque vocabulis appellare. Nil igitur dubito, quin hoc verbum proprie *stuprum coitumque* illegitimum designet ac potius turpe obscoenumque sit quam verecundum, et nativam eius potestatem coll. נוף vel in *agitando* (Iuven. 2, 21) posuerim vel in *semine spargendo* (v. נוף *conspergere* aliquid *agitata* manu Prov. VII, 17, sam. לאב i. q. זרע semen, dein progenies Gen. I, 11. III, 15. IV, 25, cf. ad זָנָה et gr. *μοῖχος* a *μίχω*, *ὀμιχέω*). Inde

נְאָפִים m. pl. *adulteria*. Jer. XIII, 27. Ez. XXIII, 43 de usu pluralis in huiusmodi vcc. v. אֲהָבִים p. 31), et

נַאֲפוּפִים m. plur. id. Hos. II, 4: תָּסֵר־זְנוּתָהּ מִבֵּין שָׁדֶיהָ *auferat adulteria e medio mammarum suarum*: mammae enim impudice denudatae scriptori sacro sunt libidinis, impudicitiae et artis meretriciae sedes, ut alibi collum resupinum sedes est superbiae Ps. LXXIII, 6, cervices roboris Iob. XLI, 14.

נָאַץ fut. יִנְאַץ *sprevit, cum irrisione et contemtu reiecit*, sq. acc. v. c. populum Jer. XXXIII, 24: *spernunt populum meum* (Chaldaei), *ut non amplius populus illis videatur*, doctrinam, admonitionem Prov. I, 30. V, 12. XV, 5; decretum divinum Ps. CVII, 11. Saepe de Deo homines reprobante Deut. XXXII, 19. Thren. II, 6, absol. Jer. XIV, 21: *ne reiice propter nomen tuum!* (De propria significatione dubitari potest, utrum quaerenda sit in irridendo et maledicendo, coll. לצץ et 2 Sam. XII, 14, an in fastidiendo coll. נאד et Eccl. XII, 5, sed illud magis placet, neque contulerim, ut prima edit. feci et recepit Winerus, arab. نَاصَ retrocessit, retromansit, quod est a fugiendi notione coll. נוץ no. 3 et נוס. LXX saepe reddunt *παροξύνω*, max. in locis ad Pi. no. 1 citatis, sed neque hoc nativam verbi potestatem exprimit. Alibi, sed rarius *μυκτηρίζω* Prov. I, 30. XV, 5, *βλασφημέω* Jes. LII, 5, *ἀθετέω* 1 Sam. II, 17).

Pi. נִאֵץ, fut. יְנַאֵץ 1) i. q. Kal *sprevit, contemsit* Jes. LX, 14, maxime Deum Num. XIV, 11. 23. XVI, 30. Deut. XXXI, 20. Ps. X, 3. 13. LXXIV, 18. Jes. I, 4. V, 24. LX, 14. Jer. XXIII, 17. — 2) causat. *irridere fecit* i. e. irridendi, maledicendi occasionem dedit 2 Sam. XII, 14. Vulg. blasphemare fecit.

Hiph. fut. יַנְאֵץ (more Syrorum pro יִנְאַץ) intrans. *spernitur* Eccl. XII, 5: יַנְאֵץ הַשָּׁקֵד *spernitur amygdala*, utpote fructus ceterum delicatus et valde expetitus sc. a sene dentibus carente. Male alii (cum LXX. Vulg. Syr., qs. יִנְאַץ sit a נוץ) *florebit amygdalus*, quod ad canitiem referunt, quum amygdali flos non albus sit, sed roseus: et peius etiam Rabbini, qui שָׁקֵד h. l. coxam, membrum genitale interpretantur.

Hithpo. part. (in Pausa) מִתְנָאֵץ pro מִתְנַאֵץ Jes. LII, 5 *spretus, contemtus*, pr. contemtui expositus (der sich verachten lassen muss). Inde

נְאָצָה f. *contumelia*. 2 Reg. XIX, 3. Jes. XXXVII, 3.

נְאָצָה (verbale Pielicum) id. pl. נְאָצוֹת Neh. IX, 18. 26 et נְאָצוֹתֶיךָ Ez. XXXV, 12.

נָאַק onomatopoët. i. q. cogn. אָנַק (q. v.) *gemuit, clamorem extulit* angore doloribusve extortum Ez. XXX, 24. Iob. XXIV, 12. Inde

נַאֲקָה f. st. estr. נַאֲקַת *clamor, gemitus* misere oppressorum Ex. II, 24. VI, 5. Iud. II, 18, pl. estr. נַאֲקוֹת Ez. XXX, 24. LXX. in Ex. *στεναγμός*.

נָאַר in Kal inusit. Apud Arabes duo sunt verba cognata, unum نَارَ med. Vav: abhorruit ab aliqua re, sq. عَنْ, alterum نَأَرَ adversatus est, restitit, noluit. Verbum Hebraeum inter utrumque medium est (נור, נאר, נער). Cognatum videtur אָרַר exsecratus est.

Pi. נִאֵר *abominatus est, reiecit*. Thren. II, 7: זָנַח אֲדֹנָי מִזְבְּחוֹ נִאֵר מִקְדָּשׁוֹ. Bene Syrus ܐܒܥ reiecit.

Hebraei הרחיק והשליך. Ps. LXXXIX, 14: נֹאַרְתָּ בְּרִית עַבְדֶּךָ *reiicis foedus cum servo tuo.*

נָבָא in Kal inusit. pr. (ע emollito in א) i. q. נָבַע *ebullivit*, cf. syr. ܢܒܥܐ i. q. ܢܒܥܐ ebullitio, scaturigo, Lex. Adl. Cast. Inde *copiose effudit* sermones (Cic. fin. 5, 27: quod solet Epicurus ebullire i. e. effundere, iactare), ut faciunt qui cum animi ardore vel mente divinitus agitata loquuntur, ut vates, prophetae. Apud Arabes vis illa primaria servata est in نبع scaturivit, de sermone prophetae usurpant נִבֵּא Cor. 3, 13, sed vulgaris radicis נָבָה usus dilatior est Conj. I. nunciavit, indicavit i. q. הֹגִיד Cor. 2, 29. 31. 6, 95. II. Cor. 75, 13. 66, 3. Conj. IV. nunciavit re, non verbis Har. VI, p. 184 Schult., נָבָה res quae nunciatur Cor. 78, 1. Et sic نبغ apparuit, manifesta fuit res; divulgata est res (pr. emanavit res, effutita est), contra نَابِغَة poëta ingenio potius, quam nativitate excellens. Vulgo redeunt ad aliam significationem verbi נָבָה editus, elatus est, ut hebr. נבא Ni. et Hithpa. sit: extulit, protulit sermonem coll. נְבָאָה: at illa verbi arabici potestas minime nativa est, sed a vicino נَبَّ petita, praeterea Ni. et Hithpa. vim illam causativam non admitterent.

Niph. נִבָּא 1) *vi divina locutus est* vates, *vaticinatus est*, gr. *προφητεύω*. Formis passivis, Niph. et Hithp., in hoc verbo utuntur Hebraei, quoniam alienis magis quam suis viribus moveri et affici credebantur vates divini, cuius generis notiones etiam Romani deponentibus exprimere solent (v. Ramshorn de verbis deponentibus Latinorum p. 24) cf. etiam loquendi verba passive expressa, ut *loqui*, fari, vociferari, concionari, vaticinari (Ramshorn l. c. p. 26). — Solenne est verbum de oratione prophetarum, sive castigantur impii, sive futura praedicuntur, sive mandata divina pronunciantur (Ezech. XXXVII, 9). Constr. a) absol. Jer. XXIII, 21: לֹא דִבַּרְתִּי אֲלֵיהֶם וְהֵם נָבָאוּ *non me loquente* i. e. iubente vel inspirante *vaticinati sunt*. Am. III, 8: (si) *leo rugit*, *quis non timeat?* (si) *Dominus loquitur* i. e. iubet לֹא יִנָּבֵא *quis non vaticinetur?* Joël III, 1. Ezech. XI, 13. XXXVII, 7. 1 Reg. XXII, 12. Jer. XIX, 14. Zach. XIII, 3 al. b) addito nomine populi terraeve, ad quam spectat vaticinium, sq. לְ Jer. XIV, 16. XX, 6. XXIII, 16. XXVII, 16. XXXVII, 19, sq. עַל plerumque in malam partem (de minis) Jer. XXV, 13. XXVI, 20. Ezech. IV, 7. XI, 4. XIII, 17. XXV, 2. XXIX, 2. XXXIV, 2. XXXV, 2. XXXIX, 1, in bonam (ubi solatia et spem meliori aevi continet vaticinium) Ez. XXXVII, 4, it. sq. אֶל in malam partem Jer. XXVI, 11. 12. XXVIII, 8. Ez. VI, 2. XIII, 2. 16. XXI, 2, in bonam Ez. XXXVI, 1. XXXVII, 9: הִנָּבֵא אֶל רוּחַ וגו׳ *nuncia* (manda) *vento*, *fili hominis!* — c) c. acc. eius, quod vaticinatur propheta Jer. XX, 1. XXV, 13. XXVIII, 6, v. c. נִבָּא שֶׁקֶר vaticinatus est mendacia Jer. XIV, 14. XXIII, 25. 26. XXVII, 10. 14, נ׳ חֲלֹמוֹת שֶׁקֶר Jerem. XXIII, 32, et sq. בְּ, בְּשֶׁקֶר pr. vaticinatus est cum mendacio, tanquam propheta mendax Jer. V, 31. XIX, 9. Ipsa verba vatis sequi solent praevio לְאמֹר Jer. XXXII, 3, vel וְאָמַר Ez. XXI, 33. XXX, 2. — d) sq. בְּ eius, quo inspirante vaticinatur vates, inde prophetae Dei vaticinari dicuntur בְּשֵׁם יְ Jer. XI, 21. XIV, 15. XXIII, 25. XXVI, 9. XXVII, 15. XXIX, 21, prophetae Baalis Jer. II, 8 (cf. *μαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ* Herod. 4, 79, *ἐξ Ἀπόλλωνος* Pausan. 1, 34, *μαντεύεσθαι ἐκ θεοῦ* ib. 3, 13 §. 3 et infra הִתְנַבֵּא נִבְלְבּוֹ). — e) sq. לְ quod refertur ad obiectum vaticinii (ut litt. c) Jer. XXVIII, 9, et ad tempus, quo spectat vaticinium Ez. XII, 27: לָעִתִּים רְחֹקוֹת הוּא נִבָּא.

2) divino spiritu actus *eecinit carmina sacra*, *deum laudavit* 1 Sam. X, 11. XIX, 20. 1 Par. XXV, 2. 3. (LXX. *ἀποφθεγγόμενοι ἐν κινύραις κ. τ. λ.*) coll. Luc. I, 67. Ita Cic. Amic. 7: graecis carminibus vaticinatum. — Praet. 2 pers. נִבֵּאתָ et semel נָבִיתָ (more verborum לֵהּ) Jer. XXVI, 9, part. נִבָּא plur. נִבָּאִים et נְבָאִים 1 Sam. XIX, 20. 1 Reg. XXII, 12. Jer. XIV, 14. 16 al. qs. a sing. נִבָּא ad analogiam verborum לֵהּ, quam etiam sequitur inf. c. aff. הִנָּבְאֹתוֹ Zach. XIII, 4.

Hithpa. הִתְנַבֵּא, passim הִנָּבֵא Jer. XXIII, 13. Ez. XXXVII, 10, 2 pers. semel הִתְנַבֵּיתָ 1 Sam. X, 6 et inf. לֵהּ הִתְנַבּוֹת 1 Sam. X, 13, utrumque more verborum לֵהּ (syr. ܐܬܢܒܐ, aeth. ተንበየ) 1) i. q. Niph. no. 1 *vaticinatus est*, absol. Num. XI, 25—27. 1 Reg. XXII, 10. Ez. XXXVII, 10, sq. acc. rei et עַל pers. vaticinatus est alicui aliquid 1 Reg. XXII, 8. 18. 2 Par. XVIII, 17, sq. עַל pers. Jer. XIV, 14. 2 Par. XX, 37. הִתְנַבֵּא בְּבַעַל ex auctoritate Baalis vaticinatus est Jer. XXIII, 13, contra נִבְלְבּוֹ ex suo ipsius ingenio (sine afflatu numinis) Ez. XIII, 17. — 2) impetu divino abreptus *eecinit*, *Deum laudavit*, de filiis prophetarum et Saulo 1 Sam. X, 6. 10. 13, cf. 1 Sam. XIX, 20—24, de furore sacro prophetarum Baalis 1 Reg. XVIII, 29. — 3) *insanivit*, *μαίνεσθαι*, s. potius *insanum egit* 1 Sam. XVIII, 10. Targ. אִשְׁתְּטִי. Etenim vates divino spiritu acti non aliter atque delirantes membra corporis vehementer agitare, distorquere spasmisque iactari solebant (Virg. Aen. 6, 45 sqq. 77 sqq. Lucan. Pharsal. 5, 161 sqq.), quam ob caussam etiam Graeci et Latini furendi vocabula (*μάντις* a *μάινομαι* Platon. Phaedr. p. 244 Steph., *furor*, *furere*) ad divinum vatum poëtarum impetum referre solent. Apud Jer. XXIX, 26 coniuncta habes מְשֻׁגָּע וּמִתְנַבֵּא *insaniens et vaticinans*, et propheta verus 2 Reg. IX, 11 in ludibrium *insanus* vocatur. Ita apud Cic. pro Sexto 10 copulantur *vaticinari et insanire*, v. plura apud Knobelium, Prophetismus der Hebraeer I, p. 138 sqq.

נָבָא chald. Ithpa. הִתְנַבִּי *vaticinatus est* Esr. V, 1.

נָבִיא m. *vates*, *propheta*, qui afflatu divino s. spiritu divino actus tum regum populorumque mores castigabat, tum futura praedicebat (arab. نَبِيٌّ pro نَبِيٌ, ut apud Meccanos, unde dimin. نُبَيِّئ, syr. ܢܒܝܐ, aeth. ነቢይ) Deut. XIII, 2. Iud. VI, 8. 1 Sam. IX, 9. 1 Reg. XXII, 7. 2 Reg. III, 11. 2 Par. XXVIII, 9 al. נְתָן הַנָּבִיא 1 Reg. I, 8 sqq. יְשַׁעְיָהוּ הַנָּבִיא 2 Reg. XIX, 2. XX, 1, יִרְמְיָה הַנָּבִיא Jer. XXVIII, 10. 11. Coniungitur cum genit. a) numinis, cuius afflatu vaticinatur propheta, ut נְבִיאֵי יְהוָה 1 Reg. XVIII, 4. 13, et contra נְבִיאֵי הַבַּעַל 1 Reg. XVIII, 19. 40. 2 Reg. X, 19, נְבִיאֵי הָאֲשֵׁרָה 1 Reg. XVIII, 19; sed in sing. saepius ponitur sq. dat. נָבִיא לַיהוָה propheta Iovae 1 Reg. XVIII, 22. XXII, 7. 2 Reg. III, 11. 2 Par. XVIII, 6. XXVIII, 9 (v. ל p. 730, litt. f); b) populi et regionis, cuius civis et doctor est propheta, inde *prophetae Hierosolymorum*, *Samariae* Jer. XXIII, 15, *prophetae Israëlis* Ez. XIII, 2, *prophetae vestri* Jer. XXVII, 9. 16. XXIX, 8 al. (sq. dat. Jer. I, 5: נָבִיא לַגּוֹיִם נְתַתִּיךָ). c) regis, cui parebat (pseudo-) propheta 2 Reg. III, 13: *abi ad prophetas patris tui et matris tuae.* — Singulare est Num. XII, 6, ubi Deus ad Aharonem et Mirjamam: אִם יִהְיֶה נְבִיאֲכֶם יְהוָה *si propheta vestrum* i. e. propheta inter vos (propheta) *Iovae esset*, cet. Vulg. si quis vestrum fuerit propheta Domini. Onk. אִם יְהֵוֵן לְכוֹן נְבִיאִין. — Singulari numero etiam collective usurpari videtur de *prophetis* Deut. XVIII. 15. 18 (ubi alii singulariter *prophetam* interpretantur et Messiam intelligunt coll. Act. III, 22. VII, 37). Dan. IX, 24, cf. עֶבֶד יְהוָה.

Cum prophetae notione id prae ceteris coniunctum fuisse, ut non sua sed divinitus accepta eloqueretur (v. Philo T. IV, p. 116 ed. Pfeifferi: *προφήτης γὰρ ἴδιον μὲν οὐδὲν ὑποφθέγγεται, ἀλλότρια δὲ πάντα ὑπηχοῦντος ἑτέρου*, 2 Petr. I, 20. 21) deique legatus esset et interpres, apparet ex loco singulari Exod. VII, 1, ubi Deus Mosi: נְתַתִּיךָ אֱלֹהִים לְפַרְעֹה וְאַהֲרֹן אָחִיךָ יִהְיֶה נְבִיאֶךָ *ego constituo te deum Pharaoni et Aharon, frater tuus, erit propheta tuus* i. e. in colloquio cum Pharaone instituendo tu, utpote sapientior, Dei quasi partes agens verba suggeres fratri tuo, frater autem, quippe qui expeditioris linguae sit, prophetae instar a te accepta pronunciabit. In eandem sententiam dicitur IV, 16: הוּא יִהְיֶה לְךָ לְפֶה *ille erit os tuum.* Onk. pro נָבִיא et פֶּה ponit מֵיתַרְגְּמָן interpres, et sic Syrus c. 4 ܡܦܫܪܢܐ. Jer. XV, 19: פִּי תִהְיֶה. (Lat. interpres divûm, de Mercurio Virg. Aen. 4, 377, de vatibus et hariolis ib. 3, 358. Liv. 1, 7). — Qui ad munus propheticum informabantur, appellantur בְּנֵי הַנְּבִיאִים prophetarum filii h. e. discipuli 1 Reg. XX, 35. 2 Reg. II, 3. 5. 7. 15. IV, 1. 38. V, 22. VI, 1. IX, 1 (cf. בֵּן no. 7). — Ceterum non deerant in populo israëlitico *pseudoprophetae*, qui afflatu divino simulato (נְבִיאֵי מִלִּבָּם Ez. XIII, 2, נְבִיאִים נְבָלִים ib. 3, נְבִיא מוֹרֶה שֶׁקֶר Jes. IX, 14 LXX. *ψευδοπροφῆται* Jer. VI, 13. XXVI, 7. 8. 11. 16. XXVIII, 1. XXIX, 1. 8) populi aures blandis verbis mulcebant, graviter propterea a veris prophetis castigati (v. Jes. XXVIII, 7—13. Jer. XIV, 13 sq. XXVII, 9 sq. XXVIII, 10 sq.), sed etiam de his נָבִיא simpl. dici poterat Hos. IV, 5. IX, 7. 8. Zach. XIII, 2 cf. Comm. 3. 4. Targ. נְבִיֵּי שִׁקְרָא. — Passim prophetae notio latius patet, et dicitur de quovis familiari Dei, cui Deus voluntatem suam patefaciebat, ut de Abrahamo Gen. XX, 7, de patriarchis Ps. CV, 15. Ceterum de universa ratione prophetarum Hebraeorum v. Aug. Knobel, Prophetismus der Hebraeer, T. I. II. Vratislaviae 1837, et quos laudat T. I p. 34.

נְבִיא chald. id. Esr. V, 1. VI, 14. In Targg. saepe.

נְבִיאָה f. (syr. ܢܒܝܐ) 1) *prophetissa*, *mulier fatidica*, LXX *προφῆτις* de Debora Iud. IV, 4, Chulda 2 Reg. XXII, 14. 2 Par. XXXIV, 22, Noadja Neh. VI, 14 (ubi LXX *προφήτης*, adstipulante R. Jona, qui נְבִיאָה h. l. de propheta dictum existimat, recte hoc nomine castigatus a Kimchio: it. *vates*, *poëtria*, de Mirjam Ex. XV, 20, quae prophetissa non erat (v. Num. XII, 6). — 2) *uxor prophetae* Jes. VIII, 3, ut מַלְכָּה et de uxore regis et de regina suo arbitrio regnante, cf. episcopa, presbytera, de uxore episcopi, presbyteri. Kimchi: אשת הנביא.

נְבוּאָה f. *vaticinium* Neh. VI, 12. 2 Par. XV, 8, it. opus a propheta conscriptum 2 Par. IX, 29 (LXX. *λόγοι*).

נְבוּאָה chald. id. Esr. VI, 14.

נְבוֹ 1) n. pr. *Mercurius* planeta (apud Syros et Zabios ܢܒܘ, de illis v. Gesen. Anecd. orient. II, p. 53, de his Norbergii Onomast. h. v.), quem tanquam scribam coelestem Chaldaei (Jes. XLVI, 1) et veteres Arabes divino cultu prosequebantur. V. comment. ad Jes. II, p. 344. 366. Cum Mercurii munere non male congruit etymon nominis, נְבוֹ pro נְבוּא i. q. נָבִיא interpres deorum. Ceterum divini honoris Mercurio a Chaldaeis et Assyriis concessi testes habemus nomina propria vel ab hoc nomine ordientia, ut *Nebucadnezar*, *Nebusaradan*, *Nebuschasban* (v. statim) et, quorum mentio est apud classicos scriptores, *Nabonedus*, *Nabonassar*, *Naburianus*, *Nabonabus*, *Nabopolassar*, vel in id exeuntia, ut סַרְגֹּר נְבוֹ. Aliud v. sub rad. נָבָה.

נְבוּזַרְאֲדָן n. pr. chald. (Mercurii dux dominus i. e. dux, cui Mercurius favet, q. d. Hermianax; comp. ex נְבוֹ, שַׂר = princeps, et אֲדָן i. q. אָדוֹן dominus, cf. *Sardanapalus*, זַרְאֲדָן בַּל princeps, dominus magnus, de syllaba בַּל v. בֵּל, תְּלַתְּ בַּלְטָסָר) praefecti bellici in exercitu Nebucadnezaris. 2 Reg. XXV, 8. 11. 20. Jer. XXXIX, 9 sqq. XL, 1. XLI, 10. XLIII, 6.

נְבוּכַדְנֶאצַּר, נְבֻכַדְנֶאצַּר 2 Reg. XXIV, 1. 10. 11. XXV, 1. 8. 22. 2 Par. XXXVI, 6. 7. 10. 13. Jer.

XXVII, 8. 20. XXVIII, 3. 11. 14. XXIX, 1. 3. XXXIV, 1. XXXIX, 5, omisso א, נְבוּכַדְנֶצַּר Esth. 2, 6. Esr. I, 7. V, 12. 14. Dan. I, 18. II, 1. 28. 46. III, 1. 2. 9. 13. 14 sqq. IV, 1 sqq. V, 2 sqq., item per ר pro כ, נְבוּכַדְרֶאצַּר Jer. XXI, 2. 7. XXII, 25. XXIV, 1. XXV, 1. 9 al. (26 locis, v. Kennicottum et Rossium ad Jer. XXI, 2, quorum alter insignem in hoc nomine scribendo varietatem esse annotat) Ezech. XXVI, 7. XXIX, 18. 19. XXX, 10, passim in eodd. divisim, נְבוּכַד נְאֶצַּר, נְבוּכַד נְאֶצַּר, bis נְבוּכַדְרְאצַּר Jer. XLIX, 28. Esr. 2, 1 Chethibh, LXX *Ναβόυχοδονόσορ*, *Ναβουχοδονόσωρ* Syncell. 1, 391. 393 Dind., *Ναβουχοδονόσσορος* Beros. ap. Jos. c. Apion. 1, 20. 21, sed *Ναβοκοδρόσσορος* (per r) al. cod. *Ναυοκοδρόσσορος* Strab. XV, 1. §. 6, *Ναβουκοδρόσσορος* Alex. Polyh. Megasthenes, Abydenus ap. Euseb. praep. evang. 9, 41, Chron. armen. I, p. 44. 55, arab. contr. بُخْتُنَصَّر Vulg. *Nabuchodonosor* n. pr. nobilissimi Chaldaeorum regis, filii Nabopolassari (Can. Ptolem. Beros. ap. Jos. c. Apion. 1, 19), qui tres et quadraginta annos 604—561 a. Chr. imperium tenuit (v. ibid. et Euseb. chron. arm. 1, pag. 44). Is postquam ao. a. Chr. 598 Jojachinum, Judaeorum regem, eum militibus et proceribus in exilium duxerat (2 Reg. XXIV, 11 sqq. Jer. LII, 28) et Zedeciam regem constituerat, huius defectionem ulturus post novennium rediit, atque Hierosolyma per octodecim menses a se oppugnata expugnavit et una cum templo cremavit ao. 588 (2 Reg. XXV, 1 sqq. Jer. XXXIX, 1 sqq. LII, 4. 5), reliquosque incolas, praeter agricolas, vinitores et pauperes, in Babyloniam abduxit. Tyrum praeterea per tredecim annos obsedit (Jos. Archaeol. X, 11 §. 1. c. Apion. 1 §. 21 cf. Ez. XXVII—XXVIII), quanquam non cepit (v. Ez. XXIX, 17 sqq. Gesen. ad Jes. T. 1. p. 711 sqq. et Hitzigium ad Jes. p. 271, qui Hengstenbergii disputationem de rebus Tyriorum Berol. 1833 subtiliter refellit): sed Aegyptum petiit (Ezech. XXIX, 19. Jos. Ant. 10, 9 §. 7), adeo usque ad columnas Herculis eum progressum esse ferebant (Megasth. ap. Jos. Arch. X, 10 §. 1. e. Apion. 1, 19). De Babylone urbe a Nebucadnezare munita pulchrisque aedificiis ornata v. Beros. ap. Jos. l. c., de singulari eius insania (*λυκανθρωπία*) Dan. IV. — De etymo in prioribus editt. Lorsbachii (Archiv f. morgenländ. Litteratur II, p. 247) opinionem sequebar, qui formam נְבוּכַדְנֶאצַּר scribi posse censebat, i. e. *Nebu* est *deorum princeps*: sed ut primae et tertiae partis explicatio satis certa est (ad tertiam, quae modo צַר, אֶצַּר, modo סַר, אֶסַּר scribitur et vel Semitico שַׂר respondet vel Persico سر caput, cf. נְבַלְשַׁצַּר, שַׁרְאֶצֶר, בַּלְטְשַׁאצַּר, שֶׁנְאֶצַּר, שַׁלְמַנְאֶסַּר, תִּרְגַּת פַּלְאֶסַּר, Nabopolassar, Nabonassar, Neriglissar al.), ita de media voce dubitari potest. Tum enim talis sententia: *Nebo* est *deorum princeps*, vel *Nebo*, *deorum princeps* nominum propriorum rationi non satis apta est (exspectes potius: Mercurii princeps, Mercurii dominus princeps, cf. Nebusaradan): tum universa illa nominum Assyriorum et Chaldaeorum ex recentiore Persismo illustratio aneeps est, nisi veterum dialectorum auctoritas accedit. Equidem neseio an in voce כדרא (et כדנא) lateat zend. *kschetra* vel potius forma quaedam pehlevica inde repetita, quae *ksehadra* et *ksehadna*, demto sibilo *kadra* et *kadna* esse possit. Nam, ut observat Anquetil (Zend-Avesta II, 427), „dans les mots, que le Pehlvi a reçu de cette dernière langue (Zend), l' r se change quelque fois en l ou en n [cf. Zend. *mithra*, pehlev. *matun*], le t ordinairement en d, et la plupart des voyelles disparoissent, surtout à la fin“: deque sibilo abiceto conferri possint, quae infra (ad Zade, vide Lex. man. p. 1072) de litteris ג, כ, ק cum צ permutatis observata sunt. Si quis in persico خدا *khoda* acquiescere malit, non repugno: sed *dominum* saltem *regem*ve interpretetur (Anquetil l. c. p. 442: zend. *khschetro*, pehl. *khoda*, *roi*) et videat, quomodo explicet sylkabam *re*, *ne* (an coll. خداور rex, خداوند dominus?). Quicquid eligis, sententia fere haec erit: *Mercurii rex princeps*, ut נְבוּזַרְאֲדָן Mercurii princeps dominus. Bohlenius interpretabatur: نبو خدا اذر Nebu deus ignis; Simonis in Onomast. p. 573 נְבוּד אֶדֶר אֶצַּר *Nebu* (cum ד formativo) est *deus splendoris* coll. pers. اذر ignis, deus; ridicule Forsterus (ap. Mich., spicilegio geographico T. II, p. 102) ex linguis Slavicis: *Nebu-godnoizar* coelo dignus princeps. De Lexicographorum Syriaeorum coniecturis etymologicis dixi in Anecdott. orient. p. 53. Eiusdem farinae est haec Abulpharagii (hist. dynast. p. 47): عطارد ينطق *Mercurius loquitur*. Ceterum hi omnes in primo vocabulo recte agnoverunt Mercurii nomen.

נְבוּשַׁזְבָּן n. pr. pers., quod gerebat princeps spadonum Nebucadnezaris Jerem. XXXIX, 13. Simonis (Onomast. p. 573) alteram ve. partem שַׁזְבָּן „*liberationem* interpretatur [imo liberatorem], a chald. שזב eripuit, liberavit. inde *Nebo* est *liberatio*, vel *Nebonis liberatio*, sed istud verbum chaldaeum ubique scribitur שֵׁיזִב, שֵׁזִיב, neque unquam sine Jod reperitur. Malo igitur conferre pers. چسپان *tschespán* adhaerens, assecla, ut *Nebusehasban* sit Mercurii assecla i. e. cultor, Hermodulus.

נָבַב i. q. חָלַל *perforavit*, *exeavavit*, fort. etiam *aperuit* (v. תָּבַח). — Part. pass. נָבוּב *cavus* Ex. XXVII, 8 de altari לְחוֹת נָבוּב *cavum ex asseribus factum* XXXVIII, 7, de columnis intus cavis Jer. LII, 21, metaph. de homine inani, stupido Iob. XI, 12, cf. de h. l. ad rad. נָבַב Niph. (Chald. et talmud. נְבוּב vena cava, בִּיב fossa, cloaca, syr. ܡܨܥܐ aquaeductus, ܡܨܥܐ id., fistula, ܢܝܒ canalis, pro נְבִיב, ܢܨܥܐ, ܢܝܒ. Nun servatum est in נְמוּסָא fistula, tubulus. arundo,

انابيب الرئة fistula pulmonis, qua spiritum ducimus, Kamûs p. 148, chald. אֲבוּב fistula (v. pag. 4), it. in אָבַב i. q. בָּב porta). Aliis, veluti Kimchio, radix est בוּב vel בִּיב et נָבוּב part. Niph.; nos Abulwalidem sequimur, tum propter vestigia rad. Nûn in انبوب, אָבַב, tum quia part. Niph. a rad. בִּיב futurum esset נָבוּב. Cholem enim in Schurek vel Kibbuz correpti exempla nonnisi accedentibus Affirmativis inveniuntur, ut נִבְחָם (Lehrg. 404).

נָבָה (pro נְבָבָה) st. constr. נָבַת עֵינוֹ *pupilla oculi eius.* Zach. II, 12. Ita Syri ܢܒܬܐ ܕܥܝܢ Deut. XXXII, 10. Ps. XVII, 8. Prov. VII, 2. Thren. II, 18. Sir. XVII, 18. Zach. l. c. dimin. נֻבְנֹת (v. Barbahlul) et Plur. נְבָנוֹת simpliciter de oculis Barhebr. 527. Ephr. I, 45. III, 407 E. Assem. I, 226 B., chald. נְבָתָא דְעֵינָא id. Deut. Prov. l. c., talmud. נביהא. In etymo propriaque vocabuli potestate definienda ambigi potest. Collatis arab. بُؤبُؤ pupilla (pr. puellus) oculi, a rad. بَأَبَ papavit, balbutivit; et נְבָנוֹת puellus lactens B. B., נְבָנְבוֹת puella Marc. V, 41 Philox., נְבָה (pro נַבְנָה) idem valere putaveris, quod syn. אִישׁוֹן: sed ego vulgarem sententiam sequi malui ab Ilgenio (ad Tob. p. 92 — 100 cf. Mich. Suppl. 147, ad Cast. p. 78) docte exornatam, de qua נָבָה pr. *ostium* oculi significare statuitur a mase. נָבָב arab. بَابٌ, chald. et talmud. בָּב, בָּבָא *porta, ostium*, quae omnia ad rad. נבב mihi revocanda videntur. *Pupilla* enim s. *acies* oculi (Cic. nat. deor. 2, 57) re vera est *ostium* s. *fenestra* eius, per quam lux intrat (Plin. XI, 37), quam ipsam ob caussam Ilgenius l. c. Tob. X, 5 τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν pupillam interpretatur, coll. φῶς ianua Ez. XLII, 11. Hesych. φῶτα .... θυρίδες. Barbahlul (quem excerptum dedi Anecdott. orient. fasc. 2 p. 39), de etymo nihil definit, omnes tamen, quos laudat, Lexicographi נְבָנוֹת, נְבָנְבוֹת, נֻבְנֹת *pupillam, nigrum oculi* interpretantur (حدقة, حدقة, انسان العين), posterius illud vc. fusius ita explicat: ... ... *medium uveae* (χιτῶνος ὑαγοειδέος Galeni); *in quo est vis videndi.*

נָבַח rad. inusit. prob. i. q. נָבַהּ eminuit, elatus fuit. Schultensius (de defect. ling. hebr. p. 324) ad hanc rad. refert ויבו 2 Reg. III, 24, ubi in Chethibh est: ויבאו בה ותכות את מואב, in Keri ויבאו בה ויכו, illudque legit: וַיִּנְבְּחוּ בָהּ *et hebetarunt* (censes) *in ea*, sie schlugen ihre Schwerter stumpf drauf, coll. arab. نَبَحَ retusus fuit ab ictu (ensis), hebetatus est visus. Sed nil opus est his artificiis. Chethibh enim legendum: ויבו i. q. וַיָּבֹא, ut 1 Reg. XII, 12; et explicandum: *et venit* Israël *in eam* Moabitidem. LXX. καὶ εἰσῆλθον. Vulg. et venerunt. Syr. ܘܥܠܘ ܒܗ. Scripturam marginalem exprimit Chaldaeus, sed hanc minus aptam esse, Dathius recte observavit. Inde

נְבוֹ pr. *locus altus, elatus*, inde n. pr. 1) a) montis Moabitidis in montanis Abarim e regione Hierichuntis siti, in quo Moses mortuus est Deut. XXXII, 49. XXXIV, 1 (ubi cod. Sam. אבל). LXX. Ναβαῦ. Eusebius: Ναβαῦ, ὄρος ἐπὲρ τὴν Ἰορδάνην ἀπέναντι Ἱεριχοῦς ἐν τῇ Μωάβ, ἔνθα ἐτελεύτησε Μωσῆς. καὶ δείκνυται εἰς ἔτι νῦν ἀπὸ ς' σημείου Ἐσβοὺς εἰς ἀνατολάς. Idem mons esse videtur, qui hodie عتاروس *Attarûs* appellatur (quod quidem nomen haud scio an a vico עֲטָרוֹת Num. XXXII, 34 petitum sit) v. Seetzen in Zach monatl. Correspondenz XVIII. p. 431. Burckhardt itin. II, p. 630. ed. germ. Legh in Macmichaël Journey p. 243. — b) oppidi cognominis in illo monte, vel in vicinia eius siti, quod modo Rubenitarum, modo Moabitarum erat. Num. XXXII, 3. 38. XXXIII, 47. Jes. XV, 2. Jer. XLVIII, 1. 22. 1 Par. V, 8. Hitzig (Orakel üb. Moab p. 42): „Unerweislich ist eine *Stadt* Nebo.“ Sed vide Num. XXXII, 37. 38: *et Rubenitae aedificarunt Hesbon et Elale et Kirjathaim et Nebo et Baalmeon* cet.

2) oppidi in tribu Judae Esr. II, 29. X, 43, quod plenius (ut ab illo distinguatur) appellant נְבוֹ אַחֵר Neh. VII, 33. — De נְבוֹ, Mercurii nomine, v. ad rad. נָבָא. Ceterum utrumque illud n. pr., quod ab *altitudine* dictum esse posui, possit etiam ab antiquo quodam Mercurii cultu nuncupatum esse. Hieron. in Nabo erat Chamos idolum consecratum, quod alio nomine vocatur Beelphegor. Sed vide נְבָיוֹת.

נֹב v. rad. נוּב.

נְבָיוֹת (cod. Sam. נבאות = נְבָאוֹת) n. pr. quod gerunt 1) filius primogenitus Ismaëlis Gen. XXV, 13. XXVIII, 9. XXXVI, 3. 1 Par. I, 29, frater Kedari (קֵדָר), qui aetate cum proxime excepit; 2 *Nabataei*, populus Arabiae isque gregibus abundans Jes. LX, 7, ubi copulatur cum קֵדָר, ut apud Plin. 5, 11 s. 12 Nabataei cum Cedreis. Hieron. in quaest. hebr. ad Gen. l. c. *primogenitus fuit Nebajoth, a quo omnis regio ab Euphrate usque ad mare rubrum Nabatene usque hodie dicitur, quae pars Arabiae est*, qua in re ad verbum fere expressit Josephum, Aut. 1, 12 §. 4. Uterque maiorem Nabataeae ambitum tribuit, quam vulgo tribuunt Graeci, quibus Nabataei sunt Arabiae Petraeae incolae, in quorum finibus Petra et Aelana urbes erant. Vid. Diod. 2, 48. 3, 42, et de moribus eorum 19, 94: νόμος δ' ἐστὶν παρ' αὐτοῖς μήτε σῖτον σπείρειν, μήτε φυτεύειν μηδὲ φυτὸν καρποφόρον, μήτε οἶνον πίνεσθαι, μήτε οἰκίαν κατασκευάζειν· ὃς δ' ἂν παρὰ ταῦτα ποιῶν εἰρίσκηται, θάνατον αὐτῷ πρόκειται εἶναι ..... τρέφουσι δ' αὐτῶν οἱ μὲν καμήλους, οἱ δὲ πρόβατα. τὴν ἴσην ἐπιμέλειαν ποιούμενοι· οὐκ ὀλίγων δ' ὄντων Ἀραβικῶν ἐθνῶν τῶν τὴν ἔρημον ἐπινεμόντων, οὗτοι πολὺ τῶν ἄλλων προέχουσι ταῖς εὐπορίαις, τὸν ἀριθμὸν ὄντες οὐ πολὺ πλείους τῶν μυρίων. εἰώθασι γὰρ οὗτοι οὐκ ὀλίγοι κατάγειν ἐπὶ θάλασσαν λιβάνωτόν τε

καὶ σμύρναν καὶ τὰ πολυτελέστατα τῶν ἀρωμάτων, διαδεχόμενοι παρὰ τῶν κομιζόντων ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Strabo XVI p. 777: *εἶθ' ὁ Ἐλανίτης κόλπος καὶ ἡ Ναβαταία, πολύανθρος οὖσα ἡ χώρα καὶ εὔβοτος*, p. 767. 779. 783. 784. 803. 1 Macc. V, 24. 25. IX, 35 (ubi Medaba, Moabitidis urbs, Nabataeae accensetur cf. Steph. Byz. *Μήδαβα, πόλις τῶν Ναβαταίων*), et quae disputarunt RELANDUS in Palaestina pag. 90 et QUATREMERE mémoire sur les Nabatéens (extrait du nouveau Journal Asiatique). Paris 1835, pag. 1 — 51. Ab hoc Graecorum usu discrepat quidem vulgaris Arabum usus, apud quos *Nabataei* (نَبَطٌ, نَبِيطٌ, نباطيون) non Arabiae Petraeae, sed potius Babyloniae incolae sunt agriculturam et rem pecuariam exercentes, a plerisque scriptoribus Aramaeae, ab aliis Cuschitieae stirpis habiti (Quatremère l. c. p. 56. 63. 64), dialecto utentes, quae vel ipsa Aramaea est, vel proxime ad eam accedit (Quatremère l. c. p. 91 sqq., adde Bar Alium, qui أَصْبَاغٌ reddit نباطى): sed nihilominus credibile est, *Nabataeos* et نَبَطٌ, نَبِيطٌ idem nomen esse et proprie eundem populum designasse, cuius sedes primariae dein pro more Nomadum mutatae alio tempore in Arabia Petraea, alio tempore in Chaldaeae palustribus fuisse, alio denique (v. Josephum et Hieron.) ab Euphrate usque ad sinum Aelanitem patuisse videntur. Ceterum Arabum traditiones et stemmata sibi minime constant, et praeter *Nabatum* (نَبَطٌ), filium Masch, nepotem Semi, sec. al. filium Canaanis, apud eos comparet etiam *Nabat* (نابت), *filius Ismaëlis* (ut Gen. XXV, 13), qui Caabae praefectus fuisse dicitur Abulf. Ann. I, p. 22. Schult. monum. vet. Arabum p. 2. 7. — De etymo mutuaque ratione vcc. נְבָיוֹת et נבט, נבט, نَبَطٌ, نَبِيطٌ, نباطى equidem ita statuerim, formam Hebraeam ut antiquissimam ita quoque nativam esse et *loca elata, montana* significare (a sing. נְבִי i. q. נְבוֹ, unde cod. Sam. נְבָאוֹת, coll. צְבָאִים, צְבָאוֹת), quae appellatio ad Arabiam Petraeam perquam accommodata est; ex ea autem natum esse arabicum نبط, ת proprie servili in ט radicale mutato, cf. hebr. נָשַׁת (cuius ת servile est) syr. ܢܫܛ, inde ܫܛܝܐ, adeoque ܫܛ iaculatus est, ܫܛܐ sagittarius.

נְבָזְבָה f. chald. *donum, munus*. Dan. II, 6: נִיתָן וְנִבְזְבָתָה Theod. *δόματα καὶ δωρεάν*. Vulg. praemia et dona. Gr. Venet. *δωτίνας ξένιά τε*. Intp. hebr. מתנות וישורה. Syr. dona et divitiae. R. Salomo: דורון ובזיהה. — Plur. c. suff. Ibid. V, 17: וְיִבְזְבָנָיְהָךְ ... (ubi alii codd. נִבְזְבָנָיְהָךְ, alii per Kamez נָבְזְבָנָיְהָךְ) *dona tua — munera tua*. Gr. Venet. *τὰ βραβεῖα*. Targg. Jer. XL, 5 · נִיתָן וּנְבָזְבָן pro hebr. וַיִּתֶּן וַיִּשְׂאֶת, et Deut. XXXIII, 24 Jonath. נִבְזְבָנִית בֵּית קוּדְשָׁא *expensa domus sanctae*. Adde, quod Sal. b. Melech laudat locum ex Bereschith Rabba, in quo בזיא explicatur דורון (*δῶρον*). Hanc ipsam ob causam nil dubito, quin verum viderint antiquiores Etymologi, qui נְבָזְבָה revocarunt ad rad. בזז, chald. Pilp. בְּזְבֵּז erogavit, expendit (v. Deut. l. c.), ut pr. sit *erogatio, largitio amplior* et *honorifica*. Ad Nun formativum cf. נְדָבָה i. q. מדבה (quam formam in dubium vocare non debebat C. a Lengerke, v. p. 113 B), נְחָשׁוֹל et ܢܚܫܘܠ; ad geminatam extrema voce abiectam שַׁרְשָׁרָה catena pro שַׁרְשֶׁרֶת; גַּלְגַּלְתָּא *Golγaθā*, arab. جلجل, syr. ܓܘܓܠ, עֲנָבִים pro עֲנָבִים. Nil igitur opus est cum A. Pfeiffero (dubiis vexatis p. 796) et Bohlenio confugere ad linguam persicam, ex qua ille arcessit نوازيدن blande tractare, نوازش blanda tractatio, hic نوازى donatio, a verbo نواختن benefacere, laudibus donisque cumulare aliquem: quod quidem utrumque a forma נבזבה paullo remotius est: multoque minus cum aliis comparabis gr. *νόμισμα moneta*, cuius mentio ab illis locis prorsus aliena est. Ceterum dubitari potest, an huc pertineat sam. לְבִיבָא et לְבִיבָל, quod bis ponitur pro זְמָרָה Gen. XLIII, 11 (de *dono* terrae). Ex. XV, 2, alibi de *sorte* (dono?) pro גּוֹרָל. Certe non placet Uhlemannus (chrestom. sam. p. 68. Lex. p. 48), qui utramque hanc segregandam censet, et נבזה = זְמָרָה ad arab. نبس, نبس revocat.

נָבַח *latravit*, rad. onomatopoëtica, semel obvia Jes. LVI, 10. Arab. نبح, syr. ܢܒܚ id. Syllaba primaria est נח, quae (pariter atque נך, נכ) *pulsandi* vim habuisse videtur (cf. נָכַךְ, נָכַל), eamque solam habet lingua sanscritica, in qua est *bukh* latrare.

נֹבַח (latratus) n. pr. viri Num. XXXII, 42, a quo Kenath oppidum etiam *Nobach* nuncupatum est Iud. VIII, 11.

נָבְחַז (al. נִבְחָז, al. נִבְחָן, contra vett. intpp. auctoritatem) n. pr. idoli Avvaeorum 2 Reg. XVII, 31, quod figurae caninae fuisse volunt Hebraei, probabiliter ex etymo (a rad. נָבַח) coniecturam facientes, quanquam caninae figurae idoli in Syria olim culti nonnulla vestigia supersunt, v. Thevenot itin. p. 305 ed. germ. la Roque p. 227, Pauli Lucae itin. p. 252, max. IKENII dissert. de idolo Nibchas, in eius dissertatt. Bremae 1743 editis, p. 143 sqq. In Codice Nasaraeo נבחז, ut scribit Norbergius (i. e. נבאז), est nomen cacodaemonis, domini caliginis, qui solio in terra collocato insistens pedibus imum tartarum pertingit (v. Norbergii Onomast. p. 100), poteratque idoli nomen ad daemonem referri (v. עַזָּאזֵל), sed incertum tamen est, num idem nomen sit.

נָבַט rad. in Kal insuita et *spectandi* significatu, qui est in Pi. et Hi., etiam reliquis linguis Semiticis ignota. (In Indogermanicis syllaba בט conferri possit cum sanscr.

wid, *budh* scire, cognoscere, quod a *videndo* profectum videtur, v. ad יָדַע p. 570).

Pi. נִבֵּט *spectavit*, *intuitus est*, sq. לְ Jes. V, 30.

Hiph. הִבִּיט *spectavit*, *intuitus est*. Differt fere a רָאָה, ut דָּבָר loqui ab אָמַר dicere. 1 Sam. XVII, 42: וַיַּבֵּט הַפְּלִשְׁתִּי וַיַּרְא אֶת־דָּוִד Thren. V, 1: הַבִּיטָה וּרְאֵה אֶת־חֶרְפָּתֵנוּ (schaue Her und siehe unsere Schmach). I, 12. Ps. XXII, 18. Jes. XLII, 18: הַבִּיטוּ לִרְאוֹת, et contra Thren. I, 11: רְאֵה יְיָ וְהַבִּיטָה. Raro ita ponitur, ut a *videndi* verbo non multum differat. Num. XXIII, 21: לֹא הִבִּיט אָוֶן בְּיַעֲקֹב, parall. לֹא רָאָה. 1 Sam. II, 32. — Ponitur a) absol. Vide exempla supra laudata, adde Ps. XIII, 4: הַבִּיטָה עֲנֵנִי יְיָ. Jes. LXIII, 5: אַבִּיט וְאֵין עֹזֵר *spectabam* (circumspiciebam) *sed non erat auxiliator*. Jes. XVIII, 4; b sq. acc. eoque passim He locali munito, pro *aspexit*. Iob. XXXV, 5: הַבֵּט שָׁחַק וּרְאֵה *aspice cocium et vide*. 1 Reg. XVIII, 43. Ps. CXLII, 5. Gen. XV, 5: הַבֶּט נָא הַשָּׁמַיְמָה *aspice quaeso coelum*. 1 Reg. XVIII, 43; c) sq. בְּ: intuitus est cum voluptate (v. ג no. 10, a) Ps. XCII, 12; d) sq. אֶל Ex. III, 6. Num. XXI, 9, לְ Ps. CIV, 32 (in Pi. Jes. V, 30), עַל Hab. II, 15 loci, quo spectant; et e) בֵּין loci, unde prospectatur Ps. XXXIII, 13. LXXX, 15. Jes. LXIII, 15. Iob. XXXVI, 25. Utrumque (d. e) coniunctum habes Ps. CII, 20: כִּי הִשְׁקִיף מִמְּרוֹם קָדְשׁוֹ יְיָ מִשָּׁמַיִם אֶל אֶרֶץ הִבִּיט. f) sq. אַחֲרֵי abeuntem prospectavit, oculis prosecutus est Ex. XXXIII, 8, sed reflex. הִתְאַחֲרֵי post se i. e. retro spectavit 1 Sam. XXIV, 9. Gen. XIX, 17: אַל תַּבֵּט אַחֲרֶיךָ *ne retro spectes*. In eandem sententiam dicitur Gen. XIX, 26: וַתַּבֵּט אִשְׁתּוֹ מֵאַחֲרָיו *et spectavit uxor eius* (Loti) *a tergo eius*. Vulg. recte: *post se*. Mulier enim maritum sequi nec retro spectare iussa (Comm. 17), recta prospicere oculisque terga mariti prosequi debebat. Idem igitur valet מֵאַחֲרָיו atque אַחֲרֶיהָ.

Translate est 1) *respexit*, *curavit* aliquem, aliquid. v. c. Deus hominem Ps. LXXXIV, 10: הַבֵּט פְּנֵי מְשִׁיחֶךָ. Thren. IV, 16. populum Jes. LXIV, 8, sacrificia Am V, 22, homo leges Ps. CXIX, 15, et his quidem exemplis sq. accus., alibi sq. אֶל 1 Sam. XVI, 7: אַל תַּבֵּט אֶל מַרְאֵהוּ אֶל *ne respicias eius figuram*. 2 Reg. III, 14: אִם אֶל פְּנֵי יְהוֹשָׁפָט אֲנִי נֹשֵׂא אַבִּיט אֵלֶיךָ *te non curassem*, Vulg. non attendissem te. Jes. LXVI, 2: וְאֶל זֶה אַבִּיט אֶל עָנִי וּנְכֵה רוּחַ *et hunc respicia*, *miserum et afflictum*. Ps. CXIX, 6 (cf. 15); sq. בְּ Ps. LXXIV, 20: הַבֵּט בַּבְּרִית *respice foedus*. Absol. Ps. XIII, 4, — 2) *spem posuit* in aliquo, sq. אֶל Ps. XXXIV, 6: הִבִּיטוּ אֵלָיו וְנֶהָרוּ Jes. XXII, 11. LI, 1. 2, omisso casu Iob. VI, 19. — 3) *patienter tulit* aliquid (ruhig mit ansehn) v. c. iniuriam Hab. I, 3: ... לָמָּה תַּבִּיט בּוֹגְדִים? 13: תַּבִּיט אֶל עָמָל לֹא תוּכַל לָהּ *ferre non potes iniuriam*, *quare fers impios?* Absol. Jes. XVIII, 4: אֶשְׁקְטָה וְאַבִּיטָה בִּמְכוֹנָתִי אַתָּה עָמָל וַאֲבִיט *tu respicis iniquitatem et scelus* sc. et animadvertis in ea.

נֹבַח n. pr. patris Jerobeami, primi Ephraimitarum regis 1 Reg. XI, 26. XII, 2. 15. XV, 1 et saepe. LXX. *Ναβάτ*.

מַבָּט m. *spes*, *exspectatio* (v. rad. no. 2). Cum suff. מַבָּטָה (pro מַבָּטָהּ Patach in Segol correpto, cf. gramm. §. 27, not. 2, a) Zach. IX, 5, meton. id in quo spem ponimus Jes. XX, 5. 6.

נָבַךְ rad. inusit. i. q. נָבַע et נָבַג, נָבַג *scaturivit*. Inde

נְבָכִים, semel in pl. Iob. XXXVIII, 16: נִבְכֵי יָם *scaturigines maris*. Parall. חֵקֶר תְּהוֹם. LXX πηγὴ ἀβύσσου. Vulg. Syr. profunda maris. — Rectius ita, quam quod alii auctore Schultensio interpretantur: *scopuli maris*, coll. נִבְכֵי VIII. eminuit, altus fuit, נֵבֶךְ collis acuto vertice. Peius etiam Rabbini, quorum alii נִבְכֵי revocant ad rad. בָּכָה (coll. בְּכִי Iob. XXVIII, 11), alii ad בּוּךְ, ut sint perplexa maris i. e. vortices, gurgites (Strudel).

נָבֵל (Jes. XL, 7) fut. יִבֹּל 1) *flaccidus fuit*, *prae flacciditate et marcore decidit*. (In reliquis linguis Semiticis hac significatione non reperitur, sed in Hebraea vicinae radd. sunt נָבַל, אָבַל, it. נָבַל). Dicitur de foliis floribusque flaccidis et decidentibus Ps. I, 3. XXXVII, 2. Jes. I, 30. XXVIII, 1. XL, 7. 8. Ezech. XLVII, 12, itaque poët. de stellis coeli Jes. XXXIV, 4: כָּל־צְבָאָם יִבּוֹל כִּנּוֹבֵל עָלֶה מִגֶּפֶן *omnis exercitus eorum* (coelorum) *decidit*, *ut folia decidunt de vite*. — 2) Translate: *viribus defecit*, *virium defectu concidit*, de hominibus Ps. XXXVII, 2: כְּעֵשֶׂב יְהֵרָלוּן *ut herba virens marcescunt*. Exod. XVIII, 18. Ps. XVIII, 46: בְּנֵי נֵכָר יִבְלוּ *peregrini* (hostes) *viribus* animoque *deficiebant*. De monte Iob. XIV, 18: הַר נוֹפֵל יִבּוֹל *mons*, *qui cecidit*, *iacet iners*, virium defectu resurgere non potest, cadaveri similis (cf. נְבֵלָה). De terra Jes. XXIV, 4: אֻמְלְלָה אָרְצָה נָבְלָה תֵבֵל אֻמְלְלָה נָבְלָה תֵּבֵל. — 3) *stultus fuit*, *stulte*, *impie egit* (marcor enim et torpor ad stultitiam transferuntur, ut contra robur ad virtutem et pietatem cf. arab. غَبِيَ, غَبِيٌّ, نَاجِبٌ, quae flacciditatis et imbecillitatis vim habent, dein translatam ad stuporem). Prov. XXX, 32. V. nomen נָבָל. — נְבָלָה Gen. XI, 7 v. sub rad. בָּלַל.

Pi. 1) *floccipendit*, *vilipendit* (cf. arab. نَبَلَ stultus fuit, VII. vilis, abiectus fuit, نَبِيلٌ med. Vav vecors et fatuus fuit, it. vilis pretii fuit res). Deut. XXXII, 15. Mich. VII, 6. — 2) *contumelia affecit*. Nah. III, 6 (ubi Hitzigius: cadaveribus texit, denom. a נְבֵלָה; non bene). Jer. XIV, 21: אַל תְּנַבֵּל כִּסֵּא כְבוֹדֶךָ *ne ignominia afficias solium splendoris tui*. (Ita etiam in Targg. utroque, quem laudavimus, loco, praeterea Am. VI, 8 pro תְּאֵב turpitudo, obscoenitas). Cf. נִבְלוּת.

נָבָל 1) adj. *stultus*. LXX. μωρός, ἄφρων, semel ἀσύνετος. Prov. XVII, 7. 21. XXX, 22. Jer. XVII, 11.

Opp. חָכָם Deut. XXXII, 6. (Habebant vc. etiam Poeni, velut Plaut. Poen. 5, 2, 67, ubi *gun nebel* est גְּאוֹן נָבָל superbia s. petulantia stulti). Ut autem sapientiae vocabula (v. חָכְמָה, חָכְמָה) etiam virtutem et pietatem complectuntur, ita *stultus* simul cogitatur tum *improbus*, *nequam* 1 Sam. XXV, 25. 2 Sam. III, 33. XIII, 13. Iob. XXX, 8. Jes. XXXII, 5. 6 (opp. נָדִיב). Ez. XIII, 3 (ubi הַנְּבָלִים sunt prophetae improbi i. e. mendaces), tum *impius*. Ps. XIV, 1: אָמַר נָבָל בִּלְבּוֹ אֵין אֱלֹהִים LIII, 2. Iob. II, 10: כְּדַבֵּר אַחַת הַנְּבָלוֹת תְּדַבֵּרִי *ut loquuntur stultae* (impiae) *loqueris*. Deut. XXXII, 21. Ps. XXXIX, 9. LXXIV, 18. 22. — 2) n. pr. viri 1 Sam. XXV, 3 sqq.

נָבָל et נֵבֶל, quod utrumque in statu et absol. et constr. reperitur, sed ita ut codd. et editt. sibi non constent (vide Athiam et J. H. Michaël.), ut נָבָל absol. Ps. CL, 3 (al. Segol) Jer. XIII, 12; הַנֵּבֶל Ps. LVII, 9. CVIII, 3 (al. Segol), constr. 1 Sam. I, 24. X, 3. 2 Sam. XVI, 1 (quibus locis pars codd. sex punctis scribit). Jes. XXX, 14, נֵבֶל absol. Ps. LXXI, 22. Jes. V, 12, נֵבֶל עָשׂוֹר Ps. XXXIII, 2. CXLIV, 9 (al. quinque punctis), constr. in parte codd. supra ad נֵבֶל laudatorum (Kimchi: ויש ספרים בחמש נקדות — נָבָל), in Pausa נָבָל Ps. LXXXI, 3. XCII, 4, הַנָּבֶל Am. VI, 5 pl. נְבָלִים cstr. נִבְלֵי Iob. XXXVIII, 37. נִבְלָתָם Jerem. XLVIII, 12

1) *uter*, fortasse a flacciditate dictus (v. rad.), merum certe recentiorum Rabbinorum commentum est, quod originem in *cavitate* positam esse volunt (הוראת הענין כלי נבוב וקבוב Fürst), quae neque in hac radice, neque in cognatis inest. LXX bis ἀσκός 1 Sam. X, 3. Jer. XIII, 12. Kimchi: נאד העור או כד היוצר נֵבֶל יַיִן uter vini 1 Sam. I, 24. X, 3. 2 Sam. XVI, 1, נִבְלֵי יַיִן 1 Sam. XXV, 18 (quanquam haec exempla etiam ad no. 2 referri possunt). Iob. XXXVIII, 37: נִבְלֵי שָׁמַיִם *utres coeli* poët. de nubibus, ut Arabum poëtae nubes aqua plenas hydriis, lagenis, utribus comparare solent (v. Alb. Schult. ad h. l.).

Quum autem aquae, lacti, vino condendis portandisque utplurimum utres adhibere solerent prisci homines, hoc nomen dein translatum est ad cuiuscunque generis vasa aquaria, et 2) saepe etiam *lagenam*, *urceum* significat. LXX ἀγγεῖον. Jes. XXX, 14: נֵבֶל יוֹצְרִים *lagena fictilis*. Thren. IV, 2: נִבְלֵי חֶרֶשׂ *lagenae testaceae* cf. Jer. XIII, 12. XLVIII, 12. Plur. per appos. כַּדֵּי נְבָלִים Jes. XXII, 24, opp. דַּאֲגוֹת pelves.

3) instrumentum musicum, gr. νάβλα (נֵבֶל), raro ναῦλα, lat. *nablium* (Ovid. A. A. 3, 327: disce etiam genialia nablia palma Vertere, conveniunt dulcibus illa modis), citharae genus, iccirco saepe copulatum cum כִּנּוֹר, tum conviviorum laetitiae (Jes. V, 12. XIV, 11. Am. V, 23. VI, 5), tum maxime sacrae musicae adhibitum (2 Sam. VI, 5. 1 Reg. X, 12. 1 Par. XV, 16. 20. 28. XXV, 1. 6. 2 Par. IX, 11. XX, 28. Ps. LVII, 9. LXXXI, 3. XCII, 4. CVIII, 3. CL, 3), plenius כְּלֵי נֵבֶל Ps. LXXI, 22, pl. כְּלֵי נְבָלִים 1 Par. XVI, 5. LXX. in Paralipp. ubique retinent νάβλα, sed in Psalmis reddunt ψαλτήριον, semel καθάρα Ps. LXXXI, 3, bis ὄργανον (Am. ll. cc.), non bene. Josephus (vide s. v. כִּנּוֹר) a cithara (כִּנּוֹר) nablam ita distinguit, ut hanc duodecim chordis instructam esse et digitis, non plectro, carpi dicat: sed verbis hebraeis נֵבֶל עָשׂוֹר nablium *decachordum* indicari videtur. Multus est de nabla Athenaeus IV p. 175, qui a Phoenicibus repertam, ex loti ligno factam et in chorcis adhibitam esse docet. Et instrumentum et nomen eius a barbaris acceptum esse refert Strabo X p. 471 Casaub. cf. Valkenar. ad Callim. p. 17. Periz. ad Aelian. var. hist. 3, 34. Figuram eius triangularem fuisse et Δ inverso similem (quae eadem etiam sambucae figura erat, Vitruv. 6, 1), tradunt Hieronymus, Isidor. Orig. 3, 20, et Cassiodorus, huiusque speciei citharae s. harpae in monumentis aegyptiacis non raro reperiuntur (v. Wilkinson customs and manners of ancient Egypt. II, p. 280. 282. 287). Vix ab eo diversum erat τρίγωνον (Hesych. Porphyr. ad Ptol. Harmon. p. 217), aegypt. ⲛⲉⲃⲉⲗ Jablonsk. Opuscc. 1, 344. Hebraeum eius nomen inde petitum putaverim, quod *urcei lagenae*ve instar e ligno excavato factum superne tenui assere (Resonanzboden) obductum erat, ut simili modo *testudo* nomen nacta est. (Ex intpp. antiquis Arabs Hos. III, 2 retinuit نابل من الخشب ex graeco νέβελ οἴνου, Aethiops 2 Sam. VI, 5 et Dan. III, 5 ናብልዩ: ናብልያ: ex gr. νάβλας, sed ipsis eorum linguis hoc vc. ignotum est. Quod autem apud Syrum aliquoties pro נבל habetur נבל 1 Par. XIII, 8. XV, 16, id mero librariorum errore factum videtur).

נְבָלָה 1) adj. fem. *stulta*. Iob. II, 10. — 2) abstr. *stultitia*, cum notione *improbitatis* et *nequitiae* Jes. XXXII, 6. 1 Sam. XXV, 25. Inde a) stulte i. e. *improbe factum*, *scelus nefandum*, ut stuprum violentum, incestus Iud. XIX, 23. 24. 2 Sam. XIII, 12. Solennis formula est: עָשָׂה נְבָלָה בְּיִשְׂרָאֵל commisit scelus in Israële (dei populo, dei familia) Gen. XXXIV, 7. Deut. XXII, 21. Iud. XX, 10. Jer. XXIX, 23, plenius עָשָׂה וְנְבָלָה Iud. XX, 6. — b) *poena stultitiae* et *improbitatis* (v. עָוֹן), inde נְבָלָה עִם עָשָׂה poenam stultitiae repetere ab aliquo Iob. XLII, 8 (cf. נָשָׂא חֶטְאָה עִם).

נִבְלָה cstr. נִבְלַת, c. suff. נִבְלָתְךָ, נִבְלָתוֹ, נִבְלָתָם, נִבְלָתִי (saepe), sed c. suff. 1 pers. נִבְלָתִי Jes. XXVI, 19 (cf. arab. نَسْلَة) f. *cadaver* v. rad. no. 2 et arab. نبل V. VIII. mortuus est camelus (cf. בְּנִבְלָה a rad. נָבַל), idque hominum Deut. XXI, 23. 1 Reg. XIII, 24 sqq. 2 Reg. IX, 37. Ps. LXXIX, 2, et bruforum Lev. V, 2. VII, 24. XVII, 15. XXII, 8. Deut. XIV. 21. Ez. IV, 14, translate de idolis fractis Jer. XVI, 18 (cf. גֶּוֶר Lev. XXVI, 30 et lat. oppidorum cadavera proiecta Sulpic. apud Cic. ad fam. 4, 5, 4). Pluralem non admittit, sed etiam de multis singulariter ponitur, ut נִבְלַת חֲמֹר הוּמָה Jer. VII, 33. נִבְלָתִי Jes. XXVI, 19 cadavera mea i. e.

cadavera populi mei, נִבְלָתָם cadavera eorum, de hominibus Jes. V, 25. Jer. XVI, 4. XIX, 7. XXXIV, 20, de brutis (ubi etiam nos: das Aas von ihnen) Lev. XI, 8. 11. 24 sqq.

נְבָלוּת f. *ignominia*, inde *pars obscoena* Hos. II, 12 (9). LXX. ἀκαθαρσία. Vide rad. in Pi. no. 2, et chald. נִבּוּל obscoenitas. Cf. etiam سِبٌّ pudendum, it. cadaver, pr. turpe quid.

מַבּוּל v. rad. יָבַל.

נִבְלָט n. pr. oppidi Benjaminitarum Neh. XI, 34 (cf. סַנְבַלָּט?).

נָבַע *ebullivit, scaturivit.* (Syllaba primaria est בע בְּ, quae pariter atque בק bombum s. bulliendi sonum imitatur, v. ad rad. בּוּעַ, adde aegypt. ϐⲉϐⲉ, ϐⲉϐⲟϩ ebullire, eructare, effundere. Arab. نَبَعَ scaturivit e fonte, يَنْبُوعٌ scaturigo Cor. 17, 92, نَبَغَ scaturivit, apparuit, evulgatus est, v. Hiph. no. 3. Syr. ܢܒܥ scaturivit, pullulavit, it. in lucem protulit, ܐܦܨ zab. ܡܦܨܘܢܐ scaturigo, it. ܢܒܥ scaturivit, germinavit, ܢܨܐ scaturigo, germen, it. ܢܨ emanavit. Cf. praeterea hebr. נָבָא). Prov. XVIII, 4: נַחַל נֹבֵעַ *rivus scaturiens.*

Hiph. הִבְּיעַ 1) *ebullivit* (act.), *copiose effudit.* Ps. CXIX, 171: תַּבַּעְנָה שְׂפָתַי תְּהִלָּה *ebulliunt labia mea laudem.* Prov. I, 23: אַבִּיעָה לָכֶם רוּחִי *effundam in vos spiritum meum.* XV, 2. 28: פִּי כְסִילִים יַבִּיעַ רָעוֹת *os improborum ebullit mala;* unde absol. *impie dicta eructavit* Ps. LIX, 8. XCIV, 4. — 2) *ebullire i. e. fervere, fermentari* et *putrescere fecit.* Eccl. X, 1: *muscae mortuae* יַבְאִישׁ יַבִּיעַ שֶׁמֶן *foetere et putrescere faciunt unguentum.* — 3) *evulgavit, nunciavit* (cf. נָבָא, quod ex hac rad. ortum est emollita littera ע, it. פָּתַח). Ps. XIX, 3: יוֹם לְיוֹם יַבִּיעַ אֹמֶר. LXXVIII, 2. CXLV, 7. (Syr. ܐܦܨ Aph. vulgavit v. supra arab. نَبَغَ).

מַבּוּעַ m. *scaturigo* Eccl. XII, 6. Plur. מַבּוּעֵי מַיִם Jes. XXXV, 7. XLIX, 10. Arab. مَنْبَعٌ id. Formas aramaeas vide ad rad. in Kal.

נָבַק rad. spuria, nam נְבָקָה Jes. XIX, 3 est Niph. a rad. פָּקַק q. v.

נְבַרְשְׁתָּא chald. fem. emph. *candelabrum* Dan. V, 5, de lucerna Zeph. I, 12 Targ.: מְנָא דְּנִבַרְשְׁתָּא מְנָא דְּנִבַרְשְׁתָּא *sicut quaerunt* aliquid *lucernis.* Rabbin. נִבְרַשְׁתָּא. Syr. ܢܒܪܫܬܐ flamma Ferr. et Lex. Adl. lucerna, lychnuchus Off. Mar. 104, ܢܒܪܫܦ sec. Lex. Adl. انْتَبَ شعل اشعل inflammavit, accendit, Ethpa. inflammatus est, luxit. Arab. نِبْرَاسٌ lucerna. Quadrilitterum ortum esse videtur ex נבר i. q. נור (cf. בַּת־שָׁבַע, בַּת שׁוּעַ; רוּחַ, רֵוַח, sam. רבח) et אֵשׁ ignis.

נִבְשָׁן v. rad. בָּשַׁן p. 250.

נָגַב rad. inusit. Syr. chald. sam. *siccus, exsiccatus fuit*, cf. ܢܓܒ macer factus est. Inde

נֶגֶב, in Pausa itidem נֹגֶב Jos. XV, 4. XVIII, 19. XIX, 8. 1 Reg. VII, 39. Jes. XXX, 6 m. *meridies, plaga australis*, a siccitate dicta. Ex. XXVII, 9. Jes. XXI, 1. Ps. CXXVI, 4. גְּבוּל נֶגֶב finis australis Jos. XV, 4. XVIII, 19, שְׁעַר נֶגֶב porta australis Ez. XLVI, 9. פְּאַת נֶגֶב in plaga australi Num. XXXV, 5, pleon. כִּפְאַת תֵּימָנָה Exod. XXVII, 9. Ez. XLVII, 19. XLVIII, 28. Sq. genit. נֶגֶב יְהוּדָה pars australis Judae 2 Sam. XXIV, 7. 1 Sam. XXVII, 10. XXX, 14; in accus. ab austro (regionis), נֶגְבָּה יְרוּשָׁלַיִם ab austro Hierosolymorum Zach. XIV, 10. Jos. XI, 2. אֶרֶץ הַנֶּגֶב terra australis Jos. XV, 9 spec. pars australis Palaestinae Gen. XX, 1. XXIV, 62. Num. XIII, 29. Idem est הַנֶּגֶב Gen. XIII, 1. Num. XXI, 1. Deut. XXXIV, 3. Jos X, 40. XI, 16. Jer. XVII, 26 et sine art. נֶגֶב 1 Sam. XXX, 1. עָרֵי הַנֶּגֶב urbes austri (Palaestinae) Jer. XXXII, 44. XXXIII, 13. Obad. 20 (cf. דָּרוֹם ap. Talmud. de Judaea, opp. Galilaeae Lightfooti opp. II, p. 169 et aegypt. *ma-ris* regio australis, de superiore Aegypto). Poët. נֶגֶב Jes. XXX, 6 et הַנֶּגֶב Dan. XI, 5 — 40 *auster* dicitur etiam de Aegypto. — Cum He parag. נֶגְבָּה austrum versus Gen. XIII, 14. XXVIII, 14. Ex. XL, 24. Dan. VIII, 4. Sq. לְ: נֶגְבָּה לְאֶפְרַיִם ab austro Ephraimi Jos. XVII, 9. 10, et sq. לִן, נֶגְבָּה מִזֶּה הָהָר ab austro montis ibid. XVIII, 14. Cum praef. בַּנֶּגֶב *in* regione *austrum versus* sita Jos. XV, 21 (cf. צָפוֹן), et לַנֶּגֶב 1 Par. XXVI, 17.

נָגַד in Kal inusit. pr. *coram* (נֶגֶד, נֹגַד), *in conspectu fuit.* (Arab. نَجَدَ manifesta, clara fuit res, pr. quae in conspectu est, نَجْدٌ terra eminentior, quoniam late conspicitur. Syr. ܢܓܕ vulgo: traxit, duxit, sed etiam: *praecivit,* ܐܢܓܕ duxit exercitum 1 Macc. X, 82. Ephr. I, 113 D: *duodecim apostoli* ܐܢܓܕ ܐܢܫ ܒܣܒܝ ܐܢܫ ܕܐܢܓܕ *qui praciverunt coram omnibus populis.* Vide plura ad נגד. Male conferunt sanscr. *gad* loqui, nunciandi enim notio secundaria est).

Hiph. הִגִּיד pr. *protulit in lucem*. Iob. XXI, 31 de impio beato: מִי יַגִּיד עַל פָּנָיו דַּרְכּוֹ quis vitam moresque eius in lucem protrahere et coram exprobrare audebit? Inde 1) *monstravit, repraesentavit*, sq. acc. rei et pers. (ut הֶרְאָה). Ez. XLIII, 10: הַגֶּד אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל אֶת הַבַּיִת *monstra* s. *repraesenta Israëlitis hanc domum*; inde *prae se tulit*. Jes. III, 9: חַטָּאתָם כִּסְדֹם הִגִּידוּ לֹא כִחֵדוּ. Creberrime

2) *indicavit, nunciavit*. LXX plerumque ἀναγγέλλω, ἀπαγγέλλω. Id quod quis indicat, ponitur a) in accus. Gen. XXXII, 30: הַגִּידָה־נָּא שְׁמֶךָ *indica quaeso nomen tuum*. Esth. II, 10. 20. Iob. XXVI, 4. — b) praevio עַל: nunciavit *de* aliqua re. 1 Sam. XXVII, 11. Esth. VI, 2. Iob. XXXVI, 33: יַגִּיד עָלָיו רֵעוֹ *nunciat de eo* (Deo) *tonitru eius* (Kunde über ihn gibt sein Donner). Difficilius dictu est, quo spectent reliqua commatis verba: מִקְנֶה אַף עַל עוֹלָה: sed non male cum Hirzelio vertas: *gregi, etiam de surgente* i. e. tonitru Deum annunciat adeo gregibus, simulatque hic in tempestate ascendit. מִקְנֶה dici potest de eo, cui nunciatur (v. infra), עָלָיו עַל עוֹלָה et sibi respondere et ad Deum referenda esse videntur. — c) sq. לֵאמֹר et integra sententia 1 Sam. XXV, 14: הִגִּיד נִצַּר אֲחַר לֵאמֹר. 2 Sam. XV, 31. Lev. XIV, 35, item sq. אֲשֶׁר (quod) Esth. III, 4, כִּי (quod). Gen. III, 11: מִי הִגִּיד לְךָ כִּי עֵירֹם אָתָּה. XXXI, 20. 1 Sam. X, 16. 2 Sam. VII, 11; הֵן (num) Gen. XXIV, 23: הַגִּידִי נָא לִי הֵישׁ בֵּית אָבִיךְ מָקוֹם *indica mihi quaeso, num sit in domo paterna tua locus*. XLIII, 6; מַה (quid) Ind. XVI, 6, אֵיפֹה (ubi). Mich. VI, 8: הִגִּיד לְךָ אָדָם מַה־טּוֹב. Gen. XXXVII, 16: הַגִּידָה־נָּא לִי אֵיפֹה הֵם רֹעִים — d) ubi res indicanda ex praecedentibus intelligitur et pronomine *id* exprimenda erat, huiusmodi pronomen prorsus omittitur (cf. ad אָמַר pag. 119 B extr.). Gen. IX, 22: וַיַּגֶּד לִשְׁנֵי אֶחָיו *et nunciavit* rem *fratribus suis*, germ. er sagte es seinen Brüdern. Gen. XIV, 13. XXIV, 49. 1 Sam. XIV, 1. XXV, 19. 2 Sam. XVII, 17. 2 Reg. IV, 27. Iob. I, 15 sqq. Ion. I, 10. Paullulum diversa est ratio locorum Iob. XXXVIII, 4: הַגֵּד אִם יָדַעְתָּ בִּינָה, ubi בִּינָה etiam prioris verbi obiectum est h. m. הַגֵּד בִּינָה אִם יָדַעְתָּ, et Iob. XLII, 3: הִגַּדְתִּי וְלֹא אָבִין ubi sententia est, quasi dicas הִגַּדְתִּי אֲשֶׁר לֹא אָבִין *dixi de rebus, quas non perspexeram*. — Contra is cui nunciatur ponitur plerumque sq. לְ, et saepissime verbum conimgitur sq. acc. rei et dat. pers. Iud. XIII, 6: אֶת־שְׁמוֹ לֹא הִגִּיד לִי. XIV, 6. XVI, 18. Gen. XLI, 25. 1 Sam. IX, 8. Jes. XXI, 10. LVIII, 1. Mich. III, 8. Iob. XXXIII, 23. XXXVI, 9, rarius c. acc. rei et acc. pers. (ut verba monstrandi, v. no. 1, adde הוֹדִיעַ c. acc. pers.). Iob. XXXI, 37: מִסְפַּר צְעָדַי אַגִּידֶנּוּ *omnes gressus meos ei* (Deo) *indicarem*, patefacerem. Ez. XLIII, 10 (vide supra no. 1). Iob. XXXVI, 33 (v. supra no. 2 litt. b). Accusativum personae fortasse habes etiam 2 Sam. XV, 31: וְדָוִד הֻגַּד לֵאמֹר, ubi sententia non potest non esse (vide Vers. 28): *et Davidi nunciarunt*, ut recte vett. interpretes. Complures codd. habent לְדָוִד, sed non opus est, scripturam mutare. Neque tamen huc referenda sunt verba Iob. XXVI, 4: אֵת־מִי הִגַּדְתָּ מִלִּין quae non sunt: *cui nunciasti verba?* sed *quocum* i. e. quo tandem auxiliante et inspirante *nunciasti* talia *verba?* hoc enim flagitat alterum membrum: נְשָׁמַת מִי יָצְאָה מִמֶּךָ. Passim additur ב loci, ubi quid nunciatur. Jer. V, 20: הַגִּידוּ זֹאת בְּבֵית יַעֲקֹב *nunciate hoc in domo Iacobi*. 1 Sam. IV, 13. 2 Sam. I, 10. Mich. I, 10. — Part. מַגִּיד nuncius 2 Sam. XV, 13. Jer. IV, 15. LI, 31.

Spec. *indicare, nunciare* (aliquem, aliquid) est aa) i. q. *prodere, deferre* nomen alic. (angeben), sq. acc. pers. Jer. XX, 10: הַגִּידוּ וְנַגִּידֶנּוּ *indicate, indicemus cum* i. e. prodemus, accusabimus eum, sq. acc. rei et dat. pers. Iob. XVII, 5: לְחֶלֶק יַגִּיד רֵעִים qui *praedae* (i. e. praedam agentibus) *indicat* prodit *amicos*; c. acc. rei, *prodidit* rem Jos. II, 14. 20. Eccl. X, 20, omisso acc. Prov. XXIX, 24. — bb) i. q. *praenunciare* futura, de vate, locutio Deutero-Jesaiae fere propria Jes. XLI, 22. 23. 26. XLII, 9. XLIII, 9. XLIV, 7. 8. XLV, 19. 21. XLVI, 10. XLVIII, 3. 5. 14, cf. Jes. XIX, 12. Hos. IV, 12. Dan. XI, 2. — cc) indicare solutionem aenigmatis Iud. XIV, 12. 13. 14. 19 (vide maxime Vers. 12, ubi distinguitur a מָצָא assequi aenigma, recte indicare solutionem). 1 Reg. X, 3, it. somnii Gen. XLI, 24. Dan. II, 2. — dd) *fateri, confiteri* Ps. XXXVIII, 19, cf. CXLII, 3. Jes. III, 9 (v. no. 1). — ee) emphatice, *praedicare, cum laude* celebraro aliquid, c. acc. rei. Ps. XIX, 2: וּמַעֲשֵׂה יָדָיו מַגִּיד הָרָקִיעַ. IX, 12: הַגִּידוּ בָעַמִּים עֲלִילֹתָיו XXII, 32. LI, 17. LXXI, 17. XCII, 3. XCVII, 6. Jes. XLII, 12. LVII, 12. LXVI, 19, omisso accus. Ps. XL, 6. LXXV, 10.

Hoph. הֻגַּד fut. יֻגַּד sunt, pleonast. הֻגַּד Jos. IX, 24. Ruth II, 11 pass. Hiph. no. 2 *indicātus, nunciatus est*, sq. dat. pers. Gen. XXII, 20. XXVII, 42. XXXI, 22. XXXVIII, 13. Jes. VII, 2. XXI, 2 et saepe.

נֶגֶד chald. *fluxit* Dan. VII, 10, cf. Jes. XXX, 25. XLVIII, 21 Targ. (Cf. aeth. ፍኖት: fluctus).

נֶגֶד in Pausa נֶגֶד Deut. XXVIII, 66. 2 Sam. XVIII, 13 pr. subst. *pars antica*, frons, facies rei spectantibus obiecta. In acc. abit in Praep. c. Suff. נֶגְדִּי, נֶגְדְּךָ, נֶגְדּוֹ, נֶגְדָּהּ, נֶגְדֵּנוּ, נֶגְדְּכֶם, נֶגְדָּם 1) *coram, in conspectu, ante* i. q. לִפְנֵי, ut נֶגֶד כָּל־עַמְּךָ coram omni populo tuo Ex. XXXIV, 10. Jos. VIII, 33. Ps. XXII, 26. נֶגֶד אֶלֹהִים Ps. CXXXVIII, 1, נֶגֶד יְהוָה coram Iehova 1 Sam. XII, 3, נֶגֶד הַשֶּׁמֶשׁ coram sole i. e. dum sol in coelo est Num. XXV, 4 (cf. לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ Ps. LXXII, 17). Am. IV, 3: *exibunt* אִשָּׁה נֶגְדָּהּ *quaeque ante se* i. e. qua via patebit (vor sich hin, ihres Weges) cf. Jos. VI, 5. 20 et אִישׁ לְנֶגְדּוֹ Jer. XLIX, 5. Quae in oculis habemus quorumque conspectu gaudemus, ea nobis grata, curae cordique sunt, inde Jes. XLIX, 16: *muri tui* נֶגְדִּי *in conspectu meo* sunt, mihi curae cordique sunt (cf. לְנֶגֶד עֵינַי Ps. XIX, 15. Gen. X, 9). Ps. XXXVIII, 10: נֶגְדְּךָ כָּל־תַּאֲוָתִי *coram te* sunt *omnia vota mea* i. e. tibi curae cordique sunt. — 2) *e regione*. Ex. XIX, 2: נֶגֶד הָהָר *e regione montis*. Jos. III, 16: נֶגֶד יְרִיחוֹ *e regione*

Jerichuntis. VI, 5. 20. Quoniam res comparandae e regione ponuntur Jes. XL, 17: *omnes gentes* sunt *sicut nihil* נֶגְדּוֹ *e regione eius* (cf. בְּנֶגֶד).

Cum Praepositt. 1) בְּנֶגֶד pr. *sicut e regione.* E regione autem ponuntur res comparandae (Jes. XL, 17), sibi respondentes, similes (die Gegenstücke), inde Gen. II, 18: *faciam ei* (homini) *auxilium* כְּנֶגְדּוֹ *quod ipsi respondeat.* Vers. 20. Bene LXX comm. 18: *κατ' αὐτόν*, 20: *ὅμοιος αὐτῷ.* Cf. וְלִנְגֶּד Neh. XII, 9. Apud Rabbinos כנגד saepe usurpatur de rebus sibi similibus cf. pers. برابر e regione, similis, conveniens. Bene Lud. de Dieu ad h. l. „ut autem Vulgati versionem, a quo plerique nostrorum discedunt, stabiliamus magis, sciendum כְּנֶגֶד apud Doctores Hebraeorum non raro ad similitudinem denotandam usurpari, ut in Commentario R. S. J. (Jarchi) ad Mal. I, 7: אסור לנו לחלוק מנחה כנגד מנחה זבח כנגד זבח *prohibitum est nobis partiri manus ad modum muneris et sacrificium ad modum sacrificii.* Sic solent Rabb. dicere דברה התורה כנגד בני אדם *loquitur lex more hominum*, *ἀνθρωποπάθεια* est. At nihil planius illo R. Levi f. Gersonis 1 Sam. XVII, 4: אין כמנהג השרים והסגנים להלחם כי אם עם השרים והסגנים אשר כנגדם *non est ex more ducum et capitaneorum pugnare nisi cum ducibus et capitaneis, qui sibi respondent* i. e. sibi similibus.“ Sed parum elegans profecto quam ipse L. de Dieu primus commendavit explicationem, de qua נֶגְדּוֹ sit *anterius eius* (Onk. קבלוהי. Arabs قُبُلٌ) et ad *genitalia* et coitum referatur, licet etiam recentioribus nonnullis probata sit: neque minus ab Hebraeorum usu alienum, quod Ilgenius suasit (ad Tobiam p. CCLXVII), *secundum stirpem* s. *cognationem eius* coll. aeth. ነገድ፡, de quo vide ad נֶגֶד.

2) לְנֶגֶד, c. Suff. לְנֶגְדִּי, לְנֶגְדֶּךָ cet. a) *coram, in conspectu* i. q. נֶגֶד no. 1. 2 Reg. I, 13. Hab. I, 3. לְנֶגֶד עֵינַי 2 Sam. XXII, 25. Iob. IV, 16. b) *e regione* Jos. V, 13. 1 Par. V, 11, inde *ex adverso, contra* (sensu hostili) Dan. X, 13. Constr. praegnans est Neh. III, 37: *quia irritarunt* (Deum) לְנֶגֶד הַבֹּנִים *opponentes se aedificantibus.* c) *instar* (cf. בְּנֶגֶד) Neh. XII, 9: אַחֵיהֶם לְנֶגְדָּם *fratres eorum instar ipsorum.* d) *pro* (cf. nostr. *vor* et *für*). Neh. XI, 22: *praefectus Levitarum pro* (לְנֶגֶד) *ministerio domus Dei.*

3) מִנֶּגֶד a) pr. *e conspectu* (*vor* etwas *weg*), post verbum removendi Jes. I, 16: *removete opera vestra mala* מִנֶּגֶד עֵינָי *e conspectu oculorum meorum.* Jon. II, 5, avertendi Cant. VI, 5, abiiciendi Ind. IX, 17, abscondendi Jer. XVI, 17. Am. IX, 3, abeundi Prov. XIV, 7 (ubi מִנֶּגֶד לְ), perdendi Ps. XXXI, 23: נִגְזַרְתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ; post nomen Ps. X, 5: רָחוֹק מִשְׁפָּטֶיךָ מִנֶּגְדּוֹ *remota sunt iudicia tua ab eo.* Sic מִנֶּגֶד לְ Iud. XX, 34: וַיִּבְאוּ מִנֶּגֶד לְגִבְעָה *et venerunt e regione Gibeae* (aus der Gegend von Gibea her, von der Seite der Stadt her). Ibi enim insidiae positae erant Vers. 29. Recte LXX. Syr., non bene Luth. *gen* Gibea, et Winerus: *contra* Gibeam. — Singulare est Iud. I. c.: *abiecit vitam suam* מִנֶּגֶד pro pleniore מִנֶּגְדּוֹ *a se*, plane ut nostr. er warf es *davon* pro *von sich*, cf. infra 2 Sam. XVIII, 13.

b) *ex adverso*, *ἐκ τοῦ ἐναντίου* adv. pr. von der gegenüberstehenden Seite her, von gegenüber. 2 Reg. II, 15: *et viderunt eum filii prophetarum Hierichunte* מִנֶּגֶד *ex adverso* (von gegenüber). Deut. XXXII, 52: כִּי מִנֶּגֶד תִּרְאֶה אֶת־הָאָרֶץ *nam ex adverso* (von gegenüber, von jenseit des Jordan her) *videbis terram.* Dein etiam: auf der gegenüberstehenden Seite, *e regione*, gegenüber, siquidem locus paullulum remotus ita quoque describi potest, ut ad nos prospiciat (v. מֵרָחוֹק s. v. מִן no. 3, i. k, ipsumque lat. e regione, ex adverso, gr. ἐξ ἐναντίας). 2 Reg. III, 22: *viderunt Moabitae e regione* (gegenüber, auf dem jenseitigen Gebiete) *aquas rubras instar sanguinis.* Quae autem *e regione* loci sunt, ea necessario ab eo paullulum remota sunt, quo factum est, ut מִנֶּגֶד simul significet, modico spatio aliquid a loco distare: *eminus*, in einiger Entfernung. Gen. XXI, 16: וַתֵּשֶׁב לָהּ מִנֶּגֶד הַרְחֵק כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת *et consedit e regione* (eminus) *intra iactum arcus.* LXX. *μακρόθεν ὡσεὶ τόξου βολήν.* 2 Reg. II, 7: וַיַּעַמְדוּ מִנֶּגֶד מֵרָחוֹק *et constiterunt ex adverso e longinquo* (cf. ad מִן l. c.). IV, 25: *et quum videret eum vir Dei* מִנֶּגֶד *eminus*, quod vix differt a מֵרָחוֹק. Num. II, 2: *castra posuerunt Israëlitae* מִנֶּגֶד סָבִיב לְאֹהֶל מוֹעֵד *eminus circumcirca tentorium conventus*, i. e. circa tentorium sacrum, ita quidem ut tentoria eorum modico spatio a tentorio sacro distarent. — Sq. genit. praep. *ex adverso* alic. rei. Neh. III, 19. 25. 27. 1 Sam. XXVI, 20: מִנֶּגֶד פְּנֵי יְהוָה *ex adverso faciei Dei* i. q. לִפְנֵי יְ in conspectu Dei, unter den Augen Jehova's (non, ut de Wette: fern vom Angesichte Jehova's). Ps. XXXVIII, 12: *amici mei* מִנֶּגֶד נִגְעִי יַעֲמֹדוּ *e regione plagae meae stant*, quod non magnopere differt a verbis alterius membri: קְרוֹבַי מֵרָחוֹק יַעֲמֹדוּ, quum מִנֶּגֶד spatium aliquod interiectum ponat. — Pro מִנֶּגֶד לְ *e regione* alic. לְ praemisso legitur Deut. XXVIII, 66: *et vita tua pendebit* לְךָ מִנֶּגֶד *tibi e regione* (nostr. dir gegenüber), e regione tui, quasi in eo sit, ut anfugiat, i. e. in praesentissimo vitae periculo versaberis. Bene Luth. *dein Leben wird vor dir schweben.* Sequitur: וְלֹא תַאֲמִין בְּחַיֶּיךָ.

c) *ex adverso*, sensu hostili, nostr. gegenüber, auf feindlicher Seite, cf. ὁ ἐξ ἐναντίας de adversario Tit. 2, 8. Obad. 11: בְּיוֹם עָמְדְךָ מִנֶּגֶד *quum stares ex adverso* i. e. a parte hostium. 2 Sam. XVIII, 13: וְאַתָּה תִתְיַצַּב מִנֶּגֶד *tu* ipse *stares ex adverso*, tu ipse ex adversa parte stares, contra me surgeres.

נֶגֶד chald. *e regione, ex adverso.* Dan. VI, 11: *e regione Hierosolymorum* (in der Richtung nach Jerusalem).

נָגִיד *princeps, praefectus*, a praeeundo dictus, vide rad. ibique usum Syrorum, cf. germ. *Fürst*, dan. *Fyrsten, Förster*, i. q. angl. *first*, dan. *først* primus. (Phoen. נגד lege נגד *princeps*, v. inscr. Sard. lin. 2. n. pr. ibid. lin. 7. Chald. נְגִיד, נְגוֹד id., syr. ܢܓܺܝܕ principes, arab. نَجِيدٌ princeps, animosus, fortis, unde نَجُدَ strenuus, magnanimus fuit). Usurpatur 1) de quovis *praefecto*, ut templi 1 Par. IX, 11. 2 Par. XXXI, 13.

XXXV, 8. Jer. XX, 1. Neh. XI, 11, sacerdotum 1 Par. XII, 27, aerarii sacri 1 Par. XXVI, 24. 2 Par. XXXI, 12, palatii regii 2 Par. XXVIII, 7, tribuum 2 Par. XIX, 11, militum 1 Par. XIII, 1. XXVII, 1. 2 Par. XXXII, 21. — 2) *κατ' ἐξοχήν* de *principe* populi, vocabulum generale, quod etiam *regiam* dignitatem complectitur. 1 Sam. IX, 16: וּמְשַׁחְתּוֹ לְנָגִיד עַל עַמִּי יִשְׂרָאֵל. X, 1. XIII, 14. XXV, 30. 2 Sam. V, 2. VI, 21. VII, 8. 1 Reg. I, 35. XIV, 7. Iob. XXXI, 37. Jes. LV, 4. Ez. XXVIII, 2. Prov. XXVIII, 16: נָגִיד חָסֵר תְּבוּנוֹת *princeps prudentia carens.* Dan. IX, 25: נְגִיד מָשִׁיחַ princeps unctus. XI, 22: נְגִיד בְּרִית princeps confoederatus. Plur. נְגִידִים Iob. XXIX, 10. Ps. LXXVI, 13. — 3) *nobilis, generosus* (v. supra usum Arabum). Plur. abstr. נְגִידִים nobilia, generosa Prov. VIII, 6. LXX. *σεμνά.* Vulg. res magnae. Syr. et Chald. veritas.

נָגַהּ *splenduit, fulsit.* (Syr. ܢܓܗ luxit, illuxit. Aph. transit. Sed quod lex. Simonisiani editores habent, ܐܓܗ eminuit et emicuit sol oriens, ortus est sol, auctoritate caret). Dicitur de luce Jes. IX, 1. Iob. XXII, 28, de flamma XVIII, 5.

Hiph. 1) *fulgere fecit* (lucem suam). Jes. XIII, 10. — 2) *collustravit* Ps. XVIII, 29. 2 Sam. XXII, 29.

נֹגַהּ f. (Hab. III, 4) 1) *splendor, fulgor*, ut ignis Jes. IV, 5. Ez. I, 4. 13. 27. 28, lucis Jes. L, 10. Am. V, 20, solis 2 Sam. XXIII, 4, eiusque orientis Prov. IV, 18, lunae Jes. LX, 19, stellarum Joël II, 10. IV, 15, ensis Hab. III, 11; de splendore quo circumfusum cogitabant numen (כְּבוֹד יְהוָה) Ez. X, 4. Hab. III, 4. Ps XVIII, 13. — 2) n. pr. filii Davidis 1 Par. III, 7. XIV, 6.

נְגַהּ emphat. נְגָהָא chald. *lux matutina, aurora*, unde כּוֹכַב נְגַהּא stella aurorae est Lucifer Jes. XIV, 12. Esth. X, 3 Targ. (Syr. ܢܓܗ, ܢܘܗܪܐ, et ܢܘܗܪܐ, ܢܘܗܪܐ prima lux auroraq, Lex. Adl. ضوء الفجر). Dan. VI, 20: בִּשְׁפַרְפְּרָא יְקוּם בִּנְגָהָא *sub auroram surrexit ad primam lucem*, ac posterius quidem priore fortius est. Theodot. *τὸ πρωΐ ἐν τῇ ᾠδῇ.*

נְגֹהָה f. *splendor, lux*, plur. Jes. LIX, 9.

נָגַח fut. יִגַּח *ferit* cornu, de bestiis cornutis Ex. XXI, 28. 31. 32. Cod. Sam. pro eo substituit verbum נכה, quod mireris, quum rad. נגח etiam chaldaeae linguae non incognita sit, v. Onk. l. c. Jon. Deut. XXXIII, 17. (Est haec radix ex onomatopoëticis. Feriendi enim pulsandique notio inest tum in syllaba נג, נכ, cf. נָגַד, נָגַח, נָגַן, נָגַל, tum in altera, quae desinit in ח, cf. נָבַח latravit pr. pulsavit i. q. נָבַב, נָדַח et נָכַח cornu petiit).

Pi. id. Ez. XXXIV, 21. Dan. VIII, 4, translate de victore, gentes coram se prosternente Deut. XXXIII, 17. 1 Reg. XXII, 11. Ps. XLIV, 6: בְּךָ צָרֵינוּ נְנַגֵּחַ *te auxiliante hostes nostros prosternimus.* (Cf. Dan. VIII, 7 sqq.). Inde

Hithpa. bellum gessit cum al. Dan. XI, 40, pr. cornibus ferierunt se invicem. Chald. dicitur אֲתָה קְרָבָא, אֲגִיחַ ק׳ bellum gessit Num. XXI, 26. Iud. V, 25. XI, 5, sq. עִם cum aliquo 1 Sam. XVII, 32, pass. Ittaph. אִתְנַגַּח קְרָבָא Ex. XVII, 16, et omisso קְרָבָא Ez. XXXII, 2. Ps. LVI, 2. 3 Targ. Eodem modo transfertur arab. نَطَحَ cornu petiit Conj. III. pugnam commisit, مُنَاطَحَةٌ arietatio, bellum, vit. Tim. T. II p. 24.

נָגָח adj. *petulcus*, de bove. Ex. XXI, 29. 36.

נָגַל rad. inusit. Arab. نجل fidit, confodit hasta (cogn. חָלַל?). Addit Simonis aethiop. ΦΛ: „abscidit, resecuit", sed hoc potius est „evulsit, eradicavit." Inde

מַגָּל m. *falx messoria.* Jer. L, 16. Joël. IV, 13. Arab. مِنْجَلٌ id. Abulf. Ann. IV p. 600, syr. ܡܓܠܐ, unde paullo corruptius Armeni մանգաղ *mangagh.*

נָגַן pr. ut videtur, pulsavit, ferit (cogn. verbis נָגַד, נָגַע, נָגַף v. ad נָגַח). Inde 1) *pulsavit* fides. Part. נְגִנִים fidicines Ps. LXVIII, 26. — 2) i. q. arab. وَجَنَ (prima radicali emollita) tutudit, contudit, ut fullo pannum, hebr. calcavit, pressit uvas, unde גַּת.

Pi. pulsavit fides. 1 Sam. XVI, 23: וְלָקַח דָּוִד אֶת־הַכִּנּוֹר וְנִגֵּן בְּיָדוֹ. Jes. XXIII, 16: הֵיטִיבִי נַגֵּן הַרְבִּי שִׁיר. 1 Sam. XVI, 16. 17. 18. XVIII, 10. XIX, 9. 2 Reg. III, 15. Ps. XXXIII, 3. Jes. XXXVIII, 20. (Chald. id.). LXX. *ψάλλω, καθαρίζω.*

נְגִינָה f. 1) *cantus fidium* Jes. XXXVIII, 20. Thren. V, 14. — 2) *instrumentum pulsatile*, quale erat cithara, nablium, in titulis Psalmorum IV. VI. LIV. LV. LXI. LXVII. LXXVI. Hab. III, 19. — 3) *carmen* ad fidium sonum decantatum, *psalmus* Ps. LXXVII, 7, spec. *dicterium*, carmen irrisorium Iob. XXX, 9: וְהָיִתִי נְגִינָתָם. Thren. III, 14.

מְנַגְּנִים f. l. q. נְגִינָה no. 3. *dicterium.* Thren. III, 63.

גַּת (contr. ex גַּנָּת pro גַּנָּת, ut בַּת ex בַּנָּת) f. (Joël IV, 13) 1) *torcular*, vel potius *cupa*, in qua uvae pedibus conculcantur, unde succus uvis extortus in lacum torcularem (יֶקֶב) iuxta vel infra positum influit. LXX. *ληνός.* Joël IV, 13. Iud. VI, 11. דָּרַךְ בְּגַת Jes. LXIII, 2. דָּרַךְ גַּת Thren. I, 15. Neh. XIII, 15 calcavit uvas in torculari, quod poët. refertur ad conculcationem hostium Thren. et Jes. ll. cc. Plur. גִּתוֹת Neh. l. c.,

in quo ת feminini generis servatum est, ut in קָשְׁתוֹת, דַּלְתוֹת.

2) n. pr., urbs Philistaeorum (LXX. Γέθ, Joseph. Γίττα, Γίττη) ex numero quinque urbium principalium 1 Sam. VI, 17. XXI, 10. XXVII, 2. 2 Sam. I, 20. XV, 18, sed nescio an reliquis paullo obscurior (v. Zeph. II, 4. Am. I, 6—8), in qua Goliath natus est 1 Sam. XVII, 4, ab Hebraeis aliquoties expugnata (v. 1 Par. XVIII, 1. 2 Par. XI, 8. 2 Par. XXVI, 6), sed ita ut mox iugum exuisse videatur (1 Reg. II, 39. Am. VI, 2. Mich. I, 10). Hieron. ad Mich. 1: Geth una est de quinque urbibus Palaestinae vicina Judaeae confinio et de Eleutheropoli cuntibus Gazam, nunc usque vicus vel maximus. Eusebius in Onom. Gettam 5 milliaribus ab Eleutheropoli remotam fuisse testatur in via versus Diospolin i. e. Lyddam. Inde patron. גִּתִּי 2 Sam. VI, 10. 11. XV, 18. Jos. XIII, 3.

3) גַּת הַחֵפֶר (cupa fossionis cf. Jes. V, 2) n. pr. oppidi Sebulonitarum. Jos. XIX, 13 (ubi cum He locali גַּתָּה חֵפֶרָה), quod Jonae prophetae incunabulis celebratum est 2 Reg. XIV, 25. Hieron. praef. ad Jonam: Geth in secundo Saphorim milliario, quae hodie appellatur Diocaesarea, cuntibus Tiberiadem haud grandis est viculus, ubi et sepulcrum eius (Jonae) ostenditur.

4) גַּת רִמּוֹן (torcular mali punici) n. pr. oppidi Danitarum Jos. XIX, 45, teste Hieronymo villa erat praegrandis in decimo milliario Diospoleos pergentibus Eleutheropolin.

גִּתַּיִם (duo torcularia) n. pr. oppidi Benjaminitarum Neh. XI, 33.

גִּתִּית f. instrumenti musici genus Ps. VIII, 1. LXXXI, 1. LXXXIV, 1, neque a גַּת urbe (Targ.) neque a torculari (גַּת) nomen habens (vide Michaelis suppl. p. 382), sed ut bene observat Rendtorff de praecepto musico לַמְנַצֵּחַ עַל הַגִּתִּית, Lipsiae 1831 p. 24, instrumentum *pulsatile*, a גַּת pro נָגַת, נָגְתָה *cantus fidium.*

נָגַע fut. יִגַּע inf. גְּעַת Gen. XX, 6. Jos. IX, 19. Iob. VI, 7 c. Suff. נָגְעוֹ, נָגְעָה Ruth. II, 9. Lev. XV, 23 (Nun enim in hac radice necessarium haud facile abiici poterat), גָּעַת 2 Sam. XIV, 10. Ez. XVII, 10.

1) *percussit.* (Vicinae radd. sunt נָגְפָה, נָגְהָה, neque non נָגַף, נָגַן, נָגַת. Syllaba primaria est נג, נכ, quae *pulsandi, percutiendi* vim habuisse videtur, v. ad נָגְפָה. Vel hanc ob caussam *percutiendi* potestatem, quae in Piel, Niph. et in nomine נֶגַע usitata est primariam, *tangendi* i. e. leniter percutiendi vim ex illa paullulum mitigata ortam esse censeo, ut saepe fortior graviorque eaque nativa significatio in Piel servata esse solet v. Lgb. p. 242. Ipsum *tango*, a rad. *tog*, *τέγ-ω*, *θίγ-ω* propriam pulsandi vim habuisse videtur). Sq. ב Gen. XXXII, 26: נָגַע כַּף יְרֵכוֹ *et percussit acetabulum femoris eius*, statim enim additur: *et luxatum est femur eius.* Comm. 33. Iob. I, 19: *venit ventus e deserto* וַיִּגַּע בְּאַרְבַּע and *percussit quattuor angulos domus.* LXX. ἤψατο. Syr. concussit. Eodem referri possunt plura exempla ad no. 2, a laudata. Inde de Deo, qui plagis aliquem afficit 1 Sam. VI, 9: כִּי לֹא יָדוֹ נָגְעָה בָּנוּ. Iob. XIX, 21. Part. pass. נָגוּעַ plaga divina percussus. Jes. LIII, 4 (additur מֻכֵּה אֱלֹהִים a deo percussus). Ps. LXXIII, 14. Translate: ferit i. e. *laesit* ventus aliquid (arab. مَسَّ). Ez. XVII, 10.

2) *tetigit* (LXX plerisque locis ἅπτεσθαι). Coniungitur creberrime sq. ב (*am*ühren) Gen. III, 3: וְלֹא תִגְּעוּ בּוֹ. Exod. XIX, 12. Lev. V, 3. VI, 11. 20. VII, 19. XI, 24 sqq. Num. XIX. 11. Deut. XIV, 8. Ps. CIV, 32. Dan. VIII, 5. 18. X, 10 al.; sq. עַל Jes. VI, 7: וַתִּגַּע עַל שְׂפָתֶיךָ. Dan. X, 16; sq. אֶל Num. IV, 15: וְלֹא יִגְּעוּ אֶל הַקֹּדֶשׁ. Hagg. II, 12: נָגַע בְּכַנְפּוֹ *et tangit ora vestis panem;* sq. עַד Iob. IV, 5: *nunc te tangit* (jetzt trifft es dich), sq. acc. Jes. LII, 11: טָמֵא אַל תִּגָּעוּ *immunda ne tangatis*, et omisso acc. ex superioribus repetendo Iob. VI, 7. Thren. IV, 15. — *Tangere* autem aliquem, aliquid spec. est a) eum *violare*, vim ei inferre (jem. antasten). Gen. XXVI, 11: הַנֹּגֵעַ בָּאִישׁ הַזֶּה *qui violat hunc virum eiusque uxorem.* Vers. 29. Jos. IX, 19: וְעַתָּה לֹא נוּכַל לָנְגֹעַ בָּהֶם. Zach. II, 12: הַנֹּגֵעַ בָּכֶם נֹגֵעַ בְּבָבַת עֵינִי. Ruth II, 9. Jer. XII, 14. Iob. I, 11, sq. אֶל II, 5. — b) *tangere* mulierem, dicitur de tactu minus verecundo, et honeste de concubitu Prov. VI, 29: לֹא יִנָּקֶה כָּל־הַנֹּגֵעַ בָּהּ *non impunis erit quicunque eam tangit*, sq. אֶל Gen. XX, 6 cf. etiam XXVI, 11. (Ita gr. ἅπτεσθαι γυναικός 1 Cor. VII, 1 cf. Fesselii advers. sacra II, 17, lat. tangere mulierem Hor. Serm. 1, 2, 54. Terent. Plaut., arab. مَسَّ tetigit mulierem, i. e. rem habuit cum ea Cor. 19. 20). — c) *commovere* animum alic. (das Herz jem. rühren). 1 Sam. X, 26: אֲשֶׁר נָגַע אֱלֹהִים בְּלִבָּם.

3) sensu locali: *attigit* aliquid, *pertigit ad* aliquid (an etwas anstossen, daran reichen, eig. es berühren). Sq. ב 1 Reg. VI, 27. Hos. IV, 2: וְדָמִים בְּדָמִים נָגָעוּ sq. עַד Mich. I, 9. נָגַע עַד שַׁעַר עַמִּי *pertingit usque ad portam populi mei.* Jes. XVI, 8. Jer. IV, 10: כִּי נָגְעָה חֶרֶב, cf. comm. 18; sq. אֶל Jer. II, 9: כִּי נָגַע חַטָּאתָם בְּנַפְשָׁם *nam ad cor eius pertingit poena eius;* sq. עַל Iud. XX, 34: *nesciebant* כִּי נָגְעָה עֲלֵיהֶם רָעָה *periciem iis prope instare.* Comm. 41. Cf. syn. הִשִּׂיג. Inde

4) *pervenit* ad aliquem, aliquid, sq. ב 2 Sam. V, 8, sq. אֶל Jon. III, 6: וַיִּגַּע הַדָּבָר אֶל מֶלֶךְ נִינְוֵה. Dan. IX, 21. Absol. *advenit* tempus Esr. III, 1: וַיִּגַּע הַחֹדֶשׁ הַשְּׁבִיעִי. Neh. VII, 73 (VIII, 1). Cf. הִשִּׂיג no. 5.

Niph pass. no. 1. *percussus, caesus est* (exercitus). Jos. VIII, 15: וַיִּנָּגְפוּ יִשְׂרָאֵל לִפְנֵיהֶם וַיִּנָּסוּ *et caesi sunt Josue et Israelitae coram iis et fugerunt.* Vulg. sensum exprimens: cesserunt metu, simulantes metum et fugientes. Masius: fingebant se caedi (cf. in Hithpa. הִתְחַלֵּל), alii: caedi se patiebantur. sed nil opus est,

a vulgari significatione recedere, fictam enim et cladem et fugam fuisse, ex orationis contextu satis apparet, cf. Iud. XX, 36. Recte Kimchi: ויתכן לפרשו שהיו כן נגועים כי אחר שהיו נסים לא יתכן שלא היו נגועים שהרי לא היו משיבים מלחמה לרדפים אחריהם ואילו היה פירשו שהראו עצמם נגועים מבלתי שהיו נגועים היה אומר בלשון התפעל ויתחזעו כי כן הממשפט.

Pi. i. q. Kal no. 1 *percussit*, ubique de plagis divinis alicui inflictis. Gen. XII, 17: וַיְנַגַּע יְיָ אֶת פַּרְעֹה נְגָעִים גְּדֹלִים. 2 Reg. XV, 5: וַיְנַגַּע יְיָ אֶת הַמֶּלֶךְ וַיְהִי מְצֹרָע *et percussit Iova regem et lepra correptus est* (cf. נֶגַע no. 2). 2 Par. XXVI, 20.

Pu. percussus est se. plagis divinis Ps. LXXXIII, 5.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2 *tangere, attingere fecit.* Jes. VI, 7: וַיַּגַּע עַל פִּי וַיֹּאמֶר נָגַע זֶה עַל וגו׳ *et attingere fecit* (lapidem ardentem V. 6) *labia mea et dixit:* simulatque *hoc tangit labia tua.* V, 8: הוֹי מַגִּיעֵי בַיִת בְּבַיִת *vae iis qui domum domui iungunt* i. e. longos domuum ordines vel coemunt vel alio quocunque etiam iniusto modo acquirunt. Saepius in locutione: הִגִּיעַ אֶל הָאָרֶץ Ez. XIII, 14, ה׳ הִגִּיעַ עַד עָפָר Thren. II, 2, לָאָרֶץ Jes. XXVI, 5, adeoque ה׳ לָאָרֶץ עַד עָפָר ib. XXV, 12 in pulverem eoniicere aedificium, oppidum destruetum, inde funditus destruxit.

2) i. q. Kal no. 2 *tetigit*, sq. לְ Ex. IV, 25. 2 Par. III, 11. 12, sq. אֶל Ex. XII, 22, sq. עַל Jer. I, 9.

3) i. q. Kal no. 3 *pertigit* ad aliquid (an etwas reichen). Sq. עַד Jes. VIII, 8: עַד צַוָּאר יַגִּיעַ *usque ad collum pertingit* (fluvius tumidus); עַד 2 Par. XXVIII, 9; לְ Iob. XX, 6; sq. acc. cum He locali Gen. XXVIII, 12: וְרֹאשׁוֹ מַגִּיעַ הַשָּׁמַיְמָה *et caput pertigit ad coelum.* Inde *contigit* alicui fortuna sive prospera sive adversa. Eccl. VIII, 14. Esth. IX, 26 (sq. אֶל). Cf. נָצָא no. 2.

4) *pervenit* ad loeum (wohin gelangen). Sq. עַד Ps. CVII, 18: וַיַּגִּיעוּ עַד שַׁעֲרֵי מָוֶת, sq. אֶל 1 Sam. XIV, 9: עַד הַגִּיעֵנוּ אֲלֵיכֶם, sq. לְ Ps. LXXXVIII, 4, sq. acc. Jes. XXX, 4 (den Ort erreichen). Esth. IV, 3. VIII, 17. It. ad tempus. Dan. XII, 12: *beatus ille qui exspectat* וְיַגִּיעַ לְיָמִים וגו׳ *et pervenit ad dies* 1335. Inde *assecutus, consecutus est* aliquid (zu etwas gelangen). Sq. לְ Esth. IV, 14: אֲשֶׁר הִגַּעַתְּ לַמַּלְכוּת, sq. gerundio IX, 1: הִגִּיעַ לַעֲשׂוֹת *quum eo perveniret mandatum regium, ut ei satisfieret.* Etiam in hac formula: *manus mea assequitur* aliquid i. e. acquirere potest Lev. V, 7, vide מָצָא no. 2, litt. e.

5) *advenit*, absol. de hominibus Esth. VI, 14, saepius de tempore Ez. VII, 12: בָּא הַיּוֹם הִגִּיעַ הַיּוֹם. Eccl. XII, 1. Cant. II, 12. Esth. II, 12. 15: הִגִּיעַ תֹּר אֶסְתֵּר.

2) *virga, baculum*, quod manu gerere quoque inniti solent viri Gen. XXXVIII, 35 (cf. quae de Babyloniis narrat Herod. 1, 195). Exod. IV, 2. 4. 17. VII, 15 sqq. Num. XVII, 21 sqq. 1 Sam. XIV, 43, quo frumentum excutitur Jes. XXVIII, 27, max. quo castigatur (Zuchtruthe) Jes. X, 5. 15. 24. IX, 3: מַטֵּה שִׁבְמוֹ *baculum tergi eius*, quo tergum eius verberatum est. XIV, 5. XXX, 32. Inde Ez. VII, 11: חָמָס קָם לְמַטֵּה רֶשַׁע *violentia* hostium *surgit ad castigandam impietatem.* Comm. 10: צֶץ הַמַּטֶּה *efflorescit virga* sc. vos castigatura. Theodoretus ad h. l. ῥάβδον δὲ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσεν. (Abulwalidi מַטֶּה h. l. idem valet quod מִטָּה i. e. inclinatio iuris). Hab. III, 9: שִׁבְעוֹת מַטּוֹת אֹמֶר *iureiurando firmatae sunt castigationes promissae* (zugeschworen sind die angedroheten Zuchtruthen d. i. Züchtigungen). Mich. VI, 9: שִׁמְעוּ מַטֶּה *audite virgam* i. e. castigationem, poenam. — Locutio: שִׁבֵּר מַטֵּה לֶחֶם *fregit scipionem panis* est i. q. panis inopiam effecit (panis enim Hebraeis fultura cordis appellatur, v. בָּצַע), pr. igitur: *fregit*

cordis humani *futuram*, quae *panis* est Lev. XXVI, 26. Ps. CV, 16. Ez. IV, 16. V, 16. XIV, 13. — Spec. dicitur a) de baculo regis s. sceptro Ps. CX, 2, inde pro *imperio* Jer. XLVIII, 17; b) de hasta militis 1 Sam. XIV, 27. Hab. III, 14.

3) *tribus* populi Israëlitici (pr. ramus no. 1) i. q. שֵׁבֶט Num. XXXIV, 11. 15. XXXVI, 3. 4. מַטֵּה לֵוִי Num. I, 49, מַטֵּה יְהוּדָה Num. XIII, 2 sqq. Jos. XX, 8 sqq. XXI, 4 sqq., saepe etiam hoc modo: מַטֵּה בְנֵי שִׁמְעוֹן, מַטֵּה בְנֵי דָן Num. XXXIV, 20. 22. 24 sqq. Jos. XIII, 29. XV, 20. XVI, 8. XVIII, 11. רָאשֵׁי הַמַּטּוֹת capita tribuum 1 Reg. VIII, 1, רָאשֵׁי אֲבוֹת הַמַּטּוֹת capita familiarum in tribubus Jos. XIV, 1. XXI, 1.

מַט (pro מַטָּה, ut מַעַל pro מַעֲלָה) inclinatio, locus inferior, nonnisi cum He locali:

מִטָּה (Milel) adv. *deorsum* (opp. מַעְלָה sursum). Prov. XV, 24, מִטָּה מִטָּה Deut. XXVIII, 43

Cum praefixis: 1) לְמִטָּה a) *deorsum* 2 Par. XXXII, 30. Ez. I, 27. VIII, 2. Eccl. III, 21. Opp. לְמַעְלָה. — 1 Par. XXVII, 23: לְמִבֶּן עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמִטָּה *ab eo qui viginti annos natus est et deorsum.* Huc referas etiam Deut. XXVIII, 13: וְהָיִיתָ רַק לְמַעְלָה וְלֹא תִהְיֶה לְמִטָּה *eris semper sursum, non deorsum*, nostr. es geht mit dir immer aufwärts, nie abwärts. — b) *infra.* 2 Reg. XIX, 30 (Jes. XXXVII, 31). Jer. XXXI, 37. (Opp. מִלְמַעְלָה). Sq. מִן Esr. IX, 13: *tu, deus noster, pepercisti* לְמִטָּה מֵעֲוֹנֵינוּ *infra peccatum nostrum.* Opp. esset: punivisti nos supra peccatum nostrum.

2) מִלְמִטָּה *ab inferiore parte, infra* (opp. מִלְמַעְלָה) Ex. XXVI, 24. XXVII, 5. XXVIII, 27. XXXVI, 29. XXXVIII, 4. XXXIX, 20.

מִטָּה f. 1) *lectus* (ut gr. κλίνη a κλίνω) a) dormientium et aegrotantium Gen. XLVII, 31. XLVIII, 2. XLIX, 33. Exod. VII, 28. 1 Sam. XIX, 13. 16. 2 Sam. IV, 7. 1 Reg. XXI, 4. 2 Reg. I, 4. 6. 16. IV, 30. Ps. VI, 7. b) in quo ad mensam accumbebant Esth. I, 6. Ezech. XXIII, 41, vel otio et quieti se dabant (Sopha) 1 Sam. XXVIII, 23. Esth. I, 6. VII, 8. Prov. XXVI, 14. Am. III, 12. VI, 4. — 2) *lectica*, sella gestatoria Cant. III, 7. — 3) *feretrum* s. lectica in qua mortui efferuntur 2 Sam. III, 31.

מַטֶּה vel **מָטֶה**, pl. וֹת (pr. part. Ho.) 1) *extensio, expansio* Jes. VIII, 8. 2) *inclinatio* s. *flexio iuris* Ez. IX, 9. Vide rad.

נָטַל fut. יִטֹּל 1) *sustulit.* (Chald. id., chald. et sam. etiam profectus est, pr. sich aufmachen, sich erheben. Syr. gravis fuit, quod a tollendo ductum est. Rad. cognatae sunt תָּלַל, תָּלָה, in linguis indogerm. sanscr. *tul* i. q. lat. *tollere*). Jes. XL, 15: אִיִּים כַּדַּק יִטֹּל *insulas* (magnas terras) *ut pulvisculum tollit.* Al. insulas *portat*, quae significatio nonnisi in Chaldaismo invenitur. Al. *insulae* sunt *ut pulvisculus* quem aliquis *tollit*, frigente sententia. Al. denique: ut pulvisculus, *qui proiicitur*, ut יִטּוֹל sit fut. Niph. a טוּל, quod non minus languidum est. — 2) *imposuit* alicui, sq. עַל. Thren. III, 28: כִּי נָטַל עָלָיו *quia* (Deus) *ei imposuit* sc. calamitatem. 2 Sam. XXIV, 12: שָׁלֹשׁ אָנֹכִי נוֹטֵל עָלֶיךָ *tria tibi impono* (vel *propono*) בְּחַר לְךָ אַחַת מֵהֶם *elige tibi unum ex illis.* Quum aliquid difficultatis habere videretur haec locutio, auctor Paralipomenon in loco gemino 1 Par. XXI, 10 hanc optavit scripturam: שֹׁ אָנֹכִי נוֹטֶה עָלֶיךָ. In eandem sententiam Jer. XXI, 8 dictum est נֹתֵן לִפְנֵי.

Pi. i. q. Kal no. 1. Jes. LXIII, 9. Copulatur cum נָשָׂא, ut nostr. heben und tragen.

נָטוּל verb. pass. *onustus* (cui aliquid impositum est). Zeph. I, 11: נְטוּלֵי כָסֶף *argento onusti.*

נִטַּל chald. *sustulit* Dan. IV, 31. Praet. pass. VII, 4. (In Targg. saepe pro hebr. נָשָׂא tollendi, neque non portandi significatu).

נֶטֶל m. *gravitas, onus* Prov. XXVII, 3.

נָטַע fut. יִטַּע, inf. נְטוֹעַ et נְטַעַת pr. *statuit* rem erectam, quod ita fit, ut solo *infigatur, inseratur.* Radd. cognatae sunt נָצַע posuit, נָצַג Hi. הִצִּיג id. neque non נָצַב et נָצָב. In linguis indogerm. conferri potest, sanscr. *dhâ*, gr. *τίθημι.* Spec.

1) *plantavit* arborem, hortum, vineam Gen. II, 8. IX, 20. Lev. XIX, 23. Num. XXIV, 6. Deut. XX, 6. Jes. XLIV, 14. Jer. XXIX, 5. 28. Eccl. III, 2 (opp. עָקַר) et saepe. Arbores silvestres *Deus plantasse* dicitur Num. XXIV, 6. Ps. CIV, 16. Locus, in quo aliquid plantatur, ponitur praevio בְּ Jer. XXXII, 41, עַל Am. IX, 15, it. in acc. (bepflanzen, plantis conserere locum) Ezech. XXXVI, 36, inde sq. dupl. acc. *consevit* hortum aliqua re Jes. V, 2. Jer. II, 21. Translate dicunt: a) *plantare populum*, h. e. sedes stabiles ei assignare (cf. nostr. ein Volk *verpflanzen*, die Pflanzstadt). Am. IX, 15. Jer. XXIV, 6: *eos plantabo, neque evellam.* XXXII, 41. XLII, 10. XLV, 4. Ps. XLIV, 3. LXXX, 9. Ex. XV, 17. 2 Sam. VII, 10, cf. opp. נָתַשׁ it. נָטַע et יָחַד Esr. IX, 8. b) Ps. XCIV, 9: (Deus) *qui plantavit aurem* i. e. qui creavit, finxit.

2) *fixit*, clavum Eccl. XII, 11; *fixit* tentorium Dan. XI, 45, inde coeli tentorium Jes. LI, 16: *statuit* simulacrum Deut. XVI, 21 (cf. syr. ܢܨܒ plantavit, fixit tentorium BH. 563).

Niph. plantatus est, metaph. Jes. XL, 24.

נִטַּע, in Pausa נְטַע Iob. XIV, 9, sed c. suff. נִטְעִי Jes. XVII, 11, cstr. sing. נִטַּע Jes. V, 7, pl. נְטָעִי XVII, 10 1) *plantatio* (das Pflanzen) Jes. XVII, 11. — 2) *planta* eaque recens plantata. Iob. XIV, 9. Bene Alex. *νεόφυτον.* — 3) *plantarium*, *locus consitus* Jes. V, 7. XVII, 10. 1 Par. IV, 23.

נְטָעִים m. pl. *plantae* Ps. CXLIV, 12.

מַטָּע pl. estr. מִטָּעֵי Mich. I, 6 m. *plantatio, plantarium.* Ez. XVII, 7. XXXI, 1. XXXIV, 29: *erigam iis plantarium* לְשֵׁם i. e. nomini eorum sedem fixam dabo. Jes. LXI, 3. LX, 21 Keri: נֵצֶר מַטָּעַי *surculus plantationum mearum* i. e. a me plantatus.

נָטַף fut. יִטֹּף *stillavit.* (Arab. نَطَفَ id., نَطْفَةٌ gutta. Syr. et chald. נטף, נְטָף, unde etiam ܢܛܦܐ, אַטָּא gutta, nisi hoc est a cogn. טפף. Aeth. ጠፈፈ: stillavit, sed ጠፈፈ: est percolavit, quod fit stillando. Syllaba primaria נף est ex onomatopoëticis, ut germ. et angl. inserto r, *to drop, tropfen.* Alius originis sunt זוב, זוּף, צוּף). Metaph. de sermone Iob. XXIX, 22: *sermo meus stillabat super eos*, iis gratus erat instar pluviae. Plerumque c. acc. rei: *guttatim demisit* aliquid (cf. נָזַל, הָלַךְ no. 3) Joël IV, 18: וְהֶהָרִים יִטְּפוּ עָסִיס *montes stillant mustum*, de summa vini abundantia Cant. V, 5. 13. Iud. V, 4. Omisso acc. Ps. LXVIII, 9. Translate Cant. IV, 11: נֹפֶת תִּטֹּפְנָה שִׂפְתוֹתַיִךְ *mel stillant labia tua*, de sermonis dulcedine. Prov. V, 3. Similiter Arabes rigandi notionem transferunt ad orationem fecundam, dulcem, v. روى et alia verba synonyma.

Hiph. destillare fecit, stillavit (act.) c. acc. Am. IX, 13, spec. *stillavit* orationem, unde omisso acc. *locutus, vaticinatus est.* Mich. II, 6. 11. Ez. XXI, 2. 7. Am. VII, 16. Cf. נְבָא, נָבָא.

נָטָף m. 1) *gutta.* Iob. XXXVI, 27. — 2) *resina* quaedam suaveolens suffitui sacro adhibita, a stillando dicta, ut gr. *σταχτή* a *στάζω.* Exod. XXX, 34. LXX. *σταχτή* i. e. tum resina myrrhae recentis (Dioscorid. 1, 74), tum resina styracis (לְבְנָה), instar thuris suffitui adhibita (Salmas. exerc. 1, 510 sqq. homonym. hyl. iatr. p. 149 sqq.). Atque haec quidem h. l. intelligenda est.

נְטֹפָה (destillatio) n. pr. loci in vicinia Bethlehemi Esr. II, 22. Neh. VII, 26. Memoratur etiam in Targg. (Ruth IV, 20) et in Talmud. Scheb. 9: עד שיכלו סרניות מבקעת בית נטופה *donec consumantur cardui ex valle Beth-Netopha*, Pea c. 7: כזית הנטופה *ut oliva Netophea. Νετωφά* scribitur Esr. apocr. V, 32. „Nomen affine est Natapha, quae dicitur esse solitudo in Palaestina in actis Sanctorum II, p. 309.“ Reland. — N. gent. est נְטֹפָתִי 2 Sam. XXIII, 28. 29. 2 Reg. XXV, 23. 1 Par. II, 54. IX, 16. Jer. XL, 8.

נְטִיפוֹת pl. f. *inaures*, ita dictae quod ex unica fere margarita oblongiore confectae *guttarum* instar de auribus dependere guttaeque destillantis imaginem referre viderentur. Iud. VIII, 26. Jes. III, 19. Arab. نَطَفَةٌ inauris, margarita pura et pellucida, تَنَطَّفَ inauribus se ornavit puella, cf. gr. *σταλάγμιον* Salmas. exerc. II, p. 1334, lat. stalagmium (Plaut. Menaechm. 4, 3, 18), quod est inaurium genus a stillando (*σταλάζω*) dictum. Schroeder de vest. p. 46 sqq. Plerique vett. intpp. *torquem, monile* reddunt, non bene.

נָטָפָה (pro נְטָפָת gutta cf. syr. ܢܛܦܬܐ) n. pr. filiae Salomonis 1 Reg. IV, 11.

נָטַר fut. יִטֹּר et יִטְּוֹר Jer. III, 5 *custodivit* i. q. vic. נָצַר (quod multo frequentius est) et שָׁמַר, sed fere poët. (Chald. et syr. נְטַר, ܢܛܪ, arab. نطر id. v. c. custodivit hortum, vineam, ناطر custos horti, vineae). V. c. vineam Cant. I, 6. VIII, 11. 12.

2) Spec. *servavit* sc. iram, quod vc. subaudiendum (cf. *φυλάσσειν χόλον* Il. 16, 30). Ps. CIII, 9: לֹא לָעַד יָרִיב וְלֹא לְעוֹלָם יִטֹּר *non perpetuo servat* (iram). Jer. III, 5. 12; sq. לְ pers. Nah. I, 2: נֹטֵר הִוא לְאוֹיְבָיו *servans* iram *hostibus suis*, et אֶת Lev. XIX, 18: לֹא תִטֹּר אֶת־בְּנֵי עַמֶּךָ *ne sis memor iniuriarum apud populares tuos.* Eadem ellipsis est in verbo שָׁמַר Jer. III, 5. Iob. X, 14.

3) i. q. arab. نطر speculatus est (quod a custodiendo ductum), v. מַטָּרָה no. 2.

נְטַר chald. *servavit*, addito בְּלִבָּה in animo suo. Dan. VII, 28, cf. Luc. II, 19.

מַטָּרָה et מַטָּרָא Thren. III, 12 f. 1) *locus custodiae, carcer* Neh. III, 25. XII, 39. Jer. XXXII, 2. 8. 12. XXXIII, 1. XXXVII, 21. XXXVIII, 6. 13. 28. XXXIX, 14. 15.

2) *meta, scopus*, quem iaculando petunt (v. rad. no. 3), ut *σκόπος* a *σκέπτομαι* 1 Sam. XX, 20. Iob. XVI, 12. Thren. l. c. Sed arab. مَنْظَرٌ non scopum significat (ut est in Sim. lex. ed. 3 et 4), sed speculam.

נָטַשׁ fut. יִטֹּשׁ, plene יִטּוֹשׁ 1) pr. *contudit, percussit*, max. *discussit, diffregit* (stossen, zerstossen), unde *disiecit, proiecit, reiecit* (verstossen). Hanc, quam dixi potestatem habet syllaba טשׁ in monosyllabo טִישׁ tutudit, stossen, tum in bisyllabis חִלֵּשׁ fregit, confregit, percussit, נָטַשׁ malleo percussit chald. dispersit, sparsit, arab. نطس contudit, percussit, diffregit, denique رطس percussit, רָטַשׁ hebr. et chald. diffregit, quod apud Chaldaeos eodem modo ad abiiciendi et derelinquendi potestatem transfertur, atque hebr. שָׁבַק. Ex vett. vel hanc vel similem vim exprimunt LXX verbis *ῥάσσω* Jer. XXIII, 33. 39, *ἀποσκορακίζω* Ps. XXVII, 9, *ἀποτινάσσω* 1 Reg. X, 2, *ῥήγνυμι* aliis, neque non Targg., qui persaepe utuntur verbo cognato נְתַשׁ, נְתַשׁ diffregit, v. Buxtorf h. v. Inde

a) *percussit*, de pugna (cf. נָגַף). 1 Sam. IV, 2: וַיִּנָּטֵשׁ הַמַּעֲרָכָה *et percussit pugna* i. e. utrinque manus conseruerunt pugnantes, germ. *die Schlacht stiess* auf

einander, vel *die Schlacht schlug* i. e. *wurde geschlagen.* Bene Chald. אִתְרַטְשׁוּ אֲנַשֵׁי קְרָבָא *percusserunt se invicem pugnatores.* Liberius, sed recte ad sententiam Vulg. *inito certamine.* Syr. ܐܬܦܨ, unde Arabs اشتبك الحرب *conserta est pugna.* Male contra LXX ἔκλινεν ὁ πόλεμος i. e. inclinata est acies (die Schlachtordnung kam zum Weichen). Al. *diffudit* s. *explicavit se acies* (cf. litt. b), frigidius hoc contextu.

b) *disiecit*, dein *dispersit, diffudit.* Part. pass. 1 Sam. XXX, 16: הַדָּה נְטֻשִׁים עַל פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ. LXX. διακεχυμένοι ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. Theod. ἐσκορπισμένοι. Vide Niph.

c) *proiecit.* Num. XI, 31: *et ventus profectus est a Jova et transvexit coturnices a mari* וַיִּטֹּשׁ עַל הַמַּחֲנֶה *et proiecit eas super castra.* LXX. ἐπέβαλεν ἐπὶ τὴν παρεμβολήν. Targ. רְמָא. Syr. ܐܦܨ, Saad. القاهم على المعسكر *proiecit eas super castra.* — Ezech. XXXI, 12 de arbore: וַיִּטְּשׁוּהוּ .... וַיַּכְרְתוּהוּ זָרִים *et exciderunt eam peregrini .... et proiecerunt.* LXX. κατέβαλον. Vulg. *proiicient.* Targ. רְמָשׁוּהִי. Syr. ܢܦܨܘܗܝ. — Ez. XXIX, 5: וּנְטָשְׁתִיךָ הַמִּדְבָּרָה Vulg. *et proiiciam te in desertum.* LXX. καταβαλῶ. Targ. אֲרַמְשִׁנָּךְ. Syr. ܐܦܨ. XXXII, 4: וְנָטַשְׁתִיךָ בָאָרֶץ (parall. אַטִּילָךְ) Vulg. *et proiiciam te in terram.* Targ. אֲרַמְשִׁנָּךְ. Syr. ܐܦܨ, minus bene LXX. ἐκτενῶ σε. — Eodem retulerim Hos. XII, 14: דָּמָיו עָלָיו יִשּׁוֹשׁ *sanguinem eius* (Ephraimi) *proiiciet super eum* (Deus), parall. חֶרְפָּתוֹ יָשִׁיב לוֹ. LXX paullo liberius: τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἐκχυθήσεται. Vulg. sanguis eius super eum veniet. Recentiores plerique: sanguinem eius super eo relinquet, frigidius.

d) *reiecit, repudiavit* (verstossen, verwerfen) *a*) Deus populum suum. Iud. VI, 13: עַתָּה נְטָשָׁנוּ יְיָ וַיִּתְּנֵנוּ בְכַף מִדְיָן *nunc reiecit nos Jova deditque nos in potestatem Midianitarum.* (LXX. ἐξέδοτον. Theod. ἀπώσατο. Targ. רְמָשׁ. Sed Vulg. Syr. derelinquit). 1 Sam. XII, 22: כִּי לֹא יִטֹּשׁ יְיָ אֶת־עַמּוֹ (LXX. ἀπώσεται. Targ. רְחַק. Sed Vulg. Syr. derelinquet). 1 Reg. VIII, 57: אַל יַטְּשֵׁנוּ וְאַל יַעֲזְבֵנוּ (LXX. ἀποστρέψαιτο. Vulg. proiiciet. Targ. אַרְחֵק). 2 Reg. XXI, 14: וְנָטַשְׁתִּי אֶת שְׁאֵרִית נַחֲלָתִי (LXX. ἀπεώσομαι. Vulg. dimittam. Targ. רְמָשׁ. Sed Syr. deseram). Ps. XXVII, 9, ubi sequitur עֲזֹב. (Targ. תְּבַטְּלֵנִי. Symm. ἀποβάλῃς, Al. ἀποσκορακίσῃς. Syr. ܬܫܒܩ, sed LXX. ἐγκαταλίπῃς). XCIV, 14: לֹא יִטֹּשׁ יְיָ עַמּוֹ, sequitur וְנַחֲלָתוֹ לֹא יַעֲזֹב (LXX. ἀπώσεται. Vulg. repellet. Targ. eodem verbo יִרְמֵשׁ. Syr. ܢܫܒܩ). Jes. II, 6: נָטַשְׁתָּה עַמְּךָ. Symm. ἀπέβρωγας. Vulg. proiecisti. Sed LXX. ἀνῆκε. Targ. Syr. dereliquisti. — Jer. VII, 29: *tonde capillum tuum et proiice* eum (הַשְׁלִיכִי) ..... כִּי מָאַס יְהוָה וַיִּטֹּשׁ אֶת־דּוֹר עֶבְרָתוֹ *nam reprobavit Jova et reiecit generationem irae suae.* *Proiectione* enim capillorum tonsorum significatur reprobatio et *reiectio* populi. LXX. ἀπώσατο. Targ. רְמָשׁ. XII, 7: נָטַשְׁתִּי אֶת־נַחֲלָתִי, praecesserat עָזַבְתִּי אֶת־בֵּיתִי. (Targ. רְמָשִׁית. LXX. ἀνῆκα. Vulg. *dimisi*). XXIII, 33: נָטַשְׁתִּי אֶתְכֶם נְאֻם יְיָ Vulg. *proiiciam quippe vos.* LXX. ῥάξω ὑμᾶς. Targ. שְׁרַטּוֹ יָתְכוֹן. Syr. adeo ܐܒܕܟܘܢ *eradicabo vos.* Ibid. 39: וְנָטַשְׁתִּי אֶתְכֶם וְאֶת הָעִיר ..... *et abiiciam vos et urbem quam dedi vobis patribusque vestris a facie mea.* LXX. καὶ ῥάσσω ὑμᾶς. Targ. אַרְחֵק יָתְכוֹן. Syr. ܐܫܕܐ. Semel refertur ad sanctuarium Ps. LXXVIII, 60: וַיִּטֹּשׁ מִשְׁכַּן שִׁלוֹ Vulg. *et repulit tabernaculum Silo.* LXX. ἀπώσατο. (Targ. Syr. neglexit). — *β*) *reiecit* homo Deum, Deut. XXXII, 15: וַיִּטֹּשׁ אֱלוֹהַּ עָשָׂהוּ *et reiecit Deum creatorem suum.* (Vett. intpp. reliquit). Parall. וַיְנַבֵּל. Jer. XV, 6: אַתְּ נָטַשְׁתְּ אֹתִי LXX. σὺ ἀπεστράφης μέ. (Vulg. Targ. Syr. dereliquisti me). It. *reiecit* praecepta parentum. Prov. I, 8: אַל תִּטֹּשׁ תּוֹרַת אִמֶּךָ LXX. μὴ ἀπόσῃ θεσμοὺς μητρός σου. Vulg. ne dimittas. Eadem verba VI, 20. — *γ*) *abiecit* negotium, cruram. 1 Sam. X, 2: נָטַשׁ אֲבִיךָ אֶת דִּבְרֵי הָאֲתֹנוֹת *abiecit* iam *pater tuus res asinarum* i. e. asinarum quaerendarum negotium (hae enim inventae erant) *et metuit vobis.* Graphice LXX. ὁ πατήρ σου ἀποτετίνακται τὸ ῥῆμα τῶν ὄνων.

In prioribus lexx. editionibus cum recentioribus paene omnibus in exemplis sub litt. d laudatis *relinquendi* potestatem admisi, non alienam illam a contextu plerorumque locorum, et a Vulgato Syroque (rarius ab Alex.) passim admissam. Sed fortiorem *abiiciendi reiiciendique* potestatem non solum suadet et primaria verbi potestas (v. supra) et veterum interpretum auctoritas, qui plerisque locis hanc vim exprimunt (LXX. ἀπώθω, ῥάζω, ἐκρίπτω, ἀποτινάσσω. Targ. נְטַשׁ, רְמָשׁ, שְׁרַטּוֹ, semel שְׁבָק. Syr. ܫܒܩ), sed adeo flagitant loci Jer. VII, 29, ubi נָטַשׁ respondet verbo הַשְׁלִיךְ, et XXIII, 39, ubi coniunguntur verba נָטַשׁ מֵעַל פָּנַי et relinquendi potestatem non admittunt.

e) *eiecit* s. *emisit, eduxit* gladium, cf. cogn. נָטַשׁ evulsit arborem. Jes. XXI, 15: מִפְּנֵי חֶרֶב נָטוֹשָׁה וּמִפְּנֵי קֶשֶׁת דְּרוּכָה *a gladio educto et ab arcu tenso.* Sic Targ. חֲרָבָא שְׁלִיפָא, sed Syr. ܫܠܝܦܐ gladius malleatus i. e. politus, ut Saad. مصقول. Uterque נָטַשׁ accepit pro cognato שָׁלַף, quod et ipsum a contextu alienum non esset.

f) sq. עַל *iecit super* aliquem i. e. *commisit* curae et tutelae alicuius (cf. יְיָ הִשְׁלִיךְ עַל Ps. LV, 23). 1 Sam. XVII, 20: וַיִּטֹּשׁ אֶת־הַצֹּאן עַל שֹׁמֵר *et commisit gregem custodi.* LXX. ἀφῆκε τὰ πρόβατα φύλακι. Comm. 28. Plenius Comm. 22: וַיִּטֹּשׁ דָּוִד אֶת־הַכֵּלִים בְּיַד שֹׁמֵר הַכֵּלִים *et deposuit Davides vasa a se et commisit custodi impedimentorum.* LXX. ἀποθέμενος. — Ab abiiciendo proficiscitur

2) *misit, dimisit. missum fecit* (*lassen*) aliquid. Spec.

a) *omisit*, *missum fecit* (liegen lassen) v. c. agrum incultum iacere sivit. Ex. XXIII, 11: וְהַשְּׁבִיעִת תִּשְׁמְטֶנָּה וְנָטַשְׁתָּה *et anno septimo dimittas et omittas eum* i. e. incultum iacere sinas. Verba נָשַׁם et נָטַשׁ synonyma sunt, ut saepe, et sic Neh. X, 32 cum acc. temporis: נִטֹּשׁ אֶת־הַשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִית *mittamus annum septimum* i. e. omittamus agri culturam anno septimo; *missam fecit* litem Prov. XVII, 14.

b) *remisit* debitum. Neh. l. c. *mittamus ..... et omne debitum.*

c) sq. acc. pers. et לְ rei: *admisit* aliquem ad aliquid faciendum i. e. *permisit* ei aliq. Gen. XXXI, 28: לֹא נְשַׁשְׁתַּנִי לְנַשֵּׁק לְבָנַי וְלִבְנֹתָי *non es passus ut osculares filios meos et filias meas.* Targ. לָא שְׁבַקְתָּנִי לְנַשָּׁקָא. Syr. id. LXX liberius: οὐκ ἐξώθησάν με καταφιλῆσαι. Cf. eandem structuram in verbis חָנַךְ Ps. CV, 14 et נָתַן Gen. XX, 6 al.

Niph. 1) pass. Kal 1, *disiectus*, *discussus est* (zerschlagen seyn). Jes. XXXIII, 23: נִשְׁשׁוּ חֶבְלֵיךְ בַּל יְחַזְּקוּ כֵּן־ תָּרִימוּ *disiecti sunt funiculi tui, neque firmant malum.* LXX. ἐξεδύσαντο. Symm. ἐξεδύθη. Targ. אִתְפַּסְקוּ, sed Vulg. laxati sunt (vide Kal no. 2), quod et ipsum ferri potest.

2) pass. Kal no. 1, b, *diffudit se*, de palmitibus vitis Jes. XVI, 8: שְׁלֻחֹתֶיהָ נָטְשׁוּ עָבְרוּ יָם *palmites eius diffundebant se, transiebant mare* (al. *disiecti sunt*, ut no. 1), de exercitu Iud. XV, 9: וַיִּנָּשְׁשׁוּ בִּיהוּדָה LXX. ἐξεδύθησαν. Vulg. effusus est exercitus. Targ. אִתְפַּשָּׁשׁוּ. 2 Sam. V, 18. 22.

3) pass. Kal no. 1, c, *proiectus est*. Am. V, 2: *virgo Israël* נִטְּשָׁה עַל אַדְמָתָהּ אֵין מְקִימָהּ Vulg. *proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam.* LXX. ἔσφαλεν ἐπὶ τῆς γῆς αὐτοῦ. Chald. אִתְרַשְׁשַׁת.

Priores lexicographi et interpretes tantum non omnes (Kimchius, Buxtorfius, Coccejus, Alb. Schultens, Simonis), quos et ipse edit. 1 et in lexx. min. secutus sum, huic verbo primariam *mittendi*, *missum faciendi* et *relinquendi* potestatem tribuunt, eamque paene omnibus exemplis adhibent, nisi quod in paucis *diffundendi* potestatem agnoscunt, quam a *dimittendo* ductam volunt. Unus obloquutus est H. E. G. Paulus, qui in uberiore de hoc ve. disputatione (Clavis über die Psalmen pag. XLVIII sqq.) recte quidem *mittendi* et *relinquendi* potestatem (*lassen*) primariam nedum unicam esse negavit, sed in Scyllam fere incidit vitaturus Charybdin, quippe qui *omittendi*, *remittendi*, *permittendi* potestatem (v. no. 2, a—c) huic verbo prorsus abiudicet. Cuncta enim, quibus legitur verbum, exempla in duas classes dispescit, quarum alteri (Num. XI, 31. Ps. LXXVIII, 60. Prov. I, 8. VI, 20. Jer. VII, 29. 1 Sam. IV, 3. Ezech. XXXI, 12) coll. נשׁשׁ *diffringendi* (Jes. XVI, 8. XXXIII, 23), hinc *repellendi*, *reiiciendi* vim tribuit, et recte quidem: alteri maiori autem significationem verbi arabici نشّس *scientia polluit* pluresque novas inde deductas vindicatum it, quantumvis obnitente contextu, v. c. Gen. XXXI, 28: *non prudenter egisti*, *ut osculari possim filios filiasque meas.* Exod. XXIII, 11: *anno septimo* תִּשְׁמְטֶנָּה וְנָטַשְׁתָּה *omittas eum* (agrum) et *diligenter id observes.* Neh. X, 32: *et annum septimum diligenter observabimus.* Iud. VI, 13: *deus exploravit nos* i. e. animadvertit in nos, et sic Jes. II, 6. Jer. XII, 7. XXIII, 33. 39. Ps. XCIV, 14. 2 Reg. XXI, 14. — Quod equidem supra de origine posui, id tum verborum cognatorum (טשׁ, נָטַשׁ, רָטַשׁ, رطّس) analogia tum consona fere veterum interpretum auctoritate nititur: ab *reiiciendo* et *abiiciendo* autem facilis transitus est ad *mittendi*, *dimittendi*, *omittendi* vim, nam quae abiicimus, ea dimittimus, earum curam omittimus, eaque sibi relinquimus. Egregie autem huius verbi usus illustratur cognato רָטַשׁ, chald. רְטַשׁ, quod pr. *diffringendi*, *discutiendi*, *proiiciendi* Jes. XIV, 12. Exod. XXVIII, 17 Targ., Buxtorf. no. II), inde *dimittendi*, *deserendi*, *relinquendi* vim habet, qua ponitur non solum pro hebr. נָטַשׁ (v. supra) sed etiam pro עָזַב, נָחָה, נָאַס (Buxtorf. no. I).

נְטִישׁוֹת f. pl. *palmites* vitis Jes. XVIII, 5. Jer. V, 10. XLVIII, 32, ita dicti, quippe qui se diffundant et expandant (v. rad. Jes. XVI, 8).

נְיא rad. in verbo inusit. Arab. نِئَ med. Je, cruda, non bene cocta fuit caro. H. IV. non bene coxit carnem, نِئٌ crudus, semicoctus, de carne. Inde

נָא adj. *crudus*, de carne. Ex. XII, 9. LXX. ὠμός. Vulg. crudus. Targ. et Syr. vivus. Saad. eodem ve. نِئٌ.

נִי lamentatio, v. rad. נָהָה.

נִיב proventus, v. נוב.

נִיבַי n. pr. v. ibid.

נִיד solatium, v. נוד.

נִידָה immundities, v. נָדַד.

נִיוֹת n. pr. v. rad. נָוָה.

נִיחֹחַ suavitas (odoris), v. rad. נוּחַ.

נִין proles, v. rad. נון.

נִינְוֵה Gen. X, 11. 12. 2 Reg. XIX, 36. (Jes. XXXVII, 37). Nah. I, 1. II, 9. III, 7. Jon. I, 2. III, 3. IV, 11, gr. et lat. *Nineví* Tob. I, 10. VII, 3. XI, 1. XIV, 4 sqq. Judith I, 1. II, 21, *Nevaí* Luc. XI, 32. Ptolem. 6, 1 (utramque formam exhibent Vers. Alex. codices), lat. *Ninive* Ammian. 23, 6, Vulg. *Ninive*, et ita Augustin. Paulin. Prudent. (Ninīve). sed multo

frequentius *Nῖνος*, *Ninus* Herod. Diod. Josephus (Ant. 1, 6 §. 4. 9, 1 §. 3), Strabo, Plin. Tac., arab. نينوى (Abulf. Kazwini, Jakut), in Aegyptiorum monumentis *NNIA* vel *NNIE* *), vetus Assyriae metropolis regumque Assyriorum sedes (Jes. l. c.), in ripa orientali Tigridis e regione Mosul hodierni sita, ambitu ingens et maior Babylone (Jon. I, 2. III, 3. IV, 11. Diod. 2, 3. 7. Herod. 1, 193. 2, 150. Strabo XVI p. 737), tum moenibus tum Tigridis aquis munita (Nah. II, 2. 9. III, 12. 14), mercaturae commercio florentissima (ib. III, 16). A Nimrodo (Gen. l. c.), auctoribus Graecis scriptoribus (Diod. l. c.) a Nino condita erat, et regnante Josia rege adhuc superstes (Zeph. II, 13), dein post irritos Phraortis Medi conatus (Herod. 1, 102) a Cyaxare, qui et ipse iam prius (anno 625 a. Chr.) frustra eam oppugnaverat, altero bello Scythis profligatis suscepto expugnata est anno a. Chr. 597 (Herod. 1, 106) **). Quod recentiores addere solent (Beck allgem. Weltgeschichte 1, 614. 617. 621. 638. Rosenmüller Alterthumskunde I, 2 p. 38. 109. Wineri Reallex. II, 188 et in tabb. chronol., Hitzig kl. Proph. p. 211), Cyaxarem in Ninive expugnanda Nabopolassarum, Babyloniae regem, socium et adiutorem habuisse, ex ipsis scriptoribus veteribus non constat (uni Nebucadnezaro vastationem Ninives tribuit Syncell. p. 210 Goar. 396 Dind.; Nabopalassaro, duci Assyriorum et Astyagi Medo Abydenus ap. Euseb. chron. armen. I, p. 54, Arbaci et Belesy Ctesias ap. Diod. 2, 21. 32, Nebucadnezaro et Asvero Tob. XIV, 15) et a Bocharti coniectura profectum videtur, qui (Geogr. s. IV, 20 p. 251) libri Tobiae verbis l. c. ita utitur, ut Nebucadnezarum (I) eundem atque Nabopolassarum, Asverum autem Cyaxarem esse sumat: imo a solis Medis, non sine Babyloniorum invidia, Ninum captam esse, apparet ex his, quae Herodotus (1, 185) de Nitocri, Babyloniorum regina, tradit. Ninum a Medis diruta *τῆς Νίνου καταστραμμένης ὑπὸ Μήδων*) memorant etiam Diodorus (2, 7) et Eusebius in Chronico ad annum 597: „Cyaxares Medus subvertit Ninum.“ Inde ab eo tempore deserta iacebat (Herod. 1, 178. Diod. 2, 7. Strab. l. c.), quanquam Tacitus (Ann. 12, 13) eius nominis castellum et Ammianus (18, 7. 23, 6) ipsam Ninivem memorat, adeoque apud Abulpharagium (hist. dynast. p. 404. 411. Chron. syr. p. 464) mentio est castelli Ninives (حصن نينوى), quam ipsam ob causam ab Arabum Geographis de sita eius dubitatum non est (v. Abulf. Mesopot. p. 31. Roseum., Ibn-Alwardi p. 114), veteremque Ninum nostrae aetatis itineratores confirmarunt, v. Niebuhrii itin. II, p. 353. 368 et tab. 46, prae ceteris Claudius James Rich Narrative of a residence in Koordistan and on the site of ancient Nineveh. London 1836. (2 Voll. 8. Vol. 2 pag. 29 sqq.). Et his quidem testibus antiquae urbis area, in qua passim lapides titulis cuneatis inscripti effossi sunt, exstat e regione Mosul urbis circa vicum oppidumve *Nebbi Junes* appellatum et clivum *Koyunjuk*, qui idem esse videtur atque *Kalla Nunia* (قلعة نمنية) Niebuhrii. — Priscum urbis nomen נִינְוֵה vulgo *Nini habitaculum* explicant q. d. נִין נָוָה, quod vel propter verborum collocationem ferri non potest (exspectes enim נָוָה נִין): rectius origo in lingua sanscrito-zendica quaerenda erit, qua de re vide append.

נִיס v. rad. נוס.

נִיסָן mensis primus anni Hebraici, qui in Pentateucho חֹדֶשׁ הָאָבִיב appellatur (pag. 4), plene נִיסָן חֹדֶשׁ Esth. III, 7. Neh. II, 1. Sic in Targg. Ex. XII, 8. 18. 40. Lev. XXV, 5, syr. ܢܝܣܢ Michaëlis ad Cast. p. 555, palmyr. ניסן (inscr. Palmyr. ed. Swinton, in Philos. Transactions T. LI, no. 13, lin. 3), arab. نيسان Avic. Alferg., praeterea apud Curdos et Heliopolitanos (*Νεισάν*, *Νναισάν*, Benfey über die Monatsnamen p. 21. 23). Qui Semiticam voci originem tribuunt, נִיסָן vel dictum censent a נֵס, syr. ܢܣܐ signum, vexillum, ut mensem significet, quo signa in hostes primum efferantur (Boch. Hieroz. I, 631 Lips.), vel quod praefero, pro נִיצָן, נִיצָן, ut sit *mensis florum* (*ἑορτὴ γενέσια δὲ Νισσὰν ὁ ἀνθῶν, νισσὰ γὰρ λέγεται παρ' Ἑβραίοις τὸ ἄνθος* Anastasius apud Meursium, variis divinis pag. 27): sed Persicam ei originem probabiliter vindicat Theod. Benfey (l. c. p. 131 sqq.) a zend. *navaçan* i. e. novus dies, a *nav* novus et *açan* i. q. sanscr. *ahan* dies. *Novus dies* autem, pariter atque pers. *nauruz*, appellatur *primus anni dies*, alibi *novus annus* (de calendis primi mensis), idque in hac voce ad *primum mensem* (pers. *Mah-nau* novus mensis) translatum videtur.

נִיצוֹץ scintilla, v. rad. נָצַץ.

נִיר *novellare* agrum, fortasse rad. secundaria ducta a Hiph. verbi נור (cf. Ewaldi gramm. §. 235), pr. nitere fecit. Hos. X, 12: נִירוּ לָכֶם נִיר *novellate vobis novale* i. e. exstirpatis sentibus novum agrum vobis parate, qui virtutis semina concipiat s. remota imagine: depositis pravis studiis novos eosque bonos mores induite. Jer. IV, 3.

נִיר m. *novale* Hos. et Jer. ll. cc. Prov. XIII, 23. Sed וְנִירָם Num. XXI, 30 est a rad. נִרְיָה. — Aliud vide ad rad. נגר.

---

*) Quod ibi scriptum exstat (Champoll. gr. 150) *NNIA* cum signo determinativo *terram* s. *regionem* (non *urbem*) indicante, *terram Ninives* i. e. Assyriam significare videtur.

**) Alterum hoc bellum cum priore confundunt recentiores, qui Niniven anno 625 a. Chr. expugnatam esse volunt.

מָנוֹר *iugum*, idque proprie *aratorium* (a rad. נִיר), dein translate מָנוֹר אֲרָגִים iugum textorium 1 Sam. XVII, 7. 2 Sam. XXI, 19. (Syr. ܢܝܪܐ iugum aratorium, textorium et serviie, v. Cast., arab. نِيرٌ iugum bubus arantibus impositum, نِيرَةٌ iugum textorium, melit. *nir* licium iugo textorio annexum. Usitatiores fere sunt formae per ו, ut נְסָוֹל iugum textoris, textrina, etiam de tela araneae. Lex. Adl. نسول الحياكة نسول العنكبوت. Arab. نَوْلٌ iugum textoris Jes. XXXVIII, 12. Iud. XVI, 14. 1 Sam. XVII, 7 vers. arab., Hariri Cons. 2 p. 98 Schult. ibique not., مِنْوَالٌ id. Melit. *neul* textrina. Suspiceris forte, exstitisse radicem נָוַל texendi significatu, sed huius nullum vestigium exstat).

נָגָא forma rarior i. q. נָגַה *percussit*. Arab. نكع percussit, spec. nates alic.

Niph. percussus, verberatus est. Iob. XXX, 8: נִגְאוּ נִין הָאָרֶץ *verberantur ex terra* i. e. verberibus expelluntur ex terra.

נָגָא pl. נְגָאִים (al. codd. נְגֵאִים) percussi i. e. *afflicti* Jes. XVI, 7, ut recte Targ. Saad. (ad sententiam cf. XV, 4).

נָגֵא adj. id. *afflictus*; fem. רוּחַ נִגְאָה animus afflictus, aeger. Prov. XV, 13. XVII, 22. XVIII, 14, cf. נָגָה.

נְגָאוֹת f. Gen. XXXVII, 25. XLIII, 11 (pro נְכֹאת) pr. inf. formae נִגְאוֹת, נִקְאוֹת, שִׁגְאוֹת (neque vero cum Ewaldi gr. p. 327 plur. pro נְגָאוֹת) contusio, confractio, inde *pulvis aromaticus* (cf. סַכָּוְכֹּל contritum, aroma, et quae observavimus ad rad. בָּלַח), quod generale nomen dein ad *certum* quoddam *aromatis genus* translatum videtur. Generaliore vc. utuntur LXX. *θυμίαμα*, Vulg. c. 37 *aromata*, sed speciali Aqu. et Vulg. c. 43 *στύραξ styrax*, probante Bocharto in Hieroz. II p. 532, Targ. שַׁעֲנָא non cera, sed i. q. שְׁעִיף balsamum, Sam. ⱭⱢⱣ i. q. קְטָפָא resina odorata, Syr. ܣܠܘܒܐ resina, minus bene Saad. et Abulw. خَرْنُوب siliqua. — Conferunt arab. نَكَأَ, quod lexicographi explicant نَكَءَ i. e. extremitas rubra plantae خَرْنُوب (rubri tinctorum) a نكع ruber fuit, it. gummi tragacanthae, sed utrum haec in Palaestina nascatur, non constat.

Eodem pertinere videtur בֵּית נְגָזֹת 2 Reg. XX, 13. Jes. XXXIX, 2, quod nescio an proprie sit *domus ornamatum eius* (ut Aqu. Symm. Vulg.), quanquam ad sensum recte Chald. Syr. Saad. et Arabs Polygl. (hic etiam Jes. l. c. pro gr. *κειμηλιᾶ*): *gazophylacium*. Etenim in hac domo videntur recondita fuisse, quae statim sequuntur „argentum et aurum et aromata et unguenta pretiosa", ita tamen ut ab his, non ab illis, nomen haberet. Minus probo, quod Lorsbachius observabat (Ephem. litt. Jen. 1815, no. 59), נְגָזֹת esse vc. persicum a نگاهبان deponere, نگاه custodia.

נָגַד rad. inusit. unde

נֶגֶד *m. progenies*, ut bene Vulg., ubique copulatum cum syn. נִין q. v. (rad. נוּן). Congruit aethiop. ፃፆር: genus, cognatio, tribus, כ et ג permutatis, cf. Gen. XXI, 23, ubi cod. Sam. נגד scribit pro נֶכֶד. Quod Iob. XXXI, 3 in 12 codd. et multis edittt. vett. (v. Rossii scholia crit. ad h. l.) נֵכָר legitur pro vulg. נֵכֶר, possit esse i. q. arab. نَكَدٌ calamitas vit. Tim. 371. 393 Gol., a verbo نَكِدَ الْعَيْش dura et angusta fuit vita Tebl. ad Har. VI p. 248 Schult. نكاد الدهار durae fortunae ibid. II, 116, sed non est quod a vulgari scriptura recedamus.

נָגַה rad. in Kal inusit. *percussit*. (Arab. et aeth. نكى, نكع, ፃፆር: id., sed raro usurpatum, max. laedendi significatu. Syr. ܢܓܰ Pe. et Aph. laesit, nocuit. Vicina sunt verba a נג ordientia, ut נָגַף, נָגַן, נָגַשׁ. In linguis indogerm. congruunt *nec-o*, *noc-eo*, et n emollito *ic-o*, qs. a נָגַהּ = נָגַהּ).

Niph. pass. Hiph. *percussus est*, occisus est 2 Sam. XI, 15.

Pi. non reperitur, nam quod nonnulli huc retulerunt et inf. Pi. esse volnerunt, נִגַּהּ Num. XXII, 6, nihil aliud est quam 1 pl. fut. Hiph., ut alibi (Jos. X, 4). Vide ad rad. נָכַל p. 593.

Pu. pass. *percussus est* Ex. IX, 31. 32; longe usitatius est Hophal.

Hiph. הִגִּיף 2 pers. constanter הִגַּפְתָּ, sed 1 pers. הִגַּפְתִּי, nonnisi c. suff. הִגַּפְתִּיהָ 1 Sam. XVII, 46, הִגַּפְתִּיךָ Jes. LX, 10. Jer. XXX, 14, inf. הַגּוֹת, absol. הַגֹּה Deut. XIII, 16, imp. הַגֵּה Ez. VI, 11, apoc. הַגּ, fut. convers. וַיַּגֵּהוּ, sed sacpius וַיַּךְ

1) *percussit, feriit*, gr. *πλήσσω* a) caedendo (*schlagen*) v. c. aliquem baculo (c. accus. pers. et ב instr.) Num. XXII, 23. 27, pugno vel manu lapide munita Exod. XXI, 18, omisso instr. Exod. II, 11. 13. 1 Reg. XX, 35. 37. Deut. XXV, 3: אַרְבָּעִים יַכֶּנּוּ *quadragies caedat eum* i. e. quadraginta verbera ei infligat, inde *castigavit* Jer. II, 30. Neh. XIII, 25. It. percussit genam alic. (colaphum ei inflixit) Iob. XVI, 10 cf. Mich. IV, 14. 1 Reg. XXII, 24, percussit rupem c. accus. Ps. LXXVIII, 20, sq. ב (er schlug an den Felsen) Exod. XVII, 6. percussit aquam pallio 2 Reg. II, 8. Sq. נִין *excussit* alicui aliquid Ez. XXXIX, 3: הִגַּפְתִּי קַשְׁתְּךָ מִיָּד

שִׁנְאֵלֵךְ, et sq. acc. excussit oculum alic. Ex. XXI, 26. — b) *feriit pungendo* re acuta et cuspidata (*stechen, stossen*), ut cornu Dan. VIII, 7, fuscina 1 Sam. II, 14: וְהִכָּה *et punxit* fuscina *in pelvim*, hasta 2 Sam. II, 23: בַּחֹמֶשׁ *et feriit cum Abner posteriore parte hastae in abdomen.* IV, 6. XX, 10, et cum acc. III, 27: וַיַּכֵּהוּ שָׁם חֲמֹשׁ. Levius: *punxit* vermis plantam Jon. IV, 7, sol caput hominis, sq. עַל Jon. IV, 8 (cf. nostr. Sonnenstich), sq. acc. pers. Jes. XLIX, 10, etiam de luna Ps. CXXI, 6, ubi luna pungi dicuntur, qui frigore nocturno laeduntur (cf. Gen. XXXI, 40. Hos. IX, 16. Anderson orient. Reisebeschreib. ed. Olearius p. 8). (Sic arab. نكش feriit, it. punxit scorpius, it. med. Kesr. frigore tactus, laesus est). — c) *feriit re iacta* (*werfen, treffen*), sive lapide e funda iacto 1 Sam. XVII, 49: וַיַּךְ אֶת הַפְּלִשְׁתִּי אֶל מִצְחוֹ. Comm. 50 cf. 2 Reg. III, 25; sive sagitta 1 Reg. XXII, 34: וַיַּכֵּהוּ אֶת הַמֶּלֶךְ יש׳ בֵּין הַדְּבָקִים. 2 Reg. IX, 24. — Spec. observentur hae locutiones *α)* הִכָּה כַּף 2 Reg. XI, 12. Ez. XXII, 13 et הִכָּה בְּכַף (ubi ב est instrumenti, v. gramm. p. 240 not. et quae observavimus ad rad. חָבַר Hiph.) Ez. VI, 11 complosit manum, plene הִכָּה כַּף אֶל כַּף XXI, 19. 22, quod modo exsultantium est 2 Reg. l. c., modo indignantium (sq. אֶל propter) Ez. XXI, 22. XXII, 13 et plangentium ib. VI, 11. XXI, 19. — *β)* 1 Sam. XXIV, 6: וַיַּךְ לֵב דָּוִד אֹתוֹ *cor Davidis percussit eum* h. e. vehementer palpitando praecordia eius percussit. 2 Sam. XXIV, 10, cf. Aesch. Prometh. 887: *καρδία φόβῳ φρένα λαχτίζει.* לבו נוקפו *cor eius percutit eum* i. e. laesam vel malam conscientiam habet. Vide quae laudat Lex. Aruch ed. Land. pag. 1055. — *γ)* Saepe Deus vel legatus eius dicitur *percutere* hominem, populum, terram plaga vel morbo i. e. plagam ei infligere (cf. נֶגַע, נָגַף), v. c. הִכָּה פ׳ בַּסְּנוֹרִים percussit aliquem coecitate i. e. coecitatem ei inflixit, immisit Gen. XIX, 11. 2 Reg. VI, 18, peste Num. XIV, 12, mariscis 1 Sam. V, 6, furore et iusania Zach. XII, 4 cf. Deut. XXVIII, 22. 27. 28. 35, sterilitate et morbo frugum Am. IV, 9: הִכֵּיתִי אֶתְכֶם בְּשִׁדָּפוֹן וּבִירָקוֹן. Hagg. II, 17, sed sq. dupl. acc. Mal. III, 24 (IV, 6): וְהִכִּיתִי אֶת־ *et* (ne) *percutiam terram anathemate.* Saepe etiam omisso ablat. Jes. V, 25: *et percutit eum* (populum) ..... *incentque cadavera instar sordium in plateis.* IX, 12. Lev. XXVI, 24. 2 Sam. XXIV, 17 (int. peste). Jer. V, 3. Ez. VII, 9. Ps. CV, 33: *percussit vites* sc. grandine. Sic Exod. VII, 25: *postquam Jova percusserat Nilum* i. e. in sanguinem converterat (cf. Comm. 20). VIII, 13: *percussit pulverem isque mutatus est in sciniphes.* Jes. XI, 15: וְהִכָּהוּ לְשִׁבְעָה נְחָלִים *et percutiet eum* (Euphratem) ut *in septem rivos* se dividat. Zach. X, 12. — *δ)* הִכָּה שָׁרָשִׁים Hos. XIV, 6 radices egit, nostr. Wurzeln *schlagen, schiessen*, pr. incussit, immisit in terram, cf. שִׁלַּח ש׳ emisit ramos, radices. Jer. XVII, 8.

2) gravius: feriendo sive fregit sive transfodit sive evertit sive occidit sive in fugam coniecit. Spec.

a) *contudit, confregit* (zerschlagen). Ex. IX, 25: וַיַּךְ הַבָּרָד אֵת כָּל־אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה *et contudit grando quidquid in agro erat.* Ps. III, 8: הִכִּיתָ אֶת־כָּל אֹיְבַי לֶחִי *confregisti maxillam omnibus hostibus meis*, quae imago a feris rapacibus petita est. Confregit domos Am. III, 15, sq. dupl. acc. VI, 11: הִכָּה הַבַּיִת הַגְּדוֹל רְסִיסִים *confringit domum magnum in ruinas.*

b) *transfodit, perfodit* (durchstossen), cf. no. 1, b. 1 Sam. XIX, 10: וַיְבַקֵּשׁ שָׁאוּל לְהַכּוֹת בַּחֲנִית בְּדָוִד וּבְקִירוֹ *studuitque Saulus hasta transfodere Davidem et parietem* i. e. hastam Davide transfosso parieti affigere. XVIII, 11. XXVI, 8: אַכֶּנּוּ־נָא בַּחֲנִית וּבָאָרֶץ *cum transfossum terrae affigam.*

c) *evertit* (umstossen, umwerfen), v. c. tentorium Ind. VII, 13. 1 Par. IV, 41. 2 Par. XIV, 14, praegn. Zach. IX, 4: הַכֶּה בַיָּם חֵילָהּ *evertit* et coniicit *in mare munimentum eius.*

d) *plaga letali affecit, occidit, occidit* aliquem (erschlagen). Gen. IV, 15: לְבִלְתִּי הַכּוֹת אֹתוֹ כָּל־מֹצְאוֹ *ne cum occideret omnis invenions eum.* Ex. II, 12. Jos. XX, 5. 1 Sam. XVII, 36. 2 Sam. I, 15. XXI, 21. 1 Reg. XI, 15. 2 Reg. X, 25. XIV, 5. XV, 14. 25. XXI, 24. XXV, 21 al. Additur בַּחֶרֶב Jos. XI, 10. Jer. XXVI, 23, saepius לְפִי חָרֶב (ore gladii) Jos. VIII, 24. X, 39. XI, 11. XIX, 47. Iudd. I, 25. XVIII, 27. XX, 48. 2 Reg. X, 25. Ubi copulatur cum הֲמִיתָה, וְהָכָה ad plagam letalem refertur, illud ad ipsam necem 1 Reg. XVI, 10: וַיַּכֵּהוּ וַיְמִיתֵהוּ. 2 Sam. XVIII, 15. 2 Reg. XV, 10. 30. Jos. X, 26. XI, 17, sic cum verbo moriendi 2 Reg. XXV, 25: וַיַּכֵּהוּ וַיָּמֹת. — In eandem sententiam additur etiam acc. נֶפֶשׁ (quod ad vitam attinet), הִכָּה פ׳ נֶפֶשׁ *occidit aliquem* ita ut *vitam* amittat (jemanden am Leben schlagen). Gen. XXXVII, 21. Deut. XIX, 6. 11. XXVII, 25. Jer. XL, 14. 15, paullo aliter Lev. XXIV, 18: מַכֵּה נֶפֶשׁ *qui occidit pecudem.* De Deo 2 Sam. VI, 7: *et percussit eum Deus et mortuus est.* Ps. LXXVIII, 51. CV, 36, de angelo Dei 2 Reg. XIX, 35: *egressus est ea nocte angelus Dei et percussit in castris Assyriorum* 185000 *et postridie mane omnes erant cadavera mortua.* — In clade describenda, si *pars* tantum hostium occiditur, uti solent מִן partitivo v. c. Ind. XIV, 19: וַיַּךְ מֵהֶם וַיָּמֶת מִשְׁלֹשִׁים אִישׁ *et occidit ex iis triginta viros.* XX, 45. Jos. VII, 5, et ב partitivo 1 Sam. XVIII, 27: וַיַּךְ בְּמֵאתַיִם *et occidit e Philistaeis ducentos.* VI, 19. 2 Sam. VIII, 5. Ind. XV, 15. Etiam omisso accus. numeri dicunt הִכָּה בְּאוֹיְבִים (Niederlage anrichten unter den Feinden) 2 Sam. XXIII, 10. XXIV, 17. 2 Par. XXVIII, 5. 17. Num. XXII, 6, et sic 1 Sam. XVIII, 7: הִכָּה שָׁאוּל בַּאֲלָפָיו. XXI, 12. XXIX, 5. — Tribuitur etiam feris, quae aliquem dilaniando occidunt 1 Reg. XX, 36. Jer. V, 6. — Trop. *lingua* aliquem *occidere* dicuntur, qui calumniis ei supplicium parant Jerem. XVIII, 18. — Sed

3) *occidit* hostes saepe nihil aliud est quam *fugavit, proelio vicit* (die Feinde schlagen, werfen), plene הִכָּה וַיִּרְדְּפֵם אָחוֹר Ps. LXXVIII, 66. — Gen. XIV, 15: וַיַּכֵּם

עַד חוֹבָה *et fugavit eos cosque persecutus est usque ad Chobam.* Comm. 5. 7. Jos. XIII, 12. Iud. I, 5. III, 13. VIII, 11. XII, 4. 1 Sam. XIII, 4. XIV, 48. XV, 7. XXXI, 2. 2 Sam. VIII, 1. 2. 3. 10. Passim, ut supra Gen. XIV, 15, additur spatium, per quod fugati sunt 2 Sam. V, 25: *et fugavit Philistaeos a Geba usque ad Geser.* Jos. X, 10. 41. Num. XIV, 45. Iud. XI, 33. 1 Sam. XIV, 31, vel tempus, per quod dimicatum est 1 Sam. XXX, 17: וַיַּכֵּם דָּוִד מִהַנֶּשֶׁף וְעַד הָעֶרֶב. XI, 11. 2 Sam. XXIII, 10, et sic Jes. X, 33. VIII, 22. Iud. III, 29 (ubi dimicatum est ad internecionem hostium). Denique addi solet numerus hostium caesorum et fugatorum (non occisorum). Iud. III, 31: וַיַּךְ אֶת־פְּלִשְׁתִּים שֵׁשׁ מֵאוֹת אִישׁ בְּמַלְמַד הַבָּקָר. I, 4. 1 Sam. IV, 2. Ps. LX, 2. — Etiam oppida *caedi* s. *vinci* dicuntur i. e. *expugnari.* Jos. VII, 3. X, 4. 1 Sam. XXX, 1. 1 Reg. XV, 20. 2 Reg. III, 19. 1 Par. XIV, 15. XX, 1. Sed aliud est הַכָּה עִיר לְפִי חָרֶב i. e. incolas urbis occidere Iud. XX, 37.

Hoph. הֻכָּה et הוּכָּה Ps. CII, 5 1) pass. Hiph. no. 1 *percussus est* a) *verberatus est* Exod. V, 14. 16. Num. XXV, 14. b) a Deo *percussus* i. e. *plaga affectus est.* 1 Sam. V, 12. Jes. I, 5. LIII, 4. Hos. IX, 16. — Ps. CII, 15: הוּכָּה כָעֵשֶׂב וַיִּבַשׁ לִבִּי *cor meum* (vis vitalis mea) *exaruit, ut herba* sole ventove *tacta.* — 2) pass. Hiph. no. 2 a) *occisus est* Num. XXV, 14. 15. 18. Jer. XVIII, 21. — b) *expugnata est* urbs Ez. XXXIII, 21. XL, 1.

נֶכֶה m. *percussus*, hinc נֶכֵה רַגְלַיִם percussus pedibus i. e. claudus 2 Sam. IV, 4. IX, 3, נֶכֵה רוּחַ percussus animo, afflictus Jes. LXVI, 2.

נְכָאִים, unde pl. נְכָאִים Ps. XXXV, 15: וְנֶאֱסְפוּ עָלַי נְכִים וְלֹא יָדַעְתִּי קָרְעוּ וְלֹא דָמּוּ sec. LXX. Vulg. Syr. *flagella.* Symm. πλῆκται, Hieron. *percutientes*, Targ. *impii, qui percutiunt me verbis suis* i. e. calumniatores (cf. Jer. XVIII, 18. Iob. V, 21), sequitur enim: קָרְעוּ וְלֹא דָמּוּ. Fürstius interpretatur: *nugatores* coll. arab. ﻧﻜﺄ desipuit, stultus fuit, contra contextum. Iust. Olshausen coniicit: נָכְרִים peregrini.

נָכוֹן Iob. XII, 5 *plagam* interpretatur Alb. Schult., sed etiam h. l. non aliud est quam part. Niph. a כּוּן, q. v.

מַכָּה pl. מַכּוֹת, sed his מַכִּים 2 Reg. VIII, 29. IX, 15 f. 1) *percussio* (das Schlagen). Jes. XXX, 26: מַכַּת מַטֵּהוּ *vulnus percussionis eius* i. e. quod inflixit. Esth. IX, 5: *percusserunt eos* מַכַּת חָרֶב *percussione gladii* i. e. gladio. Jer. XXX, 14: מַכַּת אוֹיֵב הִכִּיתִיךָ *more hostili percussi te.* Jes. X, 26. XIV, 6. a) *verberatio* Deut. XXV, 3. — b) *excussio.* Ita 2 Par. II, 9 verba מַכּוֹת חִטִּים reddunt *triticum excussiones* (ἄρπος.), triticum ex aristis excussum, sed nil dubito quin ibi legendum et iungendum sit: חִטִּים מַכַּת לַעֲבָדֶיךָ *triticum* quod *cibo* sit *servis tuis*, ut 1 Reg. VI, 25 (11): חִטִּים מַכַּת לַבֵּיתוֹ. Ita LXX. εἰς βρώματα δίδωμι σῖτον τοῖς παισί σου. Vulg. *servis tuis dabo in cibaria tritici* cet. Syr. id. Targ. בְּרַיוּת. Iudaei nonnulli, ut Josephus Kimchi, מַכּוֹת formam vere hebraeam ex מַכַּת contractam esse existimant (cf. monumm. Phoen. pag. 431). — 2) *plaga* (Schlag, Streich), sive baculo inflicta Prov. XX, 30. Jer. XXX, 17 (cf. Jes. XIV, 6), sive gladio aliove instrumento ferreo, inde *vulnus* 1 Reg. XXII, 35. Jes. I, 6. Zach. XIII, 6. Jer. VI, 7. XIV, 17. XV, 18. XXX, 12. Mich. I, 9. Nah. III, 19, ubi saepe metaph. de vulneribus civitatis (cf. Jes. l. c.). Spec. de *plagis* i. e. calamitatibus a Deo inflictis Lev. XXVI, 21. Deut. XXVIII, 59. 61. XXIX, 21. 1 Sam. IV, 8. Jer. X, 19. XIX, 8. XLIX, 17. — 3) *caedes*, *strages* (Schlacht, Niederlage) 1 Sam. IV, 10. XIV, 14. חַכָּה פְּ׳ מַכָּה גְדוֹלָה magna clade aliquem affecit Jos. X, 10. 20. Iud. XI, 33. XV, 8. 1 Sam. VI, 19.

* * *

נְכֹה 2 Reg. XXIII, 29. 33 et נְכוֹ Jer. XLVI, 2. 2 Par. XXXV, 20. XXXVI, 4 n. pr. regis Aegypti, qui Josia rege in proelio ad Megiddumtem fuso Judaeae regnum paullo post filio eius natu maiori Jojakimo tradidit. LXX nomen scribunt *Νιχαώ*, eodem modo Manetho ap. Iul. Afric. et Eusebium, Jos. Archaeol. 10, 5 §. 1 (nonnulli codd. *Νεχαώς*), sed Herodotus (2, 158. 159. 4, 42) et Diodorus (1, 33) *Νεκώς*, sed apud Diod. aliquot libri *Νέχως*, al. *Νεχαῖς*. Herodoto auctore is Psammetichi filius erat, fossa ex Nilo in Erythraeum mare ducta et Phoenicibus ad Africam circumnavigandam emissis nobilis: ex Manethone (v. Routh rell. sacras II p. 147) discitur, eum *sextum* regem fuisse dynastiae sextae et vicesimae i. e. Saïticae secundae, Psammetichi filium, Nechaonis (primi) nepotem. In monumentis Aegyptiacis integrum nomen cum praenomine duplici modo scriptum reperitur (v. Rosellini monumm. dell' Egitto, Monumm. storici II p. 151 sqq. tab. 9, no. 143 et 143 a):

1 2



Utrumque legendum est: COSTW (ϸH ... CHT vel TWE) CIϸH (WKW vel WKOS) i. e. *'rex* (*Sol in corde* vel *in aequitate*) *filius Solis* (*Necho*), nisi quod no. 2 in praenomine addita est *noctua* ⲙ i. e. praepositio ⲥⲁ *in.* — Etymon nominis quum in vetere lingua aegyptiaca quaerendum sit, ridiculi sunt Targ. et Syr., qui נְכֹה, נְכוֹ vertunt חַגְרָא *claudus* (coll. hebr. נֶכֵה רַגְלַיִם), et sine ulla auctoritate Il n Batrik (apud Io. Simon. p. 598)

observat, *Nachu* (נחו) etiam apud Aegyptios idem significare. Hoc satis certum, licet de vero etymo non constet.

נָבַח rad. inusit., pr. i. q. נָכַח *coram, ante oculos, e regione fuit* (v. נֹכַח), *rectâ ivit*. Nihil est, quod nuper contulerunt germ. *nahjan, nahen*. Inde

נָכֹחַ adj. *rectus*, pr. de via rectâ procedente (nostr. *gerade aus*). Jes. LVII, 2: הֹלֵךְ נְכֹחוֹ *qui ambulat viam suam rectam* (nostr. der seinen geraden Weg geht), i. e. vir probus. Ad usum pronominis possessivi cf. Gen. XX, 5. 6. 1 Reg. XXII, 34. 2 Sam. XV, 11. Sq. לְ: quod *rectum* est alicui i. e. ei placet Prov. VIII, 9. Fem. נְכֹחָה *ius fasque, rectum*. Am. III, 10. Jes. LIX, 14, pl. נְכֹחוֹת id. Jes. XXVI, 10. XXX, 10.

נֹכַח pr. subst. *quod oculis oppositum est*, abit in praep. 1) *e regione* Ex. XXVI, 35. XL, 24. Jos. XVIII, 17. 1 Reg. XX, 29. XXII, 35. Esth. V, 1. נֹכַח לְ Jos. XV, 7 id. — 2) *coram, ante*. נֹכַח יְהוָה i. q. לִפְנֵי יְהוָה ante Jehovam, h. e. ei gratum lud. XVIII, 8. נֹכַח פְּנֵי יְהוָה coram Jehova Thren. II, 19, metaph. ei cognitum Jer. XVII, 16, et sic נֹכַח עֵינַי יְיָ Prov. V, 21. שׂוּם נֹכַח פָּנִים ponere (aliquid) ante faciem suam, h. e. prae se ferre aliquid, eo delectari. Ez. XIV, 7 (V. 3 pro שׂוּם est נָתַן).

C. Praeff. 1) אֶל נֹכַח pr. versus faciem l. frontem rei, *versus* Num XIX, 4. — 2) לְנֹכַח a) adv. versus oppositum i. e. *rectâ ante se* (gerade vor sich, Luth. stracks) Prov. IV, 25. b) *ante* Gen. XXX, 38, inde c) *pro* (cf. germ. *vor* et *für*, quorum posterius quoque pr. locale est), post verbum intercedendi Gen. XXV, 21. LXX. *περί*. Magis etiam respondet *ἀντί*, nam qui pro aliquo intercedunt, ante eum stare eumque defendere videntur. — 3) עַד נֹכַח *usque ad* (locum qui) *e regione* (est). Iud. XIX, 10. XX, 43. Ez. XLVII, 20.

נֶגֶד cum Suff. נֶגְדּוֹ id. *e regione* Exod. XIV, 2. Ezech. XLVI, 9.

נָבַל *decepit, fraudulenter egit*. (Syr. Pe. et sec. Lex. Adl. Pa. decepit, sq. ܢܒܠ insidiatus est BH. 221, 2. Ethpe. pass., נִבְּלָא chald. נִבְלָא dolus, fraus, נִבְּלָא, נִבְלָא fraudulentus, dolosus, non, ut in edit. Gotting., נִבְּלָא fraudulentus, et נִבְּלָא fraus. Sam. Pe. et Ethp. id. Radicem bilitteram esse volunt כל clausit, vide ad נְבָלָה et נָבַל, ut pr. sit tecte egit). Part. נוֹבֵל qui fraudulenter agit. Mal. I, 14.

Pi. id. sq. לְ pers. Num. XXV, 18: נָכְלוּ אֶתְכֶם אֲשֶׁר נִכְּלוּ לָכֶם.

Hithp. id. sq. בְּ Ps. CV, 25, adeoque c. acc. frandulenter habuit aliquem) *insidiatus est* alicui Gen. XXXVII, 18.

נֶכֶל pl. c. suff. נְכָלֵיהֶם Num. XXV, 18 *fraus, dolus.*

פִּילַי Jes. XXXII, 5 et בִּלַי ib. 7 (pro נְכִילַי, נְכִלַי) adj. *fraudulentus, dolosus*, ut recte Hieron., a כִּיל (נָכַל) addita terminatione adjectivorum (chald.) יַי—. Rabbini interpretantur *avarus* (Saad. בַּחִיל), ducuntque a rad. כול, quia avarus bona firmiter *teneat* (q. d. tenax) vel omnia accurate *metiantur*, sed ad Comm. 7 haec significatio non apta est, neque ista *tenendi* vis in rad. כול inest.

נָבַס rad. inusit. i. q. נָגַס et נָגַז (quas vide) *collegit, coacervavit*, unde

נֶכֶס m. plur. נְכָסִים *opes, divitiae*, serioris Hebraismi vc. Syr. ܢܟܣܐ id. Jos. XXII, 8. 2 Par. I, 11. 12. Eccl. V, 18. VI, 2.

נְכַס chald. plur. נְכָסִין id. Esr. VI, 8: נְכָסֵי מַלְכָּא *thesaurus regius*. VII, 26: עֲנָשׁ נְכָסִין mulcta. In Targg. saepe.

נָכַר rad. in Kal inusit. Arab. نَكَرَ 1) subtili ingenio fuit, et contra 2) nescivit, non cognovit, pro suo non habuit, inde improbavit, reprobavit; نَكِرَ gravis et difficilis fuit res, rectius: molesta, ingrata, invisa fuit res, cf. مُنْكَر incognitus, ingratus, نَكْرَاء res ingrata et iniqua, res inaudita et multum admiranda, calamitas, أَنْكَر maxime ingratus, iniquus, نَكِير id. نَوَاكِر res durae, ingratae. Conj. IV. nescivit, abnegavit, repudiavit. V. mutatus est, ut non cognosceretur. X. nescivit. A Conj. I, no. 1 sunt نَكْر, نُكْر intelligentia, acumen ingenii, نَكِر, نَكِر intelligens; a Conj. IV. نَكِيرَة, نَكِير abnegatio, اِنْكَار negatio. Aethiop. ፈነከረ: miratus, admiratus est, ተኅንከረ: admirationi fuit, ተናከረ: alienus factus est ab aliquo, ኀናከርከ: mirus, mirabilis. ኀንከራ: admiratio, res mira, መኀንክር: miraculum, sed ኀንክር: extraneus, alienigena. — In usu Hebraeorum exponendo proficiscamur ab

Hiph. הִכִּיר (quae species usitatissima est). Haec (similis significationis atque יָדַע) est 1) pr. *intuitus est, contemplatus est* (ansehen). Gen. XXXI, 32: הַכֶּר־לְךָ *intuere tibi, quid penes me sit*. XXXVII, 32. XXXVIII, 25. 26. Neh. VI, 12: וְאֲכִירָה וְהִנֵּה *et intuitus sum et ecce!* cet. Jer. XXIV, 5: כֵּן אַכִּיר אֶת־גָּלוּת לִטּוּבָה .... וְיהוּדָה *sic intucor captivos Judae .... in bonam partem* i. e. cum gratia et favore (לְטוֹבָה p. 546 et cf. formulas שׂוּם עֵינַיִם. שׂוּם פָּנִים). Inde a) הִכִּיר פָּנִים intuitus est personam (die Person ansehen) i. e. personae rationem habuit (iudex), partium studiosus fuit, i. q. נָשָׂא פָּנִים Dent. I. 17. XVI, 19. Prov. XXIV, 23.

XXVIII, 21 (cf. Jes. III, 9). b) animum advertit ad aliquem (anf jem. merken), inde *curavit* aliquem. Ruth II, 10. 19: וַתֹּאמֶר מְבֹרָךְ אָתְּ. Ps. CXLII, 5, *coluit* (numen) Dan. XI, 39.

2) a) *agnovit* aliquem, aliquid (erkennen). Gen. XXVII, 23: וְלֹא הִכִּירוֹ *et non agnovit eum.* XXXVII, 33. XLII, 7. 8. Ruth III, 14. Iud. XVIII, 3. 1 Sam. XXVI, 17. 1 Reg. XVIII, 7. XX, 41. Iob. II, 12. — b) *agnovit* (anerkennen). Deut. XXI, 17: אֶת הַבְּכֹר בֶּן־ הַשְּׂנוּאָה יַכִּיר *primogenitum, filium exosae, agnoscat.* XXXIII, 9. Sq. בִּי Jes. LXI, 9. — 2 Sam. III, 36: וְכָל־ הָעָם הִכִּירוּ *et agnovit universus populus* sc. innocentiam regis.

3) *novit* i. q. יָדַע no. 4. Iob. IV, 16: לֹא אַכִּיר נִיאֹדוֹ *non noveram speciem eius.* VII, 10: לֹא יַכִּירֻנוֹ עוֹד *non novit eum amplius locus eius.* Ps. CIII, 16. Iob. XXIV, 13: לֹא הִכִּירוּ דְרָכֶיהָ *non noverunt vias eius* lucis (cf. יָדַע XVIII, 21). Ibid. 17: כִּי יַכִּיר בַּלְהוֹת *novit enim terrores tenebrarum.* XXXIV, 25. Jes. LXIII, 16.

4) *scivit* i. q. יָדַע no. 5, sed raro et in recentioribus libris. Sq. gerundio Neh. XIII, 24: אֵינָם מַכִּירִים לְדַבֵּר *non sciunt iudaice loqui.* Esr. III, 13: אֵין הָעָם מַכִּירִים קוֹל תְּרוּעַת הַשִּׂמְחָה לְקוֹל בְּכִי *distinguere vocem iubili et gaudii a voce fletus,* pro pleniore מִן קוֹל — לְקוֹל.

Pi. 1) i. q. Hiphil no. 1, a, *intuitus est* aliquem, ut eius rationem haberet, ei faveret. Iob. XXXIV, 19: לֹא נָכַר שֹׁתֵי לְפָנֵי דָל *non intuetur divitem prae paupere.* Sed 2) *nescivit, ignoravit* rem. (Arab. conj. I). Iob. XXI, 29: *agite! interrogate transeuntes* תִּנְכֹּרוּ וְאוֹתָתָם לֹא תַכִּירוּ *et signa eorum non ignorabitis* i. e. non ignorabitis, quem digitis quasi monstrent. Inde 3) *abnegavit, scire se negavit.* (Arab. conj. IV). Deut. XXXII, 27: פֶּן יְנַכְּרוּ צָרֵימוֹ *ne abnegent hostes eorum, neve dicant: manus nostra potens est, Iova ista non fecit.* Bene Saad. لئلا ينكر اعداؤهم. (LXX. Vulg. Targ. e contextu conficientes: ne superbiant). — 4) *repudiavit* aliquid (Arab. conj. IV). Jer. XIX, 4: וַיְנַכְּרוּ אֶת הַמָּקוֹם הַזֶּה *et repudiarunt hunc locum,* praecedit: עֲזָבֻנִי *dereliquerunt me.* LXX. Vulg. ἀπηλλοτρίωσαν, *abalienarunt* (mihi) hunc locum sc. diis alienis eum consecrando. (Arab. conj. V. alienatus est ab aliquo). Targ. et Syr. inquinarunt. — Praegn. 1 Sam. XXIII, 7: נִכַּר אֹתוֹ בְּיָדִי *repudiavit eum Deus* et tradidit *in manum meam.* LXX. πέπρακεν (נִמְכַּר)

Niph. 1) pass. Hiph. no. 2, a. *agnosci.* Thren. IV, 18.

2) i. q. Hithpa. no. 2. *dissimulavit* (et *simulavit*), sich verstellen. Prov. XXVI, 24: בְּשִׂפְתָיו יִנָּכֵר שׂוֹנֵא *labiis suis dissimulat osor.*

Hithpa. 1) *agnosci* pass. Hiph. no. 2, a, sq. בְּ aliqua re (*an* etwas). Prov. XX, 11. — 2) *ignorare se fecit* i. e. non agnoscendum se praebuit, *dissimulavit* quis sit. Gen. XLII, 7. 1 Reg. XIV, 5. 6.

In significationibus paene contrariis *agnoscendi sciendique* et contra *nesciendi* inter se conciliandis et ad communem quandam notionem revocandis din multumque laboratum est variaque tentata sunt ab etymologis, licet non deessent, qui antiphrasin quandam admitterent et ad similia exempla in lingua Arabica provocarent. Equidem in lex. man. huic verbo primariam *ignoti* et *peregrini* potestatem tribui (coll. נָכְרִי, נֵכָר), unde in coniugg. causativis: adspexit rem tanquam ignotam et peregrinam a) *ignoravit* rem, Pi. no. 2. b) *contemplatus est* rem (to strange at some thing), Hiph. et Pi. no. 1. Sed haud scio an rectius varios huius radicis usus ita dispescas: 1) *intuitus est acriter* Hiph. no. 1 (an proprie: perforavit oculis? coll. נָקַר et נִיר), unde *agnovit, novit, scivit* Hiph. no. 2—4, ut יָדַע = *εἴδω* et *οἶδα*. Translate נָכֵר perspicax, subtili ingenio fuit, scharfsichtig seyn. Quoniam res ignotas, novas, inauditas acriter oculisque defixis intueri et vel mirari vel admirari solemus 2) est: *non novit, ignoravit* (Pi. no. 2), arab. نكر I. IV, et ⱡⱅⱁⱀ: *miratus, admiratus est*, arab. نكر aeth. ⱡⱅⱁⱀ: res mira, ⲙⲁⲛⲕⲁⲣ: miraculum. Inde נֵכָר ignotum, terra ignota, peregrina, נָכְרִי peregrinus. Quoniam autem res nobis cognitae et familiares gratae, incognitae contra ingratae et invisae esse solent, 3) est: ingrata et molesta fuit res, unde נֵכֶר, נָכְרָה, נֻכְרָה res ingrata, molesta, calamitas, נֻכְרִי incognitus, ingratus. (Duritiei et firmitatis significatio, quam primariam facit Ewaldus, gr. cr. p. 200, commenticia est et Arabibus quoque incognita).

נֵכָר constr. נֵכַר Deut. XXXI, 16 m. 1) *ignotum*, inde *peregrinum* (das Fremde, die Fremde). Neh. XIII, 30 (ubi refertur ad cultum exterum s. peregrinum). אֶרֶץ נֵכָר terra peregrina Ps. CXXXVII, 4. אֵל נֵכָר Deut. XXXII, 12. Ps. LXXXI, 10 deus peregrinus, pl. אֱלֹהֵי נֵכָר Gen. XXXV, 2. Jos. XXIV, 20. 23. מִזְבְּחוֹת הַנֵּכָר *altaria deorum peregrinorum* 2 Par. XIV, 2. Inde 2) *regio peregrina*, s. extera. בֶּן־ נֵכָר peregrinus, externus Gen. XVII, 12. 27. Ex. XII, 43. Lev. XXII, 25, בְּנֵי נֵכָר Ps. XVIII, 45. 46. Jes. LX, 10. Neh. IX, 2.

נֵכֶר Iob. XXXI, 3 et לֶכֶר Obad. 12 *calamitas.* Arab. نكر, نكرة id. Vide supra ad rad. Ex. c. عَلَّمَ نكر poena gravis et inaudita Cor. 8, 86. 65, 8, شيء نكر res inaudita (de iudicio extremo) 54, 6.

נָכְרִי f. נָכְרִיָּה pl. נָכְרִיִּים adj. (a נֵכָר peregrinum addita terminatione יִ—) chald. נֵיכְרִי, syr. ܢܟܪܝ *peregrinus*, a) alius terrae et populi Deut. XVII, 15. Esr. X, 2 sqq. Deut. XIV, 21. XV, 3. XXIII, 21. 1 Reg. VIII, 41. 43, de populo Ex. XXI, 8, de terra II, 22, de urbe Iud. XIX, 12, de vite Jer. II, 21, vestimento Zeph. I, 8. — b) alius familiae, *alienus* Gen. XXXI,

15. Prov. XX, 16. אִישׁ נָכְרִי Eccl. VI, 2 (opp. filio et heredi legitimo). Fem. נָכְרִיָּה *mulier aliena*, opp. propriae coniugi, max. ratione illegitimae consuetudinis, inde *adultera* (v. זָרָה p. 412) Prov. V, 20. VI, 24. VII, 5. XXIII, 27. De domo aliena Prov. V, 10. Sq. dat. Ps. LXIX, 9: נָכְרִי לְבְנֵי אִמִּי ... הָיִיתִי *alienus factus sum fratribus meis* cf. Iob. XIX, 15: נָכְרִי הָיִיתִי בְּעֵינֵיהֶם. — c) *alius* ab aliquo ipso Prov. XXVII, 2. — d) *novus, inauditus* Jes. XXVIII, 21.

מַכָּר n. pr. abstr. *consuetudo, familiaritas* (Bekanntschaft), sed concr. *notus* (ein Bekannter), *amicus* 2 Reg. XII, 6. 8.

הַכָּרָה f. verbale Hiph. Jes. III, 9: הַכָּרַת פְּנֵיהֶם i. e. *partium studium, quo in iudicio indulgent* (ihr Personenansehen), vide de locutione הִכִּיר פָּנִים verbum in Hiph. no. 1, a. Bene Targ. אַשְׁתְּמוֹדָעוּת אַפֵּיהוֹן דְּדִינָא. Syr. ܡܨܒ ܟܘܦܐ. In Comment. cum Rosenm. al. interpretatus sum: *agnitio vultus eorum* i. e. quod agnoscendum se dat in vultu eorum, sed contra certum loquendi usum. De loco suffixi vide Lgb. 733.

נָכַת rad. spuria. Quas huc referunt, formae sunt a כָּתַת.

נָכַת Jes. XXXIX, 2 v. נְכֹאַת, rad. נָכָא.

נָלָה rad. in textu masoretico bis obvia, sed a suspicione tamen non libera. In verbo semel legitur

Hiph. Jes. XXXIII, 1: כַּהֲתִמְּךָ שׁוֹדֵד הוּשַׁד כַּוְּלֹתְךָ לִבְגֹּד יַבְגִּדוּ בָךְ *ubi desieris vastator* esse, *ipse vastaberis, ubi perfeceris* i. e. desieris *rapere, ipse rapieris.* Ita enim e verbo parallelo coniiciunt Hebraei. Kimchi: כַּוְּלֹתְךָ משפטו בַּהַכְלוֹתְךָ ופירוש כהשלימך i. e. *plena et legitima forma esset* בַּהַכְלוֹתְךָ *et significatio est, ubi perfeceris.* Haec ipsa, quam Kimchius postulat, forma כַּהַכְלוֹתְךָ, in 4 codd. exstat: de Dag. euphon. in Nun vide Lgb. p. 87 et Comment. ad Jes. l. c. Jarchi: *Menahem* כנלותך *coniungit cum illo* (Iob. XV, 29): לֹא יֵטֶה בָאָרֶץ מִנְלָם ..... *atque convenit ei significatio* כלין *consummatio iuxta materiem subiectam, ita ut illius* כנלותך *significatio sit* ככלותך *) *quum desieris, verborum autem istorum: nec extendet se in terra perfectio eorum, sententia est: consummatio, quae super illos decreta est, non extendet se ad terram, ut illa cesset et desinat, sed subinde invalescet.* E recentioribus Alb. Schultensius (Opp. min. p. 276. Comment. ad. Iob. l. c.) radici נָלָה tribuit vim arab. نال med. Je, *consecutus est*, cuius verbi usum is illustravit his exemplis: „Tim. p. 53: لن نصرت نلت *si victor evado, inceptum meum perfecero* [imo, consecutus ero]. Pag. 402: نيل الامانى *damnari voto.* Abulph. p. 247: *studium suum adhibent* [فضايل] الى نيل النفس الناطقة *ad acquirendas virtutes animae rationalis.* Toph. p. 197: او لذة ينالها او شهوة يقتضيه *aut voluptas, qua fruatur, aut libido, quam expleat.* In his نال respondet lat. *consequi, acquirere, perficere* [?], ut et in Toph. انتهى الى النيل *pertigit ad summum.* Notat etiam *acquirere divitias.* Ut in Cor. Sur. 9, 75. Et in illo Poëtae: ينال الفتى من عيشة وهو جاهل ويكدى الفتى فى دهره وهو عالم *est qui bonis vitae affluit quamvis insipiens, et est quem dure habet fortuna quamvis sapientem.*“ Adde ex lexx. نال med. Je consecutus est, compos factus est, c. c. a., it. Conj. I. IV. compotem fecit c. dupl. acc. vel cum a. rei et ل pers. נָלִי, נָלְתָּ, נָלָה, נָלְתָה, נָלִיל, נָלִיל res, quam quis consequitur, bonum. Sed ex his omnibus nihil aliud efficitur, quam *consequendi, obtinendi*, non *perficiendi* significatus i. q. הַחֵם, quem flagitat locus Jesaiae. Itaque admodum probabilis est Lud. Cappelli (Opp. p. 513) coniectura בְּכַלֹּתְךָ, quae etiam Lowtho, Doederleinio, Maurero al. placuit. Quod enim Hitzigius huic coniecturae obstare dicit parall. כַּהֲתִימְךָ, id ipsum ei ita favet, ut magis non possit. Nam duobus etiam aliis locis sibi respondent הֵחֵם et חָמַם, כָּלָה et בָּלָה. Dan. IX, 24: לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְהָתֵם חַטָּאוֹת, ubi כִּלֵּא est pro כָּלָה, et Jes. XVI, 4: אָפֵס הַמֹּץ כָּלָה שׁד תַּמּוּ רֹמֵס מִן הָאָרֶץ (cf. XXIX, 20: אָפֵס עָרִיץ כָּלָה לָץ). Nun et Caph litteras in scriptura et antiqua et quadrata sibi similes saepe permutatas esse, profecto non est, quod doceamus (vide סַם pro נַם Exod. XVII, 16). Radici נָלָה praeterea obstat quod litterae נכ *In* in linguis Semiticis nunquam in radice se excipiunt. Eadem autem medela adhibenda erit alteri loco, ubi Rabbini statuunt formam

מִנְלָה c. suff. מִנְלָם Iob. l. c. מִנְלָם לֹא יֵטֶה בָאָרֶץ מִנְלָם, quod interpretantur: *non diffundunt se in terram opes eorum* (int. greges). Juda b. Karisch eadem ilia, de qua supra dictum est, radice usus: מנלעם, quam formam ignorant lexx., licet idem esse videatur quod נيل *quod quis consequitur, bonum.* Kimchi et Jarchi: תכליתם, qs. נלה sit i. q. כלה. Equidem haud scio an (cum 1 cod. Ross.) scribendum sit: מִכְלָם a מִכְלָא = מִכְלָה, מִכְלָה *caula eorum* i. e. grex eorum. Vett. interpretes ex mera coniectura transtulerunt LXX. *umbra eorum* (צִלָּם), Vulg. *radicem suam* (אֲצִלָּם), Syr. *verbum eorum* (מִנְלָם pro מִלָּם).

נִמְבָּזָה v. rad. בָּזָה.

נְמוּאֵל (fort. pro יְמוּאֵל dies Dei) n. pr. viri Num. XXVI, 9. Patron. נְמוּאֵלִי ib. 12. Vide יְמוּאֵל.

*) Errant igitur, qui nuper retulerunt, iam Jarchium memorasse interpretes, qui pro כנלותך *coniecerint* ככלותך: non coniecit ita, sed interpretatus est Menahem.

נָמַךְ radix spuria e lexx. eliminanda, unde nonnulli ducebant formas יַמֵּךְ, תַּמְּכֵנִי, quae sunt a תָּמַךְ.

נָמַל radix in verbo dubiae auctoritatis, cuius formae, quotquot exstant, ad radd. גָּמַל et גמל revocari possunt vel potius debent. A rad. גָּמַל nc. II abscidit, abscissus est, est fut. יִגְמֹל, יִגְמַל (v. hac rad. p. 796) et ad Niph. referendum est נִגְמַלְתֶּם (pro נִמַּלְתֶּם) *abscindemini* i. e. circumcidemini Gen. XVII, 11 (quod vulgo accipitur pro Praet. Kal rad. גָּמַל circumcisus est). — Ad rad. גמל haud dubie pertinet praet. Niph. נִמּוֹל i. q. גָּמוֹל circumcisus est Gen. XVII, 26. 27, part. נִמָּלִים XXXIV, 22. Cf. מְשׁוֹם et מְשׁוּם, מְשָׁאוֹת pro מַשָּׂאוֹת et quae observavimus ad has vce. — Est tamen ab hac rad. nomen

נְמָלָה f. Prov. VI. 6 pl. נְמָלִים ib. XXX, 25 *formica*, vel ab abscindendo s. absumendo dicta (נָמַל i. q. גָּמַל no. II), vel a rependo. Rad. enim arabica نَمَلَ „1) clam obtrectavit 2) conscendit pec. proreptando arborem" *reptandi* vim habuisse videtur, unde obtrectandi potestas profecta est (cf. דָּבָה a דָּבַב). Arab. نَمْلَةٌ n. gener. نَمْلٌ, نَمْلٌ, نَمْلٌ id. Cf. Boch. Hieroz. III, 478 sqq. Lips.

נָמֵר rad. in verbo inusit. I) i. q. arab. نَمِرَ maculosus fuit, it. iratus fuit, sed hoc secundarium videtur et a pardo petitum, نَمِرٌ maculosus. Syr. ܢܡܪ variegavit.

II) i. q. arab. نمر limpida, pura, salubris fuit aqua, IV. invenit talem aquam, نَمِرٌ, نَمِيرٌ limpidus, saluber, de aqua. Fort. pr. aqua *fluens* (coll. rad. מָרַר).

נָמֵר m. *pardus* a maculis dictus (Kamus: سمي للنمرة التي فيه) Jes. XI, 6. Jer. V, 6. XIII, 23. Hos. XIII, 7, pl. Hab. I, 8. Cant. IV, 8. Arab. نَمِرٌ, نَمِرٌ, syr. ܢܡܪܐ pardus, aethiop. ነምር: ambar. ነምር: tigris, pardus. Ludolf. Lex. aethiop. pag. 293. LXX ubique *πάρδαλιν* reddunt, Hieron. *pardum* et vicissim gr. *πάρδαλις* redditur נמר, נִמְרָה (Apoc. XIII, 2). — Ceterum credibile est hoc vc. (ut in lingua Aeth.) *tigridem* etiam complecti, qui peculiari nomine Hebraeo caret, licet haec bestia in monte Libano reperiatur (de la Roque voyage du mont Liban, 1, 37), possitque tigris intelligi Cant. l. c. et Jer. XIII, 23, ubi *virgae* et *striae* (חַבַּרְבָּרוֹת) *τῷ* נָמֵר tribuuntur, quae tigridi melius conveniunt. Sed fatendum tamen, id necessarium non esse, quum etiam pardus subtus striatus sit, et חברברות etiam *maculas* significare possit. [Quae p. 443 de leopardo dixi, retractanda sunt, nam etiam hic maculosus est].

נָמֹר chald. id. Dan. VII, 6.

נִמְרִים, נִמְרָה v. בֵּית נִמְרָה p. 195 B.

נִמְרֹד *Nimrodus*, v. rad. מָרַד.

נָסַג rad. incerta. Vide סוג.

נָסָה in Kal inusit. pr. (observante Alb. Schult. ad Iob. IV, 2 et ad Haririum p. 162) i. q. arab. نشا percepit odorem, inde odore exploravit, tentavit. Explorandi igitur significatus in Pi. origine differt a בָּחַן q. e. tactu exploravit l. ad lapidem Lydium examinavit. Gauhari: نشا ... تبسم الريح الطيبة يقال نشيت منه رائحا ..... ويقال ايضا نشيت الخبر اذا تخبرت ونظرت من اين جأ يقال من اين نشيت هذا الخبر اى من اين علمته .... وجاء نشيان للخبر بين النشوة *substantivum* נשא *est aura boni odoris, dicunt* נשית ריחו *percepi ab eo odorem ..... dicitur quoque: olfeci nuntium, ubi exploro et dispicio unde veniat, unde formula, undenam olfecisti hunc nuncium? i. e. undenam scis cum? ... item vir* נשין *qui res novas statim olfacit i. e. explorat.* Adde glossam Firuzabadii: تنشى بالشى عاودته مرة بعد اخرى Conj. V. *olfecit rem i. e. iterum iterumque sciscitatus est et examinavit.* Num eiusdem radicis sit sanscr. *nasa*, lat. *nasus*, alii iudicent. (נָסָא Ps. IV, 7 v. sub נָשָׂא).

Pi. נִסָּה 1) *exploravit* aliquem (jem. prüfen, auf die Probe stellen). 1 Reg. X, 1: *veniebat regina Sabae* לְנַסֹּתוֹ בְּחִידוֹת *cum* (Salomonem) *exploratura aenigmatis* propositis i. e. ingenium eius exploratura. 2 Par. IX, 1. Eccl. II, 1: אֲנַסֶּכָּה בְשִׂמְחָה *explorabo te* (anime mi) *gaudio*, explorabo, quam vim in animum meum habeat gaudium et laetitia. Dan. I, 12. 14. Spec. a) Deus *explorare* dicitur *homines* (prüfen, auf die Probe stellen) i. e. virtutem (Ps. XXVI, 2), pietatem (Deut. XIII, 4), fidem et obedientiam eorum Exod. XV, 25. XX, 17 (20). 2 Par. XXXII, 31, quod fieri potest tum magnis facinoribus (Exod. XX, 17), tum impositis legibus et mandatis observatu arduis (Gen. XXII, 1 cf. Ex. XVI, 4), tum immissis calamitatibus Deut. VIII, 2. 16 (ubi copulatur cum עָנָה). XXXIII, 8. Iud. II, 22. III, 1. 4. (Cf. verba arab. بَلَا, مَحَنَ, فَتَنَ tentavit et probavit i. e. afflixit Deus homines, مِحْنَةٌ tentatio, calamitas, hebr. מַסָּה). — b) Contra *homines* dicuntur *explorare* s. *tentare Deum*, ubi de potestate et auxilio eius dubitant Ex. XVII, 2. Num. XIV, 22. Deut. VI, 16. Ps. LXXVIII, 18. 41. 56. XCV, 9. CVI, 14. Jes. VII, 12: *non poscam neque tentabo Deum* i. e. non dubitabo de auxilio divino (iron.). Cf. Act. V, 9. XV, 10.

2) *tentavit aliquid* (etwas versuchen), *periculum fecit.* Sq. acc. rei Eccl. VII, 23. Iob. IV, 2: הֲתִנָּסֶה דָבָר אֵלַיִךְ תִּלְאֶה *an*, si *verbum ad te tentabit* aliquis, *aegre feres?* (Aqu. Symm. Theod. Hieron. Syr. complures Hebraei נָסָה h. l. accipiunt pro נָשָׂא, coll. דָּבָר: sed nil opus est hac litterarum permutatione). Sq. gerundio Deut. IV, 34. XXVIII, 56. Omisso accus. 1 Sam. XVII, 39: כִּי לֹא נִסֵּיתִי *nam nunquam tentavi*, ich habe es nie versucht. Iud. VI, 39: אֲנַסֶּה־נָּא רַק הַפַּעַם בַּגֵּזָּה *unum adhuc periculum faciam in vellere.* (Chald. נְסֵי, syr. ܢܣܐ tentavit, exploravit, sam. ⱑⱄⱁ id., ܢܸܣܝܳܢ tentatio, ⱑⱄⱁⱁⱒ tentatus. Aeth. ፈተነ: tentavit).

מַסָּה pl. נִסּוֹת f. *tentatio* a) hominum a Deo, quae fit tum magnis facinoribus, quibus fidem populi et explorare et excitare volebat Deut. IV, 34. VII, 19. XXIX, 2, tum calamitatibus immissis, inde *calamitas* Iob. IX, 23 (ut *πειρασμός* in N. T.). — b) *tentatio* Dei a hominibus est dubitatio de vi et potentia eius, quiritatio contra eum Ps. XCV, 8, unde n. pr. loci in deserto Ex. XVII, 7. Deut. VI, 16. IX, 22. XXXIII, 8.

נָסַח fut. יִסַּח *evellit* (cogn. נָתַשׁ) a) aliquem e tentorio suo, sq. מִן Ps. LII, 7, e terra h. e. in exilium egit Prov. II, 22. b) domum i. e. destruxit Prov. XV, 25. Plantarum instar homines domusque plantari dicuntur et evelli, cf. נָתַשׁ et נָתַשׁ. (Arab. نسخ delevit, abolevit, sed hoc ab Hebraeorum usu remotius est).

Niph. *evulsus* h. e. expulsus *est* (e terra) Deut. XXVIII, 63.

נָסַח chald. Ithpe. *evelli* Esr. VI, 11.

מַסָּח m. *amotio, depulsio.* 2 Reg. XI, 6: וְשִׁמַרְתֶּם אֶת מִשְׁמֶרֶת הַבַּיִת מַסָּח *et vos agetis custodiam templi ad depellendum* sc. populum (zum Abwehren). מַסָּח cum מִשְׁמֶרֶת per appositionem coniunctum est q. d. die Abwehr-Wache. Male alii: vicissitudo, qua alter alterum excipiat in statione, quod e notione verbi repeti non potest.

I. נָסַךְ fut. pl. יִסְכּוּ pr. *fudit, effudit.* (Cogn. est סוּךְ unxit, v. no. 3). Jes. XXIX, 10: נָסַךְ עֲלֵיכֶם יְיָ רוּחַ תַּרְדֵּמָה *effudit super vos Iova spiritum soporis.* Huic tam similis est locus XIX, 14: יְיָ נָסַךְ בְּקִרְבָּהּ רוּחַ עִוְעִים, ut paene oriatur suspicio, in hoc quoque legendum esse נָסַךְ, quo in verbo effundendi notio certior est. Spec. 1) *effudit* libationes, *libavit* numini, gr. *σπένδειν.* (Chald. Syr. Sam. id.). Exod. XXX, 9: וְנֵסֶךְ לֹא תַסְכּוּ עָלָיו *et libationem ne effundas super illud.* Hos. IX, 4: לֹא יִסְכוּ לַיְיָ יָיִן. Inde נֵסֶךְ מַסֵּכָה *σπένδεσθαι σπονδήν*, foedus inire, quoniam in foederibus pangendis libationes effundere solebant (cf. Feithii antiquitt. Hom. IV, 17 §. 3), unde *σπονδή* libatio et foedus, lat. spondeo. Alex. *ποιεῖν συνθήκας.* — 2) *fudit* statuam e metallo. Jes. XL, 19. XLIV, 10. — 3) *unxit* (regem). Ps. II, 6. Cf. נָסִיךְ no. 3.

Niph. pass. no. 3 *unctus est*, de sapientia Dei, quae cum regina comparatur. Prov. VIII, 23.

Pi. i. q. Kal no. 1 *libavit* Iovae (לַיהוָה), semel legitur 1 Par. XI, 18, idque more linguae Chaldaeae, in qua Paël usitatissimum est. In loco parallelo 2 Sam. XXIII, 16 habetur Hiphil.

Hiph. i. q. Pi. et Kal no. 1 *effudit libationem, libavit*, plene הִסִּיךְ נֶסֶךְ Gen. XXXV, 14, sive Iovae Num. XXVIII, 7. 2 Sam. XXIII, 16. 2 Reg. XVI, 13, sive idolis Jer. VII, 18. XIX, 13. XXXII, 29. XLIV, 17 sqq. Ez. XX, 28. Ps. XVI, 4.

Hoph. pass. *effundi, libari* Exod. XXV, 29. XXXVII, 16.

II. נָסַךְ i. q. cogn. סָכַךְ 1) *plexuit, texuit, sepsit*, i. q. arab. نسج, inde נַסָּכָה stamen texturae. A sepiendo proficiscitur 2) *texit, protexit.* Jes. XXV, 7, cf. מַסֵּכָה no. II.

נָסַךְ chald. *fudit, libavit*, max. in Pa. Dan. II, 46, ubi per zeugma refertur etiam ad נִיחֹחַ, cf. arab. نسك sacrificavit Deo.

נֶסֶךְ Gen. XXXV, 14. Num. XXVIII, 7 et נֶסֶךְ Exod. XXIX, 40. XXX, 9, in Pausa נָסֶךְ Num. IV, 7. Joel I, 13 m. e. Suff. נִסְכִּי Jes. XLVIII, 5, pl. נְסָכִים estr. נִסְכֵּי 1) *libatio* Gen. XXXV, 14. Jer. VII, 18 et saepe. נִיחֹחַ וְנִסְכּוֹ fertum et libatio Joel I, 9. 13. II, 14. Num. XV, 24. Dicunt שָׁפַךְ נֶסֶךְ לְ Jes. LVII, 6 et נָסַךְ לְ v. verbum. LXX. *σπονδή.* — 2) *statua fusilis* i. q. נִסָּכָה Jes. XLI, 29. XLVIII, 5. Jer. X, 14. LI, 17.

נְסָכִים pl. c. suff. נִסְכֵּיהֶן *libatio.* Esr. VII, 17.

נְסִיךְ m. 1) *libatio* Deut. XXXII, 38. 2) *simulacrum fusum* i. q. נִסָּכָה Dan. XI, 8. 3) *Unctus* i. e. *princeps* ungendo consecratus i. q. נָגִיד, sed usitatius in poësi Jos. XIII, 21. Ps. LXXXIII, 12. Ez. XXXII, 30. Mich. V, 4.

מַסֵּכָה estr. מִסֶּכֶת Jes. XXX, 22, pl. c. suff. מַסֵּכֹתֵיכֶם Num. XXXIII, 22 f. I) *fusio, effusio* (a rad. no. I). Inde 1) *σπονδή, foedus.* Jes. XXX, 1. — 2) *fusio* metalli. עֵגֶל מַסֵּכָה vitulus fusus Exod. XXXII, 4. 8, אֱלֹהֵי מַסֵּכָה idola fusilia Ex. XXXIV, 17. Lev. XIX, 4. Inde: *statua fusilis.* Deut. IX, 12. XXVII, 15. Iud. XVII, 3. 4. XVIII, 14. 17. 18. 2 Reg. XVII, 16. Jes. XXX, 22. XLII, 17.

II) *tegumentum* (a rad. no. II). Jes. XXV, 7. XXVIII, 20.

מַסֶּכֶת f. *fila, stamen* texturae. Iud. XVI, 13. 14. LXX. *διάσμα* (Aufzug des Gewebes). Vulg. *licium.* Male Targ. אַבְנָא דְּנַשְׁתִּיתָא (*ăšor*) *iugum textorium* (hoc enim est עִיזוֹר אַרְגִּים). De integro hoc loco adi Braun. de vestitu sacerd. p. 235 (cum tab. 272) et Studerum in Comment.

I. נָסַס i. q. נָשַׂס *contabuit, aegrotavit*, cf. hebr. נוּשׁ, אָנַשׁ. (Syr. ܢܫ Ethpa. id. ܐܬܢܫ aeger, it. ܢܘ Pe. Ethpa. aegrotavit, ܐܬܢܘ aeger. In lingua Arabica conferri potest نَشَّ defecit aqua in stagno, max. exhalatione). Jes. X, 18: כְּמֶסֶס נָסָס *sicut contabescit aeger.*

II. נָסַס in Kal inusit. prob. i. q. arab. نَسَّ *extulit* rem in altum, ut eam monstraret et exhiberet. VIII. elatus, erectus fuit, נִסַּס solium elatum. (Cogn. est נָשָׂא).

Hithpo. Zach. IX, 16: *erunt* (ut) אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת *lapides diadematis attollentes se* i. e. exsurgentes *in terra eius.* Cf. Cod. Nasar. I p. 320: נשמתא דמסא *alta maris* opp. profundis. Sed תְּהוֹמוֹת Ps. LX, 6 est a rad. נוּס.

נֵס c. suff. נִסִּי n. pr. *res elata et erecta, quae procul conspici potest*, 1) *columna* s. *pertica alta* Num. XXI, 8. 9. 2) *vexillum* s. *velum* navium (Flagge). Jes. XXXIII, 23. Ez. XXVII, 7. 3) *vexillum*, quod in montibus collibusve late conspicuis (Jes. XIII, 2. XXX, 17) erigi solebat ad populum quacunque de caussa co convocandum (Jes. V, 26. XI, 10. 12. XLIX, 22, LXII, 10), sive ut ibi convenirent fugitivi Jer. IV, 6. Ps. LX, 6, sive ut copiae in unum locum contractae hostem adorirentur Jes. XVIII, 3. Jerem. IV, 21. LI, 27 (quibus locis copulatur cum תְּקַע שׁוֹפָר), sive ut certiores fierent de aliqua re Jer. L, 2. Curt. 5, 2: (Alexander) tuba, cum castra movere vellet, signum dabat, cuius sonitus plerumque tumultuantium fremitu exoriente haud satis exaudiebatur. Ergo *perticam*, quae undique conspici posset, supra praetorium statuit, ex qua signum eminebat, pariter omnibus conspicuum. Caes. b. gall. 2, 20. Lydus de re milit. 1, 2. Michaelis (suppl. 1648) malos intelligere volebat, in quorum summo picis copia accensa fuerit, ita ut ignibus signum datum sit (cf. arab. مَنَار Schult. imp. Joctanid. p. 7. 53, gr. *φρυκτοί* Aeschyl. Agam. 30. 291), sed נֵס perticam velo instructam fuisse ex reliquo vc. usu (no. 2) colligi potest. — 4) *signum, quo quis admonetur* Num. XXVI, 10. (Syr. ܢܣܐ signum, vexillum, ܢܣܦ ܥܣܦ signa militaria Ephr. Opp. II, 107, ܢܣܐ ܠܨܠܒܐ signum crucis ib. II, 356).

נֶסַע inf. נְסֹעַ Num. IV, 5. 15, c. suff. נָסְעָם Gen. XI, 2. Num. X, 34 1) pr. *vellit, evellit.* (Cogn. נָשַׁח. Arab. نَزَعَ evellit, dimovit e loco, med. E calvus fuit i. e. evulsis crinibus fuit, cf. نَشَعَ violenter evellit et amovit). V. c. clavum e pariete Iud. XVI, 14, paxillos tentorii Jes. XXXIII, 20, postes (einreissen) Iud. XVI, 3. — Paxillos tentorii evellunt, qui tentorium detendere et castra movere volunt, inde 2) *castra movere, proficisci*, vox propria de Nomadibus Gen. XXXIII, 12. XXXV, 21. XLVI, 1, saepe addito loco, unde castra moventur (praevio מִן) Gen. XX, 1: וַיִּסַּע מִשָּׁם אַבְרָהָם. XXXV, 16. XXXVII, 17. Exod. XIII, 20. XVI, 1. XVII, 1. XIX, 2. Num. X, 12. XX, 22. XXI, 4. XXXIII, 3. 5, it. loco, quorsum pergitur (in acc. et c. He locali) Num. XI, 35. Deut. II, 1. X, 7. Tribuitur etiam exercitui Ex. XIV, 10. 2 Reg. XIX, 8. 36. Jer. IV, 7, et translate angelo Dei Ex. XIV, 19, columnae fumi ibid., tentorio sacro Num. I, 51. II, 17, arcae foederis ib. X, 35, adeoque vento ib. XI, 31. Dicitur etiam 3) non solum de discessu et profectione, sed de ipso itinere, *profectus est* i. e. *migravit.* (Arab. نَسَعَ abiit per terram, peragravit eam, نَسْعٌ peregrinatio). Gen. XII, 9: וַיִּסַּע אַבְרָם הָלוֹךְ וְנָסוֹעַ הַנֶּגְבָּה. Num. X, 33: וַיִּסְעוּ מֵהַר יְהוָה שְׁלֹשֶׁת יָמִים וַארון בְּרִית יְ׳ נֹסֵעַ לִפְנֵיהֶם *et profecti sunt trium dierum iter et arca foederis Iovae profecta est ante eos.* C. dat. pleonast. סְעִי לָכֶם Num. XIV, 25. Deut. I, 7. — Jer. XXXI, 24: נָסְעוּ בְעֶדֶר *migrant cum grege.* Zach. X, 2: נָסְעוּ כְּמוֹ צֹאן *migrant instar gregis.* — 4) *tetendit* arcum, ut arab. نَزَعَ. Vide מַסָּע no. 2.

Niph. evulsus est, de funiculis tentorii Iob. IV, 21: נָסַע יִתְרָם בָּם (v. h. v. יָתֵר p. 646), de ipso tentorio Jes. XXXVIII, 12, utrumque metaph. de morte. Priore loco I. Olshausen (Observatt. crit. in V. T. p. 12) pro נָסַע snadet נָסַע יִתְרָם *evellit paxillos eorum*, quum non funiculi evelli dicantur, sed paxilli (Jes. XXXIII, 20). Sed quidni etiam illi, quum adeo tentorium ipsum evelli dicatur, ubi detenditur? Vide insuper Jes. l. c. חֲבָלָיו בַּל יִנָּתֵקוּ.

Hiph. 1) causat. Kal no. 2. *castra moveri* s. *proficisci iussit* Ex. XV, 22, poët. de vento Ps. LXXVIII, 26. — 2) causat. Kal no. 3. *migrare iussit, duxit* (populum, gregem) Ps. LXXVIII, 52, it. *abstulit* rem 2 Reg. IV, 4. — 3) i. q. Kal *evellit* vitem Ps. LXXX, 9, arborem et translate *irritam fecit* spem Iob. XIX, 10: וַיַּסַּע כָּעֵץ תִּקְוָתִי: *excidit* lapides 1 Reg. V, 31 (ubi vide Targ.). Eccl. X, 9 (ubi vett. intpp. reddunt: transferre lapides).

מַסָּע (per Patach) n. act. a verbo no. 2. *profectio, castrorum motio* (das Aufbrechen), de exercitu Nomadum, dein de singulis hominibus. Deut. X, 11 de Mose: לְמַסַּע *ad proficiscendum coram populo.* Num. X, 2: לְמַסַּע אֶת־הַמַּחֲנוֹת *ad proficiscendum cum castris* (nisi interpretari mavis: לְהַסִּיעַ אֶת־חֵנ׳). Plur. *profectiones* (die Aufbrüche), sc. singularum tribuum et catervarum, quae deinceps altera post alteram proficisci solebant (Num. X, 4 sqq. 14 sqq.). Num. X, 28: אֵלֶּה מַסְעֵי בְנֵי יִשְׂרָאֵל *hae sunt profectiones Israelitarum secundum cohortes eorum* i. e. his igitur ducibus proficiscebantur. Exod. XL, 36: *ubi adsurgebat nubes* בְּכָל־מַסְּעֵיהֶם *proficiscebantur Israelitae in omnibus profectionibus eorum*, quoties proficiscebantur. Num. X, 6. 12. Inde *loca profectionis, stationes* itineris. Ex. XVII, 1: *et proficiscebantur ex deserto Sin* לְמַסְעֵיהֶם *secundum stationes eorum* (quae fuerint illae, narratur Num. XXXIII, 12—14) ....

et castra posuerunt in Rephidim. Gen. XIII, 3: וַיֵּלֶךְ לְמַסָּעָיו *et ivit secundum stationes suas* (non: *ad loca profectionis suae* i. e. eo unde profectus erat. LXX. ὅθεν ἦλθεν. Vulg. reversus est per iter, quo venerat). Num. XXXIII, 1. 2.

מַסָּע (per Kamez) m. 1) *lapicidina*, v. rad. Hiph. no. 3. 1 Reg. VI, 7: אֶבֶן שְׁלֵמָה מְסָע *lapides integri* (non caesi) *lapicidinae* (de adjectivo in st. abs. v. gramm. §. 113, 1). Bene LXX. λιθοῖς ἀκροτόμοις ἀῤῥήτοις. Kimchi: פירוש שהיו מסיעים האבנים שלמות מההר. Male Vulg. lapides dolati. (In agro Carthaginensi erat oppidum cum lapicidinis *Missua* appellatum Strabo XVII p. 838. Shaw Voyages I, 199, quod מַסּוּעַ vel מַסּוּעָה olim scriptum fuisse non dubito).

2) genus telorum. Iob. XLI, 18: חֲנִית מַסָּע וְשַׁרְיָה. LXX et Vulg. חֲנִית מַסָּע arcte iunctum transferunt uno verbo: δόρυ, *hasta*, intelligentes nimirum cum R. Mose al. *hastam profectionis* s. proiectionis i. e. *hastam missilem*. Idem etymon sequitur Targ. קַלְעָא דְמִשְׁלָא אַבְנָא *funda quae proiicit lapidem*, et Kimchi, qui מַסָּע seorsim acceptum *missile* interpretatur. E recentioribus Bocharts (Hieroz. II, 785) conferebat נָשַׁךְ confodit hasta (pr. hausit hasta), quod ab usu Hebraei נָסַע nimis alienum est, rectius Alb. Schult. *sagittam* interpretatur, a נזע (quod respondet hebraeo נָסַע) attraxit s. tendit arcum, plene ונזע בالقوس, נָזַע tendens arcum, مِنْزَعٌ sagitta, qua utuntur ad iaculandum Hamas. p. 278 Freyt., ubi Schol. المنزع السهم يقال نزعت فى القوس نَزْعا وانتزعت له بمنزع ونزعت اى بسهم وفى المثل عاد السهم الى النزعة فى معنى رجع الخف الى اخلاه *dicunt* نزعت مي אלקוש *traxi in arcu et Conj. VIII. traxi cum cum sagitta, et traxi sc. cum sagitta, et proverbio dicunt: rediit sagitta in locum suum i. e. rediit ius ad eum, cui competit.* Unum obstat, quod paullo post Comm. 20 a *sagitta* memoretur (בֶּן־קֶשֶׁת), sed plures in hoc capite sunt eiusdem rei repetitiones.

נָסַק fut. יִסַּק *adscendit*, semel Ps. CXXXIX, 8. Haec radix, modo talis statui potest, apud Syros et Chaldaeos usitatissima est, sed in solo fut. imp. inf. Kal (نْسُقْ, سُقْ, سْقُ) et in conj. Aph. (أَسْقَ); in reliquis formis, pract. et part. Pe. et Conj. Ethp. utuntur verbo سْكُفْ, ita ut prima rad. Nun nunquam compareat. Atque profecto rad. פָּסַק nunquam exstitisse videtur: imo nescio an recte dudum observaverit Castellus (temere notatus a J. D. Michaële ad Lex. syr. p. 600), נְסַק, نْسُقْ, et אֶסַּק, أَسْقْ contracta esse ex נְסַלֵּק, אַסַּלֵּק. Adde quae observat Roediger us, Zeitschr. für Kunde des Morgenl. II, 91. Alia exempla vocabulorum ita contractorum, ut duarum consonantium prior geminetur, sunt מַחְתָּה, מַחֲתָה; ثَفَر vulg. ثَفْ v. Caussin gramm. arab. vulg. p. 12 al. Videtur igitur haec radix נָסַק ex Lexx. eliminanda esse.

נָסַק chald. id. (v. hebr.) Aph. הַנְסִיק, inf. הַנְסָקָה *ascendere fecit* Dan. III, 22. VI, 24.

Hoph. (more hebraeo) הֻסַּק Dan. VI, 24.

נִסְרֹךְ n. pr. idoli Ninivitarum 2 Reg. XIX, 37. Jes. XXXVII, 38. Si Semitica vocis origo est, orta esse potest a نَسْرٌ نَسْرٌ aquila et syllaba *óch*, *ách*, quae in Persicis intensiva est, unde *Nisr-och* aquila magna, cf. אַרְיוֹךְ: aquilam enim apud Persas Oromazdi et regi sacrum fuisse, item Arabum gentilium numen fuisse constat (Jurieu hist. des dogmes IV, 4. c. 11, Creuzer Symbolik I, 723. 724. Geuhari v. نسر). Quum vero in veterum Assyriorum numine sanscrito-zendicum potius etymon expectes, Bohlenium consului, qui has proposuit coniecturas: 1) *nisroka* lumen noctis (luna?), a *nis* nox et *roka* ant. pro *roćis* lumen, licet in hodierna lingua Sanscrita genitivus in talibus postponi soleat. 2) *nrisroka* (pro *srvaka*) exaudiens homines. 3) *nissroka* exaudiens, quod, pariter atque no. 2, possit attributum numinis esse.

נָסַת rad. spuria; formas יִסַּת, מַסַּת, quae videri possiut ad eam pertinere, v. ad כּוּת.

נָעַל 1) *repagulavit, pessulo clausit* portam, e. acc. 2 Sam. XIII, 17. 18. Iud. III, 23. 24. גַּן נָעוּל *hortus clausus*, גֹּל נָעוּל *fons clausus* Cant. IV, 12. 2) *calceavit*, quod fit pedem funiculis constringendo et qs. repagulando. (Arab. نَعَلَ et Conj. II. IV. calceavit, نَعْلٌ calceatus est, Conj. V. VIII. id.). Sq. dupl. acc. Ez. XVI, 10: וָאֲנַעֲלֵךְ תָּחַשׁ *et calceavi te pelle phocarum* i. e. calceos tales tibi dedi.

Hiph. i. q. no. 2. 2 Par. XXVIII, 15.

נַעַל f. (Deut. XXIX, 4) *calceus, solea.* (Arab. نَعْلٌ calceus, tum solea, tum calceus qui vocatur cavus, etiam de calceo equorum et camelorum. Syr. نُعْلָא id.). Jos. V, 15. 1 Reg. II, 15 al. *Calceum induere* est סוּם חָלַץ נַעַל מֵעַל Ez. XXIV, 17, *exuere* רָגְלַיִם נַעַל בְּ Deut. XXV, 9. Jes. XX, 2, שָׁלַף Ruth IV, 7. 8, שָׁלַל Jos. V, 15. Exod. III, 5. — In translatione dominii symbolice *calceus tradi* solebat (quemadmodum medio aevo chirotheca cf. Targ. Ruth l. c.), inde proiectio calcei in aliam regionem symbolum erat occupationis. Ps. LX, 10: *in Edomitarum terram proiicio calceum meum*, h. e. eam occupo, mihi tanquam propriam vindico (v. Rosenm. altes und neues Morgenland no. 483). Ps. CVIII, 10. Eodem pertinet, quod is, qui fratris viduam ducere legique

satisfacere nolebat, calceum ei tradebat et per convicium חֲלוּץ הַנַּעַל appellabatur. Deut. Ruth II. cc. Talis enim sponte abiecit dominium idque fere sacrum a fratre defuncto sibi traditum. (Non apte Jahnius, Archaeol. I, 2 p. 104, hanc locutionem *prodigum* significare existimabat, quippe cui ne calcei quidem supersint). Alibi *corrigia calcei* (Gen. XIV, 23 v. חוּט) et *par calceorum* (Am. II, 6. VIII, 6) de re admodum vili dicuntur.

Dual. נַעֲלַיִם Am. l. c. pl. נְעָלִים Jes. XI, 15, semel נְעָלוֹת Jos. IX, 5.

מַנְעוּל m. *pessulus*, *repagulum* Neh. III, 3. 6. 13—15. Cant. V, 5.

מִנְעָל id. Deut. XXXIII, 25, ut recte Saad. Reliqui vett. male *calceum* reddunt.

נָעַם (Gen. XLIX, 15. Ps. CXLI, 6), fut. יִנְעַם 1) pr. *dulcis fuit*. Prov. IX, 17: לֶחֶם סְתָרִים יִנְעָם. Cf. מִנְעַמִּים. (Cognatum est verbis לָחַם, לָחַם, לָגַם gustavit, pr. linxit, suxit, unde proficiscitur notio dulcis saporis, v. נָצַץ). Inde 2) *suavis*, *iucundus* fuit, de amico 2 Sam. I, 26 (sq. dat., alicui), de amica Cant. VII, 7, de sapientia Prov. II, 10 (sq. dat.); *amoena fuit* regio Gen. XLIX, 15. Impers. Prov. XXIV, 25: לַמּוֹכִיחִים יִנְעָם *punientibus* (iudicibus) *suave erit* i. e. bene erit, cf. טוֹב לִי, יִיטַב לִי bene est mihi. Parall. עָלֶיהָ תָּבוֹא בִּרְכַת טוֹב. (Arab. نَعِمَ et نَعُمَ iucundus fuit, id. et نَعُمَ commoda et iucunda vitae ratione usus est, vitae bonis abundavit).

נְעִים adj. 1) *suavis*, *iucundus* Ps. CXXXIII, 1. Prov. XXII, 18. XXIV, 4, de cantu Ps. CXLVII, 1. 2 Sam. XXIII, 1, de cithara Ps. LXXXI, 3, de verbis Prov. XXIII, 8, de invene amato Cant. I, 16. Plur. נְעִימִים *iucunda* i. e. gaudia Iob. XXXVI, 11, נְעִימוֹת id. Ps. XVI, 11. — 2) *amoenus*, pl. נְעִימִים regiones amoenae Ps. XVI, 6. — 3) *benignus*, *gratiosus*, de Deo Ps. CXXXV, 3.

נַעַם (suavitas) n. pr. viri 1 Par. IV, 15.

נֹעַם m. 1) *suavitas* Prov. III, 17. אִמְרֵי נֹעַם verba suavia h. e. decentia XV, 26. XVI, 24. — 2) *pulchritudo*, *splendor*. נֹעַם יְהוָה de sacrorum splendore Ps. XXVII, 4 cf. טוּב יְהוָה V. 13. Ex. XXXIII, 19. — 3) *gratia*, *favor* Dei (cf. χάρις, gratia, nostr. *Huld* a voce *hold*). Ps. XC, 17. Zach. XI, 7, ubi baculorum unus appellatur נֹעַם cf. Comm. 10.

נַעֲמָה (suavis) n. pr. 1) duarum mulierum a) filiae Lamechi Gen. IV, 22. b) matris Rehabeami 1 Reg. XIV, 21. 31. 2 Par. XII, 13. — 2) oppidi tribus Judae Jos. XV, 41, cf. נַעֲמָתִי.

נַעֲמִי patron. n. pr. נַעֲמָן no. 2 pro נַעֲמָנִי (quod est in cod. Sam.) Num. XXVI, 40.

נָעֳמִי (suavitas mea) n. pr. socrus Ruthae. Ruth I, 2 sqq.

נַעֲמָן 1) *amoenitas*. Jes. XVII, 10: נִטְעֵי נַעֲמָנִים *plantationes amoenitatum* i. e. amoenae. — 2) n. pr. a) filii Benjamin Gen. XLVI, 21. b) Num. XXVI, 40. c) praefecti bellici Syrorum 2 Reg. V, 1.

נַעֲמָתִי n. gent. a נַעֲמָה, oppido aliunde haud cognito, sed alio ab illo, quod supra commemoravimus (נַעֲמָה no. 2). Iob. II, 11. XI, 1.

מַנְעַמִּים m. pl. *cibi dulces*, *cupediae* Ps. CXLI, 4.

נָעַץ rad. inusit. chald. נְצַץ pupugit, fixit, infixit, unde נַעֲצוּץ spinae genus loto silvestri (سدر) simile corio depsendo adhibitum. Hinc

נַעֲצוּץ m. *vepretum*, *senticetum* Jes. LV, 13. Plur. VII, 19. Generale nomen esse statuunt Vulg. Pesch. Jarchi al. Alii peculiare spinae genus intelligunt. Saad. سِدْر lotus silvestris et spinosa. LXX. Symm. *στοιβή*. Aqu. Theod. *κόνυζα*.

I. נָעַר *rugiit* (leo iuvenis) Jer. LI, 38, onomat., ut נָהַר, rugiendi sonum raucum exprimens ex gutture prolatum. (Syr. ܢܥܰ id. Lex. Adl. نَعْنَقَ نعر شهنق). In Gem. etiam de ruditu asini et cameli.

II. נָעַר *quassit*, spec. 1) *excussit*, ut sinum vestis Neh. V, 13, manum Jes. XXXIII, 15: נֹעֵר כַּפָּיו מֵהַחֲזִיק בְּשֹׁחַד *excutiens manum ne prehendat donum*, quae verba depingunt hominem honestum, qui manu quassa arcet et quasi propulsat donum sibi oblatum. — 2) *decussit*. Jes. XXXIII, 9: נֹעַר בָּשָׁן וְכַרְמֶל *decutiunt Basan et Carmel* folia i. e. ea deiiciunt.

Niph. 1) pass. Pi. *excussus* i. e. eiectus *est* e terra Iob. XXXVIII, 13. Ps. CIX, 23. Cf. verba Neh. l. c. et arab. نَفَضَ quassit, excussit, VIII. expulsus est, نَفْض expulsio. — 2) *excussit se* vinculis, abiecit ea, Iud. XVI, 20.

Pi. excussit Neh. V, 13. Praegn. Exod. XIV, 27: וַיְנַעֵר יְהוָה אֶת־מִצְרַיִם בְּתוֹךְ הַיָּם *et excussit Jehova Aegyptios in medium mare* i. e. ex terra excussos deiecit in mare. Ps. CXXXVI, 15.

Hithp. se excussit aliqua re, sq. מִן. Jes. LII, 2. — LXX plerisque locis *ἐκτινάσσω*. Inde

נֵעַר m. *dispulsio*, concr. *dispulsum* (pecus). Zach. XI, 16. LXX. *τὸ ἐσκορπισμένον*. Vulg. *dispersum*. Syr. *errantes*. Cf. Boch. Hieroz. I p. 435. 446. Aliud v. no. III.

נְעֹרֶת f. *stupa*, quae ex lino *excutitur*. Ind. XVI, 9. Jes. I, 31.

III. נַעַר 1) m. *puer.* (Nomen, ut videtur, primitivum, quod in linguis indogermanicis de *viro* frequentatur, sanscr. *nṛi* et *nara* vir, homo, fem. *nari*, *nâri* mulier, zend. *naere* pers. نار, نر, gr. *ἀνήρ*, fort. *mas*, *maris*). Usurpatur tum de puero recens nato Ex. II, 6. Iud. XIII, 5 sqq. 1 Sam. I, 22. II, 21. IV, 21, tum de puero tenerae aetatis et nondum adulto Gen. XXI, 16 sqq. XXII, 12. 2 Reg. IV, 31 sqq. Jes. VII, 16. VIII, 4 (quod magis definiunt addito קָטֹן 1 Sam. XX, 35. 2 Reg. II, 23. V, 14. Jes. XI, 6, licet hoc per superlationem adeo de Salomone iam rege dicatur 1 Reg. III, 7, de Hadado XI, 17), tum de adolescentulo ad annum fere vigesimum Gen. XXXIV, 19. XLI, 12 (cf. XXXVII, 2. XLI, 2). XLIII, 8. XLIV, 22. 2 Sam. XVIII, 5. 12. 29. 32. Ceterum duplex est vocabuli usus. Aliis enim locis a) est nomen aetatis eiusque et puerilis et invenilis. 1 Sam. I, 24: וְהַנַּעַר נָעַר Vulg. *et puer erat adhuc infantulus.* Jer. I, 6: לֹא יָדַעְתִּי דַּבֵּר כִּי נַעַר אָנֹכִי *non scio loqui, nam adolescentulus ego.* Comm. 7. Iud. VIII, 20: כִּי עוֹדֶנּוּ נָעַר. 1 Sam. XXX, 17: אַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ נָעַר *quadringenti viri adolescentes.* 2 Reg. IX, 4: הַנַּעַר הַנָּבִיא *adolescentulus ille, propheta adolescentulus* (der Jüngling, der junge Prophet): erat enim ex filiis prophetarum Comm. 1 (male al. servus prophetae). 1 Sam. XVII, 42. Eccl. X, 16. Jes. LXV, 20. Plenius dicitur נַעַר נָעַר puer isque tener (jung und zart) 1 Par. XXII, 5. XXIX, 1 cf. 2 Par. XIII, 7. Opp. זָקֵן Gen. XIX, 4. Jes. III, 5. Ps. XXXVII, 25. Thren. II, 21. LXX. *νέος*, *νεανίας*, *νεανίσκος*. Alibi b) est potius nomen conditionis, et puerum vel adolescentulum *famulum* significat (ut gr. *παῖς*, nostr. Junge, Knappe, Bursche). Gen. XXXVII, 2: וְהוּא נַעַר אֶת־בְּנֵי בִלְהָה *is famulus* erat *apud filios Bilhae* (er war Hirtenknabe, Hirtenknecht bey den S. B.). Ita de *famulo* quocunque, max. invenili Exod. XXXIII, 11. Ruth II, 5. 1 Sam. II, 13. 15. IX, 5 sqq. XX, 21. 38. XXX, 13. 2 Sam. IX, 9. XVI, 1. 2 Reg. IV, 12. V, 20. VI, 16 sqq. VIII, 4, pl. de familia pastorum (von den Hirtenknechten) Gen. XIV, 24. XXII, 3. 5. 19. 1 Sam. XXV, 14, etiam de militibus gregariis (die Burschen) 1 Reg. XX, 15 sqq. 2 Reg. XIX, 6. Sq. genit. et suff. ubique est *famulus* alic. Iud. VII, 11. IX, 54. XIX, 13. Esth. II, 2. VI, 3. 5. Num. XXII, 22 al., sed Iob. XXIX, 5: נְעָרַי *pueri mei* sunt filii mei pueri. De iuvenili aetate populi Israelitici Hos. XI, 1. Cf. נְעוּרִים.

2) Ex singulari nonnullorum librorum sive idiotismo sive archaismo, ut gr. ἡ *παῖς*, נַעַר ut commune (non epicoenum, ut volebat Simonis) usurpatur pro נַעֲרָה *puella*, cum verbo fem. constr. Gen. XXIV, 14. 16. 28. 55. 57. XXXIV, 3. 12. Deut. XXII, 15 sq., ita quidem ut in margine ubique legatur נַעֲרָה (cf. הוּא p. 368 A). In Pentateucho ita bis et vicies, praeterea huc refero pl. נְעָרִים de *puellis* usurpatum Ruth II, 21 cf. 8. 22. 23 (LXX. *κοράσια*) et de pueris puellisque Iob. I, 19. Similiter Arabes in sermone elegantiore nominibus masculinis etiam de altero sexu utuntur, et abstinent a terminatione feminina, quae in vulgari sermone usitata est, ut عَرُوس sponsus et sponsa, quae posterior vulgo est عَرُوسَة, عَجُوز anus, vulg. عَجُوزَة, cf. بَعْل pro vulg. بَعْلَة domina, زَوْج Cor. 2, 33 pro زَوْجَة uxor, بِكْر et بِكْرَة virgo, primipara, وَالِد et وَالِدَة genitrix, sic germ. *Gemahl* pro Gemahlin, *Gatte* pro Gattin.

נֹעַר m. *pueritia*, *adolescentia* i. q. נְעוּרִים, sed raro et poët. Iob. XXXIII, 25. XXXVI, 14. Ps. LXXXVIII, 16. Prov. XXIX, 21. — Iob. XXXVI, 14 et Ps. l. c. fuerunt qui *expulsionis* significatum adoptarent (a נָעַר no. II), citra necessitatem.

נַעֲרָה f. pl. נְעָרוֹת 1) *puella*, a) de puella parva, adhuc infantula Iob. XL, 29; b) de puella adulta, *adolescentula* maturae aetatis et nubili Iud. XIX, 3 sqq. Am. II, 7, נַעֲרָה יָפָה puella pulchra 1 Reg. I, 3. 4, נַעֲרָה בְּתוּלָה puella virgo 1 Reg. I, 2. Esth. II, 3. Adeoque de *νεόγαμος* Ruth II, 6. IV, 12. LXX. *νεᾶνις*. Vide etiam נַעַר no. 2. — 2) *famula*, *ancilla* Gen. XXIV, 61. Ruth II, 8. 22. III, 2. Prov. IX, 3. XXVII, 27. XXXI, 15. Esth. II, 9. IV, 4. 16. Ita max. sq. genit. (famula alic.). — 3) n. pr. a) oppidi in finibus tribus Ephraim (Jos. XVI, 7), quod 1 Par. VII, 28 נָעָרָן appellatur. (Cf. *Nora*, Sardiniae oppidum a Phoenicibus conditum, v. Monumm. Phoen. p. 154). b) mulieris 1 Par. IV, 5.

נְעוּרִים m. pl. *pueritia*, *adolescentia*, *iuventus*, eaque utriusque sexus a) de prima pueritia Ez. XVI, 22. — מִנְּעוּרָיו 1 Sam. XII, 2. 1 Reg. XVIII, 12, מִנְּעוּרֶיהָ Gen. XLVI, 34, מִנְּעוּרָיו VIII, 21 a pueritia. b) de aetate adolescentuli et adolescentulae: בְּעֻל נְעוּרֶיהָ maritus inventutis eius Joël I, 8, אֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ Prov. V, 18. Jes. LIV, 6. Mal. II, 14. 15, בְּנֵי הַנְּעוּרִים liberi, quos quis invenis generavit Ps. CXXVII, 4, אַלּוּף נְעוּרִים amicus inventutis, de marito Jer. III, 4, שַׂרְדֵּי נְעוּרִים Ez. XXIII, 21. — De inventute populi Jes. XLVII, 12. 15. Jer. II. 2. III, 4. Ez. XVI, 22. 60.

נְעוּרוֹת f. pl. id. Jer. XXXII, 30.

נַעֲרִיָּה (famulus Jovae) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 22. 23. 2) IV, 42.

נַעֲרָן v. נְעָרָה no. 3, a.

נָעַשׁ rad. innsit. Arab. نَعَشَ sustulit, unde نَعْش lectica, feretrum Luc. VII, 14. Abulph. p. 375. Eutych. p. 277. Schult. imp. Joctan. p. 10. 32, it. sidus ursae, tum maioris الكبرى, tum minoris الصغرى; utriusque quadrangulum vocatur نعش, tres reliquae stellae بنات نعش filiae, quae funus comitantur, singulae stellae ابن نعش

unde etiam integrum sidus בנות נעש, poët. בנו נעש, v. Boch. Hieroz. II, 680 Lips. Alferg. p. 8. 65. Ideler Unterss. über die Stern-Namen p. 3. 19. Inde auctore Bochart o l. e. plerique ducunt hebr.

עָשׁ (pro עָשׁ arab. نعش) *sidus Ursae maioris.* Iob. IX, 9: עֹשֶׂה עָשׁ כְּסִיל וְכִימָה *qui fecit Ursam et Orionem et Pleiades*, et עָיִשׁ ibid. XXXVIII, 32: וְעָיִשׁ עַל בְּנֶיהָ תַּנְחֵם *et Ursam cum filiabus eius num deducis eas?* Sed licet a recentioribus paene recepta et non improbabilis sit ista ratio, tamen ne significatio quidem omnino certa est et indubitata, nedum etymon quo probetur. In tanto veterum recentiorumque dissensu (v. Hyde ad Ulugh-Beii tabb. stell. p. 22. 23. Mich. Suppl., p. 1907. Schult. ad Iob. 239) audiamus primum vett. interpretum et Hebraeorum, si qua est, auctoritatem, quorum plerique עש et עיש idem sidus esse statuunt, licet alii inter utramque formam distinguant. Intelligunt autem 1) *ursam maiorem* s. *septem triones* Saad. ms. בנות נעש, Aben Esra: שבעה כוכבים, עגלה, דב. 2) *Pleiadem* LXX c. 9, et Targ. זַקְתָּא c. 38 (in Venet. et Londin.) i. e. gallina v. Bochart. l. c. 3) *Hesperum* LXX. Vulg. c. 38. 4) *caudam arietis* (זנב טלה) vel *caput tauri* (ראש דשלא) Talmudici, Berachoth fol. 58 b, quae sententiae ita inter se conciliandae videntur, ut intelligatur stella lucida in oculo tauri (Al-debarau), quae etiam ad caudam arietis referri poterat. 5) *Arcturum* Vulg. c. 9. 6) Prae ceteris memorabilis est Syrus, qui utroque illo loco ponit ܥܶܠ̈ܘ̈ܒܵܐ, quod quidem vc. non pauci eiusdem originis esse voluerunt atque Hebraeum. Quum significatio eius et ipsa valde obscura sit, et tum spicilegium admittant tum correctione egeant, quae de eo disputarunt Hyde et Mich. ll. cc., hanc causam paucis retractare placet. Legitur vox praeter utrumque illum Iobi locum etiam Iob. XV, 27 (pro בֶּסֶל). Am. V, 8 (pro כְּסִיל) et Eph. Opp. II, 449 A, ubi haec memorantur sidera a nautis diligenter observata: ܟܸܢܫ̈ܵܐ ܕ̈ܡ̈ܝ̈ܟ̈ܠ̈ܐ ܘ̈ܥ̈ܠ̈ܒ̈ܐ ܘ̈ܥ̈ܠ̈ܘ̈ܒ̈ܐ *pleiades et plaustrum et Ijutho et Orion*, et hoc certe apparet, ursam s. plaustrum intelligi non posse. Ab interprete Arabico tribus Iobi locis ܥܠ̈ܘ̈ܒ̈ܐ vertitur العَيُّوق i. e. *Capella*, primae magnitudinis stella in sidere aurigae, et eadem sententia etiam Lexicographorum Syro-Arabicorum fuisse videtur, licet hi etiam alias addant. Bar Ali: ܥܠ̈ܘ̈ܒ̈ܐ العيوق وهو احد من الكواكب الثور ويقال الجوزا *Ijutho est Capella, una stellarum tauri* *): *secundum alios Orion* v. Ideler l. c. pag. 214). Bar Bahlul: ܥܠ̈ܘ̈ܒ̈ܐ كي العيوق وهو كوكب من الثور او البقعة ومنهم من يقول انها ثلاثة كواكب صغار بقدم الجبار. ܥܠ̈ܘ̈ܒ̈ܐ الجبار كي *Ijutho in libro* Honaini **) *Capella, quae stella tauri est, aut al-Hekaa* (tres stellae in facie Orionis), *quae Gimel litteram figuram refert et post Pleiades currit* ***). *Aliis Capella sec. quinque libros Aldebaran* (i. e. stella lucida in oculo tauri). Lex. Adl. ܥܠ̈ܘ̈ܒ̈ܐ عيوق احد الكوكب جوزا او ثورها *ijutho Capella una stellarum, Orion vel Pleiades.* (Quod additur lat. *Gemini* falsum est et a Ferrario p. 455 desumtum, ut multa in hoc codice). Novar. p. 311: الثريا ܥܠ̈ܘ̈ܒ̈ܐ *Pleiades.* De hac sive traditionum sive coniecturarum farragine iudicaturis nobis ex earum stellarum numero, quae praeter Capellam memorantur ab his Grammaticis, haud dubie eximendae sunt Pleiades (الثريا), quae syr. ܟܸܢܫ̈ܵܐ appellantur: etiam reliquae (caput Orionis, Orion, et Aldebaran) exiguam auctoritatem habent: omnes autem *Capellae* vicinae sunt, quam quidem stellam voce Syriaca intelligi verisimillimum est, licet in etymo nullum praesidium sit †).

Abiectis iam iis, quae vel merae coniecturae debentur (Arcturo, Hespero) vel alias ob caussas intelligi non possunt (ut Pleiadibus, quae hebr. כִּימָה appellantur), supersunt *Ursa maior* s. *plaustrum* et *Capella*, quae ipsae recentiorum paene omnium suffragia tulerunt. Ac plerique (Bochartus, Schultensius, Simonis, Ideler p. 21) *Ursam* praeferunt, cui hae rationes favent. 1. *Ursa maior* maxime conspicuum est totius coeli borealis sidus idque nunquam occidens, ita ut vix credibile sit, nullam

*) Consensu singulari in errore manifesto Capellam Tauri stellam faciunt Bar Ali et Bar Bahlul, cum Aurigae sit. Videtur enim auctor eius glossae (prob. Honainus) zodiaci sideribus, ut nobilissimis, etiam stellas iis vicinas in orbe quasi et ditione eorum sitas attribuisse. Etiam Firuzabadius in Capellae descriptione Aurigam non memorat: العَيُّوق نجم احمر صغير مضئ في طرق الجَرَّة الايمن يتلو الثريا لا يتقدمها *Capella est stella rutilans parva et lucida in dextra latere viae lacteae, quae sequitur Pleiades, nunquam praecedit.*

**) Vide Anecdott. orient. II, p. 37.

***) De البقعة adi Ideler l. c. p. 212. Triangulum referunt istae stellae, quam ipsam figuram cum Gimel littera (int. alphabeti Nestoriani figuram) comparat B. Bahlul. Verba *quae post Pleiadas currit* exprimunt arab. تلي النجم *qui sequitur Pleiadas* et حادي النجم *agaso* s. *agitator Pleiadum*, quod quidem et *Al-debarani* attributum est, quippe qui Pleiadum vestigia premat (Ideler p. 135. 142), et eandem ob caussam *Capellae* (ib. p. 91. 96 et supra locum Kamusi not. *)). Ipsa stella الجبار a *sequendo* nomen habet (ib. p. 142). Il. l. (si modo sanus est contextus) ad caput Orionis ea referuntur, quod et ipsum Vergilias sequitur.

†) Temere enim Lach (Eichhorn Bibl. 7, 431) ܟܸܢܫ̈ܵܐ syr. *hoedum* significare et arab. عتود respondere putat. A radice ܥܬ possit *ululatus* s. *latratus* esse (an Sirius *latrator?*).

eius mentionem factam esse Iobi II. cc., vel, quod fere idem est, tale sidus in lingua Hebraea nomen non habuisse, quo minora sidera (v. כְּסִיל, כִּימָה) non careant. Praemittitur autem עָשׁ reliquis sideribus Iob. IX, 9. 2. Quod altero Iobi loco sideri עָיִשׁ dicto tribuuntur *filii* (בָּנִים) illud comitantes, id optime profecto congruit arabico نَعْش (apud Judaeos Sanaenses ام النعش Niebuhr Beschreib. v. Arabien p. 114) et بنات نعش, بنو نعش. Si Niebuhrio fides (l. c. nachher hatte ich noch Gelegenheit zu Bagdad mit einem Manne bekannt zu werden, der von den dasigen Juden für den grössten Astrologen gehalten ward, und dieser nannte *Asch* die vier grössten Sterne im Sternbilde *Nâsch*. Pag. 115: also ist *Nâsch* oder *Benath Nasch*, welches Sternbild die Juden zu Sana und Bagdad, ingleichen die Araber am persischen Meerbusen auch *Asch* nannten, der grosse Bär), ipsi Arabes in hac voce nonnunquam abiiciunt *Nun* initiale: fac autem eum errasse, nihil obstat, quominus ab Hebraeis ita factum esse statuamus (ut תֶּן pro תַּנְתֶּן, כִּילַי pro כְּנִילַי al.). Contra unum huic explicationi obstat. Ut enim עָשׁ recte dicitur pro נָעָשׁ a rad. נעשׁ, ita עִישׁ eo referri vix potest nisi (cum Michaële) עִישׁ formam diminutivam more Arabum formatam (عُبَيْد servus, عُبَيْد servulus) esse suspiceris, quod ipsum difficultate sua non caret. Ponamus enim, rariorem hunc declinatum excusationem suam habere in hoc vocabulo, quod Hebraei cum Arabibus commune habeant et fortasse ab iis acceperint, illa diminuendi forma parum apta est ad *ursam maiorem*, et contra non credibile, poëtam *minorem ursam* commemorasse omissa maiore. Quodsi igitur utraque voce, עָשׁ et עִישׁ, *ursa maior* significatur, non prorsus contemnenda est Schultensii coniectura, qui radicem statuit עוּשׁ i. q. عَسَسَ et عَسَّ noctu circuivit, unde عَاسٌ esset *vigil nocturnus, excubitor*, περίπολος, haud ineptum ursae coelestis nomen. Qui vel utraque forma, עָשׁ et עִישׁ, vel certe altera, *capellam* intelligere maluerunt (Hyde, Lach, Ewald), has formas utcunque depravatas censent ex עֵז *capra* et syr. ܥܰܡܳܐ eiusdem originis esse existimant (שׁ in ת mutato).

Addi possit arab. عَيُّوق, *Ἀιξ*: sed praeter audacem litterarum permutationem obstat, quod Capellae mentionem vix expectes, ubi Ursa omissa sit. Ceterum *filiis capellae* hi duos hoedulos intelligunt, quos manu sinistra gerit auriga, licet hae ipsae imagines recentioris originis esse videantur (Ideler l. c. p. 92). Taceo alias coniecturas minus etiam probabiles, ut eorum, quibus עָשׁ, עִישׁ est *congregatio* stellarum a rad. עוּשׁ q. v. (Kimchi), vel sidus *piscis* coll. aethiop. ዐሣ: piscis (Lud. de Dieu) al.

נֹף Memphis v. מֹף p. 812.

נָפַג rad. innsit., arab. نفج prodiit, vicina verbis נָבַע exiit et נָבַג germinavit, unde

נֶפֶג (germen) n. pr. virorum 1) Exod. VI, 21. 2) 2 Sam. V, 15. 1 Par. III, 7. XIV, 6.

Pi. נִצַּח 1) *praefuit*, ut ministerio templi, operariis 2 Paral. XXXIV, 12, sq. עַל 1 Paral. XXIII, 4: לְנַצֵּחַ עַל מְלֶאכֶת בֵּית יְהוָה *ut praecessent negotio domus Dei.* Esr. III, 8. 9: לְנַצֵּחַ עַל עֲשֹׂה הַמְּלָאכָה *ut praecessent operariis.* Part. מְנַצֵּחַ praefectus 2 Par. II, 1. 17. XXXIV, 13. In libris Regum pro eo dicitur נָצַב. — 2) spec. *cantum praecivit.* 1 Par. XV, 21: *et Mattathias .... canebant citharis in octava* (i. e. tono gravi, ima voce, *nel basso*) לְנַצֵּחַ *ita ut praecinerent* i. e. cantum regerent. Luth. *vorzusingen.* (Opposita sunt V. 19 לְהַשְׁמִיעַ Luth. helle zu singen, et V. 20: עַל עֲלָמוֹת *voce virginea*, nel soprano). Hinc לַמְנַצֵּחַ, quod est in titulis 53 psalmorum et Hab. III, 19 praecuntibus Abulwalide, Kimchio, Raschio, Aben Esra plerique reddunt: *praecentori* sc. tradendum est hoc carmen, ut eo duce canatur; quo redit quoque Targ. לְשַׁבָּחָה *ad canendum.* Abulw. للرئيس praefecto. Kimchi: לבעל השיר וניגון. Atque haec sententia reliquis praestat. Modo enim absolute ponitur addito tantummodo auctore carminis ut לְדָוִד Ps. XI. XIII. XIV. XVIII — XXI. XXXI. XXXVI. XL. XLI. XLII. XLIV. XLVII. XLIX. LI. LII. LXIV — LXVI. LXVIII. LXX. LXXXV. CIX. CXXXIX. CXL, modo addi solet vel instrumentum (בִּנְגִינוֹת Ps. IV. VI. LIV. LV. LXVII. LXXVI, עַל הַגִּתִּית VIII. LXXXI. LXXXIV, עַל שֹׁשַׁנִּים Ps. XLV. LXIX. LXXX, אֶל תַּחְתִּילוֹת Ps. V, עַל מָחֲלַת Ps. LIII), vel initium carminis ad cuius modos psalmus canendus est (v. Ps. XXII. LVI — LIX. LXXV), vel denique vox tonusque gravior acutiorve, עַל עֲלָמוֹת Ps. XLVI, עַל הַשְּׁמִינִית Ps. XII (bis sequitur עַל יְדוּתוּן Ps. LXII, 1. LXXVII, 1, semel לְיְדוּתוּן XXXIX, 1, ubi iungunt: *praefecto Jeduthunaeorum;* nisi יְדוּתוּן in hac formula etiam pro instrumenti vel modi musici nomine habendum): neque negligendum est, hanc inscriptionem a sequioris aetatis carminibus post interitum templi et cultus sacri compositis prorsus fere abesse. Non recentioris aevi terminum esse, ex eo etiam colligi potest, quod significatio eius interpretes Graecos prorsus latuit, quippe qui in alia omnia abeant. LXX. εἰς τὸ τέλος, quo alibi reddunt לָנֶצַח. Aqu. Ps. IV pro לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת τῷ νικοποιῷ ἐν ψαλμοῖς ex usu linguae chaldaeae (q. v.), neque enim audiendus Fischerus (spec. clavis in Verss. gr. 66), qui gr. *νικοποιός* h. l. magistrum organorum musicorum interpretatur, graecae voci contra originem eam significationem tribuens, quae hebraeae conveniret. Idem etymon sequuntur Symm. ἐπινίκιος (sc. ψαλμός). Theod. εἰς τὸ τῖλος, vid. Orig. Hexapla I, p. 476. Montf. Plane abiicienda videtur ea sententia, de qua מְנַצֵּחַ non part., sed infinitivus more Chaldaeo formatus esse statuitur (cf. chald. Dan. V, 12): obstat enim articulus in forma לַהֲמְנַצֵּחַ (pro לְהַמְנַצֵּחַ) latens.

Niph. perpetuus fuit, v. Kal no. 4. Jer. VIII, 5: מְשֻׁבָה נִצַּחַת *defectio perpetua.*

II. נָצַח arab. نصح et نصح *sparsit*, max. aquam Amrulk. 64. Koseg. chr. 24, lin. 9. نضح ما على وجه, aeth. ጸርሐ: 1 Petr. I, 2. Hebr. XI, 28. XII, 24 id. Cognatum est נָזָה. Congruit aegypt. idque memphit. ⲛⲟⲩϫ et ⲛⲟⲩϫϫ aspergere, *φαίνειν.* Vide נצח no. II.

נֵצַח chald. *vicit.* Pe. et Pa. in Targg. saepe. Ithpe. id. Dan. VI, 4, cf. Ez. XXXI, 7. 8 Targ., נֶצַח victoria, triumphus. Syr. ܢܨܚ id. quod Lex. Adl. explicat غلب ظفر انتصر. Pa. vincere fecit, נְצַח, נְצַחּ victor, נְצָחָא victoria, splendide factum.

I. נֵצַח Ps. XLIX, 20. 1 Sam. XV, 29. Jes. XXXIV, 10, vulgo

נֶצַח, etiam in Pausa נֵצַח Ps. XIII, 2. X, 11. XVI, 11. XLIV, 24. XLIX, 10. LXVIII, 17. LXXIV, 1. 10. 19, c. suff. נִצְחִי Thren. III, 18 m. 1) *splendor* 1 Par. 29, 11: לְךָ יְ הַגְּדֻלָּה וְהַגְּבוּרָה וְהַתִּפְאֶרֶת וְהַנֵּצַח LXX. Vulg. τάχη, *victoria* (ex usu syr.), sed bene Pesch: ⲡⲁⲗⲁⲓ *splendor.* — 2) *sinceritas, fides*, vide rad. no. 3 (arab. نصوح sincerus). Hab. I, 4: לֹא יֵצֵא לָנֶצַח מִשְׁפָּט *non exit* i. e. pronunciatur, dicitur *ius secundum sinceritatem.* Pesch. ⲕⲟⲩⲥⲧⲁ cum sinceritate. Jarchi: לאמתו secundum veritatem. Simile est Jes. XLII, 3: לֶאֱמֶת יוֹצִיא מִשְׁפָּט. It. *fiducia.* Thren. III, 18: אָבַד נִצְחִי *periit fiducia mea.* Parall. תּוֹחַלְתִּי. Targ. תוקפי robur meum. Abulw. رجائي *spes mea.* Translate *is in quo fiducia reponitur*, de Deo. 1 Sam. XV, 29: וְגַם נֵצַח יִשְׂרָאֵל לֹא יְשַׁקֵּר *et fiducia Israëlis non mentitur.* (Vulg. triumphator in Israel, ex usu Syro). Nonnulli huc referunt etiam Prov. XXI, 28, sed ibi sententia est: *testis mendax perit, sed qui vere audivit* (testis verax) *loquetur in perpetuum*, diu vivet. — 3) *perpetuitas, perpetuum* (v. rad. no. 4). Inde עַד נֶצַח Ps. XLIX, 20, et לָנֶצַח in perpetuum 2 Sam. II, 26. Iob. IV, 20. XIV, 20. XX, 7. XXIII, 7. XXXVI, 7. Ps. IX, 7. 19. X, 11. XLIV, 24. LXVIII, 17. LXXIV, 1. 19. LXXVII, 9. CIII, 9. Prov. XXI, 28. Jes. XIII,

20. XXXIII, 20. LVII, 16. Jer. III, 5. L, 39. Thren. V, 20. Am. VIII, 7, rarius נֶצַח (acc.) id. Ps. XVI, 11. Jer. XV, 18. Am. I, 11. Targ. fere ubique: לְעָלְמָא, לְעָלְמִין. LXX. εἰς τέλος. Vulg. in finem. — Jes. XXXIV, 10: לְנֶצַח נְצָחִים *in omne aevum.* Passim, pariter atque לְעוֹלָם, עַד עוֹלָם, non *perpetuum*, sed *diuturnum* tempus significat. Ps. XLIX, 10: וְיִחִי עוֹד לָנֶצַח *ut vivat adhuc diu.* Iob. XXXIV, 36. Quod in perpetuum fit, id perficitur, absolvitur, unde 4) LXX et Vulg. נֶצַח saepissime *τέλος, finis*, interpretantur, recentiores non pauci *perfectio*, adv. לָנֶצַח, נֶצַח *prorsus* (ganz und gar). Ps. XIII, 1: עַד אָנָה יְיָ תִּשְׁכָּחֵנִי נֶצַח *quousque, Jova, oblivisceris mei penitus?* Luth. wie lange willst du mein *so gar* vergessen? Et ita לָנֶצַח post *quousque?* LXXIV, 10. LXXIX, 5. LXXXIX, 47. Sed nescio an recte observet Maurerus (ad Jer. VIII, 5), etiam his locis longe creberrimum perpetuitatis significatum retineri posse, si hunc illorum locorum sensum esse statuimus: *quousque* a consilio tuo, perpetuo mei obliviscendi, nobis perpetuo irascendi, te perpetuo abscondendi non desistes? Idem dicendum est de aliis locis, quos primo obtutu ad *perfectionis* significatum referas, velut Ps. LXXIV, 3. Iob. XXXIV, 36. Contra eidem viro docto etiam Hab. I, 4 vulgarem illum significatum adhibenti non assentio. Sinceritatis enim et fidei notionem tuentur tum etymon tum loci similes supra (no. 2) landati.

II. נֶצַח c. suff. נִצְחִי m. *succus, liquor*, quem *spargunt* uvae calcatae, Jes. LXIII, 3. 6, v. rad. no. II. A *spargendo* hanc vocem primus duxit Alb. Schult. Opp. min. p. 287. Hebraei observant, *succum* uvae poët. *robur* eius (v. rad. no. 2) appellatum esse (cf. חַיִל Gen. IV, 12. Iob. XXXI, 39), quod etiam ipsum haud ineptum est. Abulw. נִצְחָם ارادَ دمهم لان بهِ تكون القوّة والحياة *dicere vult sanguinem eorum, quia in eo inest robur et vita.*

נְצִיחַ (i. q. נְעִמָּאֵל i. e. *λαμπρός, κράτιστος*) n. pr. viri Esr. II, 54. Neh. VII, 56.

נָצַל in Kal inusit. pr. *extraxit, evellit*, cogn. שָׁלַל, נָשַׁל. Arab. نصل II. exemit, eduxit rem v. c. festucam ex oculo, dentem (v. Reiske ad Abulf. Ann. IV p. 334): detraxit cuspidem de hasta (Pococke ad Togr. p. 100). IV. V. id. et translate Conj. II. liberavit a crimine, Conj. I. V. liberatus est; نصل exemit. Aeth. ናጸለ: avellit, abrupit.

Pi. 1) *diripuit, spoliavit* a) 2 Par. XX, 25: וַיְנַצְּלוּ לָהֶם לְאֵין מַשָּׂא *et diripuerunt sibi* tantum quantum *ferre vir poterant.* b) sq. acc. pers. (jemand plündern). Ex. III, 22. XII, 36. — 2) *eripuit* ex periculo, *servavit*, ut vitam suam Ez. XIV, 14, v. Hiph. no. 3.

Hiph. 1) *avellit* 2 Sam. XIV, 6: *altercabantur* (pueri) *in agro* וְאֵין מַצִּיל בֵּינֵיהֶם *neque erat inter eos avellens* (unus ab altero) i. e. divellens eos. — 2) *eripuit, abstulit* Hos. II, 11, v. c. praedam i. e. praedam egit 1 Sam. XXX, 22. Sq. מִן Gen. XXXI, 9. 16: *omnes divitiae* אֲשֶׁר הִצִּיל אֱלֹהִים מֵאָבִינוּ *quas eripuit Deus patri nostro.* Ps. CXIX, 43: אַל תַּצֵּל מִפִּי דְּבַר אֱמֶת *ne auferas ex ore meo verbum veritatis.* It. *avertit* aliquem ab aliqua re, a via mala, a commercio cum adultera Prov. II, 12. 16. Singulare est הִצִּיל עֵין פ׳ auferre oculum alic. i. e. eum fallere, subtrahere se oculis eius i. q. גָּנַב לֵב פ׳ (v. גָּנַב). 2 Sam. XX, 6. LXX. σκάζειν τοὺς ὀφθαλμούς. — 3) *eripuit* aliquem e periculo, *liberavit, servavit* aliquem, sq. acc. Ex. XII, 27. 1 Sam. XXX, 18. Ies. XIX, 20. XXXI, 5. XXXVI, 18. XXXVII, 12. Ps. LXXII, 12 al., raro sq. dat. Jon. IV, 6. Saepe in formula: אֵין מַצִּיל non est (erat, erit) liberator Deut. XXXII, 39. Ps. VII, 3. L, 22. LXXI, 11. Jes. V, 29. XLII, 22. Dan. VIII, 4. Hos. V, 14. הִצִּיל נַפְשׁוֹ servavit vitam suam Jos. II, 13. Jes. XLIV, 20. XLVII, 14. Ezech. III, 19. 21. XXXIII, 9. Saepe sq. מִן a) personae, ex cuius potestate aliquis eripitur Ps. XVIII, 49: מֵאִישׁ חֲמָסִ֣ תַּצִּילֵ֑נִי VII, 2. XVIII, 18. XXXV, 10. LIX, 2. 3. Mich. V, 5, b) rei, *a* qua vel *ex* qua aliquis liberatur v. c. ex aquis Ps. CXLIV, 7, e luto LXIX, 15, e laqueo XCI, 3, ex angustiis 1 Sam. XXVI, 24. Ps. XXXIV, 18, e servitute Exod. VI, 6, ex ore (alic.) 1 Sam. XVII, 35. Ez. XXXIV, 10, vel a morte Ps. LVI, 14. Prov. X, 2. XI, 4. XXIV, 11, a caede Ps. LI, 16, ab orco LXXXVI, 13, a gladio XXII, 21. Saepe dicitur הִצִּיל מִיַּד פ׳ liberavit e manu s. potestate alic. Gen. XXXII, 12. XXXVII, 21. 22. Exod. II, 19. III, 8. XVIII, 10. 1 Sam. XVII, 37, מִכַּף פ׳ 2 Sam. XIX, 10. Ps. XVIII, 1. Ies. XXXVIII, 6.

Hoph. הֻצַּל *ereptus, liberatus est*, ut ex igne Am. IV, 11. Zach. III, 2.

Niph. servatus, liberatus est 2 Reg. XIX, 11. Ps. XXXIII, 16. Jer. VII, 10, sq. מִן, מִיַּד, מִכַּף ex potestate alic. Ps. LXIX, 15. Hab. II, 9. Prov. VI, 5, sq. מִפְּנֵי (ut post verba fugiendi) Jes. XX, 6. Sq. אֶל, liberatus est confugiendo *ad* aliquem, fugit *ad* aliquem Deut. XXIII, 16.

Hithpa, sibi detraxit s. *exuit aliquid*, velut mundum, ornamentum Exod. XXXIII, 6. Vide gramm. §. 53, 3 litt. d.

נָצַל chald. Aph. (vel potius Haph.) הֲצֵל i. q. hebr. הִצִּיל *liberavit* Dan. VI, 28. Inf. הֲצָלָה c. suff. הֲצָלוּת ib. III, 29. VI, 15. In Targg. ita non reperitur et apud Danielem ex Hebraismo positum est.

הַצָּלָה f. (verbale Hiphilicum) *liberatio* Esth. IV, 14.

נָצַע v. נָצָע.

נָצַץ 1) *splenduit, micuit* i. q. נָגַהּ, נוֹגַהּ. (Sam. לְהַהּ splenduit, scintillavit, sed לְהַהּ translate succensuit, iratus est, ab oculis scintillantibus. Part. נֹצְצִים *splendentes*, qs. scintillantes Ez. I, 7. Vide נִיצוּץ scintilla.

Targ. מְנַצְנְצָן. Syr. et Symm. in Hexaplis, ἀκτινίζων (blitzend, funkelnd).

2) *floruit*, ut chald. Splendendi enim verba ad virendi et florendi potestatem transferuntur, v. ad אוֹר p. 56 A et זָהַר. Inde נֵץ, נְצָהּ, נְצָן flos. — Efflorescendi autem notio porro transfertur ad *plumas* et *pennas* avium pullulantes (cf. פָּרַח), unde

3) *volavit*, ut נָצָה, et arab. نَصَّ motitavit avis alas ad volandum. Cf. פָּרַח pullulavit, syr. volavit. Inde נֵץ no. 2.

נֵץ m. 1) *flos* Gen. XL, 10. Vide rad. no. 2. (In Targg. saepius, ut Ps. CIII, 15. Jes. XL, 7). — 2) avis immunda, cuius plures sunt species Lev. XI, 16. Deut. XIV, 15, eaque migratoria et celeri volatu nobilis Iob. XXXIX, 26. Magno consensu veteres *accipitrem* intelligunt (LXX. ἱέραξ), avem et migratoriam (Plin. 10, 8) et velocissime volantem (ὠκύτατος πετεηνῶν Il. ό, 237. ἐλαφρότατος πετεηνῶν Od. ν', 86), cuius sedecim species recenset Plinius (N. H. 10, 8), decem Aristoteles (hist. anim. 8, 3). Accedit etymon a *volando* (v. rad. no. 3) et linguarum cognatarum auctoritas. Onk. et Pesch. eodem vc. utuntur נְצָא, נְשָׁא, quod posterius in Lex. Adler. redditur باشق accipiter, faleo (sed pl. عصافير طيور gener. aves), Pseudojon. et Sam. נצאא. Kimchius *nisum* intelligit (אשם"ויר), Baal Aruch *asturum* (gall. autour). Vide Bochart. Hieroz. III. p. 5 sqq. Lips.

נְצָהּ f. i. q. נֵץ no. 1. *flos* Iob. XV, 33. Jes. XVIII, 5.

נְצָן m. id. fortasse *flosculus*. Plur. Cant. II, 12. LXX. ἄνθη. Vulg. flores.

נִיצוֹץ (formae קִיטוֹר) m. *scintilla*, a micando dicta (vicissim *funkeln* a *Funke*) Jes. I, 31 et in Talmude. Sic omnes vett. Versiones. Chald. נְצָץ, נְצָא id. Sam. ⁊ⲥⲙⲁⲣⲁⲑⲁ pupilla oculi, a scintillando.

נָצַץ v. נְצַץ.

I. נָצַר fut. יִצֹּר (sed אֶצֹּרְךָ Jes. XLII, 6. XLIX, 8 est a יָצַר v. pag. 618), rarius יִנְצֹר Deut. XXXIII, 9. Ps. LXI, 8. LXXVIII, 7. CV, 45. CXL, 2. 5. Prov. V, 2, imp. נְצֹר, c. He parag. נְצֹרָה Ps. CXLI, 3, c. suff. נְצָרָהּ Prov. IV, 13 (utrumque c. dag. euphon.)

1) *custodivit* i. q. נָטַר. (Arab. نَظَرَ custodivit hortum, vineam, cf. نَظَرَ aspexit, intuitus est ut lat. tueri et intueri, et نَصَرَ tuitus est, liberavit, defendit. Aeth. ናጸረ: intuitus est, aspexit, respexit. IV. id. In Indogermm. conferri possunt sanscr. *trai* gr. τηρεῖν). V. c. vineam Iob. XXVII, 18. Jes. XXVII, 3, arborem Prov. XXVII, 18. Part. pl. נֹצְרִים custodes Jer. XXXI, 6, נוֹצְדֵל turris custodum, turris excubitoria 2 Reg. XVII, 9. XVIII, 8. Sq. עַל Ps. CXLI, 3: נְצָרָה עַל דַּל שְׂפָתַי *invigila ianuae labiorum meorum* i. e. ori meo, ne verba temeraria effundam. Prov. XX, 28: חֶסֶד וֶאֱמֶת יִצְּרוּ מֶלֶךְ *clementia et fides custodiunt regem* i. e. eum tutum praestant ab iniuriis vel seditionibus civium. XIII, 6. Jes. XLIX, 6: נְצוּרֵי יִשְׂרָאֵל *custoditi Israëlis* i. e. ex periculis servati, erepti. Sq. מִן Ps. XXXIV, 14: נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע *defende linguam tuam a malo*.

Spec. a) de Jova homines custodiente et tuente. Deut. XXXII, 10: יְצָרֵהוּ כְּאִישׁוֹן עֵינוֹ *custodit eum, ut pupillam oculi sui*. Ps. XXXI, 24. Prov. XXII, 12: עֵינֵי יְ נָצְרוּ דָעַת *oculi Jovae custodiunt sapientiam* i. e. sapientem, addito מִן pers. vel rei: *defendit, tutum praestitit* ab hoste, a periculo. Ps. XXXII, 7: מִצַּר תִּצְּרֵנִי. CXL, 2: מֵאִישׁ חֲמָסִים תִּנְצְרֵנִי. XII, 8. LXIV, 2.

b) *custodivit* pro *diligenter observavit*. Prov. XIII, 3: נֹצֵר פִּיו *qui os suum custodit* (wer seinen Mund hält). XVI, 17: נֹצֵר דַּרְכּוֹ *qui vitam suam* diligenter *observat*. IV, 23. XXIV, 12. In malam partem α) observavit urbem i. e. obsedit. Part. נֹצְרִים Jer. IV, 16 custodes i. e. obsessores, qui Comm. 17 cum custodibus agri comparantur. Cf. שָׁמַר 2 Sam. XI, 16. β) Iob. VII, 20 Jova per convicium fere compellatur נֹצֵר הָאָדָם observator hominum, i. e. qui hominibus quasi insidietur, ut culpam in iis inveniat. — Inde

2) *observavit, servavit* (beobaehten, halten) v. c. foedus Deut. XXXIII, 9. Ps. XXV, 10, legem Prov. XXVIII, 7, vias institiae ibid. II, 8, mandata patris VI, 20, mandata Dei Ps. LXXVIII, 7. CV, 45. CXIX, 2. 22. 33. 34. 100. 129, consilium Prov. III, 21. (Cf. lat. custodire modum, regulam, praecepta, morem apud Quinctil. et Plin. pro servare. Vide Freundii lex. lat. h. v.). Sq. dat. pers. servavit alicui aliquid. Exod. XXXIV, 7: נֹצֵר חֶסֶד לָאֲלָפִים *servat favorem millibus*. Jes. XXVI, 3: יֵצֶר סָמוּךְ תִּצֹּר שָׁלוֹם שָׁלוֹם *animus firmus* i. e. animi firmi homo, huic *servas salutem, salutem*. Intellige לוֹ.

3) Quum quae custodire velimus saepe occultare soleamus, est etiam *occultavit, abdidit*. Jes. XLVIII, 6: נְצוּרוֹת וְלֹא יָדָעְתָּם *occulta, quae non noveras*. LXV, 4: בַּנְּצוּרִים יָלִינוּ *qui in locis occultis pernoctant*. Parall. in sepulcris. LXX et Pesch. in speluncis, Hitzigius: in specubus (v. infra נְצוּרָה), quae ut in deserto exstructae daemonum sedes fuerint. Fem. נְצוּרַת לֵב (mulier) animi occulti i. e. astuta. Prov. VII, 10.

II. נָצַר rad. inusit. arab. نَضَرَ *nituit, laete viruit*, unde נֵצֶר.

Custodiendi et *virendi* significatus, quos eosdem in radice חָצַר coniunctos habes, seorsum posui, quanquam nescio an utriusque sit communis origo, nimirum a *splendendo* (נָצַר), quod refertur ad *intuendi* notionem (נָטַר, cf. שָׁזַף, gr. *φάος δέδορκε*, nostr. *Blick* de splendore et obtutu), a qua proficiscitur *observandi, custodiendi* significatus.

נֵצֶר m. 1) *surculus*, a virendo dictus, v. rad. no. II. Jes. LX, 21. Metaph. de sobole (cf. de hac metaphora Wetsten. ad Luc. I, 78. de Sacy mémoires sur div. antiquités de la Perse p. 94). Jes. XI, 1. Dan. XI, 7. 2) *ramus* Jes. XIV, 19.

נְצוּרָה f. (formae נְשׁוּאָה, נְלוּכָדָה, שְׁבוּיָה) *custodia*. Nil dubitans inde interpretor verba vexatissima Jes. I, 8: עִיר נְצוּרָה *turris custodiae* i. e. turris excubitorum in deserto i. q. נוֹצְדִים 2 Reg. XVII, 9. De vocabulo עִיר *proprie* turrim speculatoriam significante vide infra h. v., flagitat autem et contextus et totius oraculi indoles, ut verba כְּעִיר נְצוּרָה eodem modo accipiantur atque ea quae praecesserunt: כְּסֻכָּה בְּכָרֶם *sicut tugurium in vinea* et כְּמְלוּנָה בְּמִקְשָׁה *sicut casa in cucumerarie* et rem significent, quacum urbs ab hostibus obsessa et qs. solitaria comparatur, quemadmodum in universo hoc capite tum verba tum sententiae synonymae et parallelae *ter* repeti solent, vide Comm. 4: עָזְבוּ אֶת יְיָ נֵאֲצוּ קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל זָרוּ אָחוֹר. Comm. 6: מֵאַף זָרוּ וְלֹא נֶאֱסְפוּ וְלֹא חֻבְּשׁוּ וְלֹא רֻכְּכָה בַּשָּׁמֶן et ibid. מֵאַף זָרוּ וְלֹא חֻבְּשׁוּ וּמַכָּה טְרִיָּה, et sic Comm. 7, a. b. c. 11, c. 13, c. 14, a. b. c. 17, a. Ex hoc ipso parallelismo efficitur, נְצוּרָה non alio significatu accipi posse, quam vulgari comparativo, et נְצוּרָה non adiectivum esse et epitheton nominis עִיר sed substantivum in genitivo positum et ex eo pendens. *Turrim speculatoriam*, qualis in deserto exstrui solebat (v. 2 Reg. l. c.), hac orationis serie aptissimam esse, profecto non est quod demonstremus, nunquae dicendum superest, hanc interpretationem, quam nuper proposuit Hitzigius, iam dudum in medium prolatam et exornatam esse a Tingstadio, supplemm. ad lexx. hebr. p. 22, cuius haec sunt verba: „עִיר נְצוּרָה *turris speculatoria* pastorum Jes. I, 8 ..... De voce נְצוּרָה dubium nobis non est, quin observationem studiosam l. custodiam denotet, ab eadem profecta radice ac נוֹצֵר custos 2 Reg. XVII, 9. Iob. XXVII, 18, et מְצוּר (?) arab. مَنْظَرٌ specula, locus custodum Hab. II, 1. ..... Videant autem interpretes, anne notio *castelli* in id etiam apte quadret עִיר, quo in cod. s. saepius indicatur *aedes* regia Davidis in monte Zione undique munita 2 Sam. V, 9. 1 Reg. II, 10. 2 Par. VIII, 11 cet. Scilicet non erraverimus forte, si ab eadem ac עִיר *vigil* Dan. IV, 10 origine derivatam hanc vocem primo *speculam vigilum*, deinde *arcem* quamvis *munitam* denotasse existimemus. Hoc pacto parallelis *tugurio in vinea* et *casae in horto cucumerum* convenientissimum videtur in delincatione Esaiana *praesidium custodum* in paseuis exstructum, cuius generis *turres* apud Hebraeos in usu quoque fuisse docet 2 Par. XXVI, 10 coll. Mich. IV, 8.“

נֶצֶת v. נָצַת.

נקא rad. in solo cod. Sam. obvia. I) i. q. נָקָה, unde אֶתְנְקָא fut. Hiph. pro תַּנְקֶה Gen. XXIV, 41. Sic alibi quoque in hoc cod. Hiphil passive positum exstat pro Niph. (Gen. XVIII, 5), more linguae Samaritanae (v. Morini Opusc. Sam. pag. 43. Cellar. pag. 85). — II) i. q. נָאַק clamavit. Ex. II, 24. VI, 5.

נְקָא chald. *purus* Dan. VII, 9.

נָקַב fut. יִנְקֹב, semel יִנְקַב Iob. XL, 24 pr. cavavit, excavavit, ut verba cognata קָבַב, קָבַק, it. טָוָה s. טָפַח (ubi vide plura), inde

1) *foravit, terebravit* (foramen) 2 Reg. XII, 10, sq. acc. *perforavit*, ut manum 2 Reg. XVIII, 21. Jes. XXXVI, 6, maxillam Iob. XL, 24. 26 (al. 19. 22). Hagg. I, 6: צְרֹר נָקוּב *sacculus perforatus*. It. *confodit* (hasta). Hab. III, 14: נָקַבְתָּ בְמַטָּיו רֹאשׁ פְּרָזָו *confodis hastis caput ducum eorum*. (Arab. نقب, syr. ܢܩܰܒ, chald. sam. נקב id.).

2) *discrevit, distinxit*, inde *distincte dixit, nominatim appellavit*. (Cf. פָּרַשׁ qua rad. Targg. reddunt נָקַב no. 1. 2, chald. חָצַב incidit, distincte nominavit, aethiop. ንቀበ determinavit; خَكَّ perforavit, et خَكَّ acutus fuit, distinxit, determinavit). Gen. XXX, 28: נָקְבָה שְׂכָרְךָ עָלַי Vulg. constitue mercedem tuam. Targ. פְּרַשׁ אַגְרָךְ עֲלַי. Jes. LXII, 2: *dabunt tibi novum nomen* אֲשֶׁר פִּי יְיָ יִקְּבֶנּוּ Vulg. *quod os domini nominabit*. — Part. נְקֻבִים *nominatim appellati* Am. VI, 1 i. e. proceres, nobiles populi q. d. אַנְשֵׁי שֵׁם, opp. plebi ignobili (בְּנֵי בְלִי שֵׁם Iob. XXX, 8). Cf. 1 Par. XII, 31: אֲשֶׁר נִקְבוּ בְשֵׁמוֹת, quod Comm. 30 exprimitur אַנְשֵׁי שֵׁמוֹת, גִּבּוֹרֵי חַיִל. (Non alienum est ab hoc loco, quod de Litthuanis ad rem christianam conversis memoriae proditur. Apud hos enim plebeji homines, qui ad baptismum admitti gestiebant, turmatim in littoribus aqua conspersi sunt, singulisque turmis idem nomen Christianum vel Petri vel Pauli vel Ioannis impositum est: soli nobiles sigillatim baptizati suum quisque nomen adepti sunt). Arab. نَقِيبٌ dux, tribunus Cor. 5, 15. Abulf. Ann. III, 236. 694, نَقْبٌ dux electus est.

3) i. q. קָבַב no. 2. *maledixit* (pr. *proscidit*, cf. سَبَّ secuit, perforavit, metaph. maledixit, et quae observavimus ad rad. בָּצַם p. 691 A. Adde وسم stigmate notavit, it. insignivit aliquem nomine, unde وسم signum, nomen). V. c. nomini Dei Lev. XXIV, 11: וַיִּקֹּב בֶּן־הָאִשָּׁה הַיִּשְׂרְאֵלִית אֶת־הַשֵּׁם וַיְקַלֵּל *et maledixit filius mulieris Israëliticae Nomini et exsecratus est*. Comm. 16: נֹקֵב שֵׁם יְיָ מוֹת יוּמָת *maledicens nomini Jovae moriatur*. (Recte ita Vulg. Saad. sed alii vett. verbum h. l. *pronunciandi* significatu accepernnt, v. no. 2, unde fluxit nota Judaeorum superstitio, qua a Jovae nomine pronunciando abhorrent. Pag. 55 B7. LXX. ἐτονομάζω. Targ. et Pesch. פָּרַשׁ, ܦܪܫ. Venet. ἐρμηνεύω). Num. XXIII, 8. 25. Iob. III, 8. V, 5. Prov. XI, 26. XXIV, 24.

Niph. pass. no. 2 *nominatim appellatus est* (cf. arab. نَقَبَ nominavit, n et l permutatis). Num. I, 17: *hi viri, qui nominatim appellati sunt.* 1 Par. XII, 31. XVI, 41. 2 Par. XXVIII, 15. XXXI, 19.

A primaria *excavandi* significatione est נֹקֶב pala, מַנְקֶבֶת fovea petrae, lapicidina, a *perforando* sunt נְקֵבָה, נֻקְבָּה, a *confodiendo* מַנְקֵבָה malleus.

נֹקֶב m. 1) *pala gemmarum* (ut recte Hieron.), a *cavitate* dicta. Ez. XXVIII, 13. Cf. תֹּךְ. All. fistulam interpretantur, a perforando (v. rad. no. 1), ut חֲלִיל a rad. חָלַל, invito verborum contextu. 2) *caverna* (ut syr. ܢܩܒܐ) unde c. art. חַנֹּקֶב n. pr. oppidi Naphtalitarum. Jos. XIX, 33.

נְקֵבָה f. *femina, femella* (a genitalium figura dicta, cf. זָכָר), de hominibus Gen. I, 27. V, 2. Lev. XII, 5. XXVII, 4 sqq. Num. V, 3. XXXI, 15. Deut. IV, 16. Jer. XXXI, 22, et brutis Gen. VI, 19. VII, 3. 9. Lev. III, 1. 6. IV, 28. 32. V, 6. (Syr. ܢܩܒܐ, chald. נוּקְבָא id.).

נֻקְבָה (pro נְקֵבָה) f. *ventriculus* ruminantium asper, *echinus*, qui quattuor stomachorum secundus est (Arist. hist. anim. 2, 17). Deut. XVIII, 3. Vulg. *ventriculus.* Onk. et Saad. vc. synonymo קִבְתָּא, קִבָּא. Kimchius: חביס שבמעי חבהמה שבו כנוס חלב היונק וקרוש בו *marsupium in intestinis pecoris in quo colligitur lac lactentis et coagulatur in eo:* eodem modo describitur انفحة, quo explicant קִבָּה et קִבָּא, sc. ventriculus agni, hoedi aut leporis lactentis, et lactis coagulum, quod in eo concrescit. LXX. ἔντερον i. q. ἔντερον (quod duo libri exhibent) ventriculus ruminantium quartus s. omasum, a veteribus in cupediis habitus, et ita Joseph. Ant. 4, 4. Philo T. II. p. 235 Mang. Vide Bochart. Hieroz. I, 571 Lips.

נְקֵבָה (pro נְקֻבָּה, a masc. נָקֵב Cholem pro ◌ֵ) f. *genitalia muliebra* (cf. נְקֵבָה). Num. XXV, 8: *et confodit ambos, virum et mulierem* אֶל קֻבָּתָהּ. LXX. διὰ τῆς μήτρας. Vulg. in locis genitalibus. Gr. Venet. ἐν τῇ κύστει. Kimchi: רוצ פירשו מקום הערוה באשה. (Talm. נְקִיבָה *anum* significat, Pesach. c. 7 incunte, et arab. قَبٌ pars dorsi prominens inter duas nates, sed neutrum voci Hebraeae adhibendum videtur). Aqu. Symm. Onk. קֻבָּה l. c. ita interpretantur, ut idem sit quod קֻבָּה thalamus, quod quidem a contextu alienum.

מַקֶּבֶת f. *malleus*, pr. malleus acutus lapicidarum 1 Reg. VI, 7, dein etiam fabri ferrarii et lignarii Jes. XLIV, 12. Jer. X, 4.

מַקֶּבֶת f. 1) i. q. מַקֻּבָה Iud. IV, 21. 2) *fovea petrae, lapicidina.* Jes. LI, 1.

נָקַד rad. innsit. 1) *pupugit, punctis signavit*, chald. id., unde נָקֵד qui (librum manu scriptum) punctis signat, arab. نَقَدَ pupugit serpens, sed نقط punctis notavit. Syr. ܢܩܛ punctum, ד et ז permutatis.

2) *selegit, discrevit* quae melioris notae essent a sequioribus (quod fit punctis notando), arab. نقد. Inde نَقَدٌ (non نَقَدٌ, نَقَدٌ, نَقَدٌ v. Kamûs p. 424) genus ovium caprarumque deforme et brevipes, sed pilis lanaque insigne, نَقَّادٌ talis pecoris pastor. Vide infra נָקֵד.

נָקֹד m. pl. נְקֻדִּים *punctis* s. maculis minoribus *distinctus*, de ovibus et capris. Gen. XXX, 32 sqq. XXXI, 8 sqq.

נְקוֹדָא (insignis) n. pr. viri Esr. II, 48. 60. Neh. VII, 50. 62.

נֵקֵד pr. i. q. arab. نَقَّادٌ pastor ovinm praestantioris lanae نَقَدٌ dictarum (v. supra ad rad.) dein ampliore significatu *opilio* Am. I, 1. Aqu. ποιμενοτρόφος. Targ. מרי גתין *dominus pecoris.* Dein de rege Moabitarum gregum multitudine nobili. 2 Reg. III, 4. Aqu. ποιμενοτρόφος. Symm. τρέφων βοσκήματα. Anon. gr. ἀρχιπολίτην. Syr. ܢܨܒ (quod Lex. Adl. explicat راعي رئيس الرعاة pastor, princeps pastorum. Eodem modo Ephraem. Opp. 1, 523). Targ. מָרֵי גִיתָא et Arabs (Hebraea transferens) صاحب مشية *dominus pecoris.* Digna praeterea sunt quae adscribantur verba Tanchumi Hierosol. ad h. l. נֹקֵד *interpretantur possessorem ovium* (غالب غنم), *quales sunt nostro tempore Emiri Arabum et Emiri Turcomanorum hoc est Arabum in Turcarum terris degentium, qui possident oves, quas pascunt ipsorum servi et pueri. Talis enim est, cui maxime desiderium ovium est neglectis opibus* ceteris, *cuius studium in illis sibi augendis positum est.* Cf. Bocharti Hieroz. I, 483 Lips.

נְקֻדָּה f. *punctum*, de *micis sphaerulis*ve argenteis ornatus caussa consertis. Cant. I, 11.

נְקֻדִּים m. pl. 1) *micae* panis. Jos. IX, 5: *et omnis panis commeatus eorum siccus erat* וְהָיָה נְקֻדִּים *abierat in micas.* Comm. 12. Aqu. ἐψαθυρωμένος. Symm. κάπυρος. Vulg. in frusta comminuti. Sed alii panes *mucidos* intelligunt vel *mucore maculosos.* LXX. εἰρωστιῶν. Theod. βεβρωμένοι, Kimchi: לחם מעופש, quod minus placet.

2) species *crustularum* s. *placentarum.* 1 Reg. XIV, 3: לֶחֶם וְנִקְדִּים וְבַקְבּוּק דְּבַשׁ. LXX. κολλυρίδα. Vulg. crustulam. Targ. et Pesch. כְּסִנִּין, ܟܣܢܝܢ crustulae v. Buxt. 1064. Talmud. נקודים orbiculi parvi panis instar dimidii ovi, Buxt. p. 1386.

מַקֵּדָה (loeus pecuariorum) n. pr. oppidi in campestribus Judae, olim urbis regiae Cananaeorum Jos. X, 10. XII, 16. XV, 41.

נָקָה *purus fuit*, arab. نَقِيَ id., syr. sparsit aquam lustratoriam (pr. *purgavit*), libavit, sacrificavit, unde מִנְקִיּת patera sacrifica. Sam. ⲛⲁⲕ albus. (Sunt qui conferant indogermm. *nackt* nudus, goth. naquaths, angl. naked; sed eius notio ab huius rad. potestate aliena est). In Kal tantummodo Jer. XLIX, 12, ubi נָקֹה inf. pleon. coniugationi Niph. adiectus est.

Niph. 1) *purus fuit*, metaph. *insons fuit* Jer. II, 35. Sq. מִן vacuus fuit a culpa. Num. V, 31: וְנָקָה הָאִישׁ מֵעָוֹן. Ps. XIX, 14. Sq. מִן pers. Ind. XV, 3: נְקִיתִי הַפְּעַם מִפְּלִשְׁתִּים *nunc quidem vacuus sum a culpa in Philistaeos*, non mea est ipsorum culpa est, si Philistaeis vim infero. Inde saepe a) *poena vacavit, impunis fuit*. Ex. XXI, 19: וְנָקָה הַמַּכֶּה *impunis erit, qui* eum *percussit*. Num. V, 28. 1 Sam. XXVI, 9. Prov. VI, 29: לֹא יִנָּקֶה כָּל־הֹגֵעַ בָּהּ *non impunis erit, quicunque eam tanget*. XI, 21. XVI, 5. XVII, 5. XIX, 5. 9. XXVIII, 20. Jer. XXIX, 1. XLIX, 12. Sq. מִן Num. V, 19: הִנָּקִי מִמֵּי הַמָּרִים *impunis eris ab aquis amaris* i. e. tibi non nocebunt aquae. b) *immunis fuit* a iureiurando, ab officio. Gen. XXIV, 8. 41.

2) *vacuum, evacuatum est* oppidum i. e. incolis eiectis et praeda acta *exinanitum est*. Jes. III, 26 de Hierosolymis: נְקֵתָה לָאָרֶץ תֵּשֵׁב. LXX. καταλειφθήσῃ μόνη. Targ. evaeuabitur. (Sic arab. نقى Conj. X. vit. Tim. 1, 576 Mang., et synn. خلص purus fuit. Conj. X. populatus est urbem, vit. Tim. p. 307 Gol. II, 460 Mang., صفى X. Abulf. p. 234. vit. Tim. 262 Gol. II, 269 Mang. „Persae eodem modo loquuntur. Sadi in Gulistan: دزد بر کاروان زدند وپاك ببردند *praedones caravanam invadunt et cuncta diripiunt*. In persico est *en zy namen' t' er rein, of schoon weg*. Dicere etiam possemus: *zy maakten 'er 't schoon.*" Schult. Opp. min. p. 253. 254). Refertur etiam ad homines, qui *delentur, exstirpantur*. Zach. V, 3: *haec est exsecratio, quae exit super universam terram* מִזֶּה כָּל־הָאָרֶץ נְקֵה *nam quicunque furatur secundum illam* exsecrationem *exstirpabitur*. LXX. ἐκδικηθήσεται. Vulg. iudicabitur. Targ. לקי vapulabit. Fortasse hi legebant נְכֵה.

Pi. נִקָּה 1 pers. נִקִּיתִי 1) *insontem declaravit* i. e. *absolvit*, sensu forensi i. q. הִצְדִּיק Iob. IX, 28. Sq. מִן culpae. Ps. XIX, 13. Iob. X, 14. Inde *impunem sivit, impunem dimisit* (v. Niph. 1, a), sq. acc. pers. Exod. XX, 7: כִּי לֹא יְנַקֶּה יְיָ אֶת־אֲשֶׁר וגו׳ *nam non impunem sinet Jova eum qui* cet. Deut. V, 11. 1 Reg. II, 9. Jer. XXX, 11. XLVI, 28: וְנַקֵּה לַמְשָׁכְּךָ וְנַקֵּה לֹא אֲנַקֶּךָּ *castigo te cum acquitate, nam impunem te non sinam*. Omisso accusativo absolute Ex. XXXIV, 7: *qui remittit culpam et delictum et peccatum* וְנַקֵּה לֹא *sed non semper impunes sinit* (peccatores). Num. XIV, 18 (quo utroque loco Cod. Sam. ונקה לו ינקה i. e. וְנָקֵה לוֹ יְנַקֶּה *et innocens ab eo absolvitur*. Vers. Sam. וזכאה לה יזכי, cf. Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 40). Nah. I, 3. — Joël IV, 21 verba: נִקֵּיתִי דָמָם לֹא נִקֵּיתִי interpretari solent (ex signif. 1): *insontem declarabo sanguinem eorum* (i. e. Israëlitarum ab hostibus profusum), quem adhuc *non declaraveram* i. e. *ulciscar* sanguinem Israëlis, quem diu inultum siveram: sed ulciscendi significatus sine ratione sumitur, absolvendi autem potestas, quae per linguae usum licet, frigida et ab hoc loco aliena esset. Equidem nescio an legendum sit: נִקַּמְתִּי דָמָם לֹא נִקֵּיתִי et interpretandum eum Alex. et Syro: καὶ ἐκζητήσω τὸ αἷμα αὐτῶν καὶ οὐ μὴ ἀθῳώσω, ⲟⲩⲟ ⲓⲥⲙⲁⲏⲗ ⲙⲡⲉⲥⲥⲟⲩⲱⲛⲓ ⲛⲁⲗⲗⲁ. Formulam נָקָם דָּמִים, נָקַם דָּם habes Deut. XXXII, 43. 2 Reg. IX, 7, nusquam נָקָה דָּם, contra נָקָה ubique c. acc. pers. coniungitur: ex נקמתי autem pronus erat error in נקיתי, quum hoc ipsum sequeretur. Graecum ἐκζητέω nunquam quidem in Vers. Alex. exstat pro ipso נקם, sed persaepe pro synn. בִּקֵּשׁ, דָּרַשׁ (v. Trommium). Si quis vulgatam tueri malit, is certe נָקָה דָּם interpretetur καθαρίζειν τὸ αἷμα i. e. sanguinem inultum e terra removere, ne ad coelum clamare pergat, sed, liceat ita a certo linguae usu recedatur, vel sic friget sententia.

נָקֶה i. q. hebr. נָקִי, chald. נָקָא in Cod. Sam. Ex. XXXIV, 7. Num. XIV, 18, vide ad rad. in Pi. Eandem formam נָקֹה *insons, iustus* reperire mihi videor in Inscr. Melit. 2 lin. 2, vide mommm. Phoen. p. 106.

נִקְוָא (lege נִקְוָא) pl. נִקְוָאִים, in Cod. Sam. est pro נְקִיִּים Gen. XLIV, 10. Num. XXXII, 22. Eandem formam habes in Vers. Sam. Gen. XXIV, 41. Deut. XIX, 10. 13. XXI, 9. XXVII, 25.

נָקִי m. pl. נְקִיִּים adj. 1) *purus*, נְקִי כַפַּיִם puris manibus i. e. insons Ps. XXIV, 4. Inde 2) metaph. *innocens, insons*. LXX. ἀθῷος, δίκαιος, Targ. זַכַּאי Ex. XXIII, 7. Iob. IV, 7. IX, 23. XVII, 8. XXII, 19. XXVII, 17. Ps. X, 8. XV, 5. Jer. II, 34. דָּם נָקִי sanguis innocens, et דַּם נָקִי sanguis innocentis v. דָּם p. 27. אֵר־נָקִי non innocens Iob. XXII, 30. Sq. מִן culpae 2 Sam. III, 28: נָקִי אֲנֹכִי מִמַּעַם יְיָ ... מִמַּמְלַכְתִּי אֲבנֵר *vacuus sum ego estque regnum meum apud Deum a culpa caedis Abneri*. (Ad מִמַּעַם יְיָ vide מִן no. 2, c). Inde (cf. verbum in Niph.) a) *impunis* Gen. XLIV, 10. Ex. XXI, 28. b) *immunis* v. c. a iureiurando Gen. XXIV, 41. Jos. II, 17. 20 (sq. מִן), a militia Deut. XXIV, 5. 1 Reg. XV, 22, ab officio in aliquem (sq. מִן pers.) Num. XXXII, 22.

נָקִיא (adiecto Aleph) id. Joël IV, 19. Jon. I, 14 Chethibh.

נְקִיּוֹן cstr. נְקִיוֹן m. *puritas, mundities*, velut dentium i. e. fames Am. IV, 6, manuum i. e. innocentia Gen. XX, 5. Ps. XXVI, 6. LXXIII, 13, omisso כַּפַּיִם id. Hos. VIII, 5.

מְנַקִּיּוֹת pl. מְנַקִּיּוֹת f. *paterae libatoriae* Exod. XXV, 29. XXXVII, 16. Num. IV, 7. Jer. LII, 19. Syr. ܡܢܩܝܬܐ id.

נָקַט i. q. קוּם, קִיץ *fastidivit.* Semel Iob. X, 1: נָקְטָה נַפְשִׁי בְחַיָּי. Sunt qui נָקְטָה pro קָטָה (malim certe pro נָקְטָה cf. Ez. VI, 9) dictum et hanc radicem eliminandam putent (Fürst, Hirzel), sed in lingua chald. saltem certissima est eius auctoritas, נָקַט Iob. XXXIII, 20, נָקְטָה Esth. VI, 1, Pa. חִנְקְטִין Iob. XIX, 2 Targ., quare in hanc sententiam concedere cunctor.

נָקַם fut. יִקֹּם *ultus est, vindicavit, iniuriarum poenas sumsit.* (Arab. نَقَمَ et نَقِمَ Conj. VIII. sq. ن pers. vindicavit se ab aliquo, iniuriae sibi illatae poenam sumsit ab eo, punivit eum, נָקֵם vindex, נְקֹמָה, נְקֻמָה, נְקֹמָה ultio. Syr. ܢܩܡ sq. ܩܒ id. BII p. 52, ܢܩܡܐ ultio. Chald. id. sed raro). Ponitur a) absol. Lev. XIX, 18. b) is quem (id quod) quis ulciscitur, ponitur in acc. Deut. XXXII, 43: דַּם עֲבָדָיו יִקֹּם *sanguinem cultorum suorum ulciscitur*, semel praevio בְּ Ps. XCIX, 8: נֹקֵם עַל עֲלִילוֹתָם *ulciscens facinora eorum* pr. poenas sumens *propter f. e.* Dicunt etiam: נֹקֵם נֹקֵם בְּ, Lev. XXVI, 25: חֶרֶב נֹקֶמֶת נְקַם בְּרִית *gladius qui ulciscitur foedus.* c) Is a quo ultio petitur, ponitur praevio מִן 1 Sam. XXIV, 13, מֵאֵת Num. XXXI, 2, item לְ (sich rächen *an*) Nah. I, 2. Ez. XXV, 12, et in acc. (ut lat. ulcisci aliquem pro iniuriis acceptis i. e. punire). Jos. X, 13: עַד יִקֹּם גּוֹי אֹיְבָיו. Utramque structuram (b. c) copulatam habes in his exemplis 1 Sam. l. c.: נָקְמָה יְיָ מִמֶּךָּ *Deus vindicabit me a te* (cf. Senec. benef. 6, 5), wird mich an dir rächen. Num. XXXI, 2: נְקֹם נְקַמַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מֵאֵת הַמִּדְיָנִים *vindica Israëlitas a Midianitis*, ulciscere iniurias Israëli a Midianitas illatas.

Niph. 1) *punitus est.* Exod. XXI, 20: *si quis servum suum percussit* ..... נָקֹם יִנָּקֵם *is punietur* (cf. lat. ulcisci *aliquem*, pro punire eum propter iniuriam scelusve commissum). LXX. δίκῃ ἐκδικηθήσεται. — 2) *vindicavit se.* Ez. XXV, 15: יִנָּקְמוּ נְקָם. Is a quo ultio petitur, ponitur praevio מִן 1 Sam. XIV, 24. Esth. VIII, 13. Jes. I, 24. Jer. XLVI, 10, et בְּ (sich rächen *an*). Jud. XV, 7. 1 Sam. XVIII, 25. Jer. L, 15. Ez. XXV, 12. — Iud. XVI, 28: וְאִנָּקְמָה נְקָם אַחַת מִשְׁתֵּי עֵינַי מִפְּלִשְׁתִּים *ut vindicem* saltem *unum duorum oculorum meorum a Philistaeis*, ut unius saltem oculi mei mihi erepti poenas expetam a Philistaeis. Veteres interpretes et plerique recentiores (quos secutus sum p. 62 A) interpretantur: *et ultionem unam* s. *unicam petam a Philistaeis propter duos oculos meos* (cf. מִנְּקָמָתָם propter iniuriam Joël III, 24 et alia exempla s. מִן 2, f), quam quidem rationem Ialsitatis vix arguas (v. Studer ad h. l.): sed illud tamen (quod Talmudicis etiam placuit) praeferendum, quum *ulcisci ultionem* alic. rei ubique sit ulcisci aliquam rem, et אַחַת מִשְׁתֵּי עֵינַי arcte iungenda videantur, ut XVII, 5: אַחַר מִשְׁתֵּי עֵינַי. Jer. XV, 15: הִנָּקֵם לִי מֵרֹדְפַי *vindica te pro me a persecutoribus meis*, iniuriarum mihi illatarum poenas sume a persecutoribus meis.

Pi. i. q. Kal. 2 Reg. IX, 7: וְנָקַמְתִּי דְמֵי עֲבָדַי הַנְּבִיאִים *vindicabo caedem prophetarum, servorum meorum, ab Isebel.* Jer. LI, 36.

Hoph. 1) *punitus est.* Gen. IV, 15: כָּל־הֹרֵג קַיִן שִׁבְעָתַיִם יֻקָּם Vulg. *omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Saad. يُقَاصُ بِهِ كَثِيراً punietur valde. Onk. יִתְפְּרַע נְטוּהּ *ultio petetur ab eo.* Smt, duce Vatero, qui negent, הֻקַּם significare *puniri*, et propterea ista verba interpretentur: *si quis occiderit Cainum, id vindicabitur*, sed in Niph. Ex. XXI, 20, nisi argutias captare velis, illa potestas manifesta est, eaque sponte sequitur ex ea structura verbi activi, qua coniungitur c. acc. et, ut apud Latinos, valet *ulcisci aliquem* (Caes. b. gall. 1, 14. Terent. Enn. 5, 4, 20. Andr. 3, 5, 18. Cic. in Caecil. 6. Catil. 2, 8). Sic etiam לֹא נָקַם Exod. XXI, 21. LXX. οὐκ ἐκδικηθήτω. Vulg. non subiacebit poenae. Saad. لَا يُقَادُ بِهِ. Hebraei: תלקת נקמתו ממנו sumetur poena eius ab eo. Cod. Sam. Comm. 20 מות יומת. 21 יומת — 2) *vindicatus est* Gen. IV, 24.

Hithpa. vindictam explevit (quod tribuitur animo) Jer. V, 9. 29. IX, 8. Part. vindictam explens, vindictae explendae cupidus (rachgierig), inde *inimicus* Ps. VIII, 3. XLIV, 17. Cf. נָקַם.

נָקָם m. *ultio, vindicta.* Deut. XXXII, 35. יוֹם נָקָם dies vindictae. Prov. VI, 34. Jes. XXXIV, 8. LXI, 2. LXIII, 4. נְקָם נָקָם ultionem petiit, v. iud. לְ חֲשִׁיב נְקָם vindictam reddere alicui i. e. alicui rependere iniuriam Deut. XXXII, 41. 43, לָקַח נָקָם vindictam sumere Jes. XLVII, 3, cf. לָקַח נְקָמָה מִן Jer. XX, 10; עָשָׂה נָקָם אֶת id. Mich. V, 14.

נְקָמָה f. c. suff. נְקָמָתִי pl. נְקָמוֹת 1) i. q. נָקָם *ultio, vindicta.* יוֹם נְקָמָה Jer. XLVI, 10, עֵת נְקָמָה LI, 6. אֵל נְקָמוֹת deus vindex, ultor Ps. XCIV, 1. Sq. genit. *ultio Jovae*, quam Jova petit ab aliquo Jer. L, 15. 28. LI, 11, *ultio tua* i. e. quam tu petis (sq. מִן) ab aliq. ib. XI, 20. XX, 12, it. sq. genit. eius, pro quo vindicta sumitur, ut נְקָמַת דָּם vindicta pro caede Ps. LXXIX, 10, נְקָמַת הֵיכָלוֹ Jerem. L, 28. LI, 11. Nota formulas: a) עָשָׂה חֶסֶד עִם (Rache üben an, cf. עָשָׂה נְקָמָה בְּ) Ps. CXLIX, 7, נְקָמוֹת בְּ Ez. XXV, 17. b) נָתַן נְקָמָתוֹ בְּ vindictam effundere, explere in aliquo Ez. XXV, 14, cf. Num. XXXI, 3: לָתֵת נִקְמַת יְיָ בְּמִדְיָן. c) נָתַן נְקָמוֹת לְ Ps. XVIII, 48 et עָשָׂה נְקָמוֹת בְּ Iud. XI, 36 ultionem concessit alicui, effecit ut ei satisfieret (sq. מִן ab hostibus Iud. l. c.).

2) *vindictae cupido* Thren. III, 60. עָשָׂה בִּנְקָמָה egit cum vindictae cupidine Ez. XXV, 15.

נָקַע i. q. נָקַע (q. v., unde ducitur futurum) *avulsus*, transl. *abalienatus est* ab aliquo, sq. מִן Ezech. XXIII, 22. 28, מֵעַל Comm. 18. In solo praeterito reperitur.

נָקַף 1) *percussit*, *cecidit*, v. Pi. et נִקֵּף. (Chald. נְקַף percussit v. c. bovem mactandum, ut collaberetur, cecidit, it. impulit ad lapsum, raro levius: percussit aliquem cor, v. Buxt. 1390. 1391. Arab. نَقَفَ I. III. percussit v. c. caput, ut frangeretur, diffregit avicula ovum, percolavit, nostr. durchschlagen. Vic. נָגַף, levius est aethiop. ΛΨΔ: tetigit. Inest autem percutiendi potestas tum in syllaba נג, נכ, נק v. נָקַהּ, tum in קף cf. *κόπτω*, תְּקוּפָה).

2) clavis fixis *compegit*, *coniunxit*, nostr. *zusammenschlagen* (syr. et sam. ܢܩܦ, ⱤⱣⱠ adiunxit, Pa. ܢܰܩܶܦ apud Grammaticos: suffixit, נְסַפְסֹף suffixio, unde מַנְקָף linea coniungens. Pe. ܢܦܩ adhaesit, cohaesit). Inde, ut videtur, *complicavit* (nostr. zusammenschlagen, z. B. den Mantel) v. c. rete (Iob. XIX, 6), spec. ita ut in orbem redeat res (cf. نَقَفَ *limbus*, armilla). Vide הַקִּיפָה circumdedit, נְקָפָה zona, et in Kal

3) *in orbem ivit*. Jes. XXIX, 1: חַגִּים יְנָקֵפוּ *festa in orbem cant* h. e. festorum annuorum orbe absoluto. Eadem potestas est in nom. תְּקוּפָה a קוף. Editione prima hanc *circumcundi* potestatem a no. 1. seiunxi et a rad. bilittera קף repetii (cf. תְּקוּפָה): idque etiamnunc nonnullis placet. Quod supra posui, etiam Schultensio placuit ad Iob. I, 5.

Pi. נִקֵּף 1) *cecidit* silvam Jes. X, 34. — 2) *discussit* (zerschlagen), percutiendo *disiecit*, inde i. q. פָּרַת *destruxit* (zerstören). Ita in loco vexato Iob. XIX, 26: אַחַר עוֹרִי נִקְּפוּ זֹאת, in quo verbi significatio certa est, de structura autem ambigi potest, sitne iungendum: *postquam destruxerint* (destructa erit) *cutem meam*, *hoc* erit s. eveniet, nimirum id quod praecesserat Comm. 25, adventus Dei; an: *post cutem meam*, quam *destruxerunt*, *hoc* erit, quod praeferunt nonnulli, qui אַחַר, si coniunctio esset, quum verbo iungendum fuisse observant. Priorem rationem expressit Targ. בַּתַר דְּאִתְחֲפַת מַשְׁכִּי וְהָדֵין דָּא אִתְחֲפַת *postquam convaluerit* (id significare videtur Buxt. p. 2619, non *inflata* erit, ut in Polygl.) *cutis mea*, *erit hoc*, Levi b. Gerson: עד שאחר שנקפו עורי שברו את העצם (et quidni statui possit, inter coniunctionem et verbum insertum esse obiectum? cf. Ps. VI, 2), posteriorem Saadias ms. qui אַחַר עוֹרִי interpretatur נאד בלי جلدي, hebr. אַחַר בְּלוֹת עוֹרִי, *postquam consumta erit cutis mea*.

Hiph. 1) *circumiecit* alicui aliquid (nostr. umschlagen). Sq. acc. rei et עַל pers. Iob. XIX, 6: מְצוּדוֹ עָלַי הִקִּיף *rete suum mihi circumiecit* (er hat sein Netz um mich geschlagen), iniecit. Metaph. Thren. III, 5: רֹאשׁ וְיָגֵעַ הִקִּיף *circumduxit* mihi *amaritudinem et aerumnam*, suppl. עָלַי. Inde 2) *circumduxit*, *in orbem duxit* (im Kreise umgehen lassen). Iob. I, 5: כִּי הִקִּיפוּ יְמֵי הַמִּשְׁתֶּה pr. *postquam in orbem duxerunt* (filii Iobi) *dies conviviorum* i. e. absoluto mutuorum conviviorum orbe, nachdem sie die Gastmäler hatten rings umgehen lassen. Lev. XIX, 27: לֹא תַקִּיפוּ פְּאַת רֹאשְׁכֶם *ne in orbem ducatis extremitatem capitis vestri* i. e. ne in orbem detondeatis capillos extremi capitis. Symm. *οὐ περιξυρήσετε κύκλῳ τὴν πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς ὑμῶν*. Vulg. *neque in rotundum attondebitis comam*. Respici videtur mos quidam Arabum, qui capillos circumcirca detondere in medio autem occipite salvos relinquere solebant (Herod. 3, 8. 4, 175). Apte etiam LXX. *οὐ ποιήσετε σισόην ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν* cf. ad *σισόη* glossatores apud Bielium et Schleusnerum, et de tonsura sacra veterum populorum Spencer de legg. Hebraeorum ritual. II, 18 sect. I. Bocharti Canaan p. 379. Schneideri lex. gr. s. *περιτρόχαλα*, *σαιρίς*. Inf. הַקִּיף Jos. VI, 3 et הַקֵּף VI, 11 circumducendo, adv. *circumcirca*. — 3) *circumdedit*, sq. acc. Ps. XXII, 17: עֲדַת מְרֵעִים הִקִּיפוּנִי *turma malefficorum circumdat me*. 1 Reg. VII, 24. Jes. XV, 8; sq. עַל 2 Reg. VI, 14. XI, 8. Ps. XVII, 9. LXXXVIII, 18.

נֵקֶף m. *decussio olivarum* Jes. XVII, 6. XXIV, 13. Talmud. נקף est: decussit olivas Cholin fol. 7, 1, quae quidem decussio ut racematio opponitur primae strictioni, quae legitima messis est; illa autem pauperibus relinquitur, inde נִיקוּף decussio olivarum secunda.

נְקָבָה f. *funiculus* mulieri captivae tanquam *zona* circumligatus. Jes. III, 24: תַּחַת חֲגֹרָה נְקָבָה. LXX. *σχοινίον*. Vulg. funiculus. Luth. *loses* (i. e. schlechtes) *Band*. — Targ. et Talmudici (Schabb. 62, 2) *plagas* s. *vulnera* intelligunt, a נָקַב no. 1 percussit: contra antithesin (חֲגֹרָה). Eadem obstat Crednero (ad Joël p. 147), qui veteramenta (בְּלוֹיִם) interpretatur, quum נָקַב Iob. XIX, 26 sit i. q. נָבַהּ.

נָקַק rad. inusit., quae perforandi, effodiendi vim habuisse videtur, ut vicinae נָקַב (unde chald. נְקַב, syr. ܢܩܒ, ⱤⱣⱠ foramen, caverna), נָקַר (unde נְקָרָה fissura petrae), et נָקַע (aram. נְקַע, נִקְעָא fovea, fossa). Ipsius radicis vestigium est in Carm. Samarit. (Anecdd. orient. p. 88): ⲀⲀⲔⲔⲢⲢⲘ. ⲘⲔⲔⲢⲢⲘ confodiet me hostis, nisi forte legendum ⲘⲔⲔⲢⲢⲘ a נָקַר.

נְקִיק m. *foramen*, *caverna*, נְקִיק הַסְּלָעִים Jer. XIII, 4, pl. נְקִיקֵי הַסְּלָעִים Jes. VII, 19. Jer. XVI, 16.

נָקַר *fodit, effodit, excidit.* (Chald. id. ut oculum, foramen, cavernam. נְקוּרָא caverna, נְקוֹר terebra. Syr. id. Arab. نَقَرَ excavavit saxum, lignum; perfodit avis rostro, نَقَرَ et VIII. excavatus est, نُقْرَة caverna terrae, cavitas oculi, foramen ani, gulae, نَقِير excavatus, de candice. Aeth. ናቀረ: unum oculum effossum habuit, luscus fuit, ናቀፈ: luscus, ናፈለ: evulsit. Radix primaria et monosyllaba est נקר, quae pariter atque כר fodiendi vim habet, v. נקר, נקר, בָּקַר, חָקַר, דָּקַר, נָקַר; it. נוּר, כָּרָה, אָבַר al.). Spec. נָקַר עַיִן effodit oculum alicui 1 Sam XI, 2, de avibus Prov. XXX, 17: יְקָרוּהָ עֹרְבֵי־נַחַל *effodient eum* (oculum) *corvi torrentis.*

Pi. i. q. Kal *effodit* oculum alic. Num. XVI, 14. Iud. XVI, 21. Metaph. Iob. XXX, 17: לֵילָה עֲצָמַי נִנְקָר מֵעָלַי praegn. *nox ossa mea perfodit a me*, i. e. ita perfodit et corrodit, ut *a me* deeidant. Noeti tribnuntur a poëta, quae noctu fiunt, ut III, 3.

Pu. effossus est. Jes. LI, 1: נִקַּרְתֶּם בּוֹר נִקָּרְתֶם *caverna s. lapicidina* ex qua *effossi estis* metaph. de auctoribus gentis.

נְקָרָה vel **נְקֵרָה** *caverna.* Cstr. נְקֶרֶת הַצּוּר *caverna s. fissura petrae* Ex. XXXIII, 22, pl. נְקָרוֹת הַצּוּרִים Jes. II, 21.

נָקַשׁ i. q. נָקַשׁ, קוּשׁ, sed intrans. *illaqueatus est.* Ps. IX, 17: בְּפֹעַל כַּפָּיו נוֹקֵשׁ רָשָׁע *opere manuum suarum illaqueatur impius.*

Niph. illaqueatus, irretitus est. Deut. XII, 30: פֶּן תִּנָּקֵשׁ אַחֲרֵיהֶם *ne illaqueeris* i. e. seducaris *sequi eos.*

Pi. trans. *laqueos posuit.* Ps. XXXVIII, 13, sq. לְנַקְּשֵׁי נַפְשִׁי כָּלְאֲשֶׁר־לֹא *laqueos iniecit* alicui. CIX, 11: נָקַשׁ נוֹשֶׁה כָּל־אֲשֶׁר־לוֹ *fenerator laqueos iniiciat omnibus opibus suis* i. e. retineat omnia sua, nostr. mit Beschlag belegen, pfänden, cf. חָבַל no. 2. Eo pertinere videtur arab. نقش II. IV. ursit instando debitorem, pr. bona eius occupavit pro pignore.

Hithpa. laqueum posuit alicui, *insidiatus est*, sq. לְ 1 Sam. XXVIII, 9.

נָקַשׁ chald. *percussit, pulsavit* v. c. portam, *incussit* clavum. Sie in Targg. et Talmude, v. Buxtorf. Syr. نقف id. etiam complosit manus, pulsavit campanam, unde نُقُوس campana, arab. نقس percussit ligno lignum ad crepitandum (klappern). — Dan. V, 6: *eiusque genua* דְּא לְדָא נָקְשָׁן *collidebant* se. prae tremore et terrore. Cf. Targ. Ez. III, 13: נַפְקֵי בְרִיוָתָא נָקְשָׁן *alae bestiarum complodentes.* Eccl. XII, 3: בְּיוֹם *quo die contremiscent genua tua et collident* (prae tremore) *brachia.* Magis etiam congruit Ephr. Syr. Opp. gr. II, 399: نقف نقفه *dentes mei collidunt* (crepitant, klappern), adde arab. نَقَضَتْ قَرِيصَتُهَا contremiscit scapula alic., de timente Har. 1, 36 Schult.

נָרַג rad. in verbo insitata i. q. נָרַג pr. cito volvit se, inde celeriter et multum loeutus est, calumniatus est. Arab. quadril. نَوْرَجَ cito vertit se in incessu et sermone, calumniatus est, unde نَوْرَج tribulum, Dreschwalze, hebr. נוֹרָג; נִבְרַג i. q. נורג, unde נִבְרַג celeriter se convertens, calumniator, susurro. Unde

נֶרֶן (ad formam נִיגֵּן, בבשׁן) m. *garrulus, calumniator, susurro* Prov. XVI, 28. XVIII, 8. XXVI, 20. 22. Addo Bohlenii coniecturam, qui ad נִבְרַג confert pers. نِيرَنْگ res nova, fraus, ex sanscr. *nava ranga* novus color, fraus, unde נֶרֶן novarum rerum inventor et venator, Neuigkeitskrämer.

* * *

נֵרַגַל n. pr. idoli Cuthaeorum, Assyriae Persiaeque populi 2 Reg. XVII, 30. Quod Rabbini hoc idolum sub galli specie cultum fuisse somniant (coll. תַּרְנְגוֹל gallus), nugae sunt: nec felicius est Gorresii etymon (ad Ferdus. 1, p. 38) a pers. *ner-gal* mas gallus (?). Propius ad veri speciem accedit, quod Norbergius (Onom. ad Cod. Nasar. p. 105 sqq.) נרגל idem censet quod zab. نيرجا Mars planeta, deus belli Cod. Nas. 1, 212 lin. 7. 224, 8. 112, 18, quod congruit cum arab. مِرِّيخ Mars planeta, cuius statua ferrea una manu gladium, altera caput cruentum crinibus prehensum tenens a Sabaeis in templis quadratis et rubris colebatur (v. Muhammed Ali Taleb ap. Norberg. l. c.). L litteram in lex. man. conieci vim diminutivi habuisse, de cuius usu in rebus sacris v. s. v. דָּגוֹן. Sed magis placet Bohlenius, qui de נֵרַגַל et מַרְדָּךְ, Martis nominibus, nunc cummaxime hanc mecum communicavit coniecturam multorum, ut puto, suffragia latturam. נִרְגַל, inquit, est sanscr. *Nrigal* devorans homines, de bellatore strenuo, ut *nrijagdha* [vide quae observavimus ad rad. נָהַם), et congruit cum מַרְדָּךְ i. e. *martâdaka* (ut purushadaka anthropophagus) vel *martâk* comedens homines (t more Persarum in d mutato) i. q. مرذخور, a rad. *aś* comedit, cuius ś extremum transiit in k, ut *diś*, *dik* al.

נֵרַגַל שַׂרְאֶצֶר n. pr. 1) praefecti militum imperante Nebucadnezaro Jer. XXXIX, 3. 2) archimagi eiusdem regis, ibid. Comm. 13. שַׂרְאֶצֶר etiam seorsum reperitur, v. suo loco. Utrumque coniunctum idem nomen est, quod gr. scribitur *Νεργλισσάρ* et regis Babylonici nomen est.

נֵרְדְּ c. suff. נִרְדִּי Cant. I, 12, pl. נְרָדִים ib. IV, 13. 14 *nardus*, gramen Indicum cum spica spicae triticeae viridi simili (unde arab. سنبل هندى spica indica), ex quo oleum nardi et odoratissimum et pretiosissimum conficiebatur (Athen. 15, 686—688. Strabo 15 p. 695. Theophr. hist. pl. 9, 7. Dioscorid. 1, 6. Plin. 12, 25. 26. 16, 59). Guil. Jonesio et Roxburghio testibus (Recherches asiatiques ed. Langl. II no. 28 adde T. IV no. 5. 33 ed. Calc.) planta, ex cuius radice genuinum nardi oleum percipitur, Valerianae species est in Bengalia *Jâtamansi* (cincinnus) appellata (v. imaginem eius Recherches asiatiques ad p. 455); sed et aliae graminum odoratorum species (max. Andropogon Nardus) sub *nardi* specie venibant (v. Diosc. 1, 6 ibique Sprengel. Avic. II, 225), quae etiam Cant. IV, 13. 14 intelligendae videntur, quum contra I, 12 potius „nardi parvus onyx" (Hor. Carm. 4, 12, 16. 17) e collo suspensus cogitandus sit. Indice nomen est *narda*, *nartaka* (species eius est *gonarda* nardus vaccinus), pers نرد, ناره, ناردين (quod pr. *truncum*, *caulem* plantae significat, v. Ferhang Gihankiri ap. Langlesium l. c. p. 447), sic etiam arab. sed vulgo سنبل هندى, سنبل, gr. *νάρδος, ναρδόσταχυς, spica nardi.* Vide Celsii Hierobot. II, 1 sqq. Salmas. homonym. c. 89. Sprengel ad Diosc. l. c. et hist. rei herb. 1, 8. Jones et Roxburgh ll. cc.

נָשָׂא fut. יִשָּׂא, inf. absol. נָשׂוֹא Jer. X, 5. Hos. I, 6, constr. נְשֹׂא Jes. I, 14, שֵׂאת Ps. LXXXIX, 10, c. suff. נְשָׂאַי Ps. XXVIII, 2, sed longe frequentius שְׂאֵת c. praef. בְּשָׂאֵת Ex. XXVII, 7, et לְשָׂאֵת (persaepe), c. Suff. שְׂאֵתוֹ, שְׂאֵתִי; imp. נְשָׂא (semel נְשָׂאָה Ps. IV, 7) et שָׂא Gen. XXVII, 3. Num. III, 40; part. pass. נְשׂוּא (semel נְשִׂיא more quiescentium כה Ps. XXXII, 1), sed Ps. CXXXIX, 20 נְשׂוּא est pro נְשׂוּא, נְשָׂאוּ, addito א more Arabum (Jes. XXVIII, 12).

2) Lev. XI, 18. Deut. XIV, 16 avis aquatica impura, si ex etymo iudicandum est, fort. *onocrotalus*, ab ingente ingluvie dictus, quam *inflando* extendere solet (Oeümann verm. Samml. III, 50). Sed LXX. *ποσφυρίων* i. e. fulica porphyria. Vulg. cygnus. Gr. Venet. ardea. Syr. ܦܣܦܣܐ i. e. *ἀστερίας*, ardeae species. V. Bochart. l. c. II p. 287, qui quidem ipse noctuae speciem intelligit, nulla veri specie.

נָשַׁף *flavit, spiravit.* Ex. XV, 10 de Deo: נָשַׁפְתָּ בְרוּחֲךָ. Sq. בְּ adflavit (ventus) aliquid. Jes. XL, 24. (Cognata sunt נָשַׁב, נָשַׁם, it. שָׁאַף, transp. בָּשַׁף. Arab. نسف ventilavit frumentum).

נֶשֶׁף, in Pausa נָשֶׁף Iob. VII, 4. Jer. XIII, 16 c. suff. נִשְׁפּוֹ Iob. III, 9 m. *crepusculum*, tum vespertinum tum matutinum, quo aura frigidior *spirare* solet (de vespertino vide infra ad רוּחַ הַיּוֹם s. v. רוּחַ). De crepusculo vespertino Iob. XXIV, 15. Prov. VII, 9 (LXX. *σκότος*), de sera *vespera* Jes. V, 11. XXI, 4, et tenebris Jer. XIII, 17. Jes. LIX, 10; sed de crepusculo matutino Iob. III, 9: כּוֹכְבֵי נִשְׁפּוֹ, VII, 4. 1 Sam. XXX, 17. 2 Reg. VII, 5. 7. Ps. CXIX, 147.

יִנְשׁוֹף Jes. XXXIV, 11 et יַנְשׁוּף Lev. XI, 17. Deut. XIV, 16 avis impura, eaque, ut videtur palustris in locis desertis degens. LXX et Vulg. *ibin* reddunt i. e. ardeam Aegyptiacam, Targ. Syr. *noctuam*, *ululam*, probante Bocharto (Hieroz. II, p. 281 sqq.), qui a crepusculo tenebrisve eam dictam esse suspicatur. Nobis etymo duce *ardeae* vel *gruis* species intelligenda videtur ac talis quidem, quae vocem edat cornu *inflato* similem, ut *ardea stellaris* (Rohrdommel), *ardea Agami* (Trompetervogel) vel *grus vulgaris*. In indice avium impurarum Levit. l. c. hanc avem excipit תִּנְשֶׁמֶת, cuius etymon simile est.

I. נָשַׁק fut. יִשַּׁק, rarius יִשֹּׁק Cant. VIII, 1, unde אֲשָׁקָה 1 Reg. XIX, 20 *osculatus est.* (Syr. ܢܫܩ id. Sam. id. De origine v. infra pag. 924 A. B). Sq. dat. pers. Gen. XXVII, 27. XXIX, 11. XLVIII, 10. L, 1. Exod. IV, 7. XVIII, 1. Ruth I, 9. 14. 2 Sam. XV, 5. XX, 9 (ubi Joabus osculatur barbam Amasae) 1 Reg. XIX, 20, rarius c. acc. 1 Sam. XX, 41. Gen. XXXIII, 4. 1 Sam. X, 1. Cant. VIII, 1. Dicunt etiam נָשַׁק פִּ׳, unde Cant. I, 2: יִשָּׁקֵנִי מִנְּשִׁיקוֹת פִּיהוּ *osculetur me osculis oris sui* (de usu מִן particulae v. h. v. p. 800 b). — Prov. XXIV, 26: *labia osculatur, qui scite respondet.* — De manu dicitur Iob. XXXI, 27: נָתַשַׁק יָדִי לְפִי ut *osculetur manus mea os meum* ubi describitur adoratio, qua manum osculabantur, osculumque iaciebant versus numen (Plin. 28, 2 §. 5). Poët. dicitur Ps. LXXXV, 11: צֶדֶק וְשָׁלוֹם נָשָׁקוּ *iustitia et felicitas osculantur* se, se (in altero membro: *sibi obviam veniunt*) i. e. se contingunt, excipiunt, iustitiae vestigia sequitur felicitas. Ceterum apud Hebraeos *osculari* aliquem solebant etiam venerationem, fidem et obsequium testificaturi, velut a) regem tum cives 1 Sam. X, 1, tum principes populique devicti Ps. II, 12; b) homines idola 1 Reg. XIX, 18. Hos. XIII, 2 (Iob. XXXI, 27), ritu apud multos populos tum in re civili tum sacra solemni (cf. Cic. Verr. 4, 43 it. adorationem sanctorum in vetere ecclesia, osculationem lapidis nigri in Caaba Meccana al. v. Cloppenburg et L. de Dieu in Crit. sacris. IX, 39. 84. Comment. nostr. ad Jes. XLIX, 23), cuiusmodi osculum venerationis antiquissimo tempore et ab honoratioribus fortasse ipsi principis ori (1 Sam. X, 1. Aben Esra et R. Dav. Kimchi ad Ps. II, 12), dein vero vel manui, vel genibus (Mich. chrest. syr. p. 36. Niebuhrii itin. I, 414) et humero, vel pedibus (pers. پابوس v. ad Jes. l. c.) applicari solebat. Atque tale osculum fidei et obsequii (נשיקת של גדולה) Hebraei intelligunt etiam Gen. XLI, 40, ubi Pharao ad Josephum: עַל פִּיךָ יִשַּׁק כָּל־עַמִּי *super os tuum osculetur universus populus meus* i. e. tibi obsequium praestet universus populus, id quod vett. interpretes ad unum omnes expresserunt. Kimchi: כהודותו לאדון *ut eum profiterentur dominum.* Obvertunt quidem huic interpretationi, quod non credibile sit, universum populum, etiam plebeios homines, ad tantae dignitatis viri os osculandum admissos esse, et contra regi, non regis administro tale sacramentum praestandum fuisse: sed nil impedit, quominus ceremoniam de re ipsa accipiamus, quae hoc ritu declaretur, ut sententia sit: tibi obsequium praestet universus populus meus, quod ipsum exprimunt veteres interpretes. Maiorem scrupulum alicui iniiciat usus verbi נָשַׁק, quod alibi coniungitur sq. accus. et לְ, cui addunt עַל פִּי saepissime quidem sensu translato esse: *ad iussum, mandatum*, nunquam proprio sensu dici: sed hoc posterius minus recte observant (v. Nah. III, 12. Iud. XVIII, 19) et nemo facile negabit, recte dici potuisse: נָשַׁק עַל פִּי פ׳, licet hoc alibi non legatur. Nescio igitur an in hac interpretatione acquiescendum sit, nisi quis malit c. Lud. de Dieu יִשַּׁק interpretari *currat* (fut. chald. a נָשַׁק): *ad verbum tuum currat populus meus.* Reliquas certe interpretationes, quae recentiorum paene omnium suffragia tulerunt, ut: ad verbum tuum *componet se* populus, vel: *armabit se* populus, neque hebraeae neque arabicae linguae usu firmari posse, infra videbimus. Ex *serendi* significatione, quae apud Arabes certa est, fortasse milites serendi s. disponendi potestatem elicere possis, ut sententia sit: nutu tuo in ordines se collocet populus meus, sed recte iam priores interpretes observarunt, civile potius quam militare Josephi munus fuisse.

osculo, quo victores victori fidem et obsequium promittunt Ps. II, 12.

Hiph. id. Ez. III, 13: *alae animalium* מַנְשִׁקוֹת אִשָּׁה אֶל אֲחוֹתָהּ *quae se osculabantur invicem* i. e. quarum altera pertingebat ad alteram, i. q. חֹבְרוֹת אִשָּׁה אֶל אֲחוֹתָהּ I, 9. Cf. Ps. LXXXV, 11. Vulg. *percutientes altera ad alteram*, qs. נשק sit idem quod נָקַשׁ Dan. V, 6.

נְשִׁיקָה f. *osculum, basium.* Cant. I, 2. Prov. XXVII, 6.

II. נָשַׁק non, ut vulgo statuunt, *armavit se* (Kimchi: arma tulit), sed flagitante contextu et confirmantibus et Verss. antiquis et etymo: *tetendit arcum.* 1 Par. XII, 2: נוֹשְׁקֵי קָשֶׁת Compl. *ἐντείνοντες τόξον.* Vulg. *tendentes arcum.* Targ. אומנין למיגר בקשתא *periti trahendi arcum* i. e. iaculandi. 2 Par. XVII, 17: נֹשְׂקֵי קָשֶׁת וְמָגֵן *tendentes arcum et* gerentes *clypeum*, per zeugma. LXX. *τοξόται καὶ πελτασταί.* Perbene Targ. נָגְדֵי קַשְׁתָא וְאַחֲדֵי תַּרִיסִין *trahentes arcum et tenentes clypeum.* Ps. LXXVIII, 9: בְּנֵי אֶפְרַיִם נֹשְׂקֵי רוֹמֵי קָשֶׁת LXX. *υἱοὶ Ἐφραὶμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξον.* Vulg. *intendentes et mittentes arcum.* Syr. ܢܣܩ ܩܫܬ ܘܡܫܕ ܒܪ *qui intendebant nervum et iaculabantur arcu.* Recte iam dudum Castellus contulit aeth. ናሸፈ: tetendit arcum (v. Ludolf. Lex. p. 422), quo aethiopicus interpres etiam Ps. l. c. usus est pro gr. *ἐντείνω*, vicinum radd. hebraeis נָקַשׁ, נָקִשׁ, קוּשׁ laqueos tetendit (Sprenkel spannen), quod itidem fit arcum tendendo), unde מֶשְׁקֶת arcus. Vide נָשַׁק.

Vulgarem *armandi se* s. *arma induendi* significatum plerique lexicographi Belgarum auctoritatem secuti (v. Schult. ad Prov. XXIV, 26. diss. Lugd. pag. 1000. 1001. Haitsma ad Ibn Doreid. p. 276) cum *osculandi* potestate (no. I) ita conciliant, ut originem ponant in *pangendo, appingendo* (Ezech. III, 13), arab. نسق unde a) sit appingere os ori, b) appingere armaturam corpori: arma induere, armare se. Atque hanc primariam notionem iidem reperire sibi videntur in verbis Gen. XLI, 40: עַל פִּיךָ יִשַּׁק כָּל־עַמִּי, quae interpretantur: *ad mandatum tuum compingat se* i. e. disponat, componat se, mandato tuo obediat *totus populus meus*, quam ipsam sententiam expresserunt veteres intpp. Sed ut plerisque placuit ista ratio (etiam nobis olim in lex. man.), ita multa sunt, quae ei obstent. Ac primum *armandi se* et *armaturae quae induitur* significatio tum verbo tum nomini נָשֶׁק (q. v.) temere tribuitur, quae voces ad *arcum* et *tela* potius pertinent: dein arab. نسق non eam vim habet, unde duas illas notiones facile ducas et Geneseos verba laudata eo quo diximus modo expedias. Non enim in universum est: appingere, iungere, sed *seruit* a) margaritas in filo, b) sermonem, rythmos, unde vel *osculandi* notionem ducere iusto durius et coactius videtur. Vide igitur, sitne נשק osculandi significatu plane diversum a נָשַׁק no. II i. q. נָקַשׁ, et onomatopoëticae potius originis, ut osculandi et basiandi verba in multis linguis esse solent, ut germ. *küssen*, angl. *kiss*, gr. *κύω* (*κύσσω, κύσσα, κύσσαι* Hom.); pers. بوس, germ. et suec. *Puss*, unde lat. *basium*, ital. *bacio;* vulg. angl. *smack, smick-smack*, germ. *Schmatz.* Credibile est, syllabam שק *sugendi* potestatem habuisse, unde שָׁקָה bibit; saltem plures radices arabicae (رَفَّ, نغم, cf. كعم) *sugendi* et *basiandi* mulierem (in utroque idem fere sonus auditur, angl. to smack) vim communem habent, neque ignorant linguarum scrutatores, huiusmodi vcc. in vulgi potius et plebeiorum hominum vita moribusque originem cepisse et ad politiorem humanitatem translata esse, quam contra.

נֶשֶׁק 1 Reg. X, 25. Neh. III, 19. Iob. XX, 24. Jes. XXII, 8 (ita certe in nostris editt., licet Kimchius observet ex Masora, ubique sex punctis scribi; de ipsius Masorae dissensu v. J. H. Mich. ad ll. cc.), et נָשֶׁק Ez. XXXIX, 9. 10, in Pausa נָשֶׁק 2 Reg. X, 2. Ps. CXL, 8 m. 1) *telum* et collect. *tela* (ita rectius quam *arma*, Angriffswaffen). Iob. XX, 24: יִבְרַח מִנֶּשֶׁק בַּרְזֶל *fugit tela ferrea*, parall. מַקֶּשֶׁת נְחוּשָׁה. XXXIX, 21 de equo bellatore: יֹצֵא לִקְרַאת נָשֶׁק LXX. Alex. et Compl. *σφυρατῶν βέλει*, Ald. *βέλη*, vulgo male *βασιλεῖ*. Ps. CXL, 8: בְּיוֹם נָשֶׁק *die telorum* i. e. pugnae. Ampliore significatu de *telis armisque* dicitur 1 Reg. X, 25 (2 Par. IX, 24). 2 Reg. X, 2. Ez. XXXIX, 10, sed Comm. 9 copulatur cum aliis telorum armorumque speciebus, arcu etiam et sagittis. — 2) *domus armorum, armamentarium* Neh. III, 19 cf. s. v. נֵשֶׁר.

נֶשֶׁר rad. in verbo inusit. Arab. نسر rostro vulsit, carpsit (avis rapax), مِنْسَر, مِنْسَر rostrum avis rapacis. Inde

נֶשֶׁר, in Pausa נָשֶׁר Deut. XXVIII, 49. Iob. XXXIX, 27. Prov. XXX, 17. Ez. X, 14, pl. נְשָׁרִים cstr. נִשְׁרֵי Thren. IV, 19 m. *aquila.* (Syr. ܢܫܪ, aeth. ንስር: id., arab. نِسْر aquila, vultur, aegypt. dial. Said. ⲛⲟϣⲉⲣ vultur). Exod. XIX, 4. Deut. XXXII, 11. 2 Sam. I, 23. Iob. IX, 26. XXXIX, 27. Obad. 4. Jer. IV, 13. XLVIII, 40. XLIX, 16. 22. Ez. I, 10. XVII, 7 al. Quum plures aquilarum species sint (Plin. h. n. 10, 3), נֶשֶׁר, ubi ab aliis distinguitur, praestantissimam earum speciem, aquilam auream (*χρυσαίετον*), significare videtur Lev. XI, 13. Deut. XIV, 12; contra in vulgari linguae usu *aquilae* vocabulum etiam latius patnisse et vulturis quasdam species comprehendisse videtur, velut Mich. l, 16, ubi aquilae calvities tribuitur (quod in vulturem barbatum cadit), et Iob. XXXIX, 27. Prov. XXX, 17. (Matth. XXIV, 28), ubi aquilae cadaveribus vesci dicuntur, quod vulturi percnoptero convenit (Plin. l. c. quarti generis [aquilarum] est percnopterus .... vulturina specie ..... sola aquilarum exanima fert corpora): quanquam sunt, qui ipsas aquilas a cadaveribus minimo

abhorrere tradant (v. Rosenm. ad Boch. II pag. 759). Etiam arab. نَسْر praeter varias aquilarum species plures vulturum species includit (v. Boch. Hieroz. III, 67 sqq. Lips. et Rosenm. ibid. II, 743): contra nimii profecto sunt Oedmannus (Verm. Samml. 1, 5) et Freytagius (lex. arab.), qui נָשַׁר et نَسْر ubique vulturem esse affirmant *).

— Ad aquilam ipsam, quae mutat pennas, ut serpens cutem, referenda sunt verba Ps. CIII, 5: תִּתְחַדֵּשׁ כַּנֶּשֶׁר נְעוּרָיְכִי *innovabitur, ut aquilae, iuventus tua.* Sed cave ad hanc pennarum ἀναλαύωσιν referas etiam Jes. XL, 31: יַעֲלוּ אֵבֶר כַּנְּשָׁרִים i. e. attollunt alam sicut aquilae, ubi LXX. πτέρυξιν ὡς ἀετοί. Hieron. *assument pennas sicut aquilae*, nedum his locis adhibeas Rabbinorum et Arabum commenta, de quibus v. Boch. l. c. II, 747 sqq.

נֶשֶׁר pl. נְשָׁרִין chald. id. Dan. IV, 30. VII, 4.

נָשַׁח *exaruit* aqua (v. Niph.), lingua, *defecit* robur. Ita certe Kimchius de hac radice statuit, ad quam tria haec exempla revocat a veteribus iam interpretibus in hanc sententiam accepta. In Kal Jes. XLI, 17: לָשׁוֹן בָּצְמָא נָשְׁחָה LXX. ἡ γλῶσσα αὐτῶν ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη. Vulg. *lingua eorum siti aruit.* Ita etiam Pesch. Dagesch in syllaba pausali Kimchius euphonicum esse observat. Jer. LI, 30: נָשְׁחָה גְבוּרָתָם *defecit robur eorum.* LXX. ἐθραύσθη ἡ δυναστεία αὐτῶν. Pesch. et Targ. fractum est robur eorum. Niph. Jes. XIX, 5: וְנִשְׁחֲתוּ מַיִם מֵהַיָּם Vulg. *et arescet aqua de mari* (int. de Nilo). Symm. ἀφανισθήσεται. Targ. יְצַדוּן delebuntur i. e. peribunt. Saad. ينضب deficiet, evanescet. Syr. ܢܫܦ ܡܝܐ ܡܢ ܝܡܐ *et deficiet aqua de mari.* (Aqu. ἀναποθήσονται pro נִשְׁחֲתוּ, LXX. πίονται οἱ Αἰγύπτιοι). Cf. Jerem. XVIII, 14: אִם יִנָּתֵשׁוּ מַיִם זָרִים, et aethiop. ዘሠጥ: destruxit, delevit. De uno exemplo Jer. LI, 30 ambigit R. David idque etiam ad נָשָׁה radicem referri posse affirmat. — E recentioribus fuerunt, qui de huius auctoritate dubitarent, et trium illorum exemplorum alia aliis radicibus assignarent, velut J. D. Michaëlis (suppl. no. 1673) qui נשתו Jes. XIX, 5 refert ad נָשָׁה (נִשְׁתּוּ ebibentur); נָשְׁחָה (quod legit נָשְׁתָה) Jes. XLI, 17 ad נָשָׁה (obliviscitur sc. loqui); נָשָׁחָה Jer. LI, 30 ad נָשַׁשׁ denom. a נָשִׁים: *effeminata est fortitudo eorum*, quoniam sequatur: הָיְתָה לְנָשִׁים; et Eichhornius (ad Sim. lex.), qui נִשְׁתּוּ refert ad נָשַׁשׁ נשׁשׁ computruit aqua [imo caro], נָשָׁחָה, נָשְׁחָה (quod legit נָשְׁתָה) ad נָשָׁה luxatus est (?): sed neuter horum probabilia sumsit: probabiliora Hitzigius (ad Jes. XIX, 5), qui, quod per grammaticam licet, tres formas ad Niph. rad. נָשַׁח revocat, ut significatus sit: *sidit* inde *defecit* aqua, robur, *exaruit* lingua: sed displicent locutiones sidit robur, sidit lingua, et ipsa rad. נָשַׁח haud ita certo nititur fundamento. Ceterum et ego tria illa exempla divellerim, sed ita ut duo exempla in Kal referam ad rad. נָשָׁה pr. *exaruit, defecit* aqua, it. *torpuit* membrum (LXX. ῥαρκάω, ναρκόω, v. ad נָשָׁה, נָשָׁה) et נָשָׁחָה legam pro נָשְׁתָה; נִשְׁתּוּ in Niph. ad נָשַׁח = נָהַשׁ Jer. XVIII, 14, licet h. l. etiam thema נָשַׁח ferri possit.

* * *

נְשִׁתְוָן hebr. Esr. IV, 7. VII, 11, et chald. emphat. נְשִׁתְוָנָא ib. IV, 18. 23. V, 5 *epistola.* R. Salomo: אִגֶּרֶת. Vox origine persica, quam iam Opitius (lex. chald. p. 43) recte duxit a نوشتن *nowischten*, نوستن *nowisten*, نبشتن *nebischten* scribere, نوشته *newischte* epistola, littera sibilante transposita.

נָתַב rad. inusit. prob. *calcavit, proculcavit*, gr. στείβω, a syllaba primaria *tab, tap* (v. דָּבַב, דָּפַף) quae pariter atque *pat* (sanscr. *patha* via, *path* ire, *pad, pâd*, pes, gr. πάτος, πατέω) calcandi sonum imitatur.

נָתִיב m. et נְתִיבָה f. 1) adj. *pedibus tritus.* דֶּרֶךְ נָתִיבָה via trita Prov. XII, 28 i. e. via recta (virtutis). — 2) subst. *via pedibus trita, semita* (Pfad, Fusspfad). LXX plerumque τρίβος aliquoties ἔτραπος. Vc. poët., forma masc. Iob. XVIII, 10. XXVIII, 7. Ps. LXXVIII, 50. CXIX, 35. Prov. XII, 28, translate de via in aqua natantis Iob. XLI, 24, fem. נְתִיבָה ib. XXX, 13. Ps. CXIX, 105. CXLII, 4. Prov. I, 15, pl. fem. Ind. V, 6. Jes. LVIII, 12. LIX, 8. Iob. XIX, 8. XXIV, 13. Prov. III, 17. VII, 25 al. Sq. genit. נְתִיבוֹת בִּיחוֹ viae, quae ducunt ad domum eius Iob. XXXVIII, 20, cf. דֶּרֶךְ. Simonis נְתִיב repetebat ab arab. نتب „eminuit, intumuit", ut pr. sit via aggesta et munita i. q. מְסִלָּה, sed repugnat usus vocabuli, quod ubique de via pedibus trita usurpatur, cf. prae ceteris Jer. XVIII, 15, ubi ad נְתִיבוֹת per epexegesin additur סְלֹלָה לֹא נְתִיבָה.

נָתַח in Kal inusit.

Pi. נִתַּח *in frusta dissecuit*, animal mactatum Exod. XXIX, 17. Lev. VIII, 20. 1 Sam. XI, 7. 1 Reg. XVIII, 23, cadaver humanum Iud. XX, 6, plenius נִתַּח לְנְתָחִים Lev. I, 6. 12. LXX. μελίζω, διχοτομέω. (In linguis cognatis haec radix non reperitur). Inde

---

*) Ne multus sim in re manifesta, unum observabo, Arabicos interpretes quum in N. tum in V. T., ubi versionem Alexandrinam exprimunt, gr. ἀετός nunquam non interpretari نَسْر. Ceterum nescio an apud Freytagium *aquilae* vox inconsulto omissa sit, quum mox sequatur النسر الطائر aquila, sidus coeleste.

נֶתַח Ez. XXIV, 4 (Kimchi: נָתַח) pl. נְתָחִים m. *frustum* carnis dissectae. Ex. XXIX, 17. Lev. I, 8 sqq. Ind. XIX, 29. Ez. XXIV, 4. 6. LXX. *μέλος, διχοτόμημα.*

נָתַךְ nonnisi fut. יִתַּךְ (pro praet. utuntur forma Niphal) *effudit se.* (Vic. est נָסַךְ. Chald. נְתַךְ respondet hebr. נָסַךְ fudit metallum, liquefecit, מַתֵּכָה simulacrum fusile). Proprie de aqua Iob. III, 24, sed plerumque translate, ut de rugitu Iob. l. c. וַיִּתְּכוּ כַמַּיִם שַׁאֲגֹתָי, de ira se effundente super aliq., sq. בְּ 2 Par. XII, 7. XXXIV, 25. Jer. XLIV, 6, עַל ibid. XLII, 18, de maledictione Dan. IX, 11: וַתִּתַּךְ עָלֵינוּ הָאָלָה, de poena a Deo decreta ib. 27: עַד כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שׁוֹמֵם

Niph. (in solo praet. obvium) 1) i. q. Kal, *effudit se* aqua, pluvia Exod. IX, 33. 2 Sam. XXI, 10, de ira 2 Par. XXXIV, 21. Jer. VII, 20. XLII, 18. Nah. I, 6. — 2) *liquefactus, solutus est.* Ez. XXII, 21. XXIV, 11: וְנִתְּכָה בְתוֹכָהּ טֻמְאָתָהּ *et ut solvatur impuritas in ea.*

Hiph. הִתִּיךְ, inf. semel הַתִּיךְ Ez. XXII, 20 1) *effudit.* Iob. X, 10: *nonne instar lactis effudisti me?*, effudit pecuniam 2 Reg. XXII, 9. 2 Par. XXXIV, 17. — 2) *liquefecit* Ez. XXII, 20.

Hoph. הֻתַּךְ pass. Hiph. no. 2. Ez. XXII, 22.

דְּתוּךְ *liquefactio* metalli. Ez. XXII, 22.

נָתַל rad. in verbo inusit. Aram. ܢܬܰܠ i. q. hebr. נָתַן dedit. Inde

תִּילוֹן (sec. Io. Simon. pro תִּרְיוֹן נָתַן donum) n. pr. viri 1 Par. IV, 20 Keri, Chethibh תּוֹלוֹן.

נָתַן, 1 et 2 pers. נָתַתִּי, נָתָתָּ (semel תַּתָּה 2 Sam. XXII, 41, ut רַד pro יָרַד Iud. XIX, 11), pl. נָתַנּוּ, נְתַתֶּם; inf. absol. נָתוֹן, constr. נְתֹן־, נָתֹן sed bis tantum Num. XX, 21. Gen. XXXVIII, 9, vulgo תֵּת, praemisso Lamed לָתֵת, ante monosyllaba passim tono extracto לָתֵת לוֹ, לָתֵת לְךָ Gen. XV, 7. Deut. VI, 10. VII, 13. X, 18 et c. Makk. Deut. IV, 38. Ex. V, 21, c. suff. תִּתִּי, תִּתּוֹ [de forma geminata תִּתֵּן pro תִּתֵּנוּ, quam nonnulli agnoscunt 1 Reg. VI, 19 et XVII, 14 Chethîbh v. p. 733 B); imp. תֵּן, sq. Makk. תֶּן־ Gen. XIV, 21. XLVII, 19, c. He parag. תְּנָה, quod plerumque emphasin habet (gib her! cedo!), Ps. VIII, 2 (v. no. 2, aa): fut. יִתֵּן, sq. Makk. יִתֶּן־, 1 pers. etiam אֶתֵּן Iud. XVI, 5

1) *dedit.* (Chald. Sam. id. Syr. ܢܬܰܠ, sed nonnisi in futuro, v. infra chald. Origo esse videtur in *porrigendo, manum extendendo*, a rad. monosyllaba *taa*, unde תָּנָה extendit, יָתֵן protendit se, duravit, תָּנָה dedit: quam eodem dandi significatu habent etiam linguae indogermanicae, nisi quod t passim emollitum est in d, Nun extremum, quod etiam Hebraei praeter vulgarem legem eiiciunt in נָתָה, תָּנָה, plerumque evanuit, licet vestigia eius non desint. Sic sanscr. *da* dare, gr. *δόω, δίδωμι*, lat. *da*-re, sed servato n *donum, dono*, et ant. *danit, danunt* Enn. Pacuv., adde aegypt. ⲧ, ⲧⲁⲁ, ⲧⲉⲓ, ⲧⲏⲓ, ⲧⲟ, ⲧⲟⲥ dare, quod in scriptura hieroglyphica *manu* extensa et aliquid porrigente exprimitur). Coniungitur pr. sq. acc. rei et לְ pers. Gen. XXIV, 35: וַיִּתֶּן לוֹ צֹאן וּבָקָר. XXIX, 28. 33. XXX, 6 et sexcenties, it. sq. אֶל pers. Gen. XVIII, 7. XXI, 14. Jes. XXIX, 11. Iud. XXXVI, 32, raro c. acc. pers. Jos. XV, 19: כִּי אֶרֶץ הַנֶּגֶב נָתַתָּנִי *nam terram siccam dedisti mihi.* Iud. I, 15. Jer. IX, 1 et Jes. XXVII, 4: מִי יִתְּנֵנִי *quis dabit mihi?* i. e. utinam adesset. Sunt, ut Studerus ad Iud. l. c., qui hanc structuram admittere nolint, et Jos. et Iudd. ll. cc. cum Alex. interpretentur: *εἰς γῆν νότου ἐκδόσασαί με*, sed eodem modo etiam alia dandi et donandi verba apud Hebraeos et Arabes (v. נָתַן, חָנַן; IV. et נَوَلَ v. c. تَعْطِيهِا فَدَحًا dabit ei calicem, نَاوَلَهَا دِينَارَيْنِ dedit ei denarios duos, MI noct.) c. acc. coniunguntur, neque ulla in eo inest difficultas, si modo pro *dedit* cogitando substituis *accipere fecit*, cf. etiam *donare* aliquem. Praeterea coniungitur etiam sq. acc. pers. et עִם i. e. dedit ut mecum esset, socium adiunxit (jemandem beygeben) Gen. III, 12; sq. acc. rei et בְּ pretii: dedit *pro* aliquo pretio Joël IV, 3. Ez. XVIII, 13, absol. *dedit* i. e. liberalis, munificus fuit Prov. XXI, 26. Ps. XXXVII, 21: צַדִּיק חוֹנֵן וְנֹתֵן. — Praeter vulgarem verbi usum notentur hae locutiones:

a) נָתַן יָד manus victas dedit, v. יָד no. 1, litt. e, sed נָתַן יָדוֹ בְּ vide ib. litt. b.

b) נָתַן בְּיַד פ׳ *dedit* aliquid *in manum* alic. Gen. XL, 13, sed saepius: tradidit in potestatem alic. (LXX. *παραδίδωμι εἰς χεῖρας τινός*, etiam *παραδίδωμι τινὰ ὑποχείριον*) v. יָד litt. aa, *β*, Exod. XXIII, 31. Num. XXI, 2. 3. 34. Deut. I, 27. II, 24. VII, 2. XIX, 12. XX, 13. XXI, 10. XXIII, 14. XXVIII, 7. Jos. VI, 2 al., a quo non multum differt נָתַן לִפְנֵי פ׳ (LXX. *παραδίδωμι ἐνώπιον τινός*), licet illud de personis usitatius sit, hoc de rebus v. c. terra, regione Deut. I, 8. 21. II, 31. 33. XXXI, 5. Iud. XI, 9. 1 Reg. VIII, 46. 2 Par. VI, 36, et נָתַן sq. dat. tradere (Preiss geben, dahingeben) v. c. gladio Mich. VI, 14, lanienae Jes. XXXIV, 2, morti Ps. CXVIII, 18, vastationi Mich. VI, 16, dorsum percutientibus Jes. L, 6. Sed נָתַן עַל יָד potius: curae alicnius commisit (s. v. יָד no. 1, litt. ee), et sic נָתַן עַל tradidit alicui (imperium) Dan. XI, 21.

c) נָתַן בְּמִשְׁמָר *in custodiam dedit* aliquem (v. מִשְׁמָר), ut etiam lat. dicitur, quoniam captivus carcerum custodibus committitur traditurque. Vide etiam Gen. XXXIX, 20. Jer. XXXVII, 14.

d) נָתַן פְּרִי fructum dedit (arbor, ager) Lev. XXV, 19. Ps. I, 3. Ezech. XXXIV, 27, cf. Gen. IV, 12. XLIX, 20.

e) נָתַן עֹרֶף terga dedit, fugit, v. עֹרֶף. contra נָתַן פָּנִים בְּ dedit (direxit) faciem contra aliquid i. e. invexit

in rem (v. פָּנִים), sed נָתַן פָּנָיו פ׳ אֶל vultum alic. direxit in aliquid Gen. XXX, 40: וַיִּתֵּן פְּנֵי הַצֹּאן אֶל עֲקֻד *et dirigebat faciem arietum in oves striatas.*

f) נָתַן חֵן favorem exhibuit (Gunst gewähren) Ps. LXXXIV, 12, sq. ל alicui Prov. III, 34, sed נָתַן חֵן פ׳ לְפָנֵי פ׳ *conciliavit* alicui favorem alic. (v. חֵן no. 1, c). Easdem locutiones v. s. רָחֲמִים. Etiam alibi est: *conciliare* alicui aliquid. Iob. XXXVI, 3: אֶתֵּן צִדְקִי לְפֹעֲלִי *ius* (iustificationem) *conciliabo creatori meo*, cf. נָתַן מִשְׁפָּט Comm. 6.

g) Dicunt: *dare* (tribuere, praestare) alicui honorem, laudem Ps. LXVIII, 35. Jer. XIII, 16, amorem Cant. VII, 13, dare alicui votum, desiderium, spem i. e. satisfacere voto cet. Ps. XXI, 3 (cf. 5). XX, 5. CXL, 9. Iob. VI, 8. In malam partem: dare i. e. parare aegritudinem Prov. X, 10.

h) יִתֵּן, וַיִּתֵּן (nostr. es gibt, es gab) impers. ponitur pro: *apparet, oritur* (es erscheint, es entsteht). Gen. XXXVIII, 28: *et quum pareret* (Thamar) וַיִּתֵּן יָד ecce *apparuit manus.* Iob. XXXVII, 10: מִנִּשְׁמַת אֵל יִתֵּן קָרַח *a spiritu Dei oritur frigus.* Prov. XIII, 10: בְּזָדוֹן יִתֵּן מַצָּה *ex superbia oritur rixa* (bey Uebermuth gibt es Streit).

i) Formula: מִי יִתֵּן bifariam accipitur *α) quis mihi dabit* s. monstrabit hoc illudve? ubi est? i. e. nemo mihi dabit s. monstrabit. Iob. XXXI, 31: מִי יִתֵּן מִבְּשָׂרוֹ לֹא נִשְׂבָּע *ubi est, qui non satiatus sit epulis eius?* i. e. neminem facile mihi monstrabis, qui non satiatus a foribus eius prohibitus sit. XIV, 4: מִי יִתֵּן טָהוֹר מִטָּמֵא *cedò purum*, qui *ab impuro* genitus sit. *β) utinam detur* (cf. Virg. Ge. 2, 488: *quis me sistat* cet. utinam sisterer) i. e. *utinam detur, utinam esset.* Deut. XXVIII, 67: מִי יִתֵּן עֶרֶב *utinam vespera esset.* Iud. IX, 29: מִי יִתֵּן אֶת הָעָם הַזֶּה בְיָדִי *utinam esset hic populus sub potestate mea.* Ps. XIV, 7: מִי יִתֵּן מִצִּיּוֹן יְשׁוּעוֹת יִשְׂרָאֵל *utinam oriatur ex Zione salus Israëlis.* 2 Sam. XIX, 1: *quis dat mortem meam pro tua*, utinam ego morerer loco tui; inde מִי יִתֶּן־לִי *utinam haberem* Ps. LV, 7. Alibi nomini adiectum est verbum in inf. (acc. c. inf.) Iob. XI, 5: מִי יִתֵּן אֱלוֹהַּ דַּבֵּר *utinam Deus loquatur.* XIII, 5; vel sequitur verbum in inf. Ex. XVI, 3: מִי יִתֵּן מוּתֵנוּ, in fut. Iob. VI, 8: מִי יִתֵּן תְּבוֹא שֵׁאֲלָתִי. XIV, 13, in pract. XXIII, 3, in pract. et futuro praevio Vav Deut. V, 26: מִי יִתֵּן וְהָיָה לְבָבָם זֶה לָהֶם. Iob. XIX, 23: מִי יִתֵּן וְיִכָּתְבוּן מִלָּי. — Ceterum distinguendi sunt loci, in quibus מִי יִתֵּן est: *quis faciet?* (v. rad. no. 3) i. e. utinam fiat. Jer. VIII, 23: מִי יִתֵּן *utinam caput meum fiat aqua.* Iob. XXIX, 2: מִי יִתֵּנִי כִּירְחֵי קֶדֶם *utinam fierem ut mensibus praeteritis.* Num. XI, 29. (Etiam aegypt. 𓅱𓈖 da, fortius 𓅱𓈖𓊪, item 𓅱𓂋𓇋, 𓅱𓂋𓇋𓇋, hierogl. 𓅱𓂋𓇋 sunt optandi formulae pro: utinam. Peyron lex. 90. Champoll. gr. p. 423).

Praeterea *dare* dicitur aa) pro *concedere, permittere, potestatem dare* (zugeben), sq. acc. pers. et gerundio verbi, pr. dedit s. admisit aliquem ad aliquid faciundum, cf. הִנִּיחַ s. v. נוּחַ. Gen. XX, 6: לֹא נְתַתִּיךָ לָנֹגַעַ אֵלֶיהָ *tibi non permisi eam tangere.* XXXI, 7: לֹא נְתָנוֹ אֱלֹהִים לְהָרַע עִמָּדִי. Ind. I, 34. XV, 1. 1 Sam. XVIII, 2. XXIV, 8. Iob. XXXI, 30. Ps. XVI, 10. LV, 23. LXVI, 9. Eccl. V, 5. Omisso ל Iob. IX, 18: לֹא יִתְּנֵנִי הָשֵׁב רוּחִי. Num. XX, 21. Cum dat. pers. 2 Par. XX, 10: אֲשֶׁר לֹא נָתַתָּה לְיִשְׂרָאֵל לָבוֹא בָּהֶם, et Ps. LV, 23: לֹא יִתֵּן לְעוֹלָם מוֹט לַצַּדִּיק *nunquam vacillare sinet iustum.* (Ita arab. وهب dedit, concessit, syr. ܝܗܒ id., licet haec significatio absit a Castello. Assem. I, p. 27: ܢܬܠ ܠܗ ܝܗܒ concede ei ut abeat. II p. 318; gr. et lat. *δίδωμι, dare, largiri*, vide max. formulam: dedit mihi facere, Hor. Sat. 2, 3, 119. Epist. 1, 16, 61. Etiam aegypt. 𓅱𓈖 est: da, concede Marc. X, 37).

bb) *edere* (von sich geben), ut vocem (quod duplici modo exprimunt: נָתַן קוֹל et נָתַן בְּקוֹל, v. קוֹל), verba Gen. XLIX, 21, impie dicta Iob. I, 22, odorem Cant. I, 12. II, 13, edere i. e. operari miraculum Ex. VII, 9, *δίδόναι σημεῖον* Mt. XXIV, 24. Audacius dictum est נָתַן תֹּף tympano pulsato sonum edidit i. e. tympanum pulsavit. Ps. LXXXI, 3.

cc) dare accepto pretio, *vendere* (gr. *ἀποδίδομαι*, nostr. weggeben opp. לָקַח emit, cf. p. 760 B. 761 B). Prov. XXXI, 24.

dd) *docere*, doctrinam communicare. Opp. לָקַח discere, לֶקַח quod discitur, doctrina. Prov. IX, 9: *da sapienti* (edoce eum), *et magis etiam sapiet.* (Ita lat. dare pro docere, narrare, indicare. Vide Frenndii lex. h. v. litt. B, 6).

ee) fort. *retribuere.* Ps. X, 14: לָתֵת בְּיָדֶךָ *ad retribuendum manu tua*, vel: retributio est in manu tua i. e. potestate tua.

2) *posuit, collocavit* in aliquo loco (wohin setzen, versetzen, thun). LXX. *τίθημι.* Gen. I, 17: וַיִּתֵּן אֹתָם אֱלֹהִים בִּרְקִיעַ הַשָּׁמָיִם *et posuit eos* (solem, lunam et stellas) *in firmamento coeli.* IX, 13: אֶת קַשְׁתִּי נָתַתִּי בֶּעָנָן *arcum meum collocavi in nubibus.* Dicitur quum de personis (nostr. stellen). 2 Sam. XI, 16: וַיִּתֵּן אֶת־אוּרִיָּה *et collocavit Uriam in loco, de quo sciebat* cet. et de rebus quae erectae stant, ut collocare statuam Dan. XI, 31, mensam Ex. XXVI, 35. XXX, 6, aliave vasa sacra ibid. 18. XL, 5—7. 1 Reg. VII, 38, arcam in curru 1 Sam. VI, 8, erigere monimenta Ez. XXVI, 8 (metaph. constituere foedus Gen. IX, 12. XVII, 2); tum maxime de rebus, quae in loco ponuntur et reponuntur quocunque modo. Ezech. III, 20: נָתַתִּי מִכְשׁוֹל לְפָנָיו ponam offendiculum ei am eo. Lev. XIX, 14. XXVI, 1. Ps. CXIX, 110: *improbi laqueos mihi ponunt.* Gen. XLI, 48: וַיִּתֵּן אֹצֶל בָּעָרִים *et reposuit frumentum in urbibus.* Etiam de rebus quae sparguntur, ut de suffitu (Ex. XXX, 36. Lev. II, 1) et funduntur, ut de aqua, oleo. Ex. XXX, 18: וְנָתַתָּ שָׁמָּה מָיִם *et infundas aquam* (nostr. sie geben od. thun Wasser hinein).

Lev. II, 15: וְנָתַתָּ עָלֶיהָ שֶׁמֶן. LXX. καὶ ἐπιχεεῖς ἐπ' αὐτὴν ἔλαιον. Num. XIX, 17. Ex. XII, 7: *et accipiant de sanguine* וְנָתְנוּ עַל שְׁתֵּי הַמְּזוּזוֹת *et illinant duobus postibus*; adeoque de rebus acutis, quae infiguntur alteri, v. c. נָתַן חח בְּ iufixit hamum maxillae Ez. XXIX, 4, et Deut. XV, 17: *accipias subulam* וְנָתַתָּה בְאָזְנוֹ וּבַדֶּלֶת *eamque infigas auri et ianuae* i. e. aurem ea perforatam ianuae affigas.

Pro natura loci, in quo aliquid ponitur, coniungitur a) sq. בְּ posuit *in* loco, adeo *infixit*, v. exempla modo laudata. — b) sq. אֶל immisit *in* aliquid. Deut. XXIII, 25: אֶל כֶּלְיֶךָ לֹא תִתֵּן *in sacculum tuum ne immittas*. Num. IV, 10: אֶל מִכְסֶה עוֹר תַּחַשׁ ... וְנָתְנוּ אֹתָהּ *et immittant* i. e. involvant *illud* (candelabrum) *in tegumentum ex pellibus phocinis*. Ex. XXV, 21. Atque sic accipiendum Exod. XXVIII, 30: וְנָתַתָּ אֶל חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט אֵת הָאוּרִים וְאֵת הַתֻּמִּים *et immittas in pectorale Urim et Thummim*. Lev. VIII, 8. LXX quidem priore loco ἐπιθήσεις ἐπὶ το λογεῖον, posteriore ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λογεῖον (et sic Pesch. ﻝ), sed, ut vidimus, renitente certo linguae usu (de quo argutius quam doctius disputat Theilius, krit. Journal der Theol. V p. 197, cf. Winer. Reallex. II, 749), de quo נָתַן אֶל est: immisit *in*, נָתַן עַל imposuit rei, applicavit ad rem, v. litt. c. Recte et distincte Saad. ﻉ. Adde usum metaphoricum infra litt. ee. — c) sq. עַל, *imponere* aliquid rei (LXX saepissime ἐπιτίθημι) v. c. ignem altari Levit. I, 7. Num. XVI, 18, pileum, galeam capiti Exod. XXIX, 6. 1 Sam. XVII, 38, pectorale humerali Lev. VIII, 7, tegumentum Ex. XXXIV, 33. Num. IV, 6, iugum 2 Par. X, 9, metaph. spiritum Jes. XLII, 1; it. *applicare* rei v. c. annulum manui Gen. XLI, 42. Ez. XVI, 11, annulos angulis arcae foederis Exod. XXV, 26 cf. 12. XXVIII, 14. Num. XV, 38; *admovere* rei v. c. sanguinem cornibus arae (daran bringen) Levit. IV, 7. 18, lobo auris ibid. XIV, 14. — Praeterea notandi sunt nonnulli usus vel speciales vel metaphorici: aa) Dicunt *ponere* s. *collocare* pro *figere*, *plantare*, ut surculum arboris Ez. XVII, 22, populum in terra (cf. נָטַע) ib. XXXVII, 26. Ita Prov. XII, 12: *appetit impius praedam malorum*, וְשֹׁרֶשׁ צַדִּיקִים יִתֵּן *sed radicem iustorum* firmiter *figit* Deus, cf. Comm. 3. Targ. radix *iustorum firmatur* יִתְקַיֵּם. Nil opus est coniectura נָתַן *perennis*, quae vox et ipsa coniecturalis est. Huic propinqua est aedificium *collocandi* i. e. *fundandi* significatio, quae adhibenda videtur loco tantopere et temere vexato Ps. VIII, 2: *Jova, domine noster, quam magnificum est nomen tuum in universa terra* אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל הַשָּׁמָיִם i. e. *quam tuam gloriam pone* etiam *super coelos* i. e. utinam gloria tua, quae in his terris fundari coepit, per universam rerum naturam fundetur, agnoscatur, celebretur. Imago repetita est ab aedificio gloriae fundando, ut Comm. 3: יִסַּדְתָּ עֹז. Temerarias et quaesitas interpretum coniecturas, de quibus referre piget, vide si lubet ap. Rosenm., de Wettium al., neque vero immemor sis, תְּנָה voculam tot commentis sollicitatam nunquam non (ter et vicies) in V. T. non aliud esse quam imp. parag. verbi נָתַן. — bb) sq. acc. pers. et עַל pers. vel rei: *praefecit* aliquem alicui Gen. XLI, 41. 43. Deut. XVII, 15; sed c. acc. rei et עַל pers. *imposuit* alicui peccatum i. e. *imputavit* peccatum, poenas eius ab eo repetiit. Jon. I, 14: אַל־תִּתֵּן עָלֵינוּ דָם נָקִי *ne imputes nobis sanguinem innocentem* i. e. mortem Jonae, hominis a quo nulla iniuria affecti sumus. (Cf. Deut. XXI, 8). Ez. VII, 3: וְנָתַתִּי עָלַיִךְ אֵת כָּל־תּוֹעֲבוֹתָיִךְ *imponam tibi omnes abominationes tuas* i. e. faciam ut poenae eorum in caput tuum recidant, cf. Comm. 4. 8. 9. — cc) נָתַן לְפָנֵי est: *tradidit* alicui v. c. leges 1 Reg. IX, 6, iudicium exercendum Ezech. XXIII, 24. — dd) נָתַן לֵב לְ animum advertit ad aliquid Eccl. VII, 21, i. q. שׂוּם לֵב עַל, et paulo fortius: animum applicavit ad aliquid faciundum sq. gerundio, Eccl. I, 13. 17. VIII, 9. 16. Dan. X, 12. — ee) נָתַן דָּבָר אֶל indidit s. immisit (Deus) aliquid *in* animum alic. i. e. ei suggessit Neh. II, 12. VII, 5, et נָתַן אֶל לִבּוֹ (Hom. ἐν φρέσι θεῖναι) immisit in animum suum i. e. memor fuit rei, eam animo agitavit et perpendit Eccl. VII, 2. IX, 1.

3) *fecit*, ut שִׂים, שִׁית, arab. جعل. Lev. XIX, 28: שָׂרָט לֹא תִתְּנוּ בִּבְשַׂרְכֶם *ne faciatis incisionem in carne vestra*. Similiter נָתַן בְּדוֹם בְּ noxa aliquem affecit Lev. XXIV, 20. Imprimis a) *fecit* s. *constituit* aliquem aliquid c. dupl. acc. Gen. XVII, 5: אַב הֲמוֹן גּוֹיִם נְתַתִּיךָ *patrem multorum populorum te faciam*. Ex. VII, 1. Jer. I, 5. XXIX, 26. Thren. I, 13. Ps. XXXIX, 6. LXIX, 12. LXXXIX, 28; c. acc. et לְ praedicati Gen. XVII, 20: נְתַתִּיו לְגוֹי גָּדוֹל. XLVIII, 4. Jes. XLII, 6. XLIX, 6 Jerem. XX, 4. b) נָתַן דָּבָר כְּ *fecit aliquid instar* alic. rei, alicui rei *simile*. Jes. XLI, 2: יִתֵּן כֶּעָפָר חַרְבּוֹ *fecit gladium eorum* (populorum) *pulveri similem* Ez. XVI, 7; inde *habuit aliquid instar* alius rei, *eodem loco habuit atque* (behandelu als). 1 Reg. X, 27: וַיִּתֵּן אֶת־הַכֶּסֶף כָּאֲבָנִים *et argentum habebat instar lapidum*. XXI, 22. Gen. XLII, 30: וַיִּתֵּן אֹתָנוּ כְּמְרַגְּלִים *et habebat nos pro exploratoribus*, er behandelte uns wie Kundschafter (cf. habere pro hoste Liv. II, 20). Ez. XXVIII, 2. 6. Sq. לְפָנַי de mero iudicio: *habuit aliquem pro tali* i. e. iudicavit eum talem. 1 Sam. I, 16: *noli me habere pro mulicre nequam*. Cf. gr. τίθεσθαι pro νομίζειν, ἡγεῖσθαι Passow h. v. A, no. 5.

Niph. נִתַּן pass. Kal 1) *datus est* alicui, sq. לְ Gen. XXXVIII, 14. Exod. V, 16. Jes. IX, 5. XXXV, 2 et persaepe; *traditus est*, sq. בְּיַד Iob. IX, 24. Jer. XXXII, 24. 25. 36. 43. XLVI, 24 al., *data* i. e. lata *est* lex Esth. III, 14. — 2) *positus*, *collocatus est* Eccl. X, 6. — 3) *factus est*, sq. בְּ Lev. XXIV, 20: כֵּן יִנָּתֵן בּוֹ *ita fiet in eo*. Jes. LI, 12: *homo* חָצִיר יִנָּתֵן qui *fit instar graminis*, i. e. qui graminis instar marcescit.

Hoph. in solo fut. יִנָּתֵן i. q. Niph. no. 1. 2 Reg. V, 17. Iob. XXVIII, 15; no. 2. positus, collocatus est, variis modis. 2 Sam. XVIII, 9: וַיִּנָּתֵן בֵּין הַשָּׁמַיִם וּבֵין הָאָרֶץ *et positus* (suspensus) *erat inter coelum et terram*. Lev. XI, 38: כִּי יֻתַּן מַיִם עַל זָרַע *si aqua infusa est semini*.

נָתַן chald., cuius fut. solum legitur יִנְתַּן Esr. VII, 20, sq. makk. יִנֵּתֵן Dan. II, 16, inf. מִנְתַּן, i. q. hebr.

dedit Esr. IV, 13, sq. לְ (alicui) Dan. II, 16. IV, 14. 22. 29. Reliqua tempora a verbo יָהַב repetuntur.

נָתָן (quem Deus *dedit*) *Nathan* n. pr. 1) prophetae tempore Davidis 2 Sam. VII, 2. XII, 1. 1 Reg. I, 8. Ps. LI, 2, quorsum Hieron. et Jarchi referunt etiam נְתָנִים בַּת נְתָן Zach. XII, 12. Sed alii filium Davidis (no. 2) intelligunt. 2) filii Davidis 2 Sam. V, 14, aliorum virorum 3) XXIII, 36. 4) et 5) 1 Reg. IV, 5. 6) 1 Par. II, 36. 7) Esr. VIII, 16. 8) X, 39.

נָתָן־מֶלֶךְ (quem Rex posuit i. o. constituit) n. pr. aulici Josiae 2 Reg. XXIII, 11.

נָתוֹן v. נְתִינִים.

נְתִינִים m. pl. *mancipia templi*, *ἱερόδουλοι* Joseph. ant. 11, 5 §. 1, qui Levitis in ministerio sacro ad manus erant 1 Par. IX, 2. Esr. II, 43. 58. 70. VIII, 20. Neh. III, 26. 31. VII, 46. 60. 73. X, 29. XI, 3. 21, semel in Chethibh נְתִנִים Esr. VIII, 17. Ita appellati sunt ut Deo *dati* s. *donati* (cf. Num. VIII, 19 de Levitis: וְאֶתְּנָה נְתֻנִים לְאַהֲרֹן וגו׳ אֶת־הַלְוִיִּם נְתֻנִים לְאַהֲרֹן וגו׳). Apud Esram VIII, 20 hoc institutum ad Davidem revocatur: ac videntur Nethinaei partim Cananaei fuisse in servitutem redacti (Jos. IX, 23. 27) partim peregrini bello capti: de viliore eorum conditione v. Talmud. Jebamoth 2, 4. Kiddus. 4, 1.

נְתִינִין chald. id. Esr. VII, 24.

נְתַנְאֵל (quem Deus dedit) gr. *Ναθαναήλ*, n. pr. complurium virorum, ut 1) phylarchae Issacharitarum Num. I, 8. II, 5. — 2) aliorum, quorum semel fit mentio his locis 1 Par. II, 14. XV, 24. XXIV, 6. XXVI, 4. 2 Par. XVII, 7. XXXV, 9. Esr. X, 22. Neh. XII, 21. 36.

נְתַנְיָה et **נְתַנְיָהוּ** (quem Jehova dedit) n. pr. virorum 1) filii Asaphi 1 Par. XXV, 12. 2) 2 Reg. XXV, 23. 25. Jer. XL, 8. 14. 3) Jer. XXXVI, 14. 4) 2 Par. XVII, 8.

מַתָּן m. cstr. מַתַּן (Kamez impuro) Prov. XVIII, 16 1) *donum* Gen. XXXIV, 12. Num. XVIII, 11. Prov. l. c. XXI, 14. אִישׁ מַתָּן largus, liberalis. Prov. XIX, 6. — 2) n. pr. a) sacerdotis Baalis (pro pleniore מַתַּנְבָּעַל donum Baalis, v. infra ad מַתַּנְיָה) 2 Reg. XI, 18. 2 Par. XXIII, 17. b) viri Hebraei. Jer. XXXVIII, 1. Etiam simpl. מַתָּן apud Phoenices et Poenos reperitur ut *Μάττην* rex Tyrius Herod. 7, 98 in 4 codd. pro vulg. *Μάπην*; it. *Μέττην*, *Metenus*, *Μάττηρος*, quod reponendum ap. Jos. c. Ap. 1, 18 pro *Μάγηρος*, cf. etiam *Masinitha*, *Μασσάθης* (Monumm. Phoen. 410), quae fortasse sunt מַתַּת, מַתָּנָה, מַתַּתָה, ת per sibilum pronunciato. In eandem sententiam nunc inclino de nomine *Mastanabal*, ut sit מַתַּן מַתְבַּל priore ת sibilato.

מַתְנָא chald. f. i. q. hebr. מַתָּנָה *donum*, pl. מַתְנִין Dan. II, 6. 48. V, 17.

מַתָּנָה f. 1) *donum*, quale datur pauperibus Esth. IX, 22, liberis pro hereditate Gen. XXV, 6. 2 Par. XXI, 3, iudici, itaque largitio i. q. שֹׁחַד Prov. XV, 27. Eccl. VII, 7, Deo Ex. XXVIII, 38. Lev. XXIII, 38. Num. XVIII, 6. 7. 29. Ps. LXVIII, 19, idolis Ezech. XX, 31. 39. Plenius מַתָּנַת יָד Deut. XVI, 17.

2) n. pr. loci desertum inter et Moabitin. Num. XXI, 18. 19. Hieron. in Onomast. *Mathane*, *quae nunc dicitur Mathana* (Euseb. *Ματαχάνη*), *sita est autem in Arnone*, *duodecimo milliario procul contra orientalem plagam Medebat* (מֵידְבָא).

מַתַּנְיָה et **מַתַּנְיָהוּ** (donum Jehovae) n. pr. complurium virorum 2 Reg. XXIV, 17. 1 Par. IX, 15. XXV, 4. 16. 2 Par. XX, 14. XXIX, 13. Esr. X, 26. 27. 30. 37. Neh. XI, 17. XII, 8. 25. XIII, 13. (Congruit n. pr. Punicum et Numidicum מתנבעל inscr. Numid. 7, lin. 1, et in alia inedita nuper in regno Algeritano reperta. Apud Poenos id pronunciasse videntur *Muthumbal*, v. Monumm. Phoen. p. 411, nisi hoc est מתנבעל, apud Numidas fortasse *Mastanabal*, v. ad מַתָּן). Gr. *Ματθανίας* Esr. gr. IX, 27. 31.

מַתְּנַי (decurtatum ex מַתַּנְיָה) n. pr. virorum 1) Neh. XII, 19. 2) Esr. X, 33. 3) X, 37.

מַתַּת, in Pausa **מַתָּת** 1 Reg. XIII, 7 (pro מַתָּנָה) f. *donum*. 1 Reg. I. c. Prov. XXV, 14. מַתַּת אֱלֹהִים donum Dei Eccl. III, 13. V, 18. מַתַּת יָדוֹ donum manus eius i. e. quantum manus eius dare s. sibi comparare potest i. e. pro opibus suis Ez. XLVI, 5. 11 cf. Vers. 7, ubi eodem contextu est: בַּאֲשֶׁר תַּשִּׂיג יָדוֹ.

מַתְּתָה (ex מַתַּתְיָה) n. pr. viri Esr. X, 33, gr. *Ματταθά* Luc. III, 31.

מַתִּתְיָה (donum Jovae) n. pr. virorum post exilium frequentius 1) Esr. X, 43. 2) Neh. VIII, 4. 3) 1 Par. IX, 31. XVI, 5 qui etiam מַתִּתְיָהוּ ib. XV, 18. 21. Respondet gr. *Ματταθίας* 1 Macc. II, 1. XIV, 29. XVI, 14, ex quo contractum est *Ματθίας* Act. I, 23. 26, et *Ματθαῖος* (מַתַּי ex מַתַּתְיָה) nomen apostoli et evangelistae.

נָתַס *proscidit* terram, vic. verbis נָתַץ et נָתַשׁ. Semel legitur Iob. XXX, 13: נָתְסוּ נְתִיבָתִי, ubi 4 codd. per interpretamentum נחצו. Targ. צְדִיאוּ vastarunt. Kimchi: ענין חריסה.

נָתַץ *excussit* dentes, i. q. נָתַן (Ps. LVIII, 7), ץ more Aramaeorum in ס mutato.

Niph. pass. Iob. IV, 10: שִׁנֵּי כְפִירִים נָתָּצוּ. Veteres intpp. Hebraei hoc referunt ad rad. לָתַץ q. v. Alii conferunt נָסַח evellere: male, nam, ut alia taceamus, dentium evulsio illo contextu nemini facile placebit.

נָתַץ fut. יִתֹּץ *destruxit, diruit*, ut domos, aedificia Lev. XIV, 45. Iud. VIII, 9. 17. 2 Reg. XXIII, 7. Jes. XXII, 10. Ez. XXVI, 9, moenia Jer. XXXIX, 8. LII, 14, urbem Iud. IX, 45, statuam 2 Reg. X, 27, altare Deut. VII, 5. Iud. VI, 30 sqq., sacellum in excelso (בָּמָה) 2 Reg. XXIII, 15. Translate *excussit* dentes Ps. LVIII, 7, it. de personis (imagine petita ab aedificio) Iob. XIX, 10: יִתַּצֵנִי סָבִיב וָאֵאָבֵֽדָּה. Ps. LII, 7.

Niph. pass. Jer. IV, 26. Ez. XVI, 39, *diruta est* rupes Nah. I, 6.

Pi. i. q. Kal, sed praeter Deut. XII, 3 non nisi in Paralipomenis 2 Par. XXXI, 1. XXXIII, 3. XXXIV, 4. 7. XXXVI, 19.

Pu. semel in praet. Iud. VI, 28, et *Hoph.* semel in fut. Lev. XI, 35 pass. Kal et Pi.

נָתַק *avellit*, ut annulum a digito Jer. XXII, 24. Translate ad rem militarem *interclusit* aliquem a loco sq. מִן Iud. XX, 32 (ubi Dag. in וַיִּתָּקֻהוּ euphonicum est). Cf. Niph. et Hiph. Part. pass. נָתוּק avulsis testiculis *castratus* Lev. XXII, 24. (Arabes s. rad. نتق habent: detraxit de corpore pellem, extraxit ex puteo urnam: sed ad Hebraeorum usum propius accedunt نتك evulsit crines, trahendo fregit rem, نتخ evulsit deutem, vulsit et carpsit carnem accipiter, مِنْتَاشٌ volsella. Similia significant radd. نتر, نتش, نتف, unde apparet vellendi significatum inhaerere syllabae נת).

Pi. divellit funem Iud. XVI, 9; *rupit* vincula Ps. II, 3. CVII, 14. Jer. II, 20. V, 5. XXX, 8. Nah. I, 13, iugum Jes. LVIII, 6; divellendo laniavit (mammas) Ez. XXIII, 34; *avellit* ab aliqua re (בְּעַד) Iud. XVI, 12; *revellit* radices Ez. XVII, 9.

Hiph. inter lusit a loco (abschneiden) Jos. VIII, 6 (cf. in Kal Iud. XX, 32); sq. לְ: *seiunxit* e grege et destinavit *ad* aliquid Jer. XII, 3.

Hoph. i. q. Niph. no. 3. Iud. XX, 31.

Niph. 1) *divulsus, raptus est*, v. c. de filo, funiculo Jes. V, 27. Jer. X, 20. Iud. XVI, 9. Eccl. IV, 12, fune Jes. XXXIII, 20. Metaph. Iob. XVII, 11: זִמֹּתַי נִתָּקוּ *animi mei consilia rupta sunt* i. e. irrita facta. — 2) *evulsus est*, e tentorio Iob. XVIII, 14. Praegn. Jos. IV, 18: וַיְהִי ... נִתְּקוּ בְּצֹאת הַכֹּהֲנִים אֲנֹ֫ כַּפּוֹת רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים ... *et quum sacerdotes plantas pedum* ex alveo fluvii limoso *evulsas* postuissent *in arido*. 3) *sciunctus est* Jer. VI, 29, sq. מִן *interclusus est* Jos. VIII, 16.

נֶתֶק, in Pausa נֶתֶק Levit. XIV, 54 m. *porrigo, impetigo* (Grind, Schorf) in capite et barba, quae vel benigna erat vel maligna, leprosa et contagiosa. Utramque speciem ita dignoscere iubet lex Mosaica (Lev. XIII, 30—37), ut in porrigine maligna macula porriginis (נֶגַע הַנֶּתֶק) reliqua cute depressior sit, mox latius serpat et plerumque pilos flavos tenuesque habeat, licet hoc posterius non ubique et necessario fiat; in benigna contra macula non latius serpat, pili nigri maneant. Concr. נֶגַע הַנֶּתֶק Comm. 31 et נָתָק Comm. 33 dicitur de homine, qui porrigine laborat. Cf. נֶגַע no. 2. Saad. كَلَفٌ lentigo faciei colore inter nigrum et rufum medio, et ita Niebuhrius (descr. Arabiae p. XLIV) ex ore Iudaei Mascatensis. — De origine satis credibilia docent, qui *porriginem* a defluxu capillorum (v. verba arab.) repetunt: neque tamen tacendum, Levit. l. c. de eiusmodi porrigine agi, in qua pili integri manent, non decidunt. Non bene Rosenm. radicem facit arab. نتق „percussit", nam haec significat: „excussit ignem, commovit, quassit."

נָתַר fut. יִתַּר 1) *tremuit, trepidavit* (cor) Iob. XXXVII, 1. (Vc. onomatop. ut τρέω, τρόμω, *tremo*). — 2) i. q. arab. نَثَرَ „decidit, excidit, praesertim somnum edendo, volitando". Intellige foliorum, quae sicca decidunt, strepitum, inde chald. et syr. נְתַר, ܢܬܪ decidit folium, fructus, flos. Vide chald. et Hiph. no. 2.

Pi. trepidavit i. e. *saliit* (locusta) Lev. XI, 21. Trepidandi enim verba ad saltationem transferuntur, cf. חָרַג, חָרְגֹל.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *trepidare fecit* (populos) Hab. III, 6. — 2) i. q. aram. Aph. pr. *decussit* folia arboris, inde *decussit*, *abiecit* iugum Jes. LVIII, 6, et adeo הֵתִיר אֲסוּרִים decussit iugum captivorum, solvit captivos Ps. CV, 20. CXLVI, 7. (Rabbin. הֵתִיר solvit, dimisit liberum, permisit, opp. אסר, part. Hoph. מֻיָּתָר permissum, concessum, הֲתָרָה permissio). Poët. Iob. VI, 9: יִתֵּר יָדוֹ וִיכַצְּעֵנִי *solvat manum suam* (Deus) *meque abscindat* i. e. occidat. Manus enim Dei, quamdiu otiosa est, quasi vincta cogitatur et ligata, ubi extenditur, vinculis soluta. — וַיִּתַּר 2 Sam. XXII, 33, in quo temere laborarunt interpretes, v. s. rad. תור.

נֶתֶר chald. *decidit* folium, flos, fructus arboris, it. pilus, dens hominis, in Targ. saepissime pro hebr. נֵבֶל. *Pa.* abiecit folia. Syr. ܢܬܪ id. etiam de pilis decidentibus.

Aph. decussit folia. Dan. IV, 11.

נֶתֶר m. *nitrum* (νίτρον, λίτρον Graecorum), *natron* recentiorum, *alcali fossile*, germ. *Potasche*, diversum a בֹּרִית (q. v.) alcali vegetabili, quod oleo admixto instar saponis vestibus purgandis adhibebant Jer. II, 22. Aceto infuso effervescit, male olet et vim suam amittit, unde Prov. XXV, 20: *qui vestes exuit die frigido, et acetum infundit nitro*, ita *qui cantica canit afflicto*: hae enim res sibi contrariae sunt et a se alienae (mit einander unverträgliche Dinge), ipsumque nomen hebraeum ab *exsiliendo* et fermentando mihi dictum videtur. Maxima eius copia in Aegypto nascitur in duobus lacubus inter Memphin

et Naucratin interiectis, de quibus vide Plin. H. N. 31, 10 §. 46. J. D. Michaëlis de nitro Plinii, in Comment. Soc. Gott. per annos 1758—62 oblatis no. 6. Andreossy et Berthollet in Mémoires sur l'Égypte II, p. 276 sqq. 310 sqq. Description de l'Égypte XXI, p. 205 sqq. Hasselquist itin. p. 548 ed. germ. „Natron in Aegypto hodie vocatur sal e fodina prope Mansuram extractum, lapidi calcareo mixtum, *aceto effervescens*, coloris albidorufescentis. Usus eius est in Aegypto, quod pani immittant fermenti loco, et ad *lintea lavanda* saponis loco.“ Plura dabunt Buxtorf. lex. chald. p. 1411. 12 (ex Talmude et Maimonide). Beckmann Beyträge zur Geschichte der Erfindungen IV p. 15 sqq. Id. ad Aristotel. de mirab. auscultationibus c. 54.

נָתַשׁ inf. נְתוֹשׁ, fut. יִתֹּשׁ pr. *evellit* plantam, v. Hoph. (Arab. نتش evellit v. c. spinam. Syr. ܢܬܫ sec. Lex. Adl. نتش قلع فسخ نبش استاصل evellit, extraxit, luxavit, momordit [dente vellit], eradicavit: ibid. laudantur Pa. causat., נַתָּשׁ eradicatio, et cincinnus intricatior, fort. a divellendo; נֹתֵשׁ f. נֹתֶשֶׁת evellens). Inde a) *evellit* i. e. exstirpavit, expulit populum ex terra (opp. נָטַע v. hanc rad. 1, a, cf. aeth. ΨΡΛ: evulsit, eradicavit, arab. نقل transtulit populum in aliam terram, deportavit). Deut. XXIX, 27: וַיִּתְּשֵׁם יְיָ מֵעַל אַדְמָתָם *et expulit eos Jova ex terra eorum.* 1 Reg. XIV, 15. 2 Par. VII, 20. Frequens est locutio: נִטָּעָתִים וְלֹא אֶתּוֹשׁ *plantabo eos, non evellam.* Jer. XXIV, 6. XLII, 10. XLV, 4. XII, 14 sqq. Alibi copulatur cum נָתַץ (evertit aedificia) Jer. I, 10. XVIII, 7. XXXI, 28. b) eradicavit i. e. funditus delevit oppida Ps. IX, 7, idola Mich. V, 13.

Niph. 1) *exstirpatus est*, de populo Am. IX, 15. Jer. XXXI, 40, de regno Dan. XI, 4. — 2) *exsiccata est* aqua Jer. XVIII, 14 (i. q. נִגַּשׁ Jes. XIX, 5, v. rad. נָגַשׁ).

Hoph. evulsus est Ez. XIX, 12.

ס

S*amech*, quinta decima Hebraeorum littera, ubi numeri nota est, i. q. *sexaginta*. Nomen huius elementi, סָמָךְ, *fulcrum* significat, einsque figuram (fortasse aedificium fultum) refert huius litterae forma apud Phoenices, v. Monumm. Phoen. p. 39. De origine formae rotundae in scriptura quadrata v. ibid. p. 83. E nomine phoenicio *Samech* ortum est gr. Σίγμα (סַמְכָּא), quam formam nescio an propterea optaverint Graeci, ut sibilum significare videretur (a σίζω), et syr. ܣܡܟܐ.

Quod ad *sonum* eius attinet, leniore id sibilo antiquitus pronunciatum esse videtur, quam שׂ, quod ante punctorum diacriticorum usum a שׂ distingui non poterat (v. Ephodaeum et Balmes. ap. Buxt. de vocal. antiqu. p. 237). Quo factum est, ut plurimae radices constanter uno modo scribantur, aut ס aut שׂ littera, ut סָבַב, סִיר et contra שָׂבַע, שִׂים, adeoque plures ס littera scriptae prorsus differant a radicibus per שׂ scriptis, ut סָכַל stultus fuit, שָׂכַל intelligens, felix fuit; סָבַר et שָׂבַר; רָמַס et רָמַשׂ; סִיר et שִׂיר; סָגָה et שָׂגָה. Sensim tamen illud pronunciandi discrimen evanuisse videtur, ita ut in recentiore Hebraismo non raro pro ס scriberent שׂ et contra: v. c. בַּעַס aegritudo, et בַּעַשׂ; חָסִיג semel pro חָשִׂיג Joh. XXIV, 2, סָרָה et שָׂרָה ordo; שָׂבַר pro סָבַר Esr. IV, 5, שִׂכְלוּת pro סִכְלוּת stultitia Eccl. I, 17, סִיג et שִׂיג 2 Sam. I, 22 recedere; סָרַשׂ et שָׂרַשׂ fregit, רָמַס et רָמַשׂ pedibus calcavit al. et tandem ita sublatum est, ut Syri sola Samech littera (ܣ), Arabes solo Sin (س) uterentur: Chaldaei utramque quidem litteram servarunt, sed plerumque tamen more Syrorum pro שׂ substituunt ס, ut שָׂאוֹר chald. סְאַר fermentum, שָׂכַר chald. סְכַר exspectavit.

Arabes, qui pro hebraeo שׂ plerumque ش ponunt et contra, pro ס plerisque exemplis retinent س, velut סְבָא سبأ potavit, סָגַד سجد adoravit, cf. סָחַר, סָהָה, סִיר, סָבַר, סָפַק, סָפַר, סָרַס; אסר אסר ligavit, נסך בסר uva acida, סכסא סָכָה texit, מסכין מִסְכֵּן pauper, רסן רָסָן frenum; rarius habent ش, ut שִׁכְבָה שׁתוּ סְתָו hiems, שׁבך סָבָךְ. Aethiopes habent quidem Ш (Saut) litteram, quae Hebraeorum Samech respondeat, sed rarius ea utuntur in radd. utrique linguae communibus, ut סאן, UΛƎ: calceus; saepius ea ponitur, ubi Hebraei שׂ habent, vide radd. שָׂבַע, שָׂבַב, שָׂבַר, שִׂים, שָׂנֵא, vel שׁ, v. שָׂלוֹשׁ, שָׂרַץ, שָׂשַׂן, שָׂשׂוֹן. et contra pro hebr. ס habent ቸ, v. c. סָחַב ቸΛΠ: סָנַךְ ΠΟ⁰Ч:

In ipsa lingua Hebraea ס haud raro permutatur a) cum sibilo densiore שׂ, et ita etiam, ubi Hebraea comparantur cum Aramaeis (licet hi in universum in usu litterarum *s* et *sch* cum Hebraeis facere solent contra Arabes), ut שִׂרְיוֹן et סִרְיוֹן lorica, אֶסְבְּטָא chald. סְגוֹלָא uva; בָּנַס chald. בָּנַשׂ collegit, נֵס נִסָּא signum, נשׁא et נסא aegrotavit, שׂוּם סם contemsit, שָׂבְעָה sam. ⁰ΨΛ septem, שָׂפַת et שָׂפָה fudit al. vide בָּסַל, בָּשַׂל, בָּגַל, בָּסַר. Ephraimitas adeo ש constanter pronunciasse instar ס et densiore illo sibilo prorsus carnisse, colligitur ex Iud.

XII, 6. b) cum ז v. pag. 400 et ץ v. suo loco. c) cum dentalibus, v. c. סִין chald. טִין lutum, cf. סָנַק et תָּנַק, סָלַג et תָּלַג.

סָאָה rad. inusit. Arab. سأ pro سأو est: extendit vestem ita ut dilaceraretur, Kamus (pag. 1891): سأ الثَّوْبَ مَدَّهُ فانشقّ (male Castellus: extensum *dividit* pannum, quod ortum videtur ex Goliano: extensum *diffidit* pannum). Ab *expandendi* significatu esse possit: *mensus est* (ut مَدَّ مِدَادَ, quo utitur Firuzabadius), inde סָאָה *mensura*. Ceterum nescio an סָאָה *mensura aridorum* possit etiam esse שְׂאוֹ canistrum, corbis, שְׂאִי id., siquidem certae magnitudinis *corbis* frumento mensurando adhiberi poterat.

סָאָה 2 Reg. VII, 1. 16. 18 (quo postremo loco complures codd. c. Mas. Erf. et Kimchio habent סָאתַ) f. 1) *mensura* quaedam frumenti, ex veterum interpretum sententia *tertia pars Ephae* (v. אֵיפָה p. 83 A) i. e. duo modii mensurae Romanae, quanquam Hesych. Suidas (v. *σάτον*) et Hieron. ad Mt. XIII, 33 nonnisi *sesquimodium* ei tribuunt. Dual. סָאתַיִם 2 Reg. II. cc. et 1 Reg. XVIII, 32. Plur. סָאִים Gen. XVIII, 6. 1 Sam. XXV, 18. (Chald. סָאתָא id., emph. סָאתָה, dual. סָאתָן, pl. סָאִין, סָאִיז, סָאנָן v. Buxt. Syr. ܣܐ et ܣܐܬܐ pro hebr. אֵיפָה Exod. XVI, 36. Lev. V, 11 et pro gr. *μόδιος* Mt. V, 15. Lex. Adl. ⟨illegible⟩ [خلجة] ⟨illegible⟩ ܣܐ ܣܐ *scutella lignea quae metiri solent*, *modius*, [al.] *quattuor modii*. Ex syriaco factum est gr. *σάτον* Aqu. Symm. Gen. XVIII, 6. Aqu. 1 Sam. XXV, 18, in N. T. Mt. XIII, 33. Luc. XIII, 21. Hesych. et Suid. h. v., unde *satum* Hieron. ll. cc.). LXX plerumque reddunt *μέτρον*, semel *μετρητής*, dual. *δίμετρον*.

2) gener. *mensura*. (Ita chald. סָאתָא saepius, v. c. Jes. XXVII, 8. Iob. XX, 27 Targ.). Atque hinc explico cum plerisque veteribus vocabulum vexatum בְּסַאסָאָה Jes. XXVII, 8, quod contractum est ex בְּסַאָה־סָאָה, unde בְּסַאסָאָה, בְּסַאסָאָה (cum Dag. forti coniunctivo, ut נַעֲלֶכֶם ex נַעַל־לָכֶם; מַזֶּה ex מִזֶּה־זֶה, v. מָה not. c. pag. 771 A) i. e. *ad mensuram*, *mensuram* (je nach dem Maasse) i. e. modice. Redde igitur: בְּסַאסָאָה בְּשַׁלְּחָהּ תִּרִיבֶנָּה *modice dimittendo eum* (instar uxoris) *punivisti eum* (populum), cf. Jer. X, 24. XXX, 11. XLVI, 28, ubi eadem sententia, qua h. l. בְּסַאסָאָה, habetur בְּמִשְׁפָּט, לְמִשְׁפָּט secundum institiam. Opp. est: in ira tua Jer. X, 24. E veteribus hanc vocem ita explicaverunt Aqu. et Symm. *ἐν σάτῳ σάτου*. Theod. *ἐν μέτρῳ μέτρου*. Hieron. in mensura contra mensuram, et similiter a סָאָה vocabulo Targ. Syr. Saad., neque non Abulwalides, R. Parchon, qui etiam grammaticam rationem exposuerunt. Alias de hoc vc. coniecturas parum idoneas diiudicavimus in Comment. ad h. l., neque magis placent recentissima eius explicandi pericula, ut Ewaldi (gr. min. §. 235) et Hitzigii, quibus בְּסַאסָאָה dictum videtur pro בְּזַזְזָהּ (a rad. זוּעַ) *commovendo* s. *terrendo eam*, et Maureri ad Jes. l. c., cui quadril. סאסא idem fere videtur quod צאצא syr. ܨܐܨܐ foedavit, inde *foede* i. e. sceleste *egit* cum aliquo. Atque hoc posterius ne ad contextum quidem aptum est, qui vocabulum flagitat, quod, pariter atque בְּשַׁלְּחָהּ, hoc dicat, populum a Deo leniter, non severe, habitum et punitum esse. De scripturae varietate in vocalibus (סָאסָאָה, סַאסָאָה, סַאסָאָה, etiam omisso Dagesch in altero ס) vide de Rossium in scholl. crit.

סָאַן 1) pr., ut mihi quidem videtur, *lutosus fuit*, unde chald. סָאַן, סְנָן syr. ܣܢ lutum i. q. hebr. סִין et vic. טִין, טִיט, et סָאוֹן calceus cavus, quo in luto utuntur. Inde 2) denom. *calceavit*, ut syr. ܣܢ Pe. et Aph. (v. Castell.). Part. סָאַן, v. סָאוֹן.

סָאוֹן m. *calceus*, isque altior et cavus (*ἐπόδημα xoïlon*) loris fibulaque adstrictus, qualem rustici viatores et *milites* gestabant et quorumcunque erat in luto ambulare, opp. soleae et nudae calcis calceo (נַעַל): dictus a luto, in quo gestatur (coll. rad. et סַלְסוֹן sordes calceo ocreaeque adhaerescens B. Ali), item *ocrea*, *caliga militum* (v. Bynaeum de calceo Hebraeorum p. 83. 84). Syr. ܣܠܣܘܢ et ܣܘܣܢ calceus in luto gestatus, ocrea, it. lutum ocreae adhaerens, v. quae adhibitis B. Bahluli et B. Alii testimoniis disputavimus in Anecdd. orient. II, p. 53. 54, adde BH. 333. 425. Chald. סָרְיָא, סָרְיָה calceus, zab. ⟨illegible⟩ Norb. lexid. p. 123, sam. ⟨illegible⟩ id. Aeth. ሰርዓ: calceus, ትርዓ: calceavit. — Jes. IX, 4: בָּל־סְאוֹן סוֹאֵן *omnis caliga caligati* i. e. militis, sequitur: *vestis* eius *volutata in sanguine*. Ex veteribus primus ita Josephus Kimchius, ex recentioribus Hoheisel, Funkius (symb. ad interpr. s. cod. I, p. 29), Rosenm. al. Unus Targumista certe etymon recte expressit, סאון ad *sordes* peccati referens, Vulg. et Syr. סאון confundunt cum שָׁוְא.

סַאסָאָה Jes. XXVII, 8 v. סָאָה.

סָבָא *potavit*, idque intemperantius, *ingurgitavit*. (De usu linguae Chald. et Arab. v. infra ad סְבָא. Origo esse videtur in *sorbendo*, quod onomatopoëticis vce. exprimunt, ut שְׁרֵב, *sorbere*, inserto l *schlürfen*, abiecto r anglosax. *supan* [nostr. *saufen*], et gr. abiecto sibilo *ῥοφέω*. Eiusdem originis videtur טָבַע). Jes. LVI, 12. Part. סֹבֵא *potator* Deut. XXI, 20. Prov. XXIII, 20. 21. Part. pass. סָבוּא *potus*, *inebriatus*. Nah. I, 10: *nam instar*

spinarum perplexi וגו׳ וְסָבְאָם סְבוּאִים *et inebriati sicut vino eorum comedentur ut stipula.* Duas imagines coniunxit propheta, unam, qua impii spinis perplexis comparari solent (v. סִיר), alteram de poculo inebriante, quod hostibus propinatur, ut in perniciem ruant (v. s. v. כּוֹס p. 695 B). Dicit: vino *eorum*, quippe quod in deliciis haberent potatores illi, סָבְאָם in accus. ponit, cum סָבוּא sit participium verbi copiae. Hitzigius: *et madidi sicut vinum eorum*, quippe quod *madeat*: frigide, si quid iudico, in vino enim omnes alias virtutes prius a poëtis memoratas reperias, quam quod madidum sit. Praeterea in סבא non inest vis *humoris* et *madidi*. Inde

סָבָא Ez. XXIII, 42 Keri i. q. סוֹבֵא Chethibh, et

סֹבֶא m. c. Suff. סָבְאוֹ 1) *vinum* Jes. I, 22. Nah. I, 10. — 2) *compotatio* Hos. IV, 18. (Chald. סָבְיָא potator Deut. XXI, 20. Targ. Talmud. סבאים caupones, מסובייתא cauponaria. Arab. سَبَا vinum, سَبِيئَة id., unde سَبَّا vinum emit, سَبَّاء vini venditor).

* * *

סָבָא (fortasse i. q. aeth. ሰብእ: homo, homines, cf. סַבְתָּה, סַבְתְּכָא) n. pr. primogeniti Cuschi (v. כּוּשׁ) Gen. X, 7, i. e. gentis regionisque Aethiopicae mercatura et opibus florentis (Jes. XLIII, 3. XLV, 14. Ps. LXXII, 10), praeterea virorum proceritate nobilis (Jes. XLV, 14: סְבָאִים אַנְשֵׁי מִדָּה cf. Herod. 3, 20 de Macrobiis Aethiopiae: *λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων*). Teste Josepho (Archaeol. 2, 10 §. 2) Sabae (*Σαβά*) nomen gessit antiqua metropolis regni Meroëtici, in fertilissima regione (insulam appellant veteres) Nilum inter et Astaboram siti, donec a Cambyse, Persarum rege, Meroës sororis nomen ei impositum sit (cf. Strab. XVII p. 790 Casaub. Diod. 1, 33). Quae quidem de Cambyse memoria licet non immerito in dubium vocata sit, quum Meroës nomen domesticae potius originis esse videatur a ⲙⲉⲣⲟⲉ: *terra irrigata* (v. Tuch ad Genes. p. 221): hoc tamen satis credibile est, סָבָא vetus Meroës nomen esse, cunctaque Sabae attributa ad Meroës regnum apte conveniunt, quod et ipsum opibus et mercatura florentissimum erat, v. Strab. XVII p. 821 sqq. Casaub. Diod. l. c. Plin. 2, 75. 5, 9. 6, 29. Ludolf. Comment. ad hist. aeth. p. 88 sqq. Heeren hist. Werke XIII p. 352 sqq. Veteris Meroës reliquias hodieque superesse in antiquae urbis ruderibus, quae quattuor fere milliaribus germanicis aquilonem versus (nordöstlich) distat a *Shendy*, Nubiae oppido, nunc vix est quod dubitetur, v. Bruce Travels T. IV p. 538 (p. 512 ed. Gott.) Burckhardt Travels in Nubia p. 275 (p. 368. 369 ed. germ.). Leake ad Burckhardt Travels in Syria p. 28 ed. germ. Ed. Rüppell Reisen in Nubien und dem peträischen Arabien 1829, tab. 5. S. A. Hoskins Travels in Ethiopia ... exhibiting the state of that country under the dominion of Meroë. London 1835. Adde Heeren l. c. p. 361 sqq. — Quod Ez. XXIII, 42 habet in Keri סְבָאִים, id Syrus quidem *Sabaeos* interpretatur, sed pro contextu non differre potest a Chethibh סוֹבָאִים.

סָבַב pract. plene et defect. סָבַבְתִּי, סַבּוֹתָם, inf. סֹב, semel לְסֹבְבוֹ Num. XXI, 4, imp. סֹב, fut. וְסָב pl. יְסֹבְבוּ et יְסֹבּוּ, וַיָּסָב, וַיָּסֹב, וַתָּסָב (quod male nonnulli referunt ad Niph.)

1) *vertit se* v. c. Prov. XXVI, 14: *ianua vertit se* עַל צִירָהּ *super cardine suo.* 1 Sam. XV, 27: וַיִּסֹּב שְׁמוּאֵל לָלֶכֶת *et vertit se Samuel ad eundum.* Sq. אֶל 2 Sam. XIV, 24. Eccl. I, 6, בְּ 1 Reg. II, 15. Ps. CXIV, 3. 5, עַל Hab. II, 16. 2 Par. XVIII, 31 hominis locique *ad* quem nos convertimus, et מִן, מֵעַל, מִפְּנֵי eius *a* quo nos avertimus. 1 Sam. XVII, 30: וַיִּסֹּב מֵאֵצְלוֹ אֶל מוּל אַחֵר *et convertit se ab hoc ad alium.* XVIII, 11. Gen. XLII, 24; sq. אֶל אֲחֹרֵי *retro se vertit* ut alium sequatur 2 Reg. IX, 18. 19; sq. gerundio, convertit se ad aliquid faciendum Eccl. II, 20. VII, 25 et absol. *reversus est* Cant. II, 17. Ps. LXXI, 21. Alibi *convertere se* absol. dicitur pro *accedere* 1 Sam. XXII, 17. 18. 2 Sam. XVIII, 15. 30. Ubi de *rebus* dicitur, est i. q. *ferri, deferri, transferri* ad aliquem, vel in aliquem locum 1 Sam. V, 8: גַּת יָסֹב *Gitthum deferatur* arca. Num. XXXVI, 7: וְלֹא תִסֹּב נַחֲלָה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל מִמַּטֶּה אֶל מַטֶּה *ne transferatur hereditas .... a tribu ad tribum.* Hab. II, 16: תִּסֹּב עָלֶיךָ כּוֹס יְמִינוֹ *defertur ad te poculum in dextra Dei.* Cf. 1 Reg. II, 15: וַתִּסֹּב הַמְּלוּכָה וַתִּהְיִי לְאָחִי *et vertit se imperium et translatum est in fratrem meum.*

2) *circumivit* (quod fit continuo se vertendo) in aliquo loco, *obivit* locum, sq. בְּ v. c. urbem Cant. III, 3. V, 7. urbes 2 Par. XVII, 9. XXIII, 2, it. acc. Jes. XXIII, 16: סֹבִּי עִיר *obi urbem.* 1 Sam. VII, 16: *et obibat* urbes *Bethel et Gilgal et Mispa.* 2 Reg. III, 9: *et obibant* דֶּרֶךְ שִׁבְעַת יָמִים *viam septem dierum*, it. *ivit circum* locum (umgehen), sq. acc. Deut. II, 1. 3. Jos. VI, 3. IV, 7. Ps. XLVIII, 13, ad eum vitandum Num. XXI, 4. Iud. XI, 18.

3) *circumdedit, cinxit*, de personis et rebus, sq. acc. Gen. II, 11. 13. 1 Reg. VII, 24. 2 Reg. VI, 15. 2 Par. IV, 2. Jer. LII, 21. Iob. XL, 22. Ps. XVIII, 6. XXII, 17, sensu hostili Eccl. IX, 14, etiam sq. אֶל 2 Reg. VIII, 21, et עַל Iob. XVI, 13. Iud. XX, 5. — Gen. XXXVII, 7: וְהִנֵּה תְסֻבֶּינָה וַתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ לַאֲלֻמָּתִי *et ecce cingebant manipuli vestri et venerabantur manipulum meum* i. e. manipuli vestri meum circumstantes eum venerabantur. Absol. circumdare (mensam) est i. q. *accumbere* mensae. 1 Sam. XVI, 11: נָסֹב לֹא. Vulg. non discumbemus. LXX. *οὐ μὴ κατακλιθῶμεν*. Cf. מְסִבָּה. (Talmud. תְּסֻבָּה id., תְּסֻבְתָּא accubitus ad mensam. Chald. et zab. סְחַר i. q. כְּבַב et: discubuit, v. 1 Sam. XX, 24. Gen. XXXVII, 25 Targ., unde אֲסַחְרוּתָא consessus, triclinium, Buxt. lex. chald. p. 1458. Accedunt duae significationes translatae:

4) *conversus* i. e. *mutatus est*, sq. כְּ *factus est instar* al. rei Zach. XIV, 10.

5) *causa fuit* alicuius rei (cf. arab. سَبَبٌ causa, سَبَّبَ causa fuit, effecit, Talmud. סִבָּה causa, pr. res s. momentum in quo alia res versatur, cf. nostr. *Umstand, circonstance*, cf. אורות). 1 Sam. XXII, 22: אָנֹכִי סַבֹּתִי בְּנַפְשׁ כָּל־נֶפֶשׁ בֵּית אָבִיךָ. LXX. ἐγώ εἰμι αἴτιος τῶν ψυχῶν οἴκου τοῦ πατρός σου. Vulg. *ego sum reus omnium animarum* sc. quas occidere Saulus (Comm. 21).

Niph. נָסַב et נָסֵב Ez. XXVI, 2 fem. נְסַבָּה pro נְסַבַּת (v. Lgb. p. 372, Gr. §. 66, not. 11) ib. XLI, 7 fut. וְיִסַּב, וְיִסֹּב (1) i. q. Kal no. 1 *vertit se* Ez. I, 9. 12. 17. X, 11. 16, saepe de termino Num. XXXIV, 4. 5. Jos. XV, 3. 10. XVI, 6. XVIII, 14 cf. Jer. XXXI, 39, i. q. *transferri* ad aliquem sq. לְ Jer. VI, 12: וְנִסַּבּוּ בָתֵּיהֶם לַאֲחֵרִים *et transferentur domus eorum ad alios*, cf. in Kal Num. XXXVI, 7. — 2) i. q. Kal no. 2 *circumdedit* Iud. XIX, 22, sq. עַל sensu hostili Gen. XIX, 4. Jos. VII, 9.

Pi. סִבֵּב i. q. Kal no. 4 *convertit* i. e. *mutavit*. 2 Sam. XIV, 20: לְסַבֵּב אֶת־פְּנֵי הַדָּבָר *ad mutandam faciem rei.*

Po. סוֹבֵב 1) i. q. Kal no. 2 *circumivit, ambivit*, sq. בְּ Cant. III, 2, sq. acc. *obivit locum* (im Orte umhergehn) Ps. LIX, 7. 15, circumivit locum (einen Ort umgehn) Ps. XXVI, 6, sq. עַל sensu hostili Ps. LV, 11. 2) i. q. Kal no. 3 *circumdedit* Jon. II, 4. 6, sq. dupl. acc. (aliquem aliqua re) Ps. VII, 8. XXXII, 7. 10, max. tuendi et defendendi gratia Deut. XXXII, 10. Jer. XXXI, 22: נְקֵבָה תְּסוֹבֵב גָּבֶר *mulier tuetur virum* (Cf. II. 1, 37: δς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, et verba arabica حَلَّ, حَلَّلَ, quae circumdandi et tuendi vim habent).

Hiph. הֵסֵב, fut. יָסֵב et יִסֹּב 1) causat. Kal no. 1 *se convertere iussit* Ex. XIII, 18: וַיַּסֵּב אֱלֹהִים אֶת־הָעָם דֶּרֶךְ הַמִּדְבָּר; trans. *vertit* 1 Reg. VIII, 14: וַיָּסֶב הַמֶּלֶךְ; trans. *vertit rex faciem suam.* XXI, 4. 2 Reg. XX, 2. הֵסֵב עֵינָיו מִן avertit oculos ab al. Cant. VI, 5. Transl. עַל הֵסֵב לֵב פ׳ convertit s. direxit animum al. ad aliquem vel aliquid Esr. VI, 22 cf. 1 Reg. XVIII, 37 et omisso לֵב 2 Sam. III, 12: לְהָסֵב אֵלֶיךָ אֶת־כָּל־יִשְׂרָאֵל *ad omnes Israelitas tibi conciliandos.* A convertendo est *transtulit*, sq. בְּ pers. *ad* aliquem 1 Par. X, 14: וַיָּסֶב אֶת־הַמְלוּכָה לְדָוִיד *et* (Jova) *transtulit imperium ad Davidem*, sq. אֶל loci (in al. locum) 1 Sam. V, 8. 9. 10. 1 Par. XIII, 3, acc. loci 2 Sam. XX, 12: וַיָּסֵב אֶת עֲמָשָׂא בֵּן הַמִּסְלָה הַשָּׂדֶה. — 2) causat. Kal no. 2 circumire s. ambire fecit i. e. *circumduxit*, v. c. homines Ezech. XLVII, 2, muros 2 Par. XIV, 6. (Cf. syr. ܣܒ circumdedit, munivit, حَائِطٌ murus, a حَلَّ).

3) causat. Kal no. 4 *convertit*, *mutavit*. 2 Reg. XXIII, 34: וַיַּסֵּב אֶת־שְׁמוֹ יְהוֹיָקִים *et mutavit nomen eius in Jojakimum.* XXIV, 17. — 4) intrans. a) i. q. Kal no. 1 *vertit se* 2 Sam. V, 23, b) i. q. Kal no. 2 *circumivit* locum, c. acc. Jos. VI, 11. c) i. q. Kal no. 3 *cinxit* idque hostiliter Ps. CXL, 10.

Hoph. הוּסַב fut. יוּסַב 1) *vertit se*, *versavit se*, valva ianuae Ez. XLI, 24, rota plostelli Jes. XXVIII, 27. — 2) *cinctus est* Exod. XXVIII, 11. XXXIX, 6. 13. — 3) *conversus*, *mutatus est.* Num. XXXII, 38.

סְבָה f. *conversio*, *directio* rerum (eine Schickung) a Deo proficiscens 1 Reg. XII, 15, i. q. נְסִבָּה 2 Par. X, 15.

סָבִיב m. subst. *circuitus* 1 Par. XI, 8. Hinc מִסָּבִיב *a circuitu*, *undiquaque*, *circumquaque* (rings von allen Seiten) Iob. I, 10. Ezech. XXXVII, 21. Jos. XXI, 42 et saepe. LXX. κύκλοθεν. מָגוֹר מִסָּבִיב terror undiquaque Ps. XXXI, 14. Jer. VI, 25. XX, 3. 10. XLVI, 5. מִסָּבִיב לְ e circuitu alic. rei, *rings von* (einer Sache) *weg* Num. XVI, 24. In Acc. סָבִיב adv. *circum* Gen. XXIII, 17. Ps. III, 7. XII, 9. XCVII, 3. Iob. X, 8. XVIII, 11. XIX, 10 et saepe. LXX. κύκλῳ. Post verbum motus (rings hin) Jes. XLIX, 18. LX, 4. סָבִיב כָּבִיב *circumcirca* Ezech. XL, 5 sq. סָבִיב לְ praep. *circum* (aliquid) v. c. סָבִיב לְמִשְׁכָּן circum tentorium Ex. XL, 33. Num. I, 53. II, 2. Iud. VII, 21. Ps. LXXVIII, 28. CXXV, 2. CXXVIII, 3. Cant. III, 7. Nah. III, 8. Iob. XIX, 12, סָבִיב עַל id. Jer. XII, 9. Semel sq. genit. (praep.) סְבִיב הָאָרֶץ circa terram Am. III, 11.

Pl. m. סְבִיבִים 1) (homines) *qui sunt circa* al., i. e. *vicini* Jer. XLVIII, 17. 39. — 2) *loca circumiacentia* (les environs), *vicina*. Jer. XXXIII, 13: בְּסִבִיבֵי יְרוּשָׁלַם *in vicinia Hierosolymae.* XXI, 14: אֶת־כָּל־סְבִיבֹתֶיהָ. Ps. LXXVI, 12. LXXXIX, 8. XCVII, 2. — 3) cum Suff. praep. *circum* (aliquem). Ps. L, 3: סְבִיבָיו מְאֹד נִשְׁעָרָה *circa cum tempestas saevit.* Jer. XLVI, 14. Thren. I, 17.

Pl. f. סְבִיבוֹת 1) *circuitus* (die Umläufe), *circuli*, *orbes*, quos aliquis percurrit. Eccl. I, 6: וְעַל סְבִיבוֹתָיו שָׁב הָרוּחַ *et ad circulos suos redit ventus*, denuo orditur orbes suos, denuo in orbem ire incipit. — 2) i. q. סְבִיבִים no. 2 *loca circumiacentia* (Umkreis) sq. genit. סְבִיבוֹת יְרוּשָׁלַם quae circum Hierosolyma sunt. Neh. XII, 28. Num. XXII, 4: אֶת־כָּל־סְבִיבוֹתֵינוּ *quidquid est* circa *nos.* Dan. IX, 16. Ps. XLIV, 14. LXXIX, 4. — 3) in st. estr. in praep. abit, *circum*, *circa*. Num. XI, 24: סְבִיבוֹת הָאֹהֶל *circum tentorium.* Ex. VII, 24: סְבִיבוֹת הַיְאֹר. Ez. VI, 5. Ps. LXXIX, 3. Iob. XLI, 6. Saepe c. suff. סְבִיבֹתַי circa me Iob. XXIX, 5. Ps. XXVII, 6, סְבִיבֹתֵינוּ circa nos Neh. V, 17. VI, 16, סְבִיבֹתֶיךָ circa te Iob. XXII, 10, סְבִיבֹתֶיהָ Ez. V, 12. 14. 15, סְבִיבֹתָיו circa eum Ps. XVIII, 12, סְבִיבֹתֵיהֶם Gen. XXXV, 5 et סְבִיבֹתָם 2 Reg. XVII, 15.

מֵסֵב m. 1) subst. *consessus*, *triclinium*, *pulvinaria* more Orientalium *in orbem posita* Cant. I, 12, cf. ad rad. no. 3 extr. — 2) adv. *circumcirca* 1 Reg. VI, 29. Pl. מִסְבּוֹת id. Iob. XXXVII, 12. — 3) pl. cstr. praep. *circa.* 2 Reg. XXIII, 5: מְסִבֵּי יְרוּשָׁלַם circa Hierosolyma.

מוֹסָב m. *circuitus* domus, id quod aedificium *cingit* (Umgang). Ez. XLI, 7.

נִסְבָּה pr. part. Niph. i. q. סָבָה q. v.

סָבַךְ *plexuit*, *perplexuit*, *implicuit*, max. ramos. (Vide שָׂבָךְ. Arab. شبك II. id. V. VI. VIII. pass. شَبَكَةٌ rete, شُبَّاكٌ cancelli. Melit. *schebbek* texuit, *schibke* rete. Zab. סבך Ithpe. implexus fuit. Cognata sunt בוך, אָבַךְ. Emollita littera ב ex hac rad. orta est עוך quiesc. שׂוך). Part. pass. Nah. I, 10: סִירִים סְבֻכִים *spinae perplexae*, cf. de h. l. ad rad. סָבָא.

Pu. pass. de radicibus perplexis. Iob. VIII, 17. Hinc

סֹבֶךְ m. (Kamez impuro) *rami perplexi*, *dumetum* Gen. XXII, 13. Eodem pertinet בְּסֹבֶךְ־עֵץ Ps. LXXIV, 5, ut (־) sit Kamez longum, quanquam Metheg in oditt. desideratur. Simile exemplum est נְגִינֹת־חֶלְקִי Ps. XVI, 5, quod omnia exempla sine Metheg scribunt, quanquam *mēnā* legendum esse certissimum est cf. XI, 6. Pauci codd. בְּסֹבֶךְ, v. בְּסָבֶךְ. Ben Ascher בְּסֹבֶךְ.

סָבֹךְ id. unde pl. cstr. סְבֹכֵי חֲנֵיר Jes. IX, 17 et X, 34, quo loco Kimchius et nonnulli codd. ap. J. H. Mich. legunt סְבֻכֵי, סְבָכֵי, סִבְכֵי (v. de huius generis Schwa compos. Lgb. p. 77).

סֹבֶךְ id. Cum suff. סִבְכּוֹ (Dag. forti euphon.) Jer. IV, 7, ubi alii (v. Kimchium) סָבְכוֹ (ut תַּעֲבֹד Iob. XXXIII, 25).

סַמְבְּכָא chald. f. Dan. III, 5 et שַׂמְבֻכָא ibid. 7. 10. 15 *sambuca* gr. σαμβύκη, σαμβύκης (Athen. IV, 175), σάμβυξ, ζαμβύκη Hesych. adeoque ἰαμβύκη (v. Salmas. in not. ad Polluc. IV, 59 p. 280), instrumentum pulsatile harpae vel nablio simile, soni acuti, sed quattuor tantum fidibus munitum. De origine eius Athenaeus IV p. 175 d. e postquam hos Philemonis versus laudavit: *οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν οὖν οἶσθ' ἀγαθόν. οὐδὲ σαμβυκίστριαν;* ita pergit: *καὶ τὸ τρίγωνον δὲ καλούμενον ὄργανον Λύδιος ἐν τετάρτῳ θεατρικῆς ἱστορίας Σίρων εὕρημά φησιν εἶναι, ὡς καὶ τὸν καλούμενον λυροφοίνικα* [ita etiam p. 183 c., an forte *συροφοίνικα?*] *σαμβύκην.* Quibuscum conveniunt haec Strabonis (X p. 471 Casaub.): *καὶ τῶν ὀργάνων ἔνια βαρβάρως αὐτὰ ὀνόμασται, νάβλα καὶ σαμβύκη κ. τ. λ.*, neque profecto audiendi, si qui de Sambyce eius inventore somniabant (Athen. XIV, p. 637 b). Idem Athenaeus alibi (XIV p. 633 f): *μετὰ δὲ ταῦτα ζητήσεως γενομένης περὶ σαμβύκης, ἣν ὁ Μασσίριος ὀξυφθόγγου εἶναι μουσικὸν ὄργανον τὴν σαμβύκην, διελέχθαι τε περὶ αὐτοῦ Εὐφορίωνα τὸν ἐποποιὸν .... χρῆσθαι φήσας αὐτῷ Ἡσίοδος καὶ Τυρταῖος, τετραχόρδῳ ὄντι.* Hesych. *Σαμβύκη, οὐ μόνον τὸ μουσικὸν ὄργανον, οὗ μέμνηται Λῦδος, ἀλλὰ καὶ πολιορκητικὸν κ. τ. λ.* Vide eund. v. ζαμβύκη ibique Albertium. Suid. v. *σαμβύκαι.* Phavor. h. v. Pers. 5, 95: sambucam citius caloni aptaveris alto. Vitruv. 6, 1. 10, 22. Du Fresne Glossar. gr. et Glossar. lat. his vcc. Apud Graecos et Romanos muliebre et meretricium fere instrumentum fuisse videtur, quod quae pulsabant, *σαμβυκίστριαι* Plut. Anton. 9, *sambucinae* Plaut. Stich. 2, 2, 57, *sambucistriae* Liv. 39, 6. Arnob. 2, 42. Fest. h. v., etiam *σαμβίκαι* Polyb. 5, 37, *sambucae* Spartian. Hadr. 26 appellatae sunt, sed hoc tamen improprie, ut nos dicimus: bey der Lustbarkeit waren zwei Harfen und zwei Flöten. — Quod de Semitica vocis origine memoriae produnt Athenaeus et Strabo (v. supra), id etymo quoque et re ipsa firmatur, quum harpae genus a similitudine *retis* (شَبَكَةٌ) facile appellari posset (ex duplici ב factum est mb, ut אַצִּיב ambubaja; וְזַמְבָּל *Τεράμβιλος*): contra aptam eius originem in lingua Graeca vix invenias, nam lat. *sambucus*, *sabucus* (Hollunder), quod comparavi ed. 1, respondet gr. *σάμψυχον*, ex Latina autem lingua id vocabuli petitum esse non credibile est. Ceterum hanc originem significat Isidor. Origg. 2, 20: „Sambuca in Musicis, species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis, unde et tibiae componuntur.“ Eodem redit, quod *Sambuca* etiam de baculo pastorali dicitur (sc. sambucino).

סַבְּכַי (pro סִבְכַי וְיְ silva Jehovae i. e. turba populi Dei, cf. עַם) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. XXI, 18. 1 Par. XI. 29 (pro quo 2 Sam. XXIII, 27 corrupte וְמֵבֻנַּי) XX, 4. XXVII, 11.

סָבַל fut. יִסְבֹּל *baiulavit*, *portavit* grave onus. (Syr. chald. zab. id. Finitimae radices sunt שָׁבַל, שׁוּל post se trahere, *schleppen*, unde שֹׁבֶל, שׁוּל syrma, *Schleppe* des Kleides, et סָבַל pr. dictum esse videtur de gravissimis oneribus, quae non in humeros sublata portamus, sed ita ut terram verrant, nostr. *schleppen*, quanquam Chaldaeorum usus ab hac origine deflectit, v. infra. Apud hos *portandi* significatu usitatius etiam est נָשָׂא). Jes. XLVI, 4. 7. Gen. XLIX, 15. Translate *tulit dolores*, *peccata* alic. i. e. poenas dedit, quas alius commerit Jes. LIII, 4. 11. Thren. V, 7.

Pu. part. *onustus* sc. fetu, inde *gravidus*, de bubus Ps. CLXIV, 14. Cf. arab. حَامِلٌ portans, in utero gestans, ثَقِيلٌ gravis fuit, in utero gestavit. Syr. ܚܒܠܬܐ onusta, gravida. BH. 421, l. 14. Plura dabit Bochartus Hieroz. I, 296 Lips.

Hithp. הִתְסַבֵּל *molestus factus est.* Eccl. XII, 5. Vid. de h. l. sub v. חָגַב p. 444.

סְבַל chald. i. q. hebr. it. *sustulit* (cf. נָשָׂא), *erexit.*

Poal. pass. *erectus est.* Esr. VI, 3: וְאַשִּׁיהָ מְסֻבָּלִין *et fundamenta eius erigentur.* Sic chald. Deut. XXIV, 15 Targ. (ubi נַפְשֵׁיהּ סָבֵל est i. q. hebr. נָשָׂא אֶת־נַפְשׁוֹ efferre animam ad), et sam. ⲥⲁⲃⲁⲗ erexit Gen. XIII, 10.

XXXI, 17. Male Vulg. et (ut ponantur) fundamenta portantia i. e. firma, ferendis structuris apta. Sed ita etiam Aben Esra.

סֶבֶל m. *baiulatio*, *labor gravis* et molestus Ps. LXXXI, 7, grave onus Neh. IV, 11, inde *grave negotium* 1 Reg. XI, 28.

סֹבֶל c. suff. סִבְלוֹ (cum dag. forti euphon. et Schwa comp. pro סִבְלוֹ) *baiulatio*, inde *onus grave*. Jes. X, 27. XXIV, 25. עֹל סִבְלוֹ ingnm quod (populus) portat, quod ei oneri est, ibid. IX, 3. De vocalium ratione in סִבְלוֹ v. Lgb. p. 87, quibuscum consentit Kimchi in Michlol p. 212. Neque iis assentire possum, qui ducant a forma Pualica סִבֵּל (Simon.), unde c. suff. esset סִבְּלוֹ, neque his, qui statum absol. ponunt סָבֵל (Ewald. gr. §. 426).

סַבָּל m. *baiulus* 2 Par. II, 1. 17. XXXIV, 13. Neh. IV, 4. — 1 Reg. V, 29 (15) per appositionem dictum est נֹשֵׂא סָבָל.

סִבְלָה vel סִבְלָה f. tantum in pl. cstr. סִבְלוֹת *baiulationes*, labores molesti et operosi Exod. I, 11. II, 11. V, 4. 5. VI, 6. 7.

* * *

סִבֹּלֶת ex Ephraimitarum dialecto i. q. שִׁבֹּלֶת *spica* Iud. XII, 6.

סָבַר chald. 1) pr. portavit (vic. סָבַל), sustinuit, sustentavit. Ita saepe in Targg., Po. סוֹבַר syr. ; id. — 2) certo *speravit*, *confisus est*, it. *credidit*, *putavit* (cf. dafür halten). Vide Buxt. h. v. no. 2. 3. Saepe enim in Targg. ponitur pro hebr. חָשַׁב, קָוָה. Syr. in Pe. putavit, pro gr. *νομίζω*, *δοκέω*, Pa. speravit. Semel in V. T., Dan. VII, 25: וְיִסְבַּר לְהַשְׁנָיָה *sperat* (confidit) *se mutaturum esse*. Theod. *ὑπονοήσει τοῦ ἀλλοιῶσαι*. Alex. *προσδέξεται*. Vulg. putabit quod possit mutare. Hebr. ויחשב לשנות.

סִבְרַיִם (spes gemina) n. pr. oppidi Syriae Damasceni inter et Hamathani siti, aliunde non cogniti Ez. XLVII, 16. Vulg. Sabarim.

סַבְתָּה Gen. X, 7 (21 codd. שבתה) et סַבְתָּא 1 Par. I, 9 n. pr. gentis et regionis Cuschiticae. Ex veteribus Josephus (Ant. 1, 6 §. 2) intelligit *Ἀστα-βόρους* i. e. Astborae accolas, et eodem redit Pseudoj., apud quem pro סמראי non dubitans (ex Targ. in Paralipp.) repono סמראי i. e. *Sembritas* s. Sebritas, de quibus Strabo XVI p. 786 Casaub.: *ἄλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμετίχου, καλοῦνται δὲ Σεμβρῖται* (al. *Σεβρῖται*), *ὡς ἂν ἐπιλυθῆς*. Plin. 6, 35 s. 30: „proximae insulae oppidum Semberritarum sub regina.“ Admodum probabilia autem docet Pseudojonathan: namque in ipsa hac Sembritarum regione erat urbs antiqua *Σαβάτ*, vel (ת enim in his radicale non est) *Σαβά*, *Σαβαί* ad oram sinus arabici, ibi fere sita, ubi nunc Arkiko, in cuius vicinia elephantos venari solebant Ptolemaei v. Strabo p. 770 et Ptolem. IV, 10, qui *Σαβάτ* ad sinum Adulitanum ponit longit. 68, lat. 12′, 20. Non placent, qui *Sabotham* intelligunt, Atramitarum (v. חַדְרָם) in Arabia felice metropolin Solis cultu ac thure ibi collecto nobilem (Theophr. hist. plant. 9, 4. Plin. 6, 28 s. 32 et 12, 14 s. 32: thus collectum Sabotha camelis convehitur): nam metropolin Cuschaeam in medio populo Joctanitico (vide Gen. X, 26) vix exspectaveris. Remotius etiam est, quod Niebuhrius (Arabien p. 289) confert شَبام, Hadramauti metropolin (v. Abulf. Arabiam p. 36 ed. Rommel).

סַבְתְּכָא (cod. Sam. סבתכה) Gen. X, 7. 1 Par. I, 9, ut praecedens, n. pr. gentis et regionis Cuschiticae, in Aethiopia, ut videtur, quaerenda, sed admodum incerta. LXX. Vat. *Σαβαθαχά*, sed plerique codd. *Σαβαχαθά*, *Σεβαχαθά*. Pseudoj. reddit זנגאי, et Targ. Paralip. דנגאי i. e. الزنج Nigritas in Africae littore orientali. Saad. دمس, quod quid sit ignoro. Ceterum de SBTK s. *Sabatoca*, nomine proprio Aethiopum in monumentis Aegyptiacis v. infra s. v. כוּשׁ, quo hoc certe efficitur, סבתכא vix aliunde quam in Aethiopia quaerendum esse. Eo minus credibilia docent Bochartus (Phaleg IV, 4), qui pro falsa sua de Cuschaeis opinione *Samydacem*, Caramaniae urbem, arcessit, et Schultheusius (Paradies p. 109), qui *Sabochostam*, Persiae propriae urbem (Assem. bibl. III, 1 p. 773) confert.

סְגִים v. סִיגִים s. rad. סוג.

סָגַד fut. יִסְגֹּד *procubuit* adorandi caussa, sq. לְ Jes. XLIV, 15. 17. 19. XLVI, 6, recentioris Hebraismi et Chaldaismi verbum, ubique de idolorum cultu usurpatum (v. quae observavimus hist. ling. hebr. p. 58). Vide chald.

סְגִד Dan. II, 46 (cf. Jes. XLIV, 16 Targ.), fut. יִסְגֵּד chald. *procubuit* ad adorandum idolum, sq. לְ Dan. III, 5. 6. 10—12. 14. 15. 28, ad honorem exhibendum homini ib. II, 46. (In Targg. saepius utroque sensu, pro hebr. קָדַד et הִשְׁתַּחֲוָה. Syr. et zab. id. Arab. caput deorsum inclinavit cum animo submisso, quod fieri solet in precibus faciendis, ubi terram fronte tangunt, it. adoravit hominem; intrans. humilis, depressus fuit IV. inclinavit caput, مَسْجِد, مَسْجِد, non مَسْجِد, gall. la Mosquée, omissa dentali, quam servarunt Itali et Hispani in *mescheta*, *meschita*. Aethiop. **ሰገደ**: inclinavit et prostravit se, coram hominibus et numine, **መስገድ**: Mosquea. De origine radicis si coniectura

facienda est, גד dixerim convenire cum קָדַד inclinavit se, praemisso sibilo).

סְגַל rad. inusit. chald. סִיגֵל (pro סָגֵל) acquisivit, סְגוּלְתָא peculium. Vicinum est verbo סָגַר et origo in claudendo, concludendo opes.

סְגֻלָּה f. *peculium*, *opes*. 1 Par. XXIX, 3. Eccl. II, 8. Saepius de populo Israëlitico, ut *Dei peculio* Ex. XIX, 5. Deut. VII, 6. XIV, 2. XXVI, 18. Ps. CXXXV, 4. Mal. III, 17. Cf. נְחֻלָּה no. 2, c.

סָגָן vel סֻגָּן, tantum in pl. סְגָנִים m. *praefectus*, *praetor*, in V. T. 1) de summis quibusdam magistratibus Babyloniorum, ut videtur, *praefectis provinciarum* Jer. LI, 23. 28. 57 (ubi copulatur cum פַּחוֹת). Ez. XXIII, 6. 12. 23, cf. Jes. XLI, 25. — 2) de praefectis et antistitibus populi Hierosolymitani tempore Esrae et Nehemiae, Esr. IX, 2. Neh. II, 16. IV, 8. 13. V, 7. 17. VII, 5. XII, 40. XIII, 11, ubi saepe copulatur cum חֹרִים nobilibus. In Targg. redditur שַׁלִּשִׁין dominatores Jes. l. c. טִירְנִין principes Jer. LI, 23, sed ipsi Targumistae סְגַן כָּהֲנַיָּא *praefectus sacerdotum* adhibent de vicario summi sacerdotis, כָּהֵן חִנְשִׁיָּה Jer. LII, 24, aliisque sacerdotibus principibus 2 Reg. XXIII, 4. Jer. XX, 1 (pro עָגִיד בֵּית יְיָ. XXIX, 26 (pro פְּקִיד בֵּית יְיָ). Esth. I, 2 Targ. sec., et ita Talmudici de viris principibus Sanhedr. fol. 106, 1, et de vicario summi sacerdotis (Gem. Hieros. Joma 3 fol. 41, 1). Quod ad originem attinet, sunt qui pro Semitica habeant hanc vocem, cognatam vc. סְגַן: sed rectius a plerisque peregrina censetur ex vetere lingua Persica petita. In recentiore lingua Persica respondet شَحْنَه praetor, satrapa Cast., quod etiam in Arabicam et Syriacam transiit. Et illi quidem scribunt شِحْنَة, unde شَحَن satrapam fecit vit. Salad. 50, 65. Abulph. 427, ܫܚܢܬܐ munus satrapae Abulf. Ann. III, 428. 448, hi مُشَحِّنَة, quod de *satrapa*, s. praefecto provinciae eoque militari legitur BH. 305, 13. 311, 2. 314, 4. 316, 1. 467, 2. 530, 5. Ex vetere Persismo alia eius vestigia esse videntur in פַּחַת סָגָן (q. v. i. e. edictum *principis*, et in gr. ζωγάνης Athen. XIV p. 639 c, quod nomen in feriis Saceis gessit servus regio cultu ornatus. Verba sunt: ... ἐν αἷς [πέντε ἡμέρας τῆς ἑορτῆς] ἔθος εἶναι ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καὶ καλεῖσθαι ζωγάνην. Etymon tamen incertum. Benfey (Monatsnamen p. 193. 194) suspicatur sub נָגַן, סָגַן latere sanscr. *çangha*, vel potius *çâsana* iussum, quod zendice esset *çâŏghana*: sed magis placet Bohlenius, qui vocem scribit (in observatt. inedit.) *sugana* (cf. ζωγάνης) q. d. *εὐγενής* nobilis, generosus (cf. תִּרְשָׁתָא). LXX. *στρατηγός*, *ἄρχων*.

סָגַן chald. id., pl. סְגָנִין *praefectus provinciae* Dan. III, 2. 27. VI, 8 (ubi copulatur cum satrapis et subpraefectis אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא). Sed Dan. II, 48 רַב סַגְנִין dicitur de summo praefecto (Magorum). LXX. *στρατηγός*.

I. סָגַר fut. וְיִסְגֹּר *clausit*. (Vic. est סָכַר, sed illud usitatius, cf. etiam סָגַל. Syllaba primaria est גר, cf. חָגַר. Aethiop. ሰገረ: reti cepit, illaqueavit feras et pisces, pr. reti inclusit, መሰገርት: rete. Constr. sq. acc., ut clausit ianuam Gen. XIX, 10. 2 Par. XXIX, 7. Neh. VI, 10. Mal. I, 10, portam Jos. II, 7. Ez. XLVI, 12, uterum feminae 1 Sam. I, 5. Iob. III, 10 (sc. ne conciperet, i. e. sterilem eam reddidit), hiatum moenium 1 Reg. XI, 27, translate cor suum Ps. XVII, 10 (cf. 1 Joh. III, 17). Dicunt: סָגַר הַבַּיִת clausit portam post se (si quis intravit in domum s. locum clausum) Gen. XIX, 6, sed saepius eodem sensu סָגַר דֶּלֶת בְּעַד 2 Reg. IV, 33. Jes. XXVI, 21, et ellipt. סָגַר clausit post se Iud. IX, 51, it. סָגַר דֶּלֶת בְּעַד פ׳ clausit ianuam post aliq., de eo, qui alium includit in locum clausum 2 Reg. IV, 4. 5, et omisso דֶּלֶת Gen. VII, 16. Vide בְּעַד no. 2. Similiter Iud. III, 22: וַיִּסְגֹּר *et clausit adeps post laminam* pugionis i. e. adeps statim implevit vulnus pugionis ictu ortum et ita inclusit pugionem, sed Gen. II, 21: וַיִּסְגֹּר בָּשָׂר תַּחְתֶּנָּה *et clausit* (Deus) *carnem loco eius* (costae). Cave autem cum hac structura confundas eam, in qua בְּעַד est: *circum*, de qua statim. Namque pro acc. ponitur etiam a בְּעַד circum (v. h. v. no. 3), pr. circumclusit. 1 Sam. I, 6: כִּי־סָגַר יְהוָה בְּעַד רַחְמָהּ *nam Jehova clauserat uterum eius* (cf. Comm. 5: יְהוָה סָגַר רָחְמָהּ); b) sq. עַל Exod. XIV, 3: סָגַר עֲלֵיהֶם הַמִּדְבָּר *concludit* s. *circumcludit eos desertum* (v. עַל Iob. XXVI, 9. XXXVI, 30). Iob. XII, 14: יִסְגֹּר עַל־אִישׁ *claudit super viro* (sc. carcerem subterraneum); c) sq. לִקְרַאת praegn. Ps. XXXV, 3: *stringe hastam* וְסָגֹר לִקְרַאת רָדְפָי *et intercludе viam in occursum persecutorum meorum* i. e. te obiicieus persecutoribus meis. (De alia vocis סָגַר in h. l. explicatione v. infra h. v.). d) absol. *claudere* pro *claudere ianuam* vel portam. Jes. XXII, 22 et exempla supra laudata ad locutionem סָגַר בְּעַד פ׳. — Jos. VI, 1: וִירִיחוֹ סְגֻרָה יְסֻגֶּרֶת *et Jericho clauserat* (portas) *et obserata erat*, ubi Kal refertur ad portas clausas (opp. apertis), Pu. utpote intensivum eas pessulis vectibusque obseratas fuisse significat. Vulg. *Jericho autem clausa erat atque munita*. Chald. *et Jericho erat clausa foribus ferreis et roborata vectibus aeneis*.

Part. pass. סָגוּר *clausus* Ez. XLIV, 1. 2. XLVI, 1, dein *pretiosus*, inde זָהָב סָגוּר aurum pretiosum, i. e. purum, sincerum, opp. vulgari, adulterato 1 Reg. VI, 20. 21. VII, 49. 50. X, 21. 2 Par. IV, 20. 22. IX, 20. Idem est subst. סְגוֹר Iob. XXVIII, 15. Kimchi: הוּא הַזָּהָב הַטָּהוֹר הַנִּקִי. Vulg. aurum purum. Chald. aurum bonum. J. D. Michaëlis (suppl. pag. 1718 coll. שכך

arbor, intelligere volebat aurum dendroides i. e. nativum: sed arab. شَعْر convenit potius cum hebr. שְׂעָר crinis, a nostra certe radice alienum est. Minus etiam probandum, quod Ewaldus (ad Iob. l. c.) confert arab. سجر „schwellen, sieden, kochen", unde דָּ֫גוֹר aurum depuratum. Coquendi enim vel potius liquefaciendi vis illi radici temere tribuitur.

Niph. pass. Kal *clausus est*, de iannis, portis Jes. XLV, 1. LX, 11. Neh. XIII, 19. Ez. XLVI, 2; *conclusus, inclusus est*, de hominibus Num. XII, 14. 15. 1 Sam. XXIII, 7, et reflex. *conclusit se* Ez. III, 24.

Pi. סָגַר i. q. Hiph. no. 2 *tradidit*, sq. בְּיַד פ׳ in potestatem alic. (pr. concludendum tradidit) 1 Sam. XVII, 46. XXIV, 19. XXVI, 8, absol. 2 Sam. XVIII, 28. (Ita gr. *συγκλείω* Rom. XI, 32. Gal. III, 22. Diod. 19, 19 et *καταχλείω* ib. 20, 74 ibique Wesselingium).

Pu. clausus est Jos. VI, 1 (v. ad Kal). Jes. XXIV, 10. Jer. XIII, 19.

Hiph. הִסְגִּיר 1) *clausit* domum Levit. XIV, 38, *conclusit* aliquem Lev. XIII, 4. 5. 11. 21. 26. 31. 33. 50. 54. — 2) *concludendum tradidit* aliquem, pr. *in custodiam tradidit*, tradidit ergastuli custodibus Iob. XI, 10, inde *tradidit* in potestatem alic., sq. בְּיַד Jos. XX, 5. 1 Sam. XXIII, 12. 20. Ps. XXXI, 9. Thren. II, 7, sq. אֶל Deut. XXIII, 16. Iob. XVI, 11, לְ Am. I, 6. 9, passim fortius: permisit potestati et arbitrio alic. (jemandem Preis geben) Ps. LXXVIII, 48: וַיַּסְגֵּר לַבָּרָד בְּעִירָם. Contm. 50. 62. Absol. *arbitrio* (aliorum) *permisit rem, proiecit, deseruit* eam. Deut. XXXII, 30: יְהוָה הִסְגִּירָם. Am. VI, 8: הִסְגַּרְתִּי עִיר וּמְלֹאָהּ. Obad. 14. (Sunt, qui hanc tradendi potestatem in Pi. et Hiph. no. 2 aliunde quam a claudendo profectam putent, velut a profundendo et effundendo, ut סגר idem valeat quod מגר, נגר coll. סַגְרִיר; sed propriam vim monstrat usus verbi Iob. XI, 10, eademque ratio est graeci *συγκλείω, καταχλείω*).

סָגַר chald. *clausit*. Dan. VI, 23. (In Targg. אַסְגַּר, sed utuntur hoc verbo tantum de leproso, alibi verbo אֲחַד, unde סְגִיר leprosus, סְגִירוּ lepra. Syr. ܣܓܪ clausit, sepivit, prohibuit).

סְגוֹר m. 1) *clausura*. Hos. XIII, 8: סְגוֹר לִבָּם *clausura cordis eorum* i. e. praecordium. — 2) i. q. זְהַב סָגוּר aurum pretiosum Iob. XXVIII, 15, v. rad. in Kal ad Part. — 3) In verbis Ps. XXXV, 3: דָּחֳקוּ וְלֹא דָמּוּ fuerunt iam inter veteres, qui סְגוֹר לְקַרְאַת רִדְפִי telorum genus esse suspicarentur (Kimchi: חשוב מכלי מלחמה), idque recentiores vindicare studuerunt coll. arab. شِجَار hasta lignea, gr. *σάγαρις* (bipennis, ensis anceps Orientalium) Herod. 1, 215. 4, 5. 70. 7, 64, quod esse videtur armen. սագր *sacr.* Sed non opus est ista peregrina arcessere, quum vulgaris linguae usus aptam sententiam efficiat, v. ad rad. Addit Kimchius: ויש לפרש סְגוֹר צווי מהענין הראשון כלומר סגר לקראתם שלא יעברו וירדפו אחרי.

סוֹגֵר m. *cavea* leonis gr. *κλεῖθρον* Ezech. XIX, 9. LXX. *κημός*. V. Bochart. Hieroz. I, p. 765. Talmud. dicitur de capistro Schabb. fol. 51, 2: sed nihil hoc ad locum Ezechielis.

מַסְגֵּר m. pr. part. Hi. claudens, 1) *claustrarius* (opifex), qui claustra et pessulos facit 2 Reg. XXIV, 14. 16. Jer. XXIV, 1. XXIX, 2. — 2) *quod* claudit, *claustrum, carcer* Jes. XXIV, 22. XLII, 7. Ps. CXLII, 8.

מִסְגֶּרֶת f. pl. מִסְגְּרוֹת 1) *claustra*, poët. de urbibus munitis Ps. XVIII, 46. Mich. VII, 17. — 2) *taeniae, margines* (Randleisten), ab *includendo* dictae Ex. XXV, 25 sq. XXXVII, 14. — 3) 1 Reg. VII, 28. 29. 31. 32. 35. 36. 2 Reg. XVI, 17 ornamenta in basibus aeneis pelvium, quae *scuta* quadrata opere caelato ornata a quattuor basium lateribus fuisse apparet, vide 1 Reg. VII, 28. 29. 31.

* * *

סַגְרִיר *pluvia vehemens, imber*. Semel legitur Prov. XXVII, 15: *stillicidium* יוֹם סַגְרִיר *tempore imbris*. LXX. ἐν ἡμέρᾳ χειμερινῇ die pluviali, non ut Vulg. *die frigoris*. Targ. סַגְרִירָא. Syr. ܣܓܪܝܪܐ, sec. Lex. Adl. بَرْد شَدِيد مَطَر *frigus vehemens et pluvia*, et hoc quidem rectius, cf. sam. אסגרא (lege אסגר) pro hebr. גֶּשֶׁם imber Lev. XXVI, 4. Originem vocis Kimchius revocat ad claudendi potestatem, „quoniam tempore imbris homines in domibus inclusi tenentur" [cf. Iob. XXXVII, 7]; alii ab arab. سجر aqua implevit fluvium, effudit aquam (in guttur), II. ad fluxum dimisit aquam; mihi סַגְרִיר ortum videtur a rad. סָחַר verrit, rapuit, abripuit, arab. speo. abripuit aqua terram, جارور torrens, praemisso sibilo, velut chald. סְגַלְגַּל i. q. גַּלְגַּל; ܣܓܪܝܪ = נָגִיר al. quae laudavimus Lgb. p. 862.

סָדַד in verbo inusit. Arab. سَدَّ *obstruxit, occlusit*, velut obice, vide Schult. ad Iob. 340. Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1166.

סַד *nervus, cippus* i. q. נְהֻשְׁתַּיִם (p. 388. 389), lignum, quo pedes captivi concludebantur Iob. XIII, 27. XXXIII, 11. Talmud. סַדְיָא prelum (a similitudine cippi). Zab. ܣܕܐ i. q. hebr. Norb. Lex. 149. Syr. ܣܕܐ pro gr. *ξύλον* Act. XVI, 24, ܣܕܐ Act. Mart. II, 178. Bar Bahlul: مِقْصَرَة ... ܣܕܐ *cippus captivorum, compes*, et dein: ܣܕܐ ... ܣܕܐ ... ܣܕܐ المقاطر i. e. *in pl. id in quod iniiciuntur pedes captivorum, in sing. species quaedam compedum.*

סָדַם rad. in verbo inusit., unde

סְדֹם (vel i. q. שַׁדְמָה arvum, vinea cf. *uvae Sodomae* Deut. XXXII, 32, et עֲמֹרָה; vel ustio, conflagratio coll. שַׁדְמָה i. q. שַׂרְפָה, erat enim Sodoma in solo bituminoso exstructa et propterea crebris soli incendiis obnoxia, ut ea Phrygiae pars, quam *καταικεκαυμένην* appellant) *Σόδομα*, *Sodoma* n. pr. urbis regiae Cananitarum, in valle Siddim austrum versus (v. Gen. X, 19. XIX, 15) sitae, quae Abrahami aetate propter mira civium scelera (Gen. XIII, 13. XVIII, 20. XIX, 1 sqq.) cum tribus aliis (Gomorrha, Adma, Zeboim) igne coelesti conflagrata in mari mortuo submersa est (Gen. XIX, 24 sqq.). Et huic poenae divinitus immissae (Deut. XXIX, 23. Jes I, 9. XIII, 19. Jer. XLIX, 18. L, 40) et Sodomitarum flagitiis (Jes. I, 10. Jer. XXIII, 14. Thren. IV, 6. Ez. XVI, 46 sqq.) atque impudentiae (Jes. III. 9) saepius alluditur in V. T., unde *principes Sodomae* Jes. I, 10 sunt Sodomiticis similes i. e. iniusti, flagitiosi: *uvae Sodomae* (quae degeneres fuisse videntur, cf. de pomis Sodomae Jos. bell. jud. IV, 8 §. 4) imaginem praebent conditionis degeneris Deut. XXXII, 32. Praeter V. T. et Josephum (bell. jud. 5, 5) eius memoria est apud Strabonem XVI, p. 764 et Stephan. Byz. *Σόδομα, μητρόπολις ἦν τῶν δέκα πολέων τῶν ἐν τῇ Ἀσφαλτίτιδι λίμνῃ καταστραφεισῶν*. De urbium illarum incendio, sed nomine non memorato, vide etiam Tac. hist. 5, 7. Cf. Relandi Palaest. p. 254. 1019.

סָדַן arab. سَدَنَ i. q. سدل *laxavit*, *dimisit vestem* (v. ל litteram), unde سَدِينٌ, سَدَنٌ, سَدَنٌ velum. Inde

סָדִין m. *indusium*, vestis ampla et lintea, nudo in corpore sub reliquis vestibus gestata Iud. XIV, 12. 13. Jes. III, 23. Prov. XXXI, 24. Kimchi in Lex. הוא כסות הלילה הסמוך לבשר עשוי נ׳שתים ויש מהם עשויים להתשמש בהם ביום. Ex linteo tenuissimo factum fuisse, testatur hoc Talmud. Menach. fol. 41, 1: סדינא לקיטא וסרבלא לסתו *sindon* convenit *aestati*, *saraballa hiemi*. (In Targg. id. Ps. CIV, 2. Thren. II, 20. Syr. ܣܕܝܢܐ in Pesch. pro gr. *σανδάριον* Luc. XIX, 20, *λέντιον* Jo. XIII, 4. LXX. Iudd. et Prov. *σανδών*, *σανδόνες* i. e. linteum tenuissimum tum Aegyptiacum (Pollux 7, 16 s. 72), tum Indicum, aegypt. ϣⲁⲛⲇⲱⲛ (Peyron p. 299) sanscr. *sindhu*, quae quidem vcc. nonnulli eiusdem originis cum voce Semitica censuerunt, ita quidem ut hano peregrinam esse existimarent. Mihi quidem haec incerta videntur, quum in Semiticis n et l in tertia sede radicalia sint, in *σανδών ν* extremum a Graecis adiectum. Ceterum vide Schroeder de vest. mul. p. 339—361. Jablonski Opusce. 1, 297 sqq. Mich. suppl. p. 1720.

סָדַר rad. in verbo inusit. Chald. סְדַר in Targg. saepe pro hebr. עָרַךְ *seruit*, *disposuit* secundum ordinem.

סֶדֶר m. *ordo*. (In Targg. סִדְרָא, סִדְרָה de ordinibus militum, syr. ܣܕܪܐ id. de ordinibus sedilium in schola, it. militum). Plur. Iob. X, 22 de orco: צַלְמָוֶת וְלֹא סְדָרִים (ubi) *tenebrae*, *sine ordinibus* i. e. ubi nullus ordo, ubi omnia confusa, chaoti similia. Abulw. interpretabatur صفوف الكواكب ordines stellarum, melius Kimchi: כי בניקום החשך הכל מבולבל ואין שם שים סדר.

שְׁדֻרָה f. *ordo*, *series*, militum 2 Reg. XI, 8. 15, conclavium 1 Reg. VI, 9.

מְסַדְרוֹן m. *porticus* columnarum ordine cinctus Iud. III, 23, ubi intelligendus est porticus apertus in superiore aedis regiae contignatione, ex quo aditus erat ad conclave regium (עֲלִיָּה), nostr. Altan, pers. et turc. diveris ايوان, quod Meninskius explicat: aula, atrium una parte apertum ac patentis liberique prospectus *pec. pensilis*, *sublimior*, *aestivarium*, v. Olearii Reiseb. p. 494, et J. E. Faber Archaeologie p. 436—438. Bene Targ. אֲכַסְדְּרָא i. e. ἐξέδρα, exedra, atrium, porticus. LXX. Alex. *εἰς τὴν προστάδα* (Vatic. *τοὺς διαταγμένους*). Syr. ⲗⲟⲩⲥⲧⲟⲥ *in xystum* (est enim ξυστός, ξυστόν porticus apertus columnis ornatus) Vulg. *per posticum* i. e. domum posticum (durch ein Hintergebäude). Abulw. et Kimchius *ordinem* (סֶדֶר), unde nomen habet מסדרון, non ad columnarum ordinem, sed ad sedilia referunt. Ille: موضع تنصف الرجال بالجلوس في قصر السلطان *locus in quo per aestatem sedent viri in arce Sultani*, hic: מקום ישיבת חתם הבאים אל המלך והמקום עשוי סדרים סדרים לשבת שם.

סָהַר rad. in verbo inusit. prob. *in orbem ivit*, *rotundus fuit*, eiusdem familiae atque דָּהַר, דּוּר q. v. Sam. ⲥⲁⲓⲣ i. q. ⲥⲁⲓⲣ, סָחַר *circumdedit*, *circumvit*. Talmud. סָהָר maceria, murus. Arab. شَهَرَ (melit. *schyher*) circumduxit aliquem per urbem in exemplum in asino camelove; divulgavit rem (etwas herumbringen). Inde

סַהַר m. *rotunditas*, *orbis*, semel legitur Cant. VII, 3: אֲגַן הַסַּהַר *pelvis rotunditatis* i. e. rotunda. Pesch. ⲗⲁⲕⲁⲛⲁ ⲇⲉⲕⲟⲩⲗⲁ. LXX. Vulg. *κρατὴρ τορνευτός*, *crater tornatilis*. (Syr. ܣܗܪܐ, zab. ⡎⡀⡓⡀ et ⡎⡀⡓, arab. شَهْرٌ luna, a forma rotunda dicta, cf. שַׁחֲרִין).

סְהָר m. *turris*, a forma rotunda, *castellum*. Inde בֵּית הַסְּהָר domus castelli, de carcere munito Gen. XXXIX, 20—23. XL, 3. 5. LXX. *ὀχύρωμα*, *δεσμωτήριον*. Congruit syr. ܣܗܪܬܐ (*sehorto*) pl. ܣܗܪ̈ܬ, quod B. Bahlul explicat قصر برج arx, palatium, turris, et ita per ת more Aramaeorum Cod. Sam. quoque

scribit בית הסתר. Quum בְּ הַסְּ Gen. XXXIX, 20 explicetur: מָקוֹם אֲשֶׁר אֲסִירֵי הַמֶּלֶךְ אֲסוּרִים, Aben Esra observat: *nescimus an vox sit Aegyptia:* sed ut lingua Hebraea perquam aptum etymon offert, ita quaesita et longius petita sunt pericula Aegyptiaca (v. Clodii lex. hebr. p. 352. Jablonskii Opusce. I, 321).

שַׁהֲרֹנִים m. pl. *lunulae* (dimin. a שַׁהַר), ornamenta quae apud Midianitas et viri et cameli (Iud. VIII, 21. 26), apud Hebraeos feminae in collo gestabant (Jes. III, 18). LXX. *μηνίσκοι*. Vulg. *lunulae*. Eadem ornamenta apud plerosque orientis populos gestabantur, arab. أَهِلَّة, pers. ماحک, turc. هلالچقلری appellatae v. Schroeder de vest. p. 33—44. Sic Talmud. Hieros. Gittim. fol. 49: „velamenta sponsorum sunt sindones acupictae, quibus lunulae aureae (סהרוני זהב) appenduntur.“ In cultu mulierum *lunulas* memorat Plaut. Epid. 5, 1, 34. Tertull. de cultu fem. 10.

סוֹא (10 codd. סרא) u. pr. regis Aegyptiorum, qui aequalis erat Hoseae, Israëlitarum regis seculo a Chr. octavo exeunte florentis 2 Reg. XVII, 4. LXX. *Σωά, Σονά, Σοβά, Σωβά, Σουβά*. Vulg. *Sua*. Vix dubium est quin sit *Sevechus* (*Σευεχός*) Manethonis, rex secundus dynastiae XXV, quae est regum Aethiopum in Aegypto superiore regnantium, Sabaconis successor, antecessor Tirhakae (תִּרְהָקָה), qui per XIV (Euseb. XII) annos imperium tenuit. Rosellini (Monum. storici II p. 108 sqq. 120. 121) hunc regem agnoscit in imagine quadam regia, quae Thebis exstat, et iisdem fere qua Sabaconis imago ornata est attributis (v. tab. M. R. no. XII fig. 48), addita epigraphe ita legenda: COSTW (PH ... IIIKA) CIPH (AMMAI ΨΒΤΚ) *rex* (*Sol ... oblatorum*) *filius Solis* (*ab Amone dilectus SBTK*). Nomen *SaBaToK*, quod etiam alibi viris Aethiopicis tributum reperitur, Rosellinus aethiopicum fuisse censet, cui aegyptiace respondeat *sevech* (*Sevechus*) et *Seve* (סְוֵא, sic enim pronunciandum videtur pro סוֹא) i. e. crocodilus, item numen Aegyptiacum sub crocodili forma repraesentatum, *Χρόνος* Graecorum (Champollion Panthéon de l'Égypte no. 21. 22): simile nomen esse *Sabaco*, quod litteris hierogl. *SBK* scribatur. Quae ut recte intelligantur, non ignorandum est, virum doctum aethiopica dialecto minime linguam Geez aliamve ei similem Semiticam dicere, quae in illis regionibus tantae antiquitatis non esse videtur, sed dialectum aegyptiacae linguae vicinam. Eiusdem linguae vcc. esse videntur nomm. propria סְבָא (fort. aegypt. CBE, CBH porta), סִבְּתָה (aegypt. COBT murus, septum, claustrum), סִבְּתְכָא, quod cum SaBaToKa mire convenit.

I. סוּג (semel שׂוּג 2 Sam. I, 22, sed plures codd. per ס) *recedere*, a Deo sq. מִן Ps. LXXX, 19, absol. id. Ps. LIII, 4. Part. pass. סוּג cuius animus recessit a Deo Prov. XIV, 14.

Niph. נָסוֹג fut. יִסּוֹג, inf. absol. נָסוֹג (formae נִקְטוֹל Jes. LIX, 13) i. q. Kal *recessit*, pr. removit se, addito plerumque אָחוֹר retro. Dicitur de hoste cedente Ps. XXXV, 4: יִסֹּגוּ אָחוֹר וְיַחְפְּרוּ. XL, 15. LXX, 3. CXXIX, 5. Jer. XLVI, 5, de eo qui recedit prae pudore Jes. XLII, 17, qui renititur vel subtrahit se alicui rei ib. L, 5, qui relabitur (in lutum) inter eundum Jer. XXXVIII, 22. Sq. מֵאַחֲרֵי יי recessit a Deo, defecit ab eo Zeph. I, 6. Jes. LIX, 13, his verbis omissis id. Ps. XLIV, 19. LXXVIII, 57.

Hiph. הֵסִיג (more rabbin. pro הֶסִיג, cf. נוּחַ, סוּחַ, לנח) 1) *removit, amovit*. Mich. VI, 14: תַּסֵּג וְלֹא תַפְלִיט *amoveas* tua, *sed* ea *non servabis*, tuta praestabis. — 2) *dimovit* (terminos). Deut. XIX, 14: לֹא תַסִּיג גְּבוּל רֵעֶךָ. XXVII, 17. Hos. V, 10 (ubi multi codd. per שׂ). Prov. XXII, 28. XXIII, 10. Semel per שׂ, יַשִּׂיגוּ Iob. XXIV, 2.

Hoph. הָסַג *remotum est, recessit* (ius) Jes. LIX, 14.

Not. Plerique lexicographi praeter סוּג radicem synonymam statuebant נָסַג, quorsum referebant Hi. et Ho. חִסִּיג, הֶסַּג, praeterea inf. absol. Kal נָסוֹג Jes. LIX, 13 et fut. יִסַּג (recedit) Mich. II, 6. Sed Hi. et Ho. *ἀναλόγως* ducuntur a סוּג, נָסוֹג potest inf. Niph. esse, et יִסַּג imitatur analogiam verborum עִצּוּ, ut in nomine סַגִּים pro סִיגִים q. v.). Radicis פָּ igitur vel exigua vel nulla auctoritas est.

סוּג Ez. XXII, 18 Chethibh i. q. סִיג scuria.

סִיג m. Ez. XXII, 18 Keri (ubi Chethibh סוּג), et pl. סִיגִים *recedanea* metalli a) *scoriae*. Prov. XXV, 4: הָגְרוּ סִיגִים מִנֶּכֶסֶף *secerne scorias ab argento*. XXVI, 23: כֶּסֶף סִיגִים *argentum scoriarum* h. e. a scoriis nondum purgatum; b) ignobilius metallum, quod nobiliori admixtum liquefaciendo ab eo secernitur (v. בָּדִיל). Ez. XXII, 18. 19. Jes. I, 22. 25. — Pro סִיגִים in pluribus libris mss. et editis legitur סְגִים Jes. I, 22. 25. Ez. XXII, 18. 19, quasi a rad. סָגַג = סוּג, cuius analogiam imitatur etiam יִסַּג Mich. II, 6. Videntur, qui ita scribebant, ante oculos habuisse זָג, זְגִים recedanea uvarum, et ita etiam *οἱ γ'* Jes. I, 25, ubi vertunt: *τὰ στέμφυλα, τὸ γιγαρτῶδες*.

שִׂיג m. *recessio, secessio*. 1 Reg. XVIII, 27: שִׂיג לוֹ *secessio ei*, secessit in conclavia interiora (er hat sich zurückgezogen).

II. סוּג *sepire* i. q. hebr. שׂוּךְ, syr. ܣܘܓ, chald. id. in Paël. Cant. VII, 3: סוּגָה בַּשּׁוֹשַׁנִּים *liliis septa*.

סוֹד consessus, v. rad. יָסַד.

סוֹדִי v. ibid.

סָוָה rad. in verbo inusit. Fortasse (ut bene observat Tuch ad Gen. p. 579) *velavit se*, coll. זָוָה abdidit, cf. שָׁזַף vestivit se, vestitus est, זֵי habitus externus (vestitus) rei. Inde

מַסְוֶה m. *tegumentum*, *velum* faciei Ex. XXXIV, 33—35. Ita magno consensu vett. interpp. flagitante contextu, et eodem significatu מסוה in Gemara dici observat Jarchius. Ex usu Arabum olim conferebam سِوَاءٌ quod tegumentum nonnulli explicant: sed hoc potius clitellas s. pulvillum indicat ab utroque iumentorum latere suspensum, a سوى (سَوَاءٌ) aequus, aequalis fuit: contra illud etymon non improbabile est. Quae quum ita sint, etiam coniecturae in Lex. man. p. 593 propositae, pro מסוה legendum esse מסוכה (מְסוּכָה tegumentum), non multum tribuendum arbitror. Ab eadem radice iam Aben Esra ducit

סוֹת contr. ex סָוֶת (ut כָּסֶת a כָּסֶה) *vestis* Gen. XLIX, 11 (quo de loco v. pag. 700). Verba eius, quae l. c. non integra dedi, haec sunt: יֹאשׁ שהיה כמו כסותו והיה וחנכון בעיני שהיה מגז׳ מסוה סאתה *esse i. q.* בְּסוֹתוֹ *abiecto Caph: sed mihi videtur eiusdem originis esse atque* מַסֵּכָה. *sunt qui dicant* חסר כף. Quae duo vocabula quum satis apte se invicem illustrent, non repugno, si quis סוֹת ita explicare velit, licet etiam vulgaris ratio habeat, quo se defendat.

סִיחַ i. q. סָחָה *abstergere*, *everrere*.

סוֹחַ n. pr. viri 1 Par. VII, 36.

סוֹחָה f. i. q. סָחִי *purgamentum*, *stercus*. Jes. V, 25: בְּסוֹחָה LXX. ὡς κοπρία. Vulg. *quasi stercus*. Targ. בְּסָחְיָא. Fuerunt, ut Kimchius, qui כ in בסוחה radicale esse opinarentur (v. rad. סָחָה): sed כְּ similitudinis illo contextu omitti vix poterat.

סִיחוֹן (verrens, radens i. e. dux bellicus omnia prosternens) n. pr. *Sihon*, rex Amoritarum Hesbone regnans Num. XXI, 20 sqq. Deut. I, 4. II, 24 sqq. III, 2. IV, 46. XXIX, 7. Jos. II, 10. IX, 10. XII, 5. XIII, 10. 27. Iud. XI, 20. 21. Ps. CXXXV, 11. CXXXVI, 19. *Urbs Sihonis* Num. XXI, 27. 28 i. e. Hesbon, *regnum Sihonis* Num. XXXII, 33. Jos. XIII, 21, *terra Sihonis* 1 Reg. IV, 19. Vix ferendum videtur quod Jer. XLVIII, 45 exstat: *ignis egreditur ex Hesbone, et flamma* מִבֵּין סִיחוֹן, cf. Num. XXI, 28 (unde hoc petitum): מִקִּרְיַת סִיחוֹן *ex urbe Sihonis*. Itaque lege מֵעִיר סִיחוֹן.

סוֹטַי v. שׁוּט.

*) Lassen (Zeitschr. l. c. p. 34): Aber hiervon abgesehen, möge es vorläufig erlaubt seyn, jene Behauptung so lange zu bezweifeln, bis gründlichere Beweise dafür angeführt sind, als nackte Versicherungen. Folgt denn aus dem frühern Nichtbekanntseyn des Namens bei fremden Völkern auch das Nichtvorhandenseyn in dem eignen Lande? Nach dem Kaiser Wou-wang wurde das chinesische Reich bekanntlich in viele kleinere Staaten getheilt, 1122 v. Chr. G. und in diesen Staaten finden wir eine Dynastie der *Thsi*, eine der *Tchin*, eine der *Tsin*, eine der *Tyin*. Hat nun keiner dieser Namen mit dem spätern *Thsin* etwas zu schaffen? Dass die Chinesen dieselben Namen zu verschiedenen Zeiten mit verschiedenen Characteren schreiben, wird jeder genugsam zu seiner Qual erfahren haben, der sich mit Chinesischer Geographie beschäftigt hat. Warum kann keiner jener ältern Namen nach dem Westen gekommen seyn? Oder hatte China vor den *Thsin* keinen Handel mit dem Westen?

**) „Dann können nur die Chinesen, kann nur China gemeint seyn; und unsere Stelle scheint gegen die Ableitung des Namens von der seit dem Jahr 246 v. Chr. regierenden Dynastie *Thsin* zu beweisen". Hitzig ad Jes. l. c.

***) Hoc fieri potuisse, ipse fassus est Remusat l. c.

†) Est quidem apud Graecos et Romanos Virg. Hor. Plin. 6, 17. Ptolem. 7, 2) aliud gentis terraeque nomen, *Seres*, *Serica*, septentrionalem proprie imperii Sinici partem designans et *bombycinae venditores* significans (a ve. Corcensi *sir* bombyx, sin. *see*(r), *szu*(r) id. mandsch. *sirghè*, mongol. *sirkek*, pers. سرّ, unde arab. سرق, سرقة, gr. σῆρ, cf. russ. chelk, angl. silk), quod per Scythiam et Armeniam ad Graecos pervenisse videtur, Semitis vero eorumque vicinis prorsus ignotum est.

1 Reg. VII, 45. 2 Reg. XXV, 14. 2 Par. IV, 11. 16. XXXV, 13. Zach. XIV, 20.

2) pl. סִירִים et סִירוֹת Ps. LVIII, 10. Am. IV, 2 a) *spinae*, *vepres*, ab aestuando et effervescendo dictae, quae notio refertur ad redundantiam et luxuriam plantarum (das Aufwuchern), max. silvestrium (v. rad. זָרַר et יָצַר no. 2). Jes. XXXIV, 13. Hos. II, 8. Lusus verborum est in his Eccl. VII, 6: כְּקוֹל הַסִּירִים תַּחַת הַסִּיר *sicut strepitus spinarum* (accensarum) *sub olla*. Poëtice *spinae* imaginem praebent hominum hostilium et impiorum (cf. Mich. VII, 4. Ezech. II, 6 et quae ex scriptt. arab. laudantur diss. Lugdd. p. 943. 44, unde *invaluit spina* alic. vit. Tim. II, p. 186, et *fracta est spina* alic. ib. 392). Nah. I, 10: עַד סִירִים נְסֻבָּכִים *instar spinarum perplexi sunt* (v. עַד B, 2, c). Ps. LVIII, 10: בְּטֶרֶם יָבִינוּ סִירוֹתֵיכֶם אָתָד כְּחַי כְּמוֹ חָרוֹן יִשְׂעָרֶנּוּ *antequam animadverterent spinas vestras, rhamnus* aderat i. e. celeriter instar spinarum luxuriabant et increbescebant impii, sed *tam vivum quam ardentem* Deus *abripiet* i. e. sed eadem celeritate Deus auferet eos. Imago petita est a dumetis, quae igne deleri solent. Quum h. l. iungantur סִירוֹת et אָתָד vix dubito, quin illud h. l. *spinas* significet, non *ollas* (no. 1). Qui ollas intelligunt, ita interpretantur: *priusquam persentiscant ollae vestrae rhamnum* (i. e. ignem ex rhamno, cf. Eccl. VII, 6), *tam vivum quam ardentem* Deus *abripiet*. Locutionem proverbialem esse volunt repetitam ab iis, qui per deserta iter facientes cibos sibi parare volunt, quibusque tempestate subito coorta êt ignis exstinguitur et epularum apparatus aufertur, ut sententia sit: antequam consilia vestra ad maturitatem pervenerint, improviso irrita fient (Rosenm., de Wette, Maur.). Sed illud praefero. — b) *uncini*, *hami* piscatorum, a similitudine spinae (cf. חוֹחַ). Am. IV, 2. (Olim סִיר no. 2 revocabam ad rad. סוּר, ut pr. notaret recedanea, degeneres fruticis partes coll. סוּרֵי הַגֶּפֶן Jer. II, 21, sed praestat, utrique vocis סִיר significationi eandem originem vindicare).

סָבָה

i. q. שָׂבָה aspexit, contemplatus est, q. v.

סָבַךְ

(semel שָׂבַךְ Exod. XXXIII, 22) 1) *texuit*, maxime frondes ad sepiendum, ad tugurium (סֻכָּה) exstruendum, inde *sepsit*. (Vicinae radd. sunt שׂוּךְ, סוּג no. II, נָסַךְ no. II). In Kal poët. Ps. CXXXIX, 13: תְּסֻכֵּנִי בְּבֶטֶן אִמִּי *texuisti me in utero matris meae* cf. Iob. X, 11. Recte ita Targ. (parall. tu formasti renes meos), sed LXX. Vulg. Pesch. *texisti s. protexisti me* (vide no. 2). Quoniam et tuguria et sepes fiunt ad homines hortosque protegendos et tuendos, est

2) a) *protexit*, pr. de frondibus et arboribus, sq. dupl. acc. Iob. XL, 22 (17): יְסֻכֻּהוּ צַאֲלֵי צָלְלוֹ *tegunt eum loti umbra sua*, sq. לְ Ps. CXL, 8: סַכּוֹתָה לְרֹאשִׁי *protegis caput meum*. b) *texit* sq. acc. tegumenti et עַל rei tegendae. Exod. XL, 3: וְסַכּוֹתָ עַל הָאָרֹן אֶת־הַפָּרֹכֶת. XXXIII, 22: וְשַׂכֹּתִי כַפִּי עָלֶיךָ, sine acc. 1 Reg. VIII, 7: וַיְסֻכּוּ הַכְּרֻבִים עַל הָאָרוֹן. Exod. XXV, 20. XXXVII, 20. 1 Par. XXVIII, 18, absol. Ez. XXVIII, 14. 16. Intrans. *texit*, *occultavit se*. Thren. III, 44: סָכוֹתָ בֶּעָנָן *occultas te in nube*. Comm. 43.

Part. סָכֵךְ tegens, inde subst. *vinea*, *testudo* qua utuntur in urbibus oppugnandis (Schutzdach). Nah. II, 6. Kimchi: הוּא מִכְסֶה קְרָשִׁים וְעוֹרוֹת עֲלֵיהֶם וּבְאִים הַנִּלְחָמִים אֵל הַשּׁוּר וְנִכְנָסִים תַּחְתָּיו עַד לְחוֹמָה וְחוֹתְרִין תַּחְתָּיו הַחוֹמָה וְהוּא נִגָּן עֲלֵיהֶם מִן הָאֲבָנִים הַמִּשְׁלָכִים מֵעַל הַחוֹמָה. Hitzigius, qui hoc comma ad urbem propugnandam refert, הַסֹּכֵךְ interpretatur *praesidium militum*, verum expugnationem describi, arguit Comm. 7 et utriusque commatis nexus.

Hiph. הִסְכִּךְ i. q. Kal 1) *sepsit* Iob. XXXVIII, 8, sq. בְּעַד circumsepsit aliquem, i. e. viam ei occlusit. — 2) *texit*, sq. עַל rei tegendae Ex. XL, 21, *protexit* sq. עַל pers. Ps. V, 12: תָּסֵךְ עָלֵימוֹ *protegis eos*, sq. לְ XCI, 4. — הִסְכִּךְ רַגְלָיו Iud. III, 24. 1 Sam. XXIV, 4 *texit pedes suos*, honeste pro *alvum deposuit*. Ita plerique vett. interpretes utroque loco, ut Iud. l. c. LXX. Vulg. Pesch. cum Arabe, Targ., 1 Sam. LXX (ubi *παρασκευάσασθαι* est i. q. *ἀναστενάσασθαι*, *ἀποσκενάσασθαι*, v. Schleussn. IV p. 218). Aqu. Vulg. Targ., Josephus Antiqu. 6, 13 §. 4 (ad 1 Sam. l. c.) et Hebraeorum interpretes ap. Kimchium (לְהַפְנוֹת נְקֵבִים גְּדוֹלִים): et sic ea locutione utuntur Talmudici ut Mischn. Joma c. 3: כֹּל הַמְסִיךְ אֶת רַגְלָיו טָעוּן טְבִילָה *qui tegit pedes*, *opus habet lotione*. Haud inepte etiam Kimchi, qui *vesicae exonerationem* (לְהַשְׁתִּין מַיִם) intelligit: utrique enim naturae necessitati Orientales sedentes satisfacere solent et ita ut vestibus talaribus verecunde *pedes tegant*. Sed male alii (Pesch. 1 Sam. et secum ipse discors Josephus Ant. 5, 4 §. 2, e recentioribus Hasaeus in bibl. Bremensi IV p. 771—775. Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1160. Michaël. suppl. 1743) *dormitionem* intelligunt. Favere quidem possit huic interpretationi nexus rerum 1 Sam. l. c., dormienti enim facilius, quam alvum deponenti, oram vestis furtim abscindere poterat Davides, sed contra vix credibile est, Saulum solum et sine custodibus in spelunca quieti se dedisse. Accedit quod verecunda et honesta locutio de re quidem obscena locum habet, sed de quiete captanda verborum ambitu opus non erat.

Pilp. סִבְּךְ *concitavit*, *excitavit*. Bis legitur. Jes. XIX, 2: וְסִבַּכְתִּי מִצְרַיִם בְּמִצְרַיִם *et concitabo Aegyptios contra Aegyptios*. LXX. *ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους*. Vulg. et concurrere faciam Aegyptios adversus Aegyptios. Targ. Pesch. אַגְרֵי concito. Saad. أَهْيَجُ id. Jes. IX, 10: *extollet Jova hostes Rezin contra eum* וְאֶת אֹיְבָיו יְסַכְסֵךְ *et inimicos eius concitabit*. Targ. וְיָתֵיר. Saad. ut supra: يُحَرِّشُ. Originem huius significationis ex usu Talmudico bene illustrat ABULWALIDES his verbis: تَحْبِيبُ وَتَكْسُوكُ مَشْهُورٌ فِي كَلَامِ الْاَوَائِلِ مِنْ قَوْلِ

מִמֶּנּוּ שֶׁהָאוּר נִסְכָּסֶכֶת בְּהֶם סְכָסוּךְ *significat concitationem, et notum est ex Talmude ex verbis: propterea quod lux inflammat eos.* Plura de *inflammandi* potestate ad Jesaiae locos aptissima dabit Buxt. lex. chald. p. 1473. Unum huic rationi opponi posse video, quod *inflammandi* et *concitandi* potestas cum vulgari verbi usu vix conciliari potest: neque tamen hanc unam ob causam ea interpretatio, cui tam multa favent, temere repudianda est. Recentiorum plerique auctore Schultensio (ad Iob. I, 10. XL, 26) conferunt arab. سَكَّكَ totum se operuit armis, شَاكَّ فِي السِّلَاحِ tectus armis, شَكَّةٌ arma (adde مِشْكَكٌ lorica), unde סַכָּךְ sit: *armavit*, quod vel a *tegendo* esse possit, vel (Schult.) a *spinae* significatione quae ad *tela* translata sit (cf. שַׁבָּדִים, שַׁבָּדָה). De priore ratione pr. esset: *armis* ut lorica, casside *texit* (rüsten, panzern), de altera *spinis* i. e. *telis munivit*. Posterius in Comment. ad Jes. et in lexx. min. secutus sum, sed nunc in Abulwalidis sententiam inclino. Kimchius aliique alium quendam Talmudistarum usum secuti huic verbo *miscendi* significatum tribuunt, sed ll. cc. hoc a rerum nexu alienum est.

סִכְּכָה (sepimentum) n. pr. oppidi in deserto Iudae. Jos. XV, 61.

סָךְ m. *ἅπ. λεγόμ. turba* hominum Ps. XLII, 5. Ita omnes intpp. flagitante contextu, quanquam in etymo definiendo ambigunt. Hebraei conferunt talmud. סָךְ summa (pr. complexus), quod arithmeticorum et nummulariorum vc. est, summa (Summe) v. c. pecuniae, denariorum, סָךְ הַכֹּל summa omnium, summa summarum: recentiores arab. شَكِيكَةٌ turba, agmen, velut جَاءَ مِنَ النَّاسِ شَكِيكَةٌ venit turba hominum. Equidem vix dubito, quin pr. sit *densa* arborum (cf. סֹךְ), *silva densa* h. l. poët. de densa hominum turba (cf. יַעַר de hostium turba Jes. X, 18. 19. 34).

סֹךְ cum Suff. סֻכּוֹ, semel סֻכּוֹ Ps. LXXVI, 3 m. 1) *casa, tugurium* Ps. XXVII, 5, poët. de tentorio, domo (Dei) Ps. LXXVI, 3. — 2) *densa* arborum, *lustrum* ferarum Ps. X, 9. Jer. XXV, 38.

שָׂךְ (soch) i. q. סֹךְ, סֻכָּה *casa*. Thren. II, 6: רִאֲתַּנוֹ כְּגַן שֻׂכּוֹ *destruxit* (Deus) *casam suam* s. *tentorium suum* ut casam *horti*. Intelligendum est templum (cf. סֻכָּה). Ita Targ. Hier. Pesch. Minus apte alii: *destruit sepem suam* i. e. sepem loci sibi sacri cf. Jes. V, 5.

סֻכָּה f. 1) *casa, umbraculum*, ex frondibus ramisque consertum soli arcendo inserviens Gen. XXXIII, 17. Jon. IV, 5. Jes. IV, 6, velut custodum in horto vineave Jes. I, 8. Iob. XXVII, 18, Israëlitarum in scenopegiae festo Lev. XXIII, 34. 42. 43. Neh. VIII, 15 — 17, unde hoc festum appellatur חַג הַסֻּכּוֹת Lev. XXIII, 34. Deut. XVI, 13. 16. XXXI, 10. 2 Par. VIII, 13. Esr. III, 4. Zach. XIV, 16 sqq. LXX. ἑορτὴ σκηνῶν, σκηνοπηγία, Vulg. *feriae, solennitas, festivitas tabernaculorum*. Alibi de tentoriis militum i. q. אָהֳלִים 2 Sam. XI, 11. 1 Reg. XX, 12. 16, inde de domo, sed ut videtur parva et collapsa Am. IX, 11. Poët. de habitaculo Dei Ps. XVIII, 12. Iob. XXXVI, 29. — Difficile dictu, quid sint סֻכּוֹת בְּנוֹת *casae filiarum*, quas coloni Babylonii a rege Assyriae in Samariam deducti sibi fecisse dicuntur 2 Reg. XVII, 30. Intelligunt vulgo tabernacula, in quibus puellae se prostituerint more Babyloniorum (Herod. 1, 199, v. קְדֵשָׁה): equidem reponendum suspicor סֻכּוֹת בָּמוֹת *tabernacula* (idolis sacra) *in excelsis* (cf. Vers. 29). Vide בָּמָה rad. בום. Ridicule Rabbini: *gallina cum pullis*, quam a Babyloniis cultam esse somniant. Cf. Wineri lex. bibl. II, 629. — 2) *lustrum* leonis Iob. XXXVIII, 40.

סֻכּוֹת (casae) n. pr. 1) oppidi Gaditarum (Jos. XIII, 27)*) in orientali Jordanis ripa siti Iud. VIII, 5. 1 Reg. VII, 46, de cuius originibus v. Gen. XXXIII, 17. עֵמֶק סֻכּוֹת vallis in qua haec urbs sita erat, pars vallis Jordanicae (el Ghôr). Ps. LX, 8. CVIII, 8. Hieron. quaest. ad Gen. XXXIII, 17: *est usque hodie civitas trans Jordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos* [cf. supra ad בֵּית־שְׁאָן p. 196 A] *). Ibidem haud procul a Bysan (i. e. בֵּית־שְׁאָן) Burckhardtus (itin. II p. 595 germ.) incidit in rudera סֻקֹּת dicta. — 2) primae stationis Israëlitarum, quae diei itinere aberat a *Ramses* (רַעַמְסֵס). Exod. XII, 37. XIII, 20. Num. XXXIII, 5. Josephus (Ant. 2, 15 §. 1) primam stationem *Letopolin* fuisse volebat, ibi sitam, ubi postea *Babylon* condita sit: sed haec nimis ad austrum vergunt, quum Israelitae orientem peterent.

סְכוֹת f. *tabernaculum, tentorium* sacrum, quod Israëlitae in deserto ad idololatriam inclinantes idolo cuidam fecerant, sicut *tabernaculum foederis* Jovae. Am. V, 26, quo de loco v. quae uberius disputata sunt p. 669 B. 670 A. Cf. σκηνὴν ἱερὰν Carthaginensium Diod. 20, 65. Tentorium interpretantur LXX. Symm. Hieron. Pesch. Aqu. συσκιασμός. Theod. ὅρασις (coll. שְׂכִיָּה, שְׂכִית). Hebraei radicem putant סָכַךְ, et סְכוֹת n. pr. idoli esse volunt. Non magis probandus Rosenm., qui coll. chald. סְכָתָא clavus, paxillus pl. סְכִין Schabb. 123, 1 (sec. gloss. i. q. עַנּוּדִין) vertit *clavum regis vestri* idque contentim pro columna r. v. positum existimat.

סֻכִּיִּים m. pl. n. pr. gentis Africanae, quae in exercitu Sisaci una cum Libybus et Aethiopibus commemoratur

*) Coniecturae Relandianae l. c. propositae, de qua Scythopoleos nomen a Succoth ductum sit, Car. Raumerus (Palaest. p. 117) nuper opposuit locum 2 Macc. XII, 30, quippe qui *Scythas* inter Judaeos habitasse probet illamque coniecturam refellat. Sed *Scythae* nonnisi in Lutheri interpretatione comparent, in Graecis Σκυθοπολῖται.

2 Par. XII, 3. Quum formą vocis Hebraeam originem redoleat, non aliter explicari potest quam *in tentoriis viventes*, sed quamnam regni Aegyptiaci gentem dixerit, non constat. LXX. et Vulg. *Troglodytae*, quorum alii in Arabia habitabant (Strab. p. 776. 781), alii in Aethiopia e regione illorum (ib. p. 819).

מָסָךְ Kamez impuro (ut מָעֹז) cstr. מְסַךְ m. *tegumentum* 2 Sam. XVII, 19. Ps. CV, 39, spec. de *velo* ante portam tentorii sacri Exod. XXVI, 36 sq. XXXIX. 38. XL, 5 et atrii XXXV, 17. XXXIX, 40. Num. IV, 25. 26, de quo plenius מָסַךְ הַיְרִיעֹת Exod. XXXV, 12. XXXIX, 34. XL, 21. Num. IV, 5. Metaph. גָּלָה מָסַךְ *retegere velum* alic. est: summae ignominiae et miseriae exponere. Jes. XXII, 8: וַיְגַל אֶת־מָסַךְ יְהוּדָה *et reteget* (Jova, vel *retegetur*) *velum Judae*. „Aqua haeret doctis interpretibus in figura illa declaranda. Plurimi retulerunt ad *propugnacula* et *munimenta* Judaeae *expugnanda*. Alii de thesauris expromendis et erogandis cogitarunt, illuc etiam inclinante Vitringa. Non fecisset, si ampliorem habuisset conspectum *veli remoti* aut *scissi* in stilo figurato Arabum, quo signatur miseria et ignominia extrema. Sed loquantur exempla. Hist. Tamerl. 129 (1, 446 Mang.): *misimus ad vos epistolam, vos quantocius spondete* قبل ان ينكشف الغطا *antequam retegatur velum et ne tenuissimae quidem reliquiae vobis supersunt*. Agitur de litteris Tamerlanis ad Sultanum Aegypti missis, quibus se suaque omnia dedere monebatur, antequam modis omnibus violaretur, et victoris exercitus furori exponeretur. Similiter Hulacu Tatarus ad Halebi dominum apud Abulphar. pag. 529: *res vestras dedite nobis, antequam retegatur velum et recidat in vos peccatum vestrum* ... Additur: *iam regiones vastavimus, homines perdidimus, liberos orphanos fecimus, et desolata omnia reliquimus.*“ Alb. Schult. de defectibus §. 258. Ceterum conferatur Hitzigius, qui interpretatur: *reteget* (Jova, vel dies Comm. 5) *velum* oculorum *Judae* i. e. iam Judaeis oculi aperientur, videbunt, quae iis hucusque occulta fuerant vel quae credere noluerant (cf. XXIX, 10. 18).

מִסְכָּה f. id. Ez. XXVIII, 13.

מוֹסָךְ m. *locus tectus*, *porticus*. 2 Reg. XVI, 18 Keri: מוּסַךְ הַשַּׁבָּת (Cheth. מוֹסַךְ) *porticus sabbati*, pars atriorum templi, quam Ahasus exstruendam curavit. Targ. מִקוּס שַׁבְּתָא fabrica s. structura sabbati. Kimchi: *Rabbi Jona interpretatur locum quo confugiant sacerdotes ministrantes. Scribit autem R. Salomo, esse tentorium ubi umbram captabant in atrio die sabbati.* — LXX. θεμέλιον τῆς καθέδρας (מוֹסַד הַשַּׁבָּת).

סָבַל in Kal inusit. *stultus fuit*. (Congruit כָּסַל stultus fuit q. v. no. 2, b. Syr. Aph. ܐܣܒܠ stulte, impie egit, ܣܒܠ stultus, ܣܒܠܘܬܐ stultitia. Chald. אִסְבֵּל stulte egit, סָכְלָא, סַכְלְתָנָא stultus. Zab. id. Praeterea Aramaei sub hac rad. habent etiam *intelligentiae* significatum, quem Hebraei שָׂכַל scribunt, licet raro unam eandemque formam duplici significatu usurpent, v. c. אִסְכַּל stulte egit Gen. XXXI, 28 et intelligentem fecit = הִשְׂכִּיל Iob. VI, 24. Pleraeque formae aut hac aut illa significatione usurpantur, velut Ithpa. stulte egit, סְכַלְתָּן, ܣܟܠܬܢ intelligens).

Pi. stultum fecit v. c. consilium i. e. irritum fecit 2 Sam. XV, 31, stultam fecit sapientiam Jes. XLIV, 25 i. q. הוֹלִיל.

Hiph. stulte egit, addito עָשָׂה Gen. XXXI, 28, eo omisso 1 Sam. XXVI, 21. (Aram. Aph. id.).

Niph. 1) *stulte egit* (pr. stultum se praebuit) 1 Sam. XIII, 13. 2 Par. XVI, 9. 2) *impie egit* 2 Sam. XXIV, 10. 1 Par. XXI, 8, cf. בְּסִיל, נָבָל. Inde

סָכָל m. *stultus* Jer. IV, 22. V, 21. Eccl. II, 19. VII, 17. X, 3. 14. Opp. חָכָם. LXX. ἄφρων, semel μωρός Jer. V, 21, σαληρός Eccl. VII, 18.

סִכְלוּת m. *stultitia*, coner. *stulti* Eccl. X, 6.

סִכְלוּת f. *stultitia*, vc. in solo Eccles. obvium II, 3. 12. 13. VII, 25. X, 1. 13. Semel scribitur

שִׂכְלוּת f. id. Eccl. I, 17.

סָבַן radix, cuius variae significationes haud facile inter se conciliantur et ad primariam quandam notionem revocantur. Eu periculum, de quo hoc praemonendum est, ipsas significationes certiores esse, quam quae de mutua earum necessitudine coniectavimus.

1) Primaria potestas in *habitando* esse videtur i. q. שָׁכַן, c. acc. pers. habitavit apud aliquem. Etiam in linguis Aramaeis haec radix passim scribitur ס littera, ut sam. ⲁⲥⲁⲭⲛⲁ vicina i. q. שְׁכֻנָּה Ex. III, 22.

2) Qui cum aliquo habitat einsque contubernio utitur, *familiaritatem* cum eo contrahit, ei *assuescit*. Inde *familiaritatis* et *assuescendi* notio in Hiph. (Sic arab. وَسَنَ commoratus est in loco, consuevit, أَنِسَ habitavit it. familiaris fuit cum aliqua re, eius peritus fuit, et in lingg. recentioribus *habitude*, *habituel* ab habitando, *gewohnt seyn*, *gewöhnen* a *wohnen*). Eo referri potest Part. סָגָן Jes. XXII, 15 *familiaris* regis, vocabulum generale de *ministris* regis supremis, cui statim additur specialius אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת praefectus palatii (p. 192 A). Cf. ⲁⲗⲁ · ⲁⲙⲓⲥⲧⲁⲕ amicus Dei, de Mose Carm. Sam. I, II, qui alibi (I, 12 al.) *filius* i. e. famulus *domus Dei* (ⲁⲗⲁ · ⲁⲙⲁⲥ · ⲡⲁ خصيص الله) appellatur. — Fem. סְגָנָת 1 Reg. I, 2. 4 *ministra* regis *familiaris*, eiusdem *contubernalis* torique socia (q. d. Beywohnerin, cf lat. med. habitare, cohabitare). L. c. Comm. 2: *quaerant regi puellam virginem, quae ministret regi*, וְתְהִי לוֹ סָגֶנֶת. וְשֻׁכְּבָה בְּחֵיקוֹ וְחַם לַאדֹנִי הַמֶּלֶךְ. Gr. anon. σύγκοιτος. Targ. אִיתְרָא. — R. Jona סָגֶנֶת et מְסֻגָּנֶת interpretatur אוּצְרָת, אוּצָר

thesaurarius, a, vel *promus condus, a*, coll. מַסְכְּנוֹת promtuaria, a סָכַן i. q. כָּנַס. Praeiverant Targ. פַּרְנָקָא, Saad. وَكِيل: sed ad 1 Reg. hoc vix accommodatum est, nisi in *famulae* s. *ministrae* notione subsistere velis. Eandem Kimchius ita efficit, ut (coll. signif. 3) explicet מוֹעִיל, מוֹעִילָה (Helfer, Helferin) *adiutor, adiutrix; administer, administra*. Est enim

3) *profuit, officia praestitit* alicui, in solo Iobi libro. Sq. dat. et עַל Iob. XXII, 2: הַגֶּבֶר יִסְכָּן־אֵל *num Deo prodest homo, ubi prudenter sibi ipsi prodest?* XXXV, 3: מַה־יִּסְכָּן לָךְ *quid tibi prodest?* Gr. anon. *τί συμβαλεῖται σοί.* Pesch. quae utilitas? Parall. מָה אוֹעִיל. Absol. XV, 3: דָּבָר לֹא יִסְכָּן *verba*, quae *non prosunt*. Parall. מִלִּים לֹא יוֹעִיל בָּם. Intrans. *profecit*. XXXIV, 9: לֹא יִסְכָּן גָּבֶר *nil proficit homo*, ubi in Targ. sec. eodem sensu exstat יִתְסַכַּן. Kimchius ubique הוֹעִיל.

4) i. q. arab. سَكُنَ I. IV. V. *pauper, egenus fuit*, v. Pu. et nomm. מִסְכֵּן, מִסְכֵּנוּת. (De hac significatione cum reliquis conciliandi plurimi desperarunt. Equidem suspicor eam a *sedendo* proficisci, quod habitandi notioni finitimum est. Sedendi enim vcc. referri solent ad *considendi* [a consido], *corruendi* notionem prae languore et debilitate, cf. נָפַל sedit, Conj. IV. pass. sedere coactus fuit, claudus fuit, סֹכֶךְ languor in pede cameli, סַכְסֵךְ vir impotens; *sedēre* et *sidēre*. Arab. سَكَنَ et hebr. יָסַד est igitur pr. collapsus, rebus collapsis fuit, *herunter*gekommen seyn, cf. יָרַד, יְרִידָה.

Niph. periclitatus est. Eccl. X, 9: בּוֹקֵעַ עֵצִים יִסָּכֵן בָּם *qui ligna findit, periculo se exponit*. LXX. *κινδυνεύσει ἐν αὐτοῖς*, quo verbo Theodot. utitur etiam Iob. XXXIV, 9, licet invito verborum nexu. (Chald. סְכַן periculo se exposuit. Ithpa. in periculo versari, v. Buxtorf p. 1476, ubi hic verbi usus tot exemplis firmatus est, ut non esset quod de eo dubitaret Mich. suppl. h. v.) A reliquis verbi notionibus haec alienior est, sed nescio an denominativa sit a שָׂכִין culter, securis, inde pr. *secari, caedi*, unde Vulg. *vulnerabitur ab iis*. Hebraeorum nonnulli explicant: יִתְחַמֵּם בָּם בְּעַצְלוֹ בָּם *calefit laborando in iis*, coll. שָׂכִין i. q. חֹמֶס; renitente contextu.

Pu. part. מְסֻכָּן pr. *ad egestatem redactus*, inde *pauper, egenus* (v. Kal no. 4). Jes. XL, 20: הַמְסֻכָּן תְּרוּמָה qui *pauper* est quod attinet ad *munera*, qui non multum habet, quod offerat. Bene Kimchius: שֶׁאֵינוֹ יָכוֹל לְעַשְּׁרוֹתוֹ בִּזְהָב יִכְסֹף לִתְרוּמָה.

Hiph. הִסְכִּין 1) *familiaritatem contraxit* cum al. sq. עִם. Iob. XXII, 21: הַסְכֵּן־נָא עִמּוֹ *familiariter age cum eo*, familiariter et cum fiducia accede ad eum. Sq. acc. rei, i. q. *cognitam habuit* rem (cf. أَنِسَ assuevit rei, inde cognovit eam; أَنِيس familiaris est rei, peritus est eius). Ps. CXXXIX, 3: כָּל־דְּרָכַי הִסְכַּנְתָּה *omnes vias meas cognitas habes*. Parall. זָרִיתָ eventilasti. — 2) *consuevit* aliquid facere, sq. gerundio. Num. XXII, 30: הַהַסְכֵּן הִסְכַּנְתִּי לַעֲשׂוֹת לְךָ כֹּה *num consuevi, ita tecum agere?* Bene Kimchi: הֶהֱרְגֵל הֲרְגַלְתִּי *num solitus sum?*

Alia quaedam varios significatus conciliandi conamina proposuerunt Coccejus ac Schult. ad Iob. XXII, 2, et nuper Redslobius. Illi primam significationem ponunt *οἰκονομεῖν κατ' ὠφέλειαν*, unde סֹכֵן *οἰκονόμος*, מַסְכְּנוֹת promtuaria, מִסְכֵּן frugalis (*öconomisch!*), parcus, pauper: hic vim nativam quaerit in *incurvando, se demittendo* (coll. שָׁכַב habitavit, שָׁכַב demisit se, שָׁעַן al.), inde *sublevavit, adiuvit* (no. 2. 3), et *demissus, oppressus*, inde *pauper fuit*. Sed consuescendi potestas (v. no. 2 et Hiph.), quae et ipsa certissima est, ita non explicatur, nec facile placebunt, quae de tribus locis snb Hiphil laudatis excogitavit vir doctus.

מִסְכֵּן m. *pauper* Eccl. IV, 13. IX, 15. 16. Vox apud Hebraeos quidem recentioris aevi, sed in omnibus reliquis linguis Semiticis usitata, chald. מִסְכֵּן in Targg. pro עָנִי, אֶבְיוֹן; syr. ܡܣܟܝܢܐ, unde ܡܣܟܢܘܬܐ paupertas; zab. id., sam. מַסְכִּינָא paupertas Carm. sam. 2, 21. 5, 21; arab. مِسْكِين, مِسْكِينَة pauper, miser, mendicus v. c. de monacho mendico Abulf. Ann. II p. 40. 636, مَسْكَنَة paupertas; melit. *myskin*, aeth. et amhar. ምስኪን: pauper, ምስኪነት: paupertas; unde in plerisque novum verbum ortum est: מָסְכֵּן, סְכֵּן pass. הִסְכֵּן אִתְמַסְכַּן, مَسْكَنَ, ምስኪነ: pauperem fecit, pass. pauper factus est, cuius נ in litteram radicalem abiit. Adoptarunt hoc vocabulum, probab. ex Arabica lingua, plures linguae Europaeae, ut ital. *meschino, meschinello*; lusit. *mesquinho*, abstr. *mesquinhez*, gall. *mesquin* (miser), abstr. *mesquinerie*. Inde

מִסְכְּנוֹת f. *paupertas, egestas* Deut. VIII, 9. Sed מַסְכְּנוֹת pl. f. *promtuaria*, transpositis litteris ortum est ex מכנסות (rad. כָּנַס). 2 Par. XVI, 4. XXXII, 28. עָרֵי הַמַּסְכְּנוֹת Exod. I, 11, oppida promtuariorum (Magazinstädte). 1 Reg. IX, 19. 2 Par. VIII, 4. XVII, 12.

I. סָכַר

in Kal inusit., i. q. סָגַר *clausit*. (Chald. Pa. et Aph. id., unde סוּכְרָא, סִכְרָא repagulum, obex. Syr. Pe. et Pa. id., unde ܣܟܪ sera. Arab. سَكَرَ spec. obstruxit fluvium aggere vel obice).

Niph. clausus est Gen. VIII, 2. Ps. LXIII, 12.

Pi. i. q. סָגַר et הִסְגִּיר *tradidit* Jes. XIX, 4, sq. בְּיַד.

II. סָכַר

i. q. שָׂכַר *mercede conduxit* Esr. IV, 5.

סָבַת in Kal inusit. *siluit*, vic. שָׁקַט quievit. Arab. سَكَتَ id. II. ad silentium redegit. IV. id. et intrans. siluit. Sam. אשת attendit.

Hiph. siluit (pr. silentium servavit, Stillschweigen beobachten), semel legitur Deut. XXVII, 9. LXX. σιώπα. Vulg. *attende.*

סָלָא 1) pr. i. q. סָלָה, סָלַל no. I *sustulit*, 2) spec. *suspendit* libram (cf. נָשָׂא Iob. VI, 2), inde *pependit* (cf. lat. *pendeo* et *pendo*). Semel legitur in

Pu. pass. Thren. IV, 2: הַמְסֻלָּאִים בַּפָּז *ponderati* vel *ponderandi cum auro puro* (die mit Gold aufzuwiegen sind), qui auro puro aequiparandi sunt.

סְלוּא (sublatus, pensus) n. pr. viri Num. XXV, 24.

סַלּוּא (id.), et **סַלָּא** n. pr. viri 1 Par. IX, 7. Neh. XI, 7.

סַלּוּ (id.) n. pr. viri Neh. XII, 7, pro quo V. 20 סַלַּי.

סָלַד in Kal inusit. Apud Talmudicos est: *adussit* igne, ut manum, ovum, v. c. לובן ביצה סולדו מן האור albumen ovi igne adustum Gittin fol. 57, 1, שמן אתו על albumen ovi igne adustum Gittin fol. 57, 1, שמן אתו על פי שיד סולדת בו oleum etiamsi manus in eo adusta est; it. *oravit, supplicavit.* „Sie quidam [Saadias] interpretantur illud ואסלדה *et supplico* Iob. VI, 10. Sic in quadam epistola, ואסלדך במלתי et supplex rogo te verbo meo. In libris precum, אנקת נסלדיך לפני כסא כבודך gemitus supplicantium te ascendat coram solio gloriae tuae". Buxt.

Pi. Iob. VI, 10: *id mihi solatio esset* וַאֲסַלְּדָה בַּחִיל לֹא יַחְמֹל כִּי לֹא כִחַדְתִּי אִמְרֵי קָדוֹשׁ, quae quattuor potissimum modis explicant. a) Saad. ms. اسبحه *et laudarem eum* (Deum), ex usu Talmudico supra memorato. Sententia esset: *et pie Deum adorarem in dolore, qui non parcit.* Ita Lutherus Hebraeorum doctores secutus: *so hätte ich noch Trost und wollte bitten.* — b) Saad. in Scholio, Abulw., Kimchius vulgarem Talmudistarum significatum adhibentes reddunt: *uror*, et secundum hemistichium concessive explicant: *etsi urar* (h. e. aestu angar cf. דָּלַק) *in dolore*, qui *non parcit.* Abulw. ואלשוֹל بشدّة اى بوجع والم من قول فى المشنه ביצה חסולדה באור *uror angustia id est dolore et cruciatu ex usu Mishnico: ovum adustum igne.* Kimchi: אני מתחמם ונכוה בחילה *ego calefactus et adustus sum dolore.* E recentioribus ita Rosenm. de Wette. — c) Aben Esra, e recentioribus Coccejus, Michaëlis: *et perdurabo* (*perdurarem*) *in dolore*, coll. סָלַל dura fuit terra, סַלְסַל durus, glaber, de terra, it. de equo *robusto*, אַסְלָל avarus, pr. durus. — d) Schult. in Comment. *et exultabo in dolore*, qui *non parcit*, coll. eodem סָלַל, quod praeterea est: terram pedibus percussit equus, ni fallor ita ut lapides scintillas ederent, quum radix etiam dicatur de sono ignis ex silice excussi. *Exsultandi* autem vim exprimunt iam LXX. ἁλλόμην et Targ. וְאִבְעִי *exsulto, gestio, gaudeo*, atque hanc auctoritatem, ut antiquissimam, sequi et ego in tanto traditionis dissidio tutissimum existimo, quanquam commenticium est, quod Fürstius addit: „et revera in lingua neohebraica verbo סָלַד (unde סָלָד laetitia) vis *gaudendi* propria est." Inde

סֶלֶד n. pr. viri 1 Par. II, 30.

I. סָלָה i. q. סָלָא et סָלַל *sustulit*, unde 1) suspendit stateram, *pependit*, v. Pu. — 2) ut lat. *elevavit* i. e. *contemsit, sprevit, reprobavit* (levia enim parvi, gravia magni sunt momenti et pretii) Ps. CXIX, 118. (Chald. Aph. אַסְלֵי reiecit, respuit, syr. Pe. et Aph. ܐܸܫܟܸܠ, ܐܰܫܟܶܠ id. Ethpe. reprobatus est, ܡܸܫܬܟܠ contemtus, reprobus).

Pi. i. q. Kal no. 2. Thren. I, 15.

Pu. pass. Kal. no. 1. Iob. XXVIII, 16 de sapientia: לֹא תִסָּלֶה בְּכֶתֶם אוֹפִיר *non appenditur pro auro ophiritico*, auro emi non potest. LXX. οὐ συμβασταχθήσεται χρυσίῳ, Vulg. non comparabitur.

סֶלָה (Milel, ubique in Pausa), nota musica ter et septuagies in Psalmis, et praeterea ter (Hab. III, 3. 9. 13) obvia, ferme ubique commate extremo (raro medio commate Ps. LV, 20. LVII, 4. Hab. III, 3. 9) posita, maxime ubi sectio quaedam vel stropha carminis absoluta est, ita quidem, ut in aliis Psalmis semel (Ps. VII, 6. XX, 4. XXI, 3) bisve (IV, 3. 5. IX, 17. 21), in aliis ter (III, 3. 5. 9. XXXII, 4. 5. 7. LXVI, 4. 7. 15. LXVIII, 8. 20. 33) adeoque quater LXXXIX, 5. 38. 46. 49) reperiatur, et singula carmina in plures strophas dispescat: nonnunquam etiam extremo carmine ponatur (Ps. III. IX. XXIV). E veteribus LXX. Theodot. Symm. verum vidisse videntur, qui ubique reddunt διάψαλμα q. d. interludium (Zwischenspiel) i. e. fidium cantum, quo psaltes verba a se cantata passim interpellabat (v. not.). Et simile quid ex vocabuli Hebraei significatione elficitur, quod imp. parag. Kal verbi סָלָה esse existimo. Ut a grammatica eius forma ordiamur, pro vulgari imp. סְלֵה, addito He paragogico et inssivo (quod verbis לה raro quidem annectitur, sed tamen annectitur, v. אַשְׁעֵהוּ Ps. CXIX, 117, אַהֲבָתְךָ LXXVII, 5, יְשַׁחֲקֵנִי Jes. XLI, 23) dictum est סָלָה, in Pausa סָלָה, ut לְחִי, לֶחִי; שְׁכֶם, שֶׁכֶם; דְּבֵקָה, דְּבֶקָה: certe manifesto falsae sunt nonnullae aliae huius formae explicationes nuper in medium prolatae, ut Böttcheri (specc. p. 76) et Fürstii (in concordd.). Namque illi quidem est imp. Pi. a סִלָּה, ad cuius formam apocopatam סַל

(pro סִגָּה) additum sit ה־ Patach mutato in Segol, ut in סַדָּה, דָּרָה. Sed non reputavit vir doctus, futuri et imperativi figurati formas aut apocopatas esse aut paragogicas, nullo modo formae apocopatae He paragogicum annecti potuisse. Imperativi Pi. forma est כַּבֵּה, חַנֵּה, apocopata צַר, עַן, paragogica in usu si esset, non alia esse posset quam סַגָּה (ex סַגֵּה He absorpto), nullo modo סֶלָה electo Dagesch: allata enim exempla חָרָה (pro חֲרֵה) et סַדֵּנָּה alius naturae esse, manifestum est. Hic (Fürstius) סֶלָה in Pausa dictum censet pro subst. סֶלַע: contra vulgares grammaticae leges. Formae enim segolatae verborum לֹה, quae exstant, in Pausa vocales non mutant (בְּכָה Esr. X, 1, חֲגֹה Ps. XC, 9, סֶנֶה n. pr. 1 Sam. XIV, 4), si mutassent, prius Segol (non posterius) in Kamez abiisset (סָתֹר, סָגֹל, נָשֹׁר al.). Itaque si a nomine סֶלָה esset סֶלַח, סֶלָה non posset non paragogicum esse vi fortasse iussiva (quod ipsum in lex. man. posui q. d. *ad silentium*): sed hoc He iussivum imperativum potius suadet. [Pro nomine cum He paragogico iussivo habet etiam Ewaldus, poët. Bücher des A. T. 1, 179, a rad. סלל ascendere, unde duci possit nomen סֹל, c. He parag. סֶלָה *in altum* „cf. gramm. hebr. §. 420. 41. 133", i. e. alta voce sc. fidibus cane, quo ipso cantus silere iubeatur. Sed vereor ut recte. Nam ut alia taceamus, סֹל a סָלַל addito He parag. vix aliter scribi poterat quam סֹלָה, sicut גַּת, גַּתָּה 1 Reg. II, 40 et גִּתָּה Jos. XIX, 13, et in imp. בֹּזָּה Ps. LXXX, 16, עִנּוּ Ps. LXVIII, 29, אֶרֶה pro אֲרֵה Num. XXII, 6, in Pausa כָּלָה. Laudatur quidem l. c. גִּתָּה pro גַּתָּה, sed haec nonnullorum librorum scriptura refellitur forma gemina גִּתָּה Jos. l. c., ubi nulla est varietas. Fac autem Dagesch omitti potuisse, non credibile est, in syllaba tono munita pro סַגָּה, סֶלָה gutturali non interveniente pronunciari potuisse vocali breviori סֶלָה].

Sed quid iubetur hoc imperativo? A primaria potestate verborum נָשָׂא, סָלָה erat: *tolle!*, quod duplici modo acceperunt, vel: *tolle* vocem (hebe auf die Stimme) i. e. inhibe vocem, subsiste, quiesce (Böttcher l. c.), vel: *tolle, eleva* cantum fidium (cf. נְשָׂא Iob. XXI, 12). Prius aptissimum esset, si modo talis translatio verborum *tollendi* probari posset, ad posterius commendandum provocare possis ad Ps. IX, 17, ubi pro simplici סֶלָה plenius est: הִגָּיוֹן סֶלָה *tolle cantum fidium*. Quum in utroque sit quod desideres, haud scio an verbo סֶלָה tribui possit potestas cognati שָׁרִיוֹן, סִרְיוֹן (cf. שָׁרִיוֹן et similia p. 931) hebr. tranquillus fuit, et chald. etiam: *cessavit, desitit* (Buxt. no. III), *absolvit, finem fecit* (ibid. no. VI), syr. ܣܠܐ *cessavit, quievit*, pro gr. *παύομαι* Act. V, 42. VI, 13. XX, 1. Ethpe. id. pro *παύομαι* Eph. I, 16. סֶלֶא, סֶלְאָ quies, silentium, סֶלְסָא cessatio, intermissio, ita סֶלָה sit *Pausae* signum.

Veterum plurimi סֶלָה male ad ipsum carminum contextum referunt, et temporis particulam putant. Aqu. *ἀεί*. Ed. quinta, *διαπαντός*. Editio sexta, *εἰς τέλος*. Hier. (ad Marcellam): semper, in sempiternum. Targg. לְעַלְמִין in aeternum. Abulw. من اسما الدهر اى ابدًا *est particula temporis, perpetuo*. Non magis audiendi sunt recentiores quidam, qui סֶלָה compendium scripturae (מן ראשי תיבות) esse putabant, ex trium vocabulorum litteris initialibus conflatum (ut רשי pro רבי שלמה ירחי), et in eo explicando ingenium exercebant, velut: סב לְמַעְלָה הַשָּׁר *redi sursum, cantor!* (q. d. da capo), vel סִימָן לְשִׁנּוּת הַקּוֹל *signum mutandae vocis* al. Plures coniecturas qui cupit, adeat: G. Mattheson erläutertes Selah, Hamb. 1745. Michaëlis Supplemm. p. 1760. Rosenmülleri Comment. in Psalm. T. I, p. LXVII ed. 2, Noldii concord. particul. hebr. pag. 940 ed. Tymp. Herder Geist d. hebr. Poësie II, 376. Eichhornii Bibl. der bibl. Litteratur T. V, p. 542 sq. Forkelii Gesch. der Musik T. I, p. 144.

Not. De significatione vocis *διάψαλμα*, quam scriptores profani ignorasse videntur, haud minor quidem iam apud veteres dissensus est, quam de hebraeo סֶלָה (videantur prae ceteris Hieron. in epist. ad Marcellam „quid sit Sela" T. III, p. 94 Francof., ubi etiam Origenis sententiam copiosius refert. Theodoret. et Greg. Nyss. apud Suicer. thes. eccles. 1, 890. Suidas: *διάψαλμα, μέλους ἐναλλαγή*: adde quae annotarunt Henr. Stephanus, Bielius et Schleussnerus h. v. Alberti ad Hesych. I, p. 967. Tittmann ad Zonar. p. 527): alii enim *cantus mutationem* interpretabantur (*μέλους μεταβολήν* s. *ἐναλλαγήν* Theodoret. unde profecit Suidas), alii *mutationem sententiae* s. *argumenti, μεταβολὴν τοῦ νοήματος* (anon. ap. Greg. Nyss., alterius sensus exordium Hieron.), alii denique *interpellationem* s. *pausam* canentis *μεταξὺ τῆς ψαλμῳδίας γενομένην κατὰ τὸ ἄθροον ἐπηρέμησιν* (Greg. Nyss. pausationem spiritus, signum silentii Hieron. l. c.): sed ipsa vocis ratio vix aliam interpretationem admittit, quam eam de qua ex Gregorio Nysseno retulimus, ut sit *cantus fidium* vocis cantum *interpellans*, vel simpliciter *cantus fidium*, quum *διαψάλλω* (intensivum a *ψάλλω*) nonnunquam usu non differat a verbo simplici*). Ceterum Patres et Graeci et Latini hoc signo interiecto psalmorum partes discernere solent, hoc modo: psalmo quadragesimo nono *sub secundo diapsalmate legimus* i. e. post alterum Sela (v. Suicer. l. c.). Peschito in Psalmis

*) Hieron. l. c. „De diapsalmate nostram sententiam flagitaras: epistolae brevitatem causati sumus, et *rem libri* non posse explicari litteris praetexuimus." . . . . . „Quidam *diapsalma* commutationem metri dixerunt esse: alii pausationem spiritus: nonnulli alterius sensus exordium. Sunt qui rythmi distinctionem, et, quia Psalmi tunc temporis iuncta voce ad organum canebantur, cuiusdam musicae varietatis existiment silentium." Ipse dein iis accedit, qui Sela *semper*, *in sempiternum* interpretati erant. Etiam Origenes, postquam varias interpretationes recensuit, incertus haeret: „utrum autem cuiusdam musicae cantilenae aut rythmi immutationem qui interpretati sunt *diapsalma* senserint aliudve intellexerint, tuo iudicio derelinquo."

vel integrum retinet יִסְלַח, יִסְלְחוּ, vel compendio utitur יִסַּח.

סָלַח fut. יִסְלַח, semel אֶסְלוֹחַ Jer. V, 7 Chethibh, *condonavit*, Deus homini vel peccato, sq. dat. vel peccati Ex. XXXIV, 9. Num. XIV, 19. 1 Reg. VIII, 34. 36. Ps. XXV, 11. CIII, 3. Jer. XXXIII, 8, vel hominis Num. XXX, 6. 9. 13. Deut. XXIX, 19. 1 Reg. VIII, 50. 2 Reg. V, 18. 2 Par. VI, 39, absol. Num. XIV, 20. 2 Reg. XXIV, 4. Am. VII, 2. Dan. IX, 19. Thren. III, 42. LXX. ἱλάσκομαι, ἵλεως εἰμί, ἵλεως γίνομαι, ἀφίημι. (Chald. id. sed raro. Targg. bis terve retinent סְבַק, plerumque pro eo frequentant פְּשַׁר. Crebrum est sam. ⱑⱄⱍⱁ expiavit i. q. ⱑⱄⱍⱁ, ⱑⱄⱍⱁⱀ λίτρον. Origo esse videtur in *tollendo*, ut נָשָׂא pr. idem sit quod נָסָא, נָסַח. Aethiopes habent ተሰሀለ: clemens, propitius fuit, condonavit, sed hoc est سهل facilem se praebuit).

Niph. *condonatum est* peccatum alicui, sq. dat. pers. Lev. IV, 20. 26. 35. V, 13. 16. 18. XIX, 22. Num. XV, 25. 26. 28.

סַלָּח m. *condonans*, *benignus*. Ps. LXXXVI, 5.

סְלִיחָה f. *condonatio* Ps. CXXX, 4, pl. Neh. IX, 17. Dan. IX, 9.

סָלַךְ rad. inusit. Arab. سلك incessit, ivit (cogn. חָלַךְ), unde مَسْلَك via, tractus.

סַלְכָה (Caph raphato, itaque pro סַלְחָה) n. pr. oppidi Manassitarum vel Gaditarum (1 Par. V, 11) in terminis orientalibus Batanaeae Deut. III, 10. Jos. XII, 5. XIII, 11. Hodieque hic locus superest in extrema Hauranitide eiusque nomen a Burckhardto (itin. p. 180 cf. not. p. 507) صلخت scribitur, ab aliis (v. Richter Wallfahrten p. 189) et ab ipsis Arabum scriptoribus corrupte صرخد (Abulf. Syria p. 105. et Schnlt. ind. v. Sarchadum). Oppidum est castello munitum et vineis abundat, unde iam Arabum lexicographi vinum memorant صرخدية dictum.

סָלַל fut. יִסֹּל *sustulit, extulit* (vic. verbis נָסָא, נָשָׂא it. נָסַח, נָצָא, נָצַח, נָצַל, נָשַׂג, נָשַׁל, נָשַׁע *tollo*). Vide Pil. Spec.

1) *aggessit* in acervum. Jer. L, 26: סָלּוּהָ כַמּוֹ עֲרֵמִים *aggerite* terram vastatam *instar acervorum*. Dein: *aggeravit*, *aggesto aggere complanavit* viam (cf. רוּם Jes. XLIX, 11). Jes. LVII, 14: סֹלּוּ סֹלּוּ פַּנּוּ דָרֶךְ. LXII, 10. סֹלּוּ סְלוּ מְסִלָּה via complanata Prov. XV, 19, contra דֶּרֶךְ יְשָׁרִים לֹא סְלוּלָה Jer. XVIII, 15. Iob. XIX, 12: וַיָּסֹלּוּ עָלַי דַּרְכָּם *munierunt* sibi *viam ad me*. XXX, 12. Omisso דֶּרֶךְ Ps. LXVIII, 5: סֹלּוּ לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת *complanate* viam *ei qui vehitur in desertis* Jovae. Ab *elati*, *alti* notione proficiscitur

2) *nutavit*, *vacillavit*, de rebus altis, proceris, teretibus quae vacillant et librantur von dem Schlanken und Schwanken). Spec. de frondibus et virgulis lentis, pendulis, ut salicum, palmarum, quales corbibus texendis scopisque adhibebant, cf. דָּלַל, זָלַל, זָלַף unde זַלְזַלִּים palmites, et תָּלַל no. 1. 2, unde תְּלָלִים. Inde סַלִּים et סַלְסְלוֹת (arab. sing. سلة) corbes, utpote ex virgulis lentis contextae, cf. formas durius prolatas סַנְסִנִּים (l et n permutatis) virgae pendulae palmarum, e quibus scopae fiunt (unde verbum syr. et chald. סנן scopis verrit), צִנְצֶנֶת corbis (cum cognatis צִנָּא chald. צְנָא corbis, כְּפַן corbes plexuit). Quandoquidem palmarum rami, antoquam frondescunt, spinis teeti sunt, eiusdem radicis nomina de spinis palmarum usurpantur, ut سِلَّة et سَلَّة spinae palmarum ramis adnascentes, et hebr. סַלּוֹן, סִלּוֹן spina, quae virgae adnata est, a סַל (pr. virga) et syllaba formativa וֹן. Vox arab. مِسَلَّة acus maior a similitudine aculei dicta est.

Pilp. i. q. Kal no. 1 metaph. Prov. IV, 8: סַלְסְלֶהָ וּתְרוֹמְמֶךָּ *effer eam* (sapientiam) *et efferet te*.

Hithpo. הִסְתּוֹלֵל (denom. a סְלִלָּה) *aggeris instar opposuit se* (sich dämmen), *restitit*, sq. ב Ex. IX, 17: עוֹדְךָ מִסְתּוֹלֵל בְּעַמִּי *adhuc resistis populo meo*. Aqu. ἀντιποῖ. Reliqui veteres, ut Vulg. *retines* populum meum. Symm. *κατέχεις*. Ita etiam Onk. Pesch. Saad.

A prima verbi potestate ducta sunt haec nomina:

סֹלְלָה f. *agger*, quem oppugnatores aggerere solent Jer. XXXII, 24. XXXIII, 4, inde שָׁפְכָה סֹלְלָה aggessit aggerem Ez. XVII, 17. XXI, 27. Dan. XI, 15, addito עַל עִיר contra urbem 2 Reg. XIX, 32. Jer. VI, 6. Ez. IV, 2. XXVI, 8, אֶל עִיר 2 Sam. XX, 15. LXX. χῶμα, πρόσχωμα, χάραξ.

סֻלָּם m. *scala* Gen. XXVIII, 12. Arab. سُلَّم scala, stapes, quod male ad rad. سلم referunt lexx. Videntur Arabes hoc vc. ex Hebraismo i. e. vetere lingua Semitica petiisse, ut Onk. et Chald. sam., qui Gen. l. c. illud retinuerunt, licet alias non usitatum sit. Cf. מַדְרֵגָה no. 2.

מְסִלָּה f. 1) *via aggesta*, aggere aggesto munita (angl. high-way), inde *via publica* (Landstrasse, Strasse) Num. XX, 19. Iud. XX, 31. 32. XXI, 19. 1 Sam. VI, 12. 2 Sam. XX, 12. 13. Jes. VII, 3. XI, 16. XIX, 23. XXXVI, 2. XL, 3. XLIX, 11. Jer. XXXI, 21. Ps. LXXXIV, 6: מְסִלּוֹת בִּלְבָבָם *quorum in animo* sunt *viae* sc. ad sanctuarium, cf. Comm. 7. 8. Poët. de viis locustarum Joel II, 8, stellarum in coelo Iud. V, 20. Metaph. de vitae ratione (ut דֶּרֶךְ) Prov. XVI, 17: מְסִלַּת יְשָׁרִים סוּר מֵרָע.

2) *scala* i. q. סֻלָּם. 2 Par. IX, 11. LXX. ἀνάβασις. Vulg. gradus.

מַסְלוֹל m. i. q. מְסִלָּה no. 1. Jes. XXXV, 8. Sed a סָלַל no. 2 profecta sunt haec:

סַל m. virga lenta, ex qua corbes texuntur, inde *corbis* ex virgis texta (cf. *κάνεον*, *κανίας*, *κάναστρον* a *κάνη*), *canistrum* Gen. XL, 17. Exod. XXIX, 3. 23. 32. Lev. VIII, 2. 26. 32. Num. VI, 15. 17. 19. Iud. VI, 19. Plur. סַלִּים Gen. XL, 16. 18. (Chald. סְלָא, סִלְיָתָא, syr. ܣܠܐ, arab. سَلَّة id. سَلَّال corbium textor).

סֶלָא (vimen, corbis) n. pr. oppidi in vicinia Hierosolymorum 2 Reg. XII, 21.

סְלוֹן Ez. II, 6 et

סִלּוֹן Ez. XXVIII, 24 *spina*, pr. qualis in virgis s. spathis palmarum est, a סַל virga addita terminatione וֹן. Metaph. de hominibus impiis Ez. II, 6 cf. סִיר. LXX. *σκόλοψ*. (Chald. סְלָא, סִלְיָתָא, arab. سَلَّال spinae palmarum).

סַלַּי (corbium textor?) n. pr. duorum virorum, a) Neh. XI, 8. b) XII, 20.

סַלְסְלוֹת pl. f. *corbes* i. q. סַלִּים Jer. VI, 9. LXX. *χάρταλλος*, Vulg. cartallus.

סָלַע rad. inusit. vel *alti* s. *elati* potestatem habens (cf. סָלָא, סָלָה, סָלַל, סָלַק), vel *gravis* et *ponderosi* (cf. שָׁקַל, סָקַל). Inde

סֶלַע, in Pausa סֶלַע Iob. XXXIX, 1. Jer. XXIII, 29. Ez. XXIV, 8. XXVI, 4 c. suff. סַלְעִי m. 1) *rupes*, *petra*. (In linguis cognatis non reperitur: sed cf. sanscr. *çilâ* silex, rupes, ipsumque lat. *silex-s*). Num. XX, 8. 10. 11. XXIV, 21. Iud. VI, 20. 1 Sam. XXIII, 28. Jes. XXII, 17. Iob. XXXIX, 1. 28. Ps. CXXXVII, 9. LXX. *πέτρα*. סֶלַע כָּבֵד rupes gravis i. e. ingens Jes. XXXII, 2. שֶׁן־הַסֶּלַע dens s. cacumen rupis 1 Sam. XIV, 4. נְקִיק סֶלַע fissura rupis Jes. VII, 19. חַגְוֵי סֶלַע latibula rupis Ob. 3. Passim de arce in rupe sita, in qua quis tutus est ab hostibus Jes. XXXI, 9. XXXIII, 16, inde metaph. de Deo Ps. XVIII, 3: יְהוָה סַלְעִי XXXI, 4. XL, 3. XLII, 10.

2) e. art. הַסֶּלַע Ind. I, 36. 2 Reg. XIV, 7, poet. sine eo Jes. XVI, 1 (fort. XLII, 11) n. pr. urbis primariae Idumaeorum, quae mare mortuum inter et sinum Aelaniten in valle altissimis rupibus cincta sita erat, cuiusque domicilia ex parte in rupem incisa erant; gr. *Πέτρα*, apud scriptt. ecclesiasticos etiam *αἱ Πέτραι*, medio aevo *vallis Mosis*, unde hodie وادى موسى *Wady Musa*. Trajano imperante ea regio Romanis subiecta est (Dio Cass. 68, 14), et Hadrianus urbi a se restitutae nomen suum imposuisse videtur, unde in nummis appellatur: *Ἁδριάνη Πέτρα μητρόπολις* (Eckhel doctr. numm. II p. 503). Vid. Strabo XVI, p. 776. 779. Diod. 19, 95. Plin. 6, 32. Ptolem. 5, 17. Jos. Ant. 4, 4 §. 7 cf. Reland. Palaest. p. 926—951. Salmas. ad Solin. Comment. nostr. ad Jes. XVI, 1. Splendidissima huius urbis rudera, eaque Graecorum Romanorumque artem redolentia, inscriptionibus etiam graecis et romanis, licet paucis, ornata (v. de Laborde tab. 46. 47. 51), in quibus magnifica sepulcra magna arte in rupem incisa, plura templa, theatrum et arcus triumphalis, nostra demum memoria innotuerunt, postquam compluribus viris doctis eas regiones adire contigit, primum Burckhardto anno 1812 (v. itin. Syriae p. 703 sqq. 1068 ed. germ.), dein Bankesio cum Irby et Mangles anno 1817 (quorum liber impressus quidem et nonnullis dono datus, sed non venditus est; succincta itineris descriptio annexa est huic libro: Will. Macmichaël Journey from Moscov to Constantinople in the years 1817. 1818. London 1819, 4.), denique Leoni de Laborde anno 1829, qui in opere nitidissimo: Voyage de l'Arabie Pétrée, Paris 1830 fol. max., eximiam singulorum aedificiorum veterum delineationem dedit (tab. 34—59), adiecta quoque totius areae ichnographia (tab. 60).

סָלַע quadril. Chald. *deglutivit*, *absorpsit*, in Targg. pro בָּלַע, ubi metaphorice ponitur. Inde

סָלְעָם m. *locustae* species alata et esculenta, dicta a vorando Lev. XI, 22. LXX. *ἀττάκης*, Compl. *ἀττακός*, Vulg. *attacus*, fortasse i. q. *ἀττέλαβος*, ab *ἄττω* i. q. *ἅπτω*, *ἅσσω*, *ἄσσω* subsilio.

סָלַח in Kal inusit. De primaria vi ambigitur. Recentiores nonnulli (Alb. Schult. ad Prov. pag. 203. Arnoldi zur Exeg. und Kritik d. A. T. I, 150 nuper Fäsi in Jahn neue philol. Jahrbb. IV, p. 168 cf. Lex. man. p. 1072) originem ponunt in *lubricitate* et *elabendo* (coll. arab. سلف oblevit, unxit utrem, it. praeteriit, praeterlapsus est, germ. *schlüpfen*, angl. to *slip*, et vice. חָלַף i. q. עָבַר, gr. *ἀλείφω*), unde in Pi. *lubricam fecit* viam (Prov. XIX, 3), dein *labi fecit*, praecipitem dedit hominem, causam forensem, *σφάλλειν δίκαν* (Exod. XXIII, 8), סֶלֶף laevor, inde fallacia, sec. Arnoldium: festinantia Prov. XV, 4 (coll. arab. سلف praeteriit, praevertit aliquem). Sed nihil horum firmatur traditione exegetica sive veterum interpretum sive Rabbinorum, qui vel *pervertendi*, *evertendi* vim huic verbo tribuunt i. q. חָמַס, עָוָה (Kimchi: לְשׁוֹן עִוּוּת Gr. Venet. magna constantia: *σκολιόω*, *σκολιώτης*. Vulg. passim subvertere) vel neglecto etymo sententiam exprimunt (v. infra): et eadem illa potestate etiam Chaldaei eo verbo utuntur, licet non crebro, ut אִסְתְּלִיף *distortum fuit* (os) Esth. VI, 10 Targ. sec., סְלִיף perversus (labiis) Prov. X, 10 Targ. Tutius igitur existimo, in hac verbi potestate subsistere. Copiose de hac rad. egit Mich. in suppl. p. 1770, qui Schultensii coniecturam et ipse descrit, sed in singulis locis alia omnia tentat.

Pi. סִלֵּף 1) *pervertit*, ut verba alic. (cf. חִפֵּךְ Jer. XXIII, 36 cf. הֶעֱוָה יָשָׁר Iob. XXXIII, 27). Exod. XXIII, 8: *munus* (iudici datum) *occaecat videntes* וְיסַלֵּף דִּבְרֵי צַדִּיקִים *et pervertit verba* (vel causas) *iustorum*. Pesch. סלפ. Saad. تَعْوِيف pervertit. Targ. h. l. ut ubique מְקַלְקֵל i. e. deiicit. LXX. *λημάσεται*. Vulg. *subvertit*. Deut. XVI, 19. Cum דִּבְרִים coniungitur etiam Prov. XXII, 12: *oculi Iovae custodiunt intelligentiam* וַיְסַלֵּף דִּבְרֵי בֹגֵד *sed pervertit* Iova *verba perfidi*. 2) *evertit*, *subvertit* a) viam (cf. עִוָּה נָתִיב Thren. III, 9). Prov. XIX, 3: אִוֶּלֶת אָדָם תְּסַלֵּף דַּרְכּוֹ *stultitia hominis subvertit viam eius*, sequitur: *et contra Deum saevit cor eius*. b) hominem i. e. *deiecit*, *praecipitem dedit*, *perdidit* eum (cf. הָפַךְ Prov. XII, 7). Iob. XII, 19: *captivos egit sacerdotes* וְאֵיתָנִים יְסַלֵּף *et optimates deiicit*. LXX. *κατέστρεψε*. Vulg. *supplantat*. Prov. XXI, 12: מְסַלֵּף רְשָׁעִים לָרָע *deiicit* (Iova, cf. XXII, 12) *improbos in calamitatem*. Multum vexatus est locus XIII, 6: צְדָקָה תֹּם־דָּרֶךְ וְרִשְׁעָה תְסַלֵּף חַטָּאת, ita explicandus: *iustitia tuetur integritatem* i. e. integros, *sed improbitas deiicit peccatum* i. e. peccatores, אנשי חטאת, ut recte Aben Esra. Vulg. iustitia custodit innocentis viam, impietas autem *peccatorem supplantat*. LXX contra (Alex. Ald. Compl., nam in plerisque hoc comma deest) in altero hemistichio רִשְׁעָה obiectum faciunt: *τοὺς δὲ ἀσεβεῖς ψαίλονς ποιεῖ* (perdit) *ἁμαρτία*.

סֶלֶף m. *perversitas*, inde *pravitas* (cf. verba עָוָה, בָּגַל, חָבַל codem modo translata). Prov. XI, 3: תֻּמַּת יְשָׁרִים תַּנְחֵם וְסֶלֶף בּוֹגְדִים יְשָׁדֵם *integritas iustorum ducit eos* secure, feliciter, *et pravitas perfidorum perdit eos*. Arnoldius *fallaciam* interpretatur, a lubricitate. XV, 4: *lingua placida* est *arbor vitae* וְסֶלֶף בָּהּ שֶׁבֶר בְּרוּחַ sed *pravitas in ea* lingua prava est sicut *ruina tempestate* orta. Linguae placidae et pacificae piorum opponitur sermo pravus i. e. mendax, convicia et calumnias iactans impiorum. Arnoldius h. l. *festinationem* intelligit, v. ad rad.

סָלַק et סָלַק chald. *ascendit*. Dan. VII, 3. 8. 20. Plur. סְלִקוּ Dan. II, 29. Esr. IV, 12. De fut. יִסַּק v. ad rad. נְסַק. (In Targg. saepissime pro hebr. עָלָה, Pa. sustulit. Ithpa. discessit. Syr. ܐܫܠܩ, sam. Ᵽⱍⱡ id.).

סָלַת verbum inusit. Arab. سلت detersit, decorticavit, excoriavit, abrasit, unde سُلْت hordeum, al. hordei species corticis expers, a decorticando. Talmud. סְלָתִין secavit ligni frustula (Spänchen schneiden), סְלָתִין ligni frustula, chald. סוּלְתָא similia, farina purissima, a decorticando dicta. Inde

סֹלֶת c. suff. סָלְתָהּ Lev. II, 2 m. (Exod. XXIX, 40), sed saepius fem. Lev. II, 5. VII, 12. Num. VII, 13. 19. 25. 31. 37. 43. 49 al. *farina purissima* (LXX. *σεμίδαλις*) Lev. II, 1 sqq. V, 11. VI, 13. XIV, 10. 21. XXIII, 13. 17. Num. l. c. it. VIII, 8. XV, 4. 6. 9. XXVIII, 9 sqq. 1 Reg. V, 2. 2 Reg. VII, 1. 16. 18. 1 Par. IX, 29. XXIII, 29. Ez. XVI, 13. 19. XLVI, 14. סֹלֶת חִטִּים farina triticea Ex. XXIX, 2. Per apposit. קָדַח סֹלֶת Gen. XVIII, 6. Kimchius: הוא הקמח שהיא טחון טחינה גסה *haec est farina crasse molita*, addito loco Mischnae: זֶה שהיא מוציאה את הקמח וקרוֹלטת את הסולת *cribrum quod emittit farinam et retinet Soleth*. Intelligere videtur polenta s. τὰ ἄλφιτα, sed fac Talmudicos ita usos fuisse hac voce, ad V. T. usum id non aptum est, et pro farina subtilissima facit Vajikra rabba s. 20: קמח דקמהות סלת *farina farinae* est *simila*.

סַמְגַּר נְבוֹ n. pr. praefecti militum apud Chaldaeos Jer. XXXIX, 3. De *Nebu*, quod *Mercurium* significat (p. 841) satis constat, multo minus de סמגר. Bohlenius (symbb. p. 26) conferebat pers. شمشير gladius, in curis mss. scribit: „nihil habeo, quod satisfaciat, nisi forte a sanscr. *sangara* bellum, fingi potest *sángara* bellator, miles.“

סְפָרְוַיִם 2 Reg. XVII, 24. XVIII, 34. XIX, 13. Jes. XXXVI, 19. XXXVII, 13 n. pr. urbis Assyriorum imperio subiectae, ex qua coloni in Samariae agrum deducti sunt. Nom. gent. סִפְרִוִּים 2 Reg. XVII, 31 bis, et altera quidem vice Chethibh סִפְרִיִּים. Vix dubium est, quin intelligenda sit *Σιφάρα* Ptol. 5, 18, *Σιππαρηνῶν πόλις* Abyden. ap. Euseb. praep. evang. 9, 41 cf. Euseb. chron. I, p. 55 (fortasse Hipparenum Plin. 6, 30), urbs Mesopotamiae in orientali Euphratis ripa ibi sita, ubi Euphrates in duas partes scinditur, quarum una per Babyloniam fertur, altera per Seleuciam in Tigrin influit.

סָקַל *lapidavit, lapidibus obruit* aliquem, quae poena capitalis erat apud Hebraeos, de qua vide Rabbinorum sententias diiudicatas ap. Chr. B. Michaëlem in dissert. de iudiciis poenisque capitalibus §. 5, in Pottii syll. IV, p. 185. (*Lapidandi* autem significatum vix primarium putem, praesertim quum in Pi. etiam *elapidandi* potestas sit. Origo esse videtur in rad. סָקַל, סָקַל ponderosus, gravis fuit, unde nomen inusit. סֶקֶל lapis, a gravitate dictus, et inde ductum denom. סָקַל lapidavit, Pi. id. et elapidavit). Cstr. sq. acc. pers. Ex. VIII, 22. XVII, 4. XIX, 13. XXI, 28. 1 Sam. XXX, 6. 1 Reg. XXI, 10; saepe addita voce בָּאֲבָנִים Deut. XIII, 11. XVII, 5. XXII, 24. Jos. VII, 25. 1 Reg. XXI, 13, cf. syn. רָגַם.

Niph. pass. *lapidatus est* Exod. XIX, 13. XXI, 28 sqq.

Pi. 1) i. q. Kal *lapidibus petiit* aliquem sq. acc. pers. 2 Sam. XVI, 6, לְעֻמַּת ב׳ versus aliq. ib. Comm. 13. — 2) *lapidibus purgavit* agrum (cf. Gr. §. 51, 2, e) Jes. V, 2, viam (addito גֵּיאָבֶן) LXII, 10.

Pu. pass. *lapidatus est* 1 Reg. XXI, 14. 15.

סָרַב verb. inusit., chald. סְרַב *refractarius, rebellis fuit*, cuius significationis vestigia etiam apud Syros reperiuntur (Prov. IX, 12 pro *ὀρείδομαι*, Sir. IV, 30 pro *ἀντιλέγω*, adde infra Ezech. l. c.). Ab eadem hac radice aramaea, non ex lingua Aegyptia (ut volebat Isidorus offic. 2, 15), petitum est vc. *Sarabaitae*, quo appellatum est genus monachorum veterum in Aegypto, qui disciplinae impatientes extra coenobia vagabantur, lat. *Renuitae*, aegypt. *Remoboth* (v. quae laudant Bochartus in Hieroz. III, 425 Lips. Jablonskii Opusce. I, 264).

סָרֵב (formae קָטֵל pro סָרַב) m. *rebellis, refractarius.* Ez. II, 6: סָרְבִים וְסַלּוֹנִים אוֹתָךְ *rebelles et* quasi *spinae sunt erga te.* Targ. מְסָרְבִין. Syr. ܡܣܪܒ. Ex Hebraeis nonnulli, ut Dunes ibn Librat, ubi viderent copulari cum סַלּוֹנִים, *spinas* interpretati sunt, et Castellus *urticas* (coll. סָרָה ussit): sed vulgarem sententiam recte tuitus est Celsius in Hierobot. II, p. 222 (de cuius opinione perperam refert Simonis).

סַרְבַּל chald. *texit, operuit*, ut vestibus Nah. II, 3 Targ., sed maxime carne, pinguedine Ez. XVI, 26 Targ., unde מְסָרְבָּל talmud. pinguis, pr. opertus carne et pinguedine, et סַרְבָּל talm. pallium (v. infra). Ortumne sit ex trilittero סָרְבַל tulit (ut כָּרְבַל a כבל), non definio.

סַרְבָּלִין (Kamez impuro) m. vestimenti genus, vel *femoralia*, vel *pallia*. Dan. III, 21: בֵּאדַיִן גְּבַרַיָּא אִלֵּךְ כְּתִיתוּ בְּסַרְבָּלֵיהוֹן וגו׳ *tunc ligati sunt viri cum sarbalis eorum* cet. Comm. 27: וְסַרְבָּלֵיהוֹן לָא שְׁנוּ *et sarbala eorum non mutata erant* i. e. flamma non laesa. E vett. intpp. alii nomen chaldaeum retinuerunt, ut Aqu. Theod. *τα σαράβαρα αὐτῶν, σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν.* LXX. Comm. 27 (94) et ibid. Vulg. *sarabala eorum*, Pesch. et Syr. Hexapl. (Comm. 27) ܣܪܒܠܐ (de quo v. infra), int. hebr. סרבלותם, Arabs Comm. 21 سراويلاتهم; alii id inter-

pretati sunt et triplici quidem modo. Fuerunt a) qui *braccas* s. *femoralia* interpretarentur. Symm. *ἀναξυρίδες* quae vox est propria de braccis Persarum et Scytharum ad pedes usque demissis (Herod. 5, 49. 7, 61. Xen. Cyrop. 8, 3 §. 28. Anab. 1, 5, 8. — Herod. 1, 71. 7, 64). Vulg. comm. 21 *braccae*. Hieron. braccae quibus crura teguntur et tibiae. Hebraei apud Saadiam: בתי השוקים. Benjamin Mussaphia ad Aruch: אנרן היונים שסרבל היה נתן לבוש פרסי כמו מכנסים או בתי שוקים. His etiam annumerandi, qui gr. et lat. *σαράβαρα* reddiderunt, quae vox de femoralibus frequentatur (v. infra). Alii b) *calceos* intelligunt, ut LXX. Comm. 21 *ὑποδήματα*. Syr. hexapl. ܣܪܒܠ̈ܐ. Saad. מנעלים; alii denique c) *pallia*. Aben Esra: השמלה העליונה. Jachiades: הם מלבושין אשר יכסו כל הגוף בבאת האיש ביתו ללכת בחוצים וברחובות, addit hisp. *mantillo*. Baal Aruch v. סרבל post verba Danielis: רבותינו שבבבל אומרו אלו הם הטליות. Luth. Mäntel, ut taceam Gr. Venet. qui utroque loco vertit *ἀμπυκες frontalia*. — Ex tribus illis interpretationibus prima et secunda non ita multum differunt, quum *ἀναξυρίδες* Persarum et Medorum (arab. سراويل) *femoralia* sint ad pedes demissa, quibus *tibialia* iuncta (calceis saudaliisve carent figurae in ruinis Persepolitanis) *): *femoralium* autem et *pallii* significationes auctoritate sua non carent.

Ac 1) *braccae* s. *femoralia* longa antiquitus Medis potissimum et Persis gestata **) vocabulo proprio in multas linguas recepto *sarval*, *sarvar* appellantur. Arab. سِرْوَالٌ pl. سَرَاوِيلُ Saad. Lev. VI, 3. XVI, 4. Abulf. Ann. IV, 230. 244. Tauriz. ad Ham. 534 Sch., سَرَاوِينُ Kam., سروالات Dan. l. c. et dupl. pl. سراويلات 2 Sam. X, 4. Elmacin. 1, 17 sunt femoralia ampla et promissa, qualia tum nobiliores et principes gerebant, tum mulieres (v. Sunnam apud de Sacy ad Har. 7, p. 68), it. femoralia sacerdotum hebr. מכנסים Lev. et 2 Sam. ll. cc., unde متسرول braccatus (ad Har. l. c.), مُسَرْوَلٌ columba braccata i. e. plumipes. Graece scribitur *σαράβαρον* pl. *σαράβαρα*. Polluc. Onomast. 7, 13: *ἐν δὲ τοῖς Σκυθαῖς Ἀντιφανὴς ἔφη, σαράβαρα καὶ χιτῶνας πάντας ἐνδεδυκότας.* 10, 40 ibique Hemsterh. p. 1355. Eudoxius (apud Heins. ad Hesych. h. v.): *Σαράβαρα, τὰ ἐκ κόκκου σκευαζόμενα, πύρ' αὐτοῖς προσαγορεύεται, τὴν βυακίων τάξιν ἔχοντα, καὶ μηροδέτιας προσδεδειμένα. ταῦτα δὲ ἕτερον* [tres Danielis amici] *ὡς ἐπίσημοι καὶ σατράπαι.* Suid. *Σαράβαρα, ἐσθὴς Περσική· ἔνιοι δὲ λέγουσι βυακία.* Hesych. *Σαράβαρα, τὰ περὶ τὰς κνημῖδας (κνήμας?) ἐνδύματα. Σαραβάρια, βυακία. Σκελεαί, τὰ τῶν σκελῶν σκεπάσματα. Ἁρθοί, σαράβαρα.* Schol. ad Dan. gr. (apud Drusium ad l. c.): *τινὲς σαράβαρα εἰρήκασι τὰ περὶ τῶν πολλῶν λεγόμενα μακία* (? Drusius coniicit *βρακία*), *παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησι ἀναξυρίδες προσαγορευόμενα. Σαράβαρα* scribunt etiam Chron. Paschal. p. 106 C. 108 B., Photius et Etym. Gudian. p. 496. Lex. Cyrill. al. [Singulari nonnullorum, ut Schneideri in lex. gr., errore cum *sarabaris* confusi sunt *Σαράπαραι*, gens Armeniae apud Strab. XI, p. 531, quorum nomen ibid. *κεφαλότομοι*, *περισκελισταί* et *ἀποκεφαλισταί* explicatur, a pers. سر caput et بُرّ divisio, portio; ab iis aliena etiam *σάραπις*, *περσικὸς χιτὼν μεσόλευκος* apud Ctesiam, de qua disputant Baehr ad Ctes. p. 231. v. Hammer Fundgruben des Orients VI p. 339. Mihi quidem haec respondere videtur sanscritico *sarāva* tegumentum]. Forma *Σαράβαλλα* sola Hieronymi auctoritate nititur, qui ad Dan. l. c. „Pro braccis, quas Symmachus *ἀναξυρίδας* interpretatus est, Aquila et Theodotion *Saraballa* dixerunt, et non, ut corrupte legitur, *σαράβαρα*." Sed vereor ut haec satis firma sint videturque Hieronymus (cf. eundem epist. 49 ad Innoc.) vocis Graecae formam ad linguae Chaldaeae analogiam accommodasse. Reliqui Latini tantum non omnes *Sarabara* scribunt, ut Tertullian. de pall. 4: vicerat (Alex. M.) Medicam gentem et victus est Medica veste, triumphalem cataphractem amolitus in captiva sarabara decessit. id. de orat. 12, de resurrect. 58 (ubi al. sarabaras, al. saraballa). Isidor. Origg. 19, 23: „Sarabara sunt fluxa et sinuosa vestimenta, de quibus legitur in Daniele: et sarabara eorum non sunt immutata. Et Publius: Ut quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt?" Medio aevo tum *Sarabara*, *Serabara*, *Saravara* scriptum reperitur tum *Saraballa*, *Sarabella*, *Sarabola*, *Sarabula* (vide Du Cange

*) Lex. Origenianum (v. Alb. ad Hesych.): *Ζαραβάρια, εἶδος ὑποδημάτων.* Höst Nachrichten von Marokos p. 117 de Mauris refert: „Reiner, auch nicht einmal der König, trägt Strümpfe. ..... Sie haben aber alle Bambusen oder Safian-Pantoffeln an den Füssen, welche *Scherbil* شربيل heisseo." Etiam ve. germ. *Hose* olim passim de *calceis* dictum est (v. Adelung h. v.).

**) Hoc braccarum genus primitus Medis proprium ab his ad Persas transiisse observat Strabo XI, p. 526. Apud Scythas ex corio factae erant (Herod. 1, 71), apud Persas ex pannis tenuioribus pulchro colore tinctis (v. Eudoxius l. supra citato): eaedem usque ad talos (vide monumm. Persepol. apud Niebuhrium II tab. 23. 30. 33), equitibus ultra calcem dependere solent (ibid. tab. 32. 33). Apud Arabes سراويل plerumque sunt braccae interiores lineae (v. quae narrat Tauriz. ad Hamas. l. c.), modo longiores ad talos demissae, modo breviores usque ad genua (gr. *σκελεαί*, *περισκελῆ*, pers. تُبّان *tubbán*, *tumbán*) et sic hodie apud Hispanos. „Zaraguelles, ein characteristisches Stück der valencianischen Tracht: sehr weite Beinkleider von weisser Leinwand, die in vielen Falten bis an die Knie reichen und fast ausschen, als trügen die Leute gar kein Beinkleid, sondern nur ein Hemd." Huber Skizzen über Spanien II, S. 199. Apud Russos, Tataros aliosque populos septentrionales *salwari* e panno laneo grossiore confectae et tantae amplitudinis sunt, ut reliquarum vestium laciniae in iis recondi possint (v. Frähn l. supra c.).

h. v.), quae formarum varietas etiam in recentiores linguas transiit. Etenim praecuntibus Graecis in lingua ruthen. dicunt μαραναρβί, polon. *scharmwari*, more Arabum Melitenses *sarval* pl. *srâval*, Curdi *sharwal*, Hungari *schalwary*, Hispani *zaraguelles*, Lusitani *ceroulas:* Persae contra et Turcae cum l in syllaba priore شلوار, Tatari جالبار, Sibiri *salbar*, Osseti et Kalmucki *sfalbare*, *schalbar*. Cf. Relandi dissertt. II, 228. 229. Salmas. in Lamprid. p. 222. Alberti ad Hesych. 1, 1151. Frähn ad Ibn Foszlan p. 112 sqq. Pott etym. Forschungen I p. LXXX. Benfey Monatsnamen p. 191 *). Quorum omnium origo quaerenda est in Zendico



sâravâro Vendid. Farg. XIV p. 418 lin. 6 braccae magnae, sec. Anquetilium „des grands caleçons, qui descendent des cuisses jusqu' aux pieds" in vestimentis militis recensentur, quicquid de etymo statuendum est (v. infra).

Contra 2) *pallii* significatui favet a) usus Gemarae, in qua ipsissimum סַרְבָּל (non סַדִּין, סַדָּר) de pallio dici, nemo (cum ill. Frähnio l. c.) in dubium vocabit, qui locos singulos in lex. Arûch h. v. et apud Buxtorf. p. 1545 landatos legerit et expenderit; velut Sanhedr. 44, 1 (ubi אַדֶּרֶת שִׁנְעָר Jos. VII, 21 explicatur סרבלא דצריפא pallium aluminis i. e. alumine tinctum, cf. Bocharti Phaleg p. 27). Schabb. fol. 58, 1 (ubi סרבל idem est quod paullo post טלית vocatur). Gittin fol. 31, 2 (יחיב על גוהרקא דדהבא ופרוס עליה סרבלא דכרתי insidens solio aureo, super quo expansum erat pallium coloris porri). Baba bathra fol. 52, 1 (זוגא דסרבלא forfex vestiaria). Schebuoth 46, 2. Cholin fol. 76, 2 (חוט הסרבל, quod Saad. explicat שקישרין בו את בית הציאר funiculus quo colligant collare pallii). Saadias et Jarchi סרבל passim explicant טלית. b) usus Arabum in vc. سِرْبَال per ب, quod in Kamuso p. 1470 esse dicitur: القَمِيصُ او الدِّرْعُ او كل ما لُبِسَ *indusium aut lorica aut quicquid induitur*, et سَرْبَلَ induit vestimentum سربال dictum, Conj. II. eo indutus est. c) Syrorum, apud quos ܣܰܒܠܳܐ a Bar Bahlulo explicatur ܦܰܣܛܳܐ pallia, amicula.

De origine et mutua necessitudine horum vcc. si quaeris, nil dubito, quin סַרְבָּל, سربال, ܣܰܒܠܳܐ *pallium* vocabulum Semiticum sit (a rad. סָרַב texit) idque prorsus diversum a zend. *sâravâro*, pers. شلوار, gr. σαρά-βαρα, arab. سروال quod *braccas Persicas* significat et indogermanicae originis est, licet in etymo definiendo aliqua difficultas supersit. Ut enim vocis zendicae *sâravâro* posterior pars satis certo *tegendi* vim habet a rad. *vri* tegere, operire, involvere (unde Benfey etiam כָּרְבָּל explicat *karawara* i. e. manus tegens, pallium), ita locuplete testimonio probari non potest, quod facile suspiceris et multi suspicati sunt, priorem eius partem *sâra* vel *pedem* vel *crura* vel *femora* significare, ita ut integra vox *pedum tegumentum* significet, sicut synonyma Pars. *ránépánó* et pehlev. *ranpan* (v. Anquetil l. c.) significant *quod femur custodit* a *rán*, *rânin* رانين, رانين *femur* (it. femorale, v. Frähn l. c. p. 114. 115) et *pan* custodiens. Affirmat quidem Hieronymus, vocem *sarbal* crus significare (ad Dan. l. c. „lingua Chaldaeorum *saraballa*, *crura* hominum vocantur et *tibiae* et ὑποσύριττος etiam braccae eorum, quibus crura teguntur et tibiae, quasi *crurales* et *tibiales* appellatae sint"): sed nescitur, qua auctoritate: insuper hoc molestum est, cum integrae voci *sarbal*, non syllabae *sar*, cruris significatum tribuere: quanquam quoddam veritatis vestigium in hac traditione superesse potest. Recentiores (Benfey Monatsnamen l. c. Bohlen observv. mss.) fatentur, vocabulum *sara* vel *sura* crus a rad. *srî* ire (coll. lat. *sura*, pers. سر ocrea) cogitari quidem posse, sed usu linguae non probari. Quae quum ita sint, proprium vocis *saravara* significatum non *pedis tegumentum* sed *capitis tegumentum* esse suspicor (Isidor. Origg. l. c. „apud quosdam autem sarabarae quaedam *capitum tegmina* nuncupantur, qualia videmus in capite Magorum picta"), quod propter quandam externi habitus similitudinem ad feminalia translatum sit. Etenim *Sara* (zend. *sara*, *çara* Benfey p. 193, sanscr. *siras*, pers. سر) veteribus Persis *caput* significasse vel ex Strabonis loco supra laud., quo Σαράπαραι explicantur κεφαλότομοι, constat (cf. mox סַרְדָּךְ): in omnibus linguis autem vestium instrumentorumque nomina ita passim transferri solent, ut primarius usus, a quo nomen rei profectum est, prorsus neglectus sit, ut in hoc ipso שַׁרְוַלִּין pr. braccae, dein *chirothecae*; angl. *umbrella* velum pluviale, sed pr. solare. Longe probabilius certe statuas, *sarabara* capitis tegumentum, et *sarabara* femorale, tibiale idem vocabulum esse ad plura vestimentorum genera translatum, quam *sara* et *caput* et *crus* significasse.

Paucis disquirendum superest, utra harum vocum Danielis loco adhibenda sit? utrum *saravara*, *sarabara* bracca, an talmud. סרבל pallium, qua in quaestione recentiores quoque in diversa abeunt, licet plurimi *braccas* optent, panci (Coccejus in lex., Bynaeus de calceo Hebraeorum II, 10. Hengstenberg Beytr. I p. 338) *pallia*. Ut dicam quod sentio, e contextu locorum eam quaestionem haud

*) Idem vocabulum est שַׁרְוַלִּין Mischna Chelim p. 26, quod de *chirothecis* dicitur s. manicis arctioribus, quas operarii induunt in opere faciendo, nimirum a bracearum similitudine q. d. braccae brachiis indutae, quam Bartenorae, Maimonidis al. interpretationem illo contextu necessariam a Frähnio (ad Ibn Foszlan p. 114) reprehensam esse miror.

facile dirimas: nam *braccae* vel potius *tibialia* igni quidem erant proxima, sed nihilominus pallium ut vestis ampla magis etiam igni obnoxium erat et facilius fere flammis comprehendebatur (Comm. 27): neque *pallio* obstat, quod Comm. 21 copulatur cum synonymo סַרְבָּל (poterant enim illi viri plura vestimenta fluxa gestare): sed *ὀρθογραφία* vocis (per ב) alteri interpretationi favet, ipsum enim סַרְבָּל talmud. et arab. pallium significat, quum contr. braccae *sarvar*, *sarval* scribantur.

סַרְגוֹן n. pr. regis Assyrii, qui inter Salmanassarum et Sanheribum regnasse videtur (annis fere 716—714 a. Chr.) Jes. XX, 1. Ex 2 Reg. XVIII, 17 (ubi Tartan, qui Sargonis exercitui praerat Jes. l. c., eodem munere fungitur imperante Sanheribo) colligi potest, Sargonem paullo ante vel post Sanheribum regnasse: ex Jes. XXXVII, 38 autem constat, statim post mortem eius successisse Esar-haddonem. Antecessit igitur Sanheribo, non successit. („Persice nomen scribas سرگونه caput pulchritudinis. Ad alteram syllabam conferre etiam possis sanscr. *guna* virtus, robur, sapientia.“ Bohlen. observatt. ms.).

סָרַד rad. inusit. Syr. ܣܪܕ timuit, tremuit, unde

סֶרֶד (timor) n. pr. viri Gen. XLVI, 14, unde patron. סַרְדִּי Num. XXVI, 26.

סָרַח *effudit*, *profudit*. (Arab. سرح profudit aquam i. e. lotium emisit, etiam de fonte aquam profundente, v. dissert. Lugdd. p. 700 sqq., inde libere dimisit v. c. pecus in pascuo. IV. demisit comam solutam Cast., سرح, سرحة arbor patula pr. effusa. Syr. ܐܣܪܚ redundavit aqua Mich. chrest. p. 49, 8, unde transl. ferociit, inique egit, peccavit, ut alibi chald. סָרַח). Translate 1) part. pass. Am. VI, 4: סְרוּחִים עַל עַרְשׂוֹתָם *profusi* i. e. prostrati *in lectulis suis*. Comm. 7. (Arab. سرح VII. iecit supinus pedibus expansis, pr. profusus, prostratus est). Intrans. גֶּפֶן סְרוּחָה Ezech. XVII, 6 vitis patula, late fusa. Vulg. vitis latior. (Cf. supra arab. سرح, سرحة). — 2) *redundavit*, de aulaeo Ex. XXVI, 12: *dimidia pars aulaei* תִּסְרַח עַל אֲחֹרֵי הַמִּשְׁכָּן *redundet* dependeat *in posteriore parte tentorii*. Comm. 13 eodem contexta יִהְיֶה סָרוּחַ. Ez. XXIII, 15: סְרוּחֵי טְבוּלִים *redundantes mitris* i. e. gestantes mitras redundantes, longe dependentes. (Cf. arab. conj. IV. Zab. سرّح dependit. Cod. Nasar. III, 86 lin. 19: اللها سُرْسَلْ propagines dependent, demittunt se i. e. flaccescunt, non, ut Norb., putrescunt. Aph. demisit).

Niph. effusus est. Metaph. Jer. XLIX, 7: נִסְרְחָה חָכְמָתָם an *effusa est sapientia eorum?* (cf. Jes. XIX, 3. Jer. XIX, 7). Parall. אָבְדָה. LXX. Syr. e contextu: ᾤχετο, ablata est. Hebraei ex usu Chaldaeorum: foetida facta est.

סֶרַח m. *redundantia*, concr. *redundans*. Exod. XXVI, 12.

סָרָךְ vel סָרְכָא chald. tantum in pl. סָרְכִין *praefectus*, *magistratus*, de tribus summis regis administris. Dan. VI, 3. 4. 5. 7. 8. In Targg. סָרְכָא et סָרְכָּךְ, pl. סָרְכִין vulgo usurpatur pro hebr. שֹׁטֵר (v. Buxt.), licet etiam de summis magistratibus, ut Gen. XLI, 41 Pseudoj. Esth. II, 13. — Etymon in linguis Aricis quaerendum videtur, nimirum a *sara* (*çara*) zend. *caput* (v. ad סַרְבָּל p. 971 B), et suffixo *ka*, ut sanscr. *sirastha* summus praefectus, Oberhaupt a *siras* (i. q. sara) caput (Benfey Monatsnamen p. 193); non a سركار inspector summus, ut volebat Rosenmüllerus (Alterthumskunde I, p. 383). Elias Levita in Thisbi סָרָה i. q. עָשָׂרָה (coll. شرك) *ligatorem* s. *lictorem* significare opinabatur.

סָרָן tantum in pl. סְרָנִים constr. סַרְנֵי 1) *axes* rotarum 1 Reg. VII, 30. Syr. ܣܪܢܐ axis, et rota Ass. A. M. I, p. 253. B. Bahlul: سُرْنٌ المِحْوَرُ سرن الرحا القطب. ... i. e. ... *est axis*, *axis molae*, *polus*. *Est lignum crassum*, *cui aptatae sunt rotae* [nimirum solebant apud veteres, ut hodie in Italia, axes rotis inncti esse et cum iis circumvolvi, v. Vossium ad Virg. Ge. p. 94: non debebat igitur Castellus sub h. v. *aptantur* interpretari *circumvolvuntur*]. *Et in libro antiquo: columna ferrea, super qua circumvolvitur mola.* Lex. Adl. سُرْنٌ بكرة *trochlea*, *rota*, سُرْنٌ القطب *polus coelestis*. Chald. סַרְנָא rota. Origo incerta.

2) metaph. *principes*, vc. proprium de quinque Philistaeorum principibus Jos. XIII, 3. Ind. III, 3. XVI, 5 sqq. 1 Sam. V, 8. 11. VI, 4. 12. 16. 18. VII, 7. XXIX, 2. 6. 7. 1 Par. XII, 19. Ita arab. قُطْب axis, polus, metaph. dicitur de viro principe, populi quasi cardine, v. Hamas. p. 328 Sch., قطب القوم ib. p. 47, قطب رحى الحرب axis molae belli, de duce bellico, قطب الزمان axis seculi, de viro erudito vit. Tim. I p. 32 Mang. Cf. Schult. de defect. p. 264—68, ad Foril. p. 181—83. Ibn Doreid V. 86.

סָרַס verbum inusit., quod idem valuisse suspicor quod affine שָׁרַשׁ (denom. a שֹׁרֶשׁ) *eradicavit*, dein *exstirpavit* testiculos, *castravit*. Chald. סְרַס Lev. XXII, 24 Onk. et syr. ܣܪܣ BH. 55. 201. 270 castravit, Lex. Adl. خصى. Inde סָרִיס, ܣܪܝܣ et ساريس, it. ܣܪܝܣ castratus (pr. exstirpatus), unde verbum secundarium סָרֵס impotens ad Venerem fuit.

סָרִיס estr. סְרִיס, pl. סָרִיסִים (Kamez impuro, cf. syr. ܣܪܝܣ), cstr. סְרִיסֵי Esth. II, 21. IV, 5. VI, 2. 14 semel סְרִיסֵי Gen. XL, 7, c. suff. ubique סָרִיסָיו Gen. XL, 2. Dan. I, 3, סְרִיסֶיהָ Esth. IV, 4 m. *castratus, eunuchus* (v. rad.) Jes. LVI, 3. 4, quales reges Aegypti (Gen. XL, 2. 7), Babyloniae (2 Reg. XX, 18. Jes. XXXIX, 7. Dan. I, 7 sqq.), Persiae (Esth. I, 10. 15. II, 21. VI, 2. VII, 9), nec non Israëlis (Jer. XX, 7. XLI, 16 al.) variis ministeriis aulicis (Joseph. Ant. 16, 8 §. 1 de aula Herodis M.: ἦσαν εὐνοῦχοι τῷ βασιλεῖ διὰ κάλλος οὐ μετρίως ἐσπουδασμένοι· τούτων ὁ μὲν οἰνοχοεῖν, ὁ δὲ δεῖπνον προσφέρειν, ὁ δὲ κατακοιμίζειν τὸν βασιλέα πεπίστευτο καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἐν ταῖς ὀχοαῖς), maxime gynaeceo custodiendo (Esth. II, 3. 14. IV, 4. 5) praeficere solent. רַב הַסָּרִיסִים Dan. I, 3, et שַׂר הַסָּרִיסִים *princeps eunuchorum*, qui pueris regiis praerat, ut hodieque in Turcia قيزلر آغاسى *Kislar Aga* princeps eunuchorum pueris regiis Sultani *Itschoglan* dictis praest. — Quum Gen. XXXIX, 7 sqq. Potipharo, eunucho Pharaonis (סְרִיס פַּרְעֹה Gen. XXXVII, 36. XXXIX, 1) uxor tribuatur, non pauci putant vc. סָרִיס etiam ampliore significatu de quovis *ministro aulico*, licet non castrato, dictum esse, quae iam veterum quorundam sententia fuisse videtur, ut Targumistarum, qui plerumque interpretantur רַבָּא pl. רַבְרְבִין, LXX semel *δυνάστης* Jer. XXXIV, 19, Kimchi ad Gen. l. c. היה סריס ביצים ולא סריס הגיד לפיכך היתה לו אשה ויש סריס שעשוהו שר וממונה (Potiphar) *eunuchus testiculis praeditus licet non pene, unde narratur, eum uxorem habuisse. Est etiam, ubi Saris significet principem et praefectum* (laudat autem Gen. XL, 2. 7. Jes. XXXIX, 7). Luth. plerumque *Kämmerer*, et sic e recentioribus Winerus in lex. bibl. II, 760. Bohlen. ad Gen. 360 al. Sed illa Genescos narratione hoc nequaquam efficitur, quum non desint exempla eunuchorum ad coitum et matrimonium non prorsus impotentium (Ter. Eun. 4, 3, 24. Iuv. 6, 366 sqq. Philostr. vit. Apoll. 1, 37. Mischna Iebam. 8, 4. Busbeque legat. turc. epist. 3 p. 137. Chardin Voyage III, 397, v. etiam Kimchium l. c.), et in reliquis V. T. locis non pauci sunt, quibus propria vocabuli potestas manifesto retinenda est, ut Jer. XXXVIII, 7 (ubi Ebedmelech est Eunuchus Aethiops, in Aethiopia autem etiamnum est Eunuchorum patria, Burckhardt itin. Nubiae p. 449. 450). XLI, 16 (ubi סָרִיסִים copulantur cum mulieribus et liberis, et servi castrati sunt). 1 Sam. VIII, 15. 2 Reg. XXIV, 12 (ubi distinguuntur ab aliis ministris עֲבָדִים). ibid. Comm. 15 (ubi copulantur cum mulieribus, tanquam ministri et custodes earum cf. Jer. XXIX, 2. Esth. IV, 4). Jes. XXXIX, 7 (ubi non hoc metuendum erat, regiae stirpis pueros aliquando aulicos factum iri, sed castratos): contra ne unus quidem locus reperitur, cui Eunuchus proprie dictus ineptus sit (1 Reg. XXII, 9. 2 Reg. VIII, 6. IX, 32. XX, 18. XXIII, 11. 1 Par. XXVIII, 1. Jer. XXXIV, 19. LII, 25; ad 2 Reg. XXV, 19, ubi סְרִיס militibus praefectus est, cf. BH. 211. 374). E vett. inpp. LXX paene constanter εὐνοῦχος, bis *σπάδων* Gen. XXXVII, 36. Jes. XXXIX, 7, Vulg. *eunuchus*. Syr. ܣܪܝܣܐ eunuchus (pr. fidelis, putabantur enim eunuchi dominis suis singularem fidem praestare). Saad. in Pent. et interpres libri Regum, ea parte, quae ex Hebraicis facta est (1 Reg. XII — 2 Reg. XII) v. c. 1 Reg. XXII, 9. 2 Reg. VIII, 6. IX, 32 خادم minister, sed max. eunuchus (dimin. خُدَيْم lexx. interpretantur eunuchum parvum), quo factum, ut ponatur etiam pro syr. ܣܪܝܣܐ ut 1 Sam. VIII, 15.

סָרַף in Kal inusit. i. q. שָׂרַף *combussit, incendit*. Syr. ܣܪܦ incendit. Lex. Adl. احرق النبت.

Pi. part. מְסָרֵף Am. VI, 10: וְנָשָׂא דּוֹדוֹ וּמְסָרְפוֹ [23 codd. K. et plures Ross. מְשָׂרְפוֹ] *et tollet eum* (mortuum) *patruus eius* idemque *combustor eius* (*usterem* dicunt poëtae Martial. 3, 93. Lucan. 8, 738. Catull. carm. 59, 4). Solebant enim proxime cognati mortuorum sepeliendorum curam gerere (Gen. XXV, 9. XXXV, 29. Iud. XVI, 31), sicut apud Graecos proximus consanguineus amicusve rogum incendere solebat (Potter archaeol. gr. II, 417). Inde in Pesch. pro ומסרפו: ܘܐܢ ܡܠܝܟ ܩܪܝܒ ܠܗ *aut qui ei propinquus fuerit*. Kimchi: מְסָרְפוֹ הוא אחי אבי כי דודו הוא אחי אבינו ומסרפו אחי אמו ויש מפרשים מענין שֹׂרֵפֶת כלומר מי ששרפו קרבתו (hic enim non intellexit, propinquitatis notionem secundariam esse, ut in syn. קָרַב, et a comburendo ductam: fictum etiam hoc, quod specialem quendam cognationis gradum esse dicit). Quae Rosenm. illi interpretationi opposuit, recte refellerunt Hitzigius et Maurerus; nec magis probanda quam ipse proposuit interpretatio: מְסָרֵף *propinquus* a שָׂרַף IV prope fuit: nam شرف pr. est: altus fuit, imminuit rei, inde شرف على immimuit (morti), prope fuit (morti), unde generalis propinquitatis notio effici non potest.

סַרְפָּד plantae species in deserto crescens. Jes. LV, 13: תַּחַת הַסִּרְפָּד יַעֲלֶה הַדַּס Vulg. *pro urtica crescet myrtus*. Symm. *ἀντὶ κνιδὸς ἀναβήσεται μυρσίνη*. Sed LXX. Aqu. Theod. reddunt *χόνζα* pulicaria, planta graveolens ex intubi genere, cuius suffitu culices abiguntur, pulices necantur Diosc. 3, 126 (136) cf. Sprengel ad

h. l. et Schneid. Iex. gr. h. v., et ex eo Arabs السَّيْكَرَان hyoscyamus. Pesch. ʾ֫ʃʃ i. e. teste Bar Bahlulo صعتر *satureja*, thymus serpyllum, planta odorata in deserto Sinaitico magna copia crescens, v. Burckhardti itin. Syriae p. II, 913 germ., qui minus accurate زعتر scribit. Saad. السوس (liquiritia, radix dulcis), qua de interpretatione ita Abulw. رايت فى ترجمة بدل السوس والسوس هو الذى يدخل عصيره واصوله فى الدوا وما اظن الكتاب اراد الا ما دخل من نبات ولذلك اقول ان المترجم انما اراد النبات الذى يقال له السواس فاما انه وهم واما الناسخ اسقط منه الالف والسواس نبات يقتدح بزندة كالمرخ وغيره وقد يقال له السياسى بالياء وهذا الذى اظن اراد المترجم *reperio in interpretatione* (Saadiae) بدل السوس, *est autem* سُوس *id cuius succus et radices in medicamentis sunt* [*liquiritia*]. *Sed non puto, illo scripturae loco aliud dici quam herbam* (non fruticem). *Et propterea dico, interpretem eam herbam sibi velle, quae appellatur* السواس, *et vel ipsum errasse vel librarium qui omisit Eliph litteram. Est autem* سواس *planta, qua ignis accenditur in igniario, ut* مَرْخ *et id genus aliae, eaque appellatur etiam* سياس *per Je, atque hanc voluisse interpretem puto.* — Variis his opinionibus tum ad rationes philologicas tum ad contextum loci exactis, ita fere statuendum videtur: *satureja* et *pulicaria* herbae quidem sunt in deserto crescentes, sed neutrum philologica quadam auctoritate firmaveris; contra *urtica*, quam intelligunt Symm. Vulg., facili etymo commendatur, sive סִרְבָּד ex סָבַד percussit inserto ר ortam censebis pungendi significatu (cf. נְבָהּ Jon. IV, 7 et ضرب); sive, quod malim, conflatum ex סָרַף ussit et סָבַד percussit, punxit. Praeter has interpretationes antiquitus traditas non contemnenda erat coniectura Io. Simonis (ed. 1—3), quam revocavit Ewaldus (gr. crit. pag. 520), סִרְבָּד esse *sinapi album* coll. syr. ʾ֫ʃʃ i. q. الخردل الابيض B. B. Est enim sinapi planta in desertis crescens; poterat etiam ab urendo pungendove (סרף, סבד) dicta esse. Sed obstat tamen, quod syr. ʾ֫ʃʃ Persicum potius quam Semiticum esse videtur, a سفيد, سپيد *sipid* albus: Persicum enim ve. Hebraeo סִרְבָּד explicando vix adhibeas.

סָרַר (Hos. IV, 16, alibi in solo part.) 1) *contumax fuit* (affin. rad. סוּר). De vacca iugum detrectante Hos. l. c. כְּפָרָה סֹרֵרָה יִשְׂרָאֵל *instar vaccae contumax est Israël*, de filio contumace Deut. XXI, 18. 20: בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה. Jes. XXX, 1, de muliere excusso mariti iugo libidinibus indulgente Prov. VII, 11, de hominibus Dei (tanquam patris) imperium detrectantibus. Hos. IV, 16. IX, 15. Jes. XXX, 1. LXV, 2. Plur. סוֹרְרִים contumaces, spec. de populis gentilibus, qui Dei imperium aspernantur Ps. LXVI, 7. LXVIII, 7. 19. Tribuitur etiam cordi Jer. V, 23: לֵב סוֹרֵר וּמוֹרֶה, et humero, inde נָתַן כָּתֵף לְסָרֵר humerum dedit contumacem, quae locutio petita est a iumentis iugum decutientibus Neh. IX, 29. Zach. VII, 11. Paronomasia inest in his Jes. I, 23: שָׂרַיִךְ סֹרְרִים *principes tui* sunt *contumaces* s. apostatae. Hos. IX, 15: כָּל שָׂרֵיהֶם סוֹרְרִים, et Jer. VI, 28: סָרֵי סָרֵרִים *contumaces contumacium* (v. סָר) i. e. contumacissimi. — LXX sexies *ἀπειθέω*, part. *ἀπειθής, ἀνήκοος*, semel *ἀποστάτης*. — 2) i. q. שָׁרַר malus, improbus fuit. Vide סָר no. 2.

סָר f. סָרָה adj. 1) *contumax* Jer. VI, 28 (v. rad.). — 2) *malus*, inde de vultu: *tristis, tetricus, stomachosus* (böse aussehend, cf. רַע Gen. XL, 7). 1 Reg. XX, 43: סַר וְזָעֵף. XXI, 4. 5: מַה־זֶּה רוּחֲךָ סָרָה *quare animus tuus tristis est?* Vulg. Comm. 5 centristatus. Pesch. ter ʾ֫ʃʃ tristis. Targ. עָרִיס tristis, iratus.

סָרָה v. סִיר. Male enim nonnulli, ut Winerus, duo huius formae nomina statuunt, quorum unum sit a סוּר, alterum a סָרַר.

סָתַד rad. inusit. Arab. شدّ I. II. V hibernavit in regione, syr. ʾ֫ʃʃ id. (quanquam haec potius denominativa esse videntur).

סָתָו (formae כָּתָם) m. *hiems* Cant. II, 11, nbi Chethibh סְתָיו, quam formam spuriam putem, et ad analogiam Suffixi יו־ fictam, quod in Keri יו־ scribi solet. Chald. סְתָו, סְתָיָא, aliquoties pro hebr. חֹרֶף Gen. VIII, 22. Jes. XVIII, 6 Targ. Syr. ʾ֫ʃʃ, saepe in Plur. ʾ֫ʃʃ id. Sam. ⳎⳀⳉⳀ. Arab. شتّ pl. شتوة (quanquam alii etiam hoc singulare esse volunt) id.

סָתַם, semel שָׂתַם Thren. III, 9 1) *occlusit, obstruxit.* (Chald. סְתַם clausit, arab. سدّ id. Syllaba primaria est סת, סם, unde chald. סְטַם, טוּם, סַטְמָא, syr. arab. ʾ֫ʃʃ, كَمَّ obturavit puteum, תָּמַם absolvit, pr. clausit opus, et praemisso spiritu gutturali אָטַם, חָתַם, חָסַם. Etiam in lingua copt. reperitur tum ϣⲱⲧⲙ claudere, tum rad. ⲑⲱⲙ eod. significatu, Peyron p. 51. 52). Spec. fontes 2 Reg. III, 19. 25. 2 Par. XXXII, 3. 4. Metaph. Thren. l. c. שָׂתַם תְּפִלָּתִי *obstruxit preces meas*, ne pervenirent ad Deum. Cf. Vers. 44. — 2) *conclusit*, ut vaticinium scriptum Dan. VIII, 26. XII, 4. 9. Part. pass. סָתוּם occultum, absconditum Ez. XXVIII, 3.

Niph. obstructus est (de rimis moenium) Neh. IV, 1. *Pi.* i. q. Kal no. 1. Gen. XXVI, 15. 18.

סָתַר *texit, obvelavit* (v. Hiph. no. 1 et סֵתֶר no. 1), inde *occultavit, abscondit.* (Chald. סְתַר id. sed raro, syr. ܣܬܰܪ protexit, ܣܶܬܪܳܐ clanculum, ܣܰܬܪܳܐ velum, latibulum, secretum. Arab. ستر texit, obtexit. III. occultavit, ستّر et سِتَار velum, cortina, ستر clypeus. Melit. *satar* texit, abdidit). In Kal semel intrans. *abdidit se.* Prov. XXII, 3 Chethibh, sed Keri habet נִסְתָּר.

Niph. 1) pass. *occultus est, latuit.* Iob. III, 23: *viro* אֲשֶׁר דַּרְכּוֹ נִסְתָּרָה *cui via sua occulta est*, qui nescit quomodo ex calamitatibus se expediat. Sq. מִן (cf. *καλύπτεσθαι ἀπό τινος* cf. מִן no. 3, b), *occultus est alicui, latuit aliquem.* Gen. XXXI, 49: כִּי נִסָּתֵר אִישׁ מֵרֵעֵהוּ *ubi occulti erimus alter alteri*, ubi magno spatio separati neuter alterum videbit. Ps. XXXVIII, 10: אֲדֹנָי נֶגְדְּךָ כָל תַּאֲוָתִי וְאַנְחָתִי מִמְּךָ לֹא נִסְתָּרָה *gemitus meus te non latet.* Jes. XL, 27: נִסְתָּרָה דַרְכִּי מֵיְהוָה *latet sors mea Jovam* i. e. eam non curat. Ps. XIX, 7. Iob. XXVIII, 21; sq. מֵעֵינֵי Jes. LXV, 16. Hos. XIII, 14: *poenitentia occulta est ab oculis meis* i. e. me latet, eam ignoro; sq. מִנֶּגֶד (lat. occultari a conspectu alic. Plaut. Trin. 2, 23). Deut. VII, 20; מִנִּגְדִּי Jer. XVI, 17, נֶעְלָם Am. IX, 3. Part. נִסְתָּרוֹת occulta, *arcana* Deut. XXIX, 28, spec. peccata occulta i. e. ab inscio commissa Ps. XIX, 13. — Sq. alio verbo vim adverbii habet (ut *λανθάνω*) Num. V, 13: נֶעְלְמָה וְנִסְתְּרָה *clam polluta est.*

2) reflex. *obvelavit se.* Jes. XXVIII, 15: נִסְתַּרְנוּ בַשֶּׁקֶר *obvelamus nos mendacio* s. obvolvimus nos mendacio (wir hüllen uns in Lügen ein), inde *occultavit, abdidit se* Jer. XXXVI, 19. Zeph. II, 3, addito בְּ loci (vel part. שָׁם) 1 Sam. XX, 5. 19. 24. Jer. XXIII, 24. Iob. XXXIV, 22. et מִן eius a quo occultamus nos Ps. LV, 13, מִמֶּנִּי Gen. IV, 14. Iob. XIII, 20. De Deo: occultavit se Ps. LXXXIX, 47 i. q. הֶחְתִּיר פָּנָיו, v. Hiph. no. 1, b.

Pi. abscondit Jes. XVI, 3. *Pu.* part. *absconditus.* Prov. XXVII, 5, ubi אַהֲבָה מְסֻתָּרֶת *amor absconditus* vi oppositi est amor qui ab amico corripiendo abstinet, al. amor non verus, sed simulatus.

Hiph. 1) *velavit, obvelavit*, spec. faciem Ex. III, 6. Sq. מִן *ab* aliquo, ab aliqua re. Jes. L, 6: פָּנַי לֹא הִסְתַּרְתִּי מִכְּלִמּוֹת וְרֹק *faciem meam non obvelavi* prohibui *a contumeliis et sputo* i. e. exposui contumeliis et sputo. Jes. LIII, 3: כְּמַסְתִּיר פָּנִים מִמֶּנּוּ *sicut qui obvelat faciem a nobis*, sc. prae pudore, utpote foedissimo morbo affectus (Lev. XIII, 45). מַסְתִּיר more chaldaeo pro מְסַתִּיר quod 4 codd. exhibent. Ita Targ. Jarchi, Hieron. Alii aliter strunnt, ut: *sicut qui occultare facit faciem a se*, sed הִסְתִּיר nusquam causative ponitur (ne LIX, 2 quidem); vel: *sicut a quo faciem occultant* pro pleniore כַּאֲשֶׁר מִמַּסְתִּיר פָּנִים מִמֶּנּוּ, participio impersonaliter posito, quod equidem praeferrem (sententia enim aptissima), nisi structura paullo durior videretur. Spec. Jova dicitur *obvelare faciem* suam (הִסְתִּיר פָּנָיו, etiam sine suff. הִסְתִּיר פָּנִים Jes. LIX, 2 cf. Iob. XXXIV, 29) a) ubi non curat res humanas Ps. X, 11: הִסְתִּיר פָּנָיו בַּל רָאָה לָנֶצַח, sq. מִן Ll, 11: הַסְתֵּר פָּנֶיךָ מֵחַטָּאַי *averte faciem tuam a peccatis meis* i. e. conniveas, indulgeas iis. b) ubi animum significat ab aliquo alienum eique irascentem. Opposita sunt הֵאִיר פָּנָיו, et נָשָׂא פְּנֵי פ׳ aliquem ad se admisit, ei propitius fuit (v. pag. 916). Sq. מִן Deut. XXXII, 20: אַסְתִּירָה פָנַי מֵהֶם si *averterem faciem meam ab iis*, sequitur: *viderem, qualem habituri essent exitum.* XXXI, 17. Ps. XIII, 2: עַד אָנָה תַסְתִּיר אֶת־פָּנֶיךָ מִמֶּנִּי *quamdiu avertes faciem tuam a me?* XXII, 25: *non avertit faciem suam ab eo* (misero), sed exaudit preces eius. XXVII, 9. LXIX, 18. LXXXVIII, 15. CII, 3. CXLIII, 7. Jes. VIII, 17. LIV, 8. LXIV, 6. Jer. XXXIII, 5. Ezech. XXXIX, 23. 24. 29. Mich. III, 4; omisso פָּנִים pers. Deut. XXXI, 18. Ps. XXX, 8. XLIV, 25. CIV, 29. Iob. XIII, 24. XXXIV, 29; וַיַּסְתֵּר פָּנִים וּמִי יְשׁוּרֶנּוּ *et si obvelat faciem quis eum videt* i. e. si animi irati est, quis ad eum admittitur? Locutio petita est a regibus et principibus, qui, quibus favent, ad se admittunt, de quibus secus sentiunt, a foribus prohibent. Omisso פָּנִים Jes. LVII, 17: אַכֶּה הַסְתֵּר וָאֶקְצֹף *percussi eum* (populum) *aversa facie et iratus sum.* Semel dicuntur peccata hominum *Dei faciem obvelare* s. avertere ab hominibus Jes. LIX, 2.

2) *occultavit, abdidit* aliquem, aliquid Iob. XIV, 13. Prov. XXV, 2. Spec. a) ut eum tutum praestaret a persecutoribus, Jer. XXXVI, 26. 2 Par. XXII, 11, addito בְּ loci Ps. XVII, 8: *in umbra alarum tuarum occulta me.* Jes. XLIX, 2. Ps. XXXI, 21: תַּסְתִּירֵם בְּסֵתֶר פָּנֶיךָ. XXVII, 5, it. מִן et מִמֶּנִּי eius *a* quo quis tutus praestatur. 2 Reg. XI, 2: וַיַּסְתִּירֻהוּ אֹתוֹ מִפְּנֵי עָתַלְיָהוּ. Ps. LXIV, 3. Jes. L, 6. b) occultavit aliquid alicui s. *celavit* aliquem aliquid, sq. מִן pers. 1 Sam. XX, 2: מַדּוּעַ יַסְתִּיר אָבִי מִמֶּנִּי אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *cur pater meus me celet hanc rem?* Jes. XXIX, 15: מֵיְהוָה לַסְתִּר עֵצָה. Ps. CXIX, 19. Denique c) *occulture* calamitatem ab aliquo est i. q. declinare, avertere ab eo. Iob. III, 10: וְיַסְתֵּר עָמָל מֵעֵינָי *et* quod non *averit a me aerumnam* cf. Niph. Jes. LXV, 16 et כָּסָה Iob. XXXIII, 17.

Hithpa. הִסְתַּתֵּר *abscondit se* 1 Sam. XXIII, 19. XXVI, 1. Ps. LIV, 2. — Jes. XXIX, 14: *prudentia prudentum abscondit se*, delitescit, evanescit. XLV, 15: *profecto tu es* אֵל מִסְתַּתֵּר *deus occultans se*, cuius consilia arcana nemo mortalium perspicere potest.

סָתַר chald. Pa. 1) *occultavit, abscondit.* Part. pass. pl. *occulta, arcana* Dan. II, 22. — 2) *destruxit* (pr. removit e conspectu hominum, cf. בְּתַר, הִכְחִיד, gr. *ἀφανίζειν*) Esr. V, 12. In Targg. saepe, syr. Pe. et Pa. id. ܣܰܬܪܳܐ destructio, ܣܳܬܶܪ destruens, evertens.

סֵתֶר, sed in Pausa סֶתֶר (a סָתַר) Deut. XXVII, 15. 24. XXVIII, 57. 2 Sam. XII, 12, c. suff. סִתְרִי Ps. XVIII, 12. CXIX, 114 m. 1) *velum, velamentum* (Hülle), v. syr. et arab. Iob. XXII, 14: עָבִים סֵתֶר לוֹ *nubes ei velum sunt, ita ut non videat.* XXIV,

15: סֵתֶר פָּנִים עָשִׂים *velo faciem velat.* Ps. LXXXI, 8: בְּסֵתֶר רַעַם *nubibus tonantibus velatus.* XVIII, 12. — 2) *velum quo quis superne tegitur, tectum* (Schirmdach). Ps. XXVII, 5: בְּסֵתֶר אָהֳלוֹ. LXI, 5: סֵתֶר בְּנָפֶיךָ *confugio ad tectum* praesidium *alarum tuarum.* Jes. XXXII, 2: כְּסֵתֶר זָרֶם *tectum imbrem arcens.* Metaph. *munimentum, praesidium, tutela* (Schutz). Jes. XVI, 4. XXVIII, 17. Ps. XCI, 1: יוֹשֵׁב בְּסֵתֶר עֶלְיוֹן. XXXI, 21: תַּסְתִּירֵם בְּסֵתֶר פָּנֶיךָ *tueris eos praesidio vultus tui* i. e. personae tuae, praesidio tuo, non: *in latibulo vultus tui* i. e. in templo. Inde ipse Deus *praesidium* alic. vocatur Ps. XXXII, 7. CXIX, 114. — 3) *occultatio*, inde *locus occultus, latebrae.* 1 Sam. XXV, 20: סֵתֶר הָהָר in loco occulto 1 Sam. XIX, 2. Ps. CXXXIX, 15; dein *occultum, clandestinum, arcanum.* Iud. III, 19: דָּבָר סָתֶר *arcani quid.* לָהֶם סְתָרִים panis qui clam comedi debet Prov. IX, 17. Saepe בַּסֵּתֶר in occulto, clam (LXX. κρυφῇ) Deut. XIII, 7. 2 Sam. XII, 12. Iob. XIII, 10. XXXI, 27. Ps. CI, 5. Prov. XXI, 14. Jes. XLV, 19. XLVIII, 16. Jer. XXXVII, 17. XXXVIII, 16. XL, 15.

סְתָרָה f. i. q. סֵתֶר no. 2, *praesidium, tutela* Deut. XXXII, 38.

סְתָרִי (pro סְתָרְיָה tutela Jova) n. pr. viri Exod. VI, 22.

סָתוּר (absconditus, protectus) n. pr. phylarchae Aseritarum Num. XIII, 13.

מִסְתּוֹר m. *tectum,* inde *tutela* i. q. סֵתֶר no. 2. Jes. IV, 6.

מִסְתָּר Ps. X, 9. Hab. III, 14, praeterea in solo plur. מִסְתָּרִים m. *loca abscondita* Jer. XIII, 17. XXIII, 24. XLIX, 10. מַטְמֻנֵי מִסְתָּרִים thesauri absconditi Jes. XLV, 3, spec. de locis insidiarum Ps. X, 8. LXIV, 5. Hab. III, 14, de lustro ferarum Ps. X, 9. XVII, 12. Thren. III, 10.

ע

Ain עַיִן oculus (vide figuram eius ○ in alphabeto Phoenicio, monumm. Phoen. pag. 39, unde gr. Omicron), sexta decima alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *septuaginta.*

Vigente lingua hebraea hoc elementum linguis Semiticis proprium et peculiare nostrisque organis pronunciatu difficillimum, pariter atque ח, duplicis pronunciationis fuisse videtur, quam Arabes puncto diacritico distinguunt (ع Ain, غ Ghain). Ac lenius quidem leni gutturis halitu retrorsum tracto eloquebantur, instar litterae א, paulo tamen fortius et ita ut sonus vocali *a* vel *e* furtim prolatae similis accederet: ab interpretibus graecis propterea modo spiritibus leni et aspero, modo vocalibus furtivis expressum est, ut עֲמָלֵק *Ἀμαλήκ*, עֵלִי *Ἠλί*, עִבְרִי *Ἑβραῖος*, הוֹשֵׁעַ *Ὡσηέ*, גִּבְעָ *γελβουέ*, עִיר *εἰρ* (v. Orig. ad Gen. XXVIII, 19 in Montf. Hexapl. T. II p. 397). Contra Ain durius, quod Arabes Ghain vocant, sonus erat raucus in imo gutture prolatus cum stridore coniunctus, ita ut ad r litteram fere accederet: idque LXX interpretes littera *Γ* exprimere solent, ut עַזָּה *Γάζα*, עֲמוֹרָה *Γόμορρα*, צוֹעַר *Σήγορ*, עַי *Γαί*, עֵיבָל *Γεβάλ* al. Vide de utriusque litterae pronunciatione apud Arabes de Sacy gramm. 1 §. 45. 46. Nuweiri ap. Reisk. adnot. ad Abulf. I, p. 143, cf. Lgb. p. 18. Etiam in voc. Phoeniciis scribendis Graeci et Romani ע modo omiserunt, v. c. *Abdalonimus* עבדעלונים, *Astarte* עשתרת, *Asdrubal* עזרובעל, modo g littera expresserunt, ut *Magon* מגון, *Pygmalion* פגם עליון, vide monumm. Phoen. p. 430. Inde autem factum, ut complures radices hebraeae duas proprie radices diversae significationis complectantur, quarum altera arabice littera ع, altera غ scribatur, ut عَلَّ עָלַל iterum bibit, racematus est, et غَلَّ עָלַל insernit, intravit, adde עוּר, עָצַם, עָמַם, עָצָה, עָרַב: in aliis variae unius eiusdemque radicis potestates ab Arabibus duplici pronunciandi ratione distinguuntur, ut עָמַר a) i. q. غمر arcte colligavit; b) i. q. عمر servivit, coluit, licet utrinsque eadem origo sit. Apud Aramaeos ע tam lenis prolationis est, ut ab א vix distinguatur.

Ut apud Arabes ع littera frequentior est quam غ, ita etiam apud Hebraeos lenior illa pronunciatio multo pluribus in verbis usitata fuisse videtur, quam durior: atque iccirco a) ע saepe emollitur in א, vide pag. 2 A. B, adeoque (quanquam raro) in vocales, ut עָמַד, מוּר; רָגַע et רָגָה doluit, b) in mediis vocibus praevio Schwa passim abiicitur, ut א et ה, v. c. בַּעַל contr. בַּל Belus, בְּעִי contr. בִּי precatio; quo etiam referenda videntur נִשְׁקָה Am. VIII, 8 pro נִשְׁקָעָה, לִעְמוֹ Ps. XXVIII, 8 pro לְעַמּוֹ (quod exprimunt LXX. Vulg. Syr.) al. Cf. syr. ܟܨ cito pro ܟܨܨ; חָזֵק pro חָזְקָ onustus Carm. Sam. II, 8. III, 4. Apud Phoenices ע etiam ab initio vocum passim abiicitur, ut בדעשתרת *Bodostor* pro pleniore עבדעשתרת (servus Astartes), בראשמן pro עבדאשמן (v. monumm. Phoen. p. 431), cuius rei exempla in Hebraismo sunt בִּית בָּרָה pro בֵּית עֲבָרָה, et prae ceteris בָּדָן pro עַבְדָן (v. rad. עָבַד). Magis memorabile, ע Phoenicium et Poenorum sono ad O vocalem inclinante pronunciatum et propterea *o*, *ω* litteris expressum esse, unde

intelligitur, quid caussae sit, quod Graeci Ain litteram Phoenicum O vocali exprimendae adhiberint (monumm. Phoen. p. 66) v. c. בעלתי *Βωλαθή-ς*, עלים *ὀλμε* (lect. *olim*) folia, *Nora* נְעָרָה al., cuius quidem rei exempla etiam in LXX exstant, v. c. נַעֲבָה *Μωχά*, *Μοχά* Gen. XXII, 24. 1 Par. II, 48, נַעֲמָה *Νοεμά* Gen. IV, 22, *Νωμάν* Jos. XV, 41. Eadem ע littera i. e. ó Phoenices scribere etiam solebant ó litteram ex syllaba *al* ortam, ut בלבית contr. בעבית *móchut* (v. monumm. Phoen. p. 431 §. 23, 1 cf. thes. p. 393), et sic in V. T. נַעֲכָה p. 811 A pro נַלְכָה, adde in lingua aethiop. ዐልት: modus, ordo, amhar. ዓት: ordo, et in lingua Himjaritica recentiore (Ekhlili) *cób* i. q. كلب *canis* et id genus plura: licet in his de scriptura non constet.

Contra ע durius prolatum sono affine est a) gutturali duriori ח, vide p. 436, adde חָצַר, עָצַר, עָזַר; עָלַם no. II i. q. חָלַם et חָתַם pr. pinguis fuit; adeoque r (qua non pauci exprimunt غ), ut עָרַט, עָטַם polivit; b) litteris palatinis, ut ג p. 252, כ p. 647, adeoque ק, certe apud Aramaeos, ut אַרְעָא et אַרְקָא terra, שְׁמַע et שְׁמַק audivit, et Arabes غسق defecit, غلم et غلق palma. Maxime memorabilis autem c) crebra permutatio litterarum ץ et ע, eaque ita comparata, ut pro hebraeo ץ, max. ubi hoc respondet ض litterae Arabum, Aramaei abiecto tum sibilo tum sono dentali ע habeant, ut עָנָן كُثْبٌ pecus, אַרְעָא أَرْضٌ אֶרֶץ terra, עָפָר كُثْبٌ lana; רָצָה, רָעָא; רָצַח, רָעַץ al. quae dedit Ewaldus in gramm. cr. p. 33. Cf. infra ad צ litteram.

Ceterum ex his, quae de ע litterae natura disputavimus, lucebunt quoque mutationes, quas subiit in voce., quae linguis Semiticis cum Indogermanicis communes sunt. Namque a) saepe expressum est mero spiritu sive aspero sive leni, ut עֵדֶן *ἡδονή*, עֵרֶב *ἐρέβος*, עָשַׂן *ἀλαλάζω*, עָבַד *ἀγαπάω*, alibi prorsus abiectum, ut שבע sanscr. *sap* iurare, *sápa* iusiorandum; b) media radice ע expressum est ó vocali, ut לָעַט *λωβάομαι*, גָּעָה *γοάω*, sanscr. *gó* (cf. quae supra de Phoenicum pronunciatione dicta sunt); c) ע durius (غ) respondet *γ*, *κ*, *χ* litteris, ut עוּר *ἐγείρω*, עָלָה *καλέπτω*, לעז sanscr. *lih*, gr. *λείχω*, cf. ad rad. עָבַב.

עֲבַב rad. inusit. incertae significationis, quam Simonis al. idem valere putant quod עוּב densus, crassus fuit. Fortasse est i. q. עָבָא, חָבָא latuit II occultavit, a primaria *tegendi* potestate.

עֲבַב m. architecturae voc., *limen*, *gradus*, quibus ad porticum templi ascendebatur (ein Schwellengesimse). 1 Reg. VII, 6: *et fecit porticum .... et columnas* וְעָבְב *et limen* s. *limina ante eas.* Targ. סְקִיפְתָּא עַל אַיְרְתָּהּ. Ez. XLI, 25. Plur. עֲבִים (a sing. עב) Comm. 26. Targ. id. Vulg. *epistylium*, renitente sermonis contextu, quanquam, quae est linguae Hebraeae in huiusmodi vocibus technicis egestas, עָב fortasse etiam hoc comprehendebat. Faveret etymon a *tegendo*, si modo hoc ipsum certius esset. — Aliud v. sub rad. עוב.

עָבַד fut. יַעֲבֹד 1) *laboravit* (arbeiten), *opus fecit.* (Arab. عَبَدَ deum coluit, v. no. 3, sed II. VIII. X in servitutem redegit, عَبْدٌ servus, عِبْدَةٌ servitus, v. no. 2. Originem Schult. ad Iob. p. 6 ponit in subigendo, deprimendo, unde Conj. II. calcavit viam, مُعَبَّدٌ ligo: a quo non multum abest Redsl., cui עבד ortum videtur ex כבד deprimendi potestate. Aram. כְּבַד, עֲבַד, ⳉⳝⳇ est i. q. עָשָׂה fecit. Cf. נַעֲבָד, עֲבָד). Absol. (opp. שָׁבַת quievit). Exod. XX, 9: שֵׁשֶׁת יָמִים תַּעֲבֹד *sex dies opus facies.* XXXIV, 21. Deut. V, 13. Eccl. V, 11: שְׁנַת הָעֹבֵד *somnus operarii.* — Sq. acc. *laborem posuit* in aliqua re (bearbeiten), *coluit* agrum Gen. II, 5. III, 23. IV, 2. 2 Sam. IX, 10. Jes. XXX, 24 (et hoc quidem loco de iumentis). Jer. XXVII, 11. Zach. XIII, 5. Prov. XII, 11. XXVIII, 19, hortum Gen. II, 15, vineam Deut. XXVIII, 39; de opificibus Jes. XIX, 9: עֹבְדֵי פְשָׁתִים *qui linum tractant.* Ez. XLVIII, 18: עֹבְדֵי הָעִיר *operarii urbis* i. e. qui in urbe aedificanda operam collocant. Omisso acc. Deut. XV, 19: *ne* agrum *colas cum* (ב) *primogenito bovis tui* i. e. eo ad arandum adhibito.

2) *serviit, operam praestitit.* Num. IV, 37: בָּנֵי הַעֲבֹדָה *quicunque servit in tentorio conventus*, sq. ב pretii Gen. XXIX, 20: וַיַּעֲבֹד יַעֲקֹב בְּרָחֵל וגו׳ *et serviit Jacobus pro Rahela septem annos.* 25. Hos. XII, 13. Ez. XXIX, 20. Sq. acc. pers. *serviit* alicui. Gen. XXIX, 15: וְעַבַדְתַּנִי חִנָּם *et servies mihi gratis.* XXX, 26. XXXI, 6. 41. Exod. XXI, 6. Deut. XV, 12. 18. XX, 11. Mal. III, 17, poët. de inmento Iob. XXXIX, 9: הֲיֹאבֶה רֵים עָבְדֶךָ *an volet bubalus tibi servire?* (add. עָבַד אֶת־אֹהֶל מוֹעֵד servire sacrario Num. VIII, 15), it. sq. עִם apud aliq. Gen. XXIX, 25. 27. 30. Lev. XXV, 40, et לְפָנֵי 2 Sam. XVI, 19 (h. l. de ministro regis, cf. עָמַד לִפְנֵי). Sq. dupl. acc. Gen. XXX, 29: יָדַעְתִּי אֵת אֲשֶׁר עָבַדְתִּיךָ *scis, quid tibi praestiterim.* Neque tamen de singulis tantum hominibus, sed de *gentibus* etiam dicitur, quae vel principibus regibusque serviunt Iud. IX, 28. 38. 1 Sam. XI, 1. 1 Reg. V, 1. XII, 4. Ps. XVIII, 44. LXXII, 11. Jer. XXVII, 7. 9. 14. XXVIII, 14, vel aliis gentibus parent Gen. XV, 14. XXV, 23. Ex. XIV, 12. 1 Sam. IV, 9 (h. l. sq. ב). 2 Sam. X, 19. Jer. XL, 9, etiam de regibus, qui aliis stipendiarii sunt Gen. XIV, 4. 2 Reg. XVIII, 7. Eodem referendum est Gen. XV, 13: וְעָבְדוּם וְעִנּוּ אֹתָם *et servient iis* (Israelitae Aegyptiis) *et hi* (Aegyptii) *eos vexabunt*, mutato orationis subiecto. LXX. Vulg. etiam prioris verbi subiectum faciunt Aegyptios: *δουλώσουσιν αὐτούς subiiciunt eos servituti*, qs. עֲבָדוּם sit i. q. עֲבָדוּם (vide no. 4) vel

דָּעֲבִידוּם, quod per linguae usum vix licebit. Adde מַס עֹבֵד tributum serviens i. e. tributum maribus praestandum (Frohndienst) v. מַס pag. 703. — Semel *servire* alicui non aliud est quam *morem gerere*, *obsequi* 1 Reg. XII, 7 (v. ad עָבַד).

3) *coluit* sive Jovam Ex. III, 12. IV, 23. VII, 16. 26. IX, 1. 13. X, 7. Jos. XXIV, 15. 18. 21. 24. Ps. XXII, 31. Iob. XXI, 15 al., sive idola Deut. IV, 19. VIII, 19. XIII, 7. 14. Ind. X, 10. 1 Reg. XVI, 31. XXII, 54. 2 Reg. X, 18. XXI, 3. 21. 2 Par. XXXIII, 3 et saepe: quod etiam de sacris semel Deo oblatis dicitur (v. Exod. III, 12. IV, 23). Constr. sq. acc., raro sq. לְ Iud. II, 13. Jer. XLIV, 3. Omisso acc. Jovam *coluit* (cf. arab. عَبَدَ, unde عَابِدٌ Dei cultor). Iob. XXXVI, 11: אִם יִשְׁמְעוּ וְיַעֲבֹדוּ *si morem gerunt et* Jovam *colunt*. Jes. XIX, 23: et Jovam *colent Aegyptii cum Assyriis*. Dicunt etiam c. dupl. acc. *colere Jovam aliqua re* i. e. offerre sacrificium Ex. X, 26, et omisso nomine Dei עָבַד זֶבַח וּמִנְחָה offerre sacrificia cruenta et incruenta Jes. XIX, 21 pr. (Deum) colere oblatis sacrificiis, nisi h. l. est: *parare*, offerre sacrificia cf. עָשָׂה no. 2 f.

4) עָבַד בְּ causat. i. q. הֶעֱבִיד *laborem*, *servitutem imposuit* alicui, *in servitutem redegit* aliquem, jem. dienstbar machen (cf. בְּ no. 10, b, sec. Winerum: opus fecit *per* alium). Lev. XXV, 39: לֹא־תַעֲבֹד בּוֹ עֲבֹדַת עָבֶד *ne opus servile ei imponas*. V. 46. Exod. I, 14. Jer. XXII, 13: בְּרֵעֵהוּ יַעֲבֹד חִנָּם qui *proximum suum servum facit gratis* i. e. laborem ei imponit sine mercede. XXXIV, 9. 10. Refertur etiam ad populos, qui in servitutem rediguntur Jer. XXV, 14. XXVII, 7. XXX, 8. Ez. XXXIV, 27.

Niph. 1) *laborari*. Deut. XXI, 4: *rivus perennis* אֲשֶׁר לֹא יֵעָבֵד בּוֹ *in quo laboratum non est*; *coli*, de agro Ez. XXXVI, 9. 34. — 2) pass. no. 3 *coli*, de rege. Eccl. V, 8: מֶלֶךְ לַשָּׂדֶה נֶעְבָּד *rex qui colitur ab agro* i. e. quem colit terra, quem colunt cives. In eo quod ager, qui alibi colitur, h. l. regem colere dicitur, lusus verborum inesse videtur.

Pu. 1) i. q. Niph. no. 1 Deut. XXI, 3, cf. XV, 19. — 2) pass. Kal no. 4 Jes. XIV, 3: *servitus gravis* אֲשֶׁר עֻבַּד בָּהּ *quae tibi imposita est*. Pro עֻבַּד exspectes עֻבָּדָה, sed vide gramm. hebr. §. 140, 1, b.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1 *laborare fecit*, *ad opus faciendum adegit*, sq. acc. Ex. I, 13. VI, 5. 2 Par. II, 17, inde *gravi labore molestiam creavit*, *fatigavit*. Jes. XLIII, 23: *non fatigavi te sacrificiis* .... 24: אַךְ הֶעֱבַדְתַּנִי *tu autem fatigasti me peccatis tuis*. Parall. הוֹגַעְתָּ. — 2) causat. no. 2 *servire fecit*, *servitium imposuit*, sq. acc. Ez. XXIX, 18: *rex Babyloniae* הֶעֱבִיד אֶת־חֵילוֹ עֲבֹדָה גְדֹלָה *imposuit exercitui suo grave servitium*, sq. dupl. acc. Jer. XVII, 4: וְהַעֲבַדְתִּיךָ אֶת־אֹיְבֶיךָ *et faciam ut servias hostibus tuis*. — 3) causat. no. 3 2 Par. XXXIV, 33.

Hoph. הָעֳבַד *ad serviendum* s. colendum *adactus est*. Ex. XX, 5: לֹא תָעָבְדֵם *ne ad eos* (deos falsos) *colendos adigaris*, adigi te patiaris. XXIII, 24. Deut. V, 9, inde *serviit* (aliis persnadentibus, urgentibus) XIII, 3.

(Aqu. Symm. *πόλις M.*), etiam עִיר מוֹאָב Num. XXII, 36 n. pr. metropoleos Moabitarum ad littus australe Arnonis sitae, quae graece *Ἀρεόπολις* (Sozom. 7, 15. Theodoret. ad Jes. l. c. Hieron. et in actis conciliorum, v. Reland. 212. 576. le Quien Oriens christ. III, 733 sqq.), arab. مَلِكٌ, dicta est (Abulf. Syria p. 90): hodieque rudera eius *Rabba* appellantur, v. Seetzen ap. Zachium XVIII, 433. Burckhardt itin. Syriae II, 640. In utroque Targ. redditur לַחְיָא et simpl. לַחְיָא i. e. maxilla (collis, rupes, v. לְחִי p. 752) Moabi, Steph. Byz. *Ῥαββάθμωμα, πόλις τρίτης Παλαστίνης, ἡ νῦν Ἀρεόπολις.* Illud est רַבַּת עַמּוֹן רַבַּת מוֹאָב metropolis Moabi (cf. רַבַּת עַמּוֹן), licet haec appellatio in V. T. eiusque Versionibus non reperiatur (nam רַבָּה Jos. XIII, 25 est metropolis Ammonitarum). — Alind עָר *hostis* v. sub rad. עור.

עֵר (vigil) n. pr. 1) filii Judae Gen. XXXVIII, 3. XLVI, 12. 2) alius viri 1 Par. IV, 21.

עֵרִי (fort. pro עֵרִיָּה custodiens i. e. colens Deum, cf. rad. Iob. VIII, 6) n. pr. filii Gadi Gen. XLVI, 16.

עֵרָן (q. d. Vigilantius) n. pr. viri Num. XXVI, 36. Patron. עַרְנִי ibid.

עִיר f. (Gen. X, 12. XIX, 20. Jos. X, 2. XI, 19. XXI, 40. Jes. XIV, 31. XXII, 2. XXVII, 10. Jer. XXX, 18. XLVI, 18. XLVII, 2. Jon. III, 3. Am. IV, 7. 8. Ez. XXII, 3. Prov. XXV, 28, חֲצִיר הַוֹּאת Jes. XXXVII, 35. XXXVIII, 6 et persaepe; cum masc. constructum videtur עִירֵי, ubi vix licebit עָרֵי pro genitivo habere; et Num. XXXV, 2: מִגְרְשֵׁי לָעָרִים סְבִיבוֹתֵיהֶם, et Comm. 3: וְהָיוּ הֶעָרִים לָהֶם לָשָׁבֶת וּמִגְרְשֵׁיהֶם, ubi cod. Sam. מגרשיהן, sed cf. gr. §. 144 not. 1), pl. semel עָרִים Iud. X, 4 (propter lusum verborum, v. עִיר), alibi semper עָרִים (a sing. עָר) *urbs, oppidum.* LXX. *πόλις.* (In linguis cognatis non reperitur). Sed permagni ambitus est hoc vc., et complectitur etiam castra, adeoque parva munimenta, ut turres excubitorias, speculas. Num. XIII, 19: *et quales sint urbes, in quibus habitet* (populus Cananiticus) הַבְּמַחֲנִים אִם בְּמִבְצָרִים *utrum in castris an in urbibus munitis?* 2 Reg. XVII, 9: *et exstruebant sibi excelsa* (בָּמוֹת) *in omnibus urbibus* מִמִּגְדַּל נוֹצְרִים עַד עִיר מִבְצָר *inde a turri custodum usque ad urbem munitam*, adde Jes. I, 8: עִיר נָצוּרָה *specula custodiae* i. q. מִגְדַּל הַנֹּצְרִים 2 Reg. l. c. (v. pag. 908), et Gen. IV, 17 (ubi neque integra urbs intelligenda, neque *spelunca* coll. מְעָרָה, quae non „*aedificatur*“, sed castra Nomadum utcunque fossa vallove contra ferarum impetum munita). Qui quidem usus de vera origine dubitare non sinit. Est enim pr. *vigilia, custodia*, locus excubitorum et custodum, qui muro vallove cinctus vel turris in modum exstructus erat (cf. מִגְדַּל עֵדֶר Gen. XXXV, 2, et מִגְדָּלִים ab Usia in deserto exstructas 2 Par. XXVI, 10), ut gregum custodes a feris tuti essent: dein *locus muro vallove septus*, quo Nomades gregesque a ferarum hostiumque incursionibus se defenderent, pagus Nomadum munitus; denique *oppidum* idque saepe minoris moduli, ut vel ex eo colligas, quod in terra Cananaea XXXI urbes regiae, in una tribu Judae CXXIV עָרִים recensentur (Jos. XV). Passim cum nom. pr. urbis copulatur per appositionem, ut חֲצִיר שׁוּשַׁן *Susa urbs* Esth. III, 15. VIII, 15, עִיר שְׁכֶם Gen. XXXIII, 18. Saepe sq. genit. variis modis: ut עִיר חוּמָה Lev. XXV, 29, עִיר מָצוֹר, עִיר מִבְצָר (v. his vcc.) urbs munita; עִיר מִקְלָט urbs asyli, עִיר הַכֹּהֲנִים urbs sacerdotum 1 Sam. XXII, 19, עִיר וְהוּדָה urbs regia 2 Sam. XII, 26, עִיר הַמְּלוּכָה 1 Reg. XII, 17. 2 Reg. XXIII, 5, עָרֵי שֹׁמְרוֹן XXIII, 19, עָרֵי גִלְעָד Ind. XII, 7: עִיר דָּמִים urbs caedium Nah. III, 1: עִיר הַקֹּדֶשׁ urbs sancta Neh. I, 1. Jes. LII, 1. Dan. IX, 24 (*πόλις ὁσία* Mt. XXVII, 53), עִיר יְהוָה Jes. LX, 14, עִיר אֱלֹהִים Ps. XLVI, 3. LXXXVII, 3 de Hierosolymis, de quibus etiam *κατ' ἐξοχήν* חֲצִיר Ez. VII, 23, et עִיר Jes. LX, 6 (alio contextu חֲצִיר etiam de Ninive, hostium metropoli Jes. XXXII, 19). Sq. genit. pers. *urbs alicuius* est *urbs, quae alicui* (regi) *paret*, ut חֶשְׁבּוֹן עִיר סִיחוֹן Num. XXI, 26 cf. Jos. VIII, 1, sed saepius etiam *urbs patria* alic., vel *in qua habitat* (ut terra, populus alic. v. אֶרֶץ, עַם), ut עִיר נָחוֹר urbs Nabori i. e. Haran, in qua habitabat Gen. XXIV, 10, *urbs Davidis* i. e. Bethlehem 1 Sam. XX, 6, et sic Deut. XIX, 12. XXI, 19—21. Jos. XXI, 6. 1 Sam. VIII, 22. XXVIII, 3. 1 Reg. XXII, 36, cf. gr. *πόλις Δαβίδ* i. e. Bethlehem Luc. II, 4, *πόλις αὐτῶν* (parentum Jesu) *Ναζαρέτ* Luc. II, 39. Joh. XI, 1. Judith VIII, 3. Sq. genit. alius urbis dicitur de *oppidis vicisve circumiacentibus* (alibi בַּת חֲצִיר), ut עָרֵי חֶשְׁבּוֹן Jos. XIII, 17, עָרֵי קְרִיַת־יְעָרִים Jes. XVII, 2. — Proverbialiter dicta sunt haec Eccl. X, 15: *labor stulti cum fatigat, quia nescit ire ad urbem* i. e. viam ad urbem invenire non potest; locutio desumta a viatore rustico et inepto, qui vel a tritissima via aberrat, cf. nostr. er weiss sich nicht zu finden, de homine tardi et hebetis ingenii. — Spec. עִיר dicitur etiam a) de parte urbis maioris, quae peculiari muro munita erat (ut gr. *πόλις* v. Passov., nostr. Altstadt, Neustadt). Ita עִיר דָּוִד urbs Davidis, pars Hierosolymorum in monte Zion exstructa (*ἡ ἄνω πόλις*) 2 Sam. V, 7. 9. VI, 10. 12, חֲצִיר הַתִּיכוֹנָה urbs media i. e. media pars Hierosolymorum 2 Reg. XX, 4 Chethibh (Keri חֲצַר הַתָּוֵךְ), עִיר הַיָּם urbs aquae, pars Rabbae urbis 2 Sam. XII, 27, עִיר בֵּית הַבַּעַל pars Samariae a templo Baalis dicta, septum templi (*τέμενος*) v. supra de etymo. b) de *incolis* urbis, de quibus propria locutione dicitur: עִיר מָיִם v. s. v. מַיִם p. 830 B. 1 Sam. IV, 13: נֶחְתַּק כָּל־הָעִיר Jes. XIV, 31. Contra vide Iud. I, 8: *et oppugnarunt filii Judae Hierosolymam et expugnarunt eam, et percusserunt eam ore gladii, et urbem* (וְאֶת הָעִיר) *igne cremabant*, ubi *Hieroclyma* dicitur de incola, חֲצִיר de aedificiis. c) sq. genit. gentis s. regionis *urbs primaria* s. capitalis, ut עִיר יְהוּדָה 2 Par. XXV, 28 de Hierosolymis, עִיר עֲמָלֵק 1 Sam. XV, 5. — Aliud עִיר aestus v. sub rad. עִיר.

Nomina propria urbium sunt: a) עִיר הַמֶּלַח (urbs salis) in deserto Judae, prope mare salsum, Jos. XV,

62. — b) עִיר נָחָשׁ (urbs serpentum), de cuius situ non liquet 1 Par. IV, 12. — c) עִיר שֶׁמֶשׁ (urbs solis) in agro Danitarum Jos. XIX, 41. — d) עִיר הַתְּמָרִים (urbs palmarum) i. q. יְרִיחוֹ Hiericho a palmarum ibi crescentium multitudine dicta (v. Plin. H. N. 5, 14. Tacit. hist. 5, 6). Deut. XXXIV, 3. Iud. I, 16. 2 Par. XXVIII, 15. De עִיר הַחֶרֶס, v. s. v. חֶרֶס. — N. pr. viri est עִיר 1 Par. VII, 12, pro quo V. 7 עִירִי.

עִיר m. chald. *vigil*, *custos*, nomen angelorum quippe qui mundo rebusque humanis invigilent (cf. de geniis Persarum Kleukeri Zend-Avestam II, 195. 257 et שֹׁמֵר de prophetis Hebraeorum Jes. XXI, 11. 12) Dan. IV, 10. 14. 20. Aqu. Symm. ἐγρήγορος. LXX. et Gr. Venet. ἄγγελος. Vulg. vigil. Vers. hebr. מלאך, et sic Sal. b. Melech, qui addit: ונקרא כן שהוא ער לעולם. Pesch. ܥܝܪܐ, quod in libris liturgicis Syrorum etiam de archangelis dicitur, at de Gabriele, sed saepius de angelis malis Castelli lex. syr. ed. Mich. p. 649. In libris Nasoraeorum ܥܝܪ est vigil, et angelus tutelaris, Norb. lexid. p. 173, aeth. ጠባቂ: custos, de angelo tutelari Lud. Lex. p. 450. Apud patres Ἐγρήγοροι quum omnes angeli appellantur (Clem. Paedag. 2 p. 185) tum maxime lapsi (v. Scalig. ad Euseb. Chron. p. 403), iidem Γρήγοροι Sibyll. p. 90 Gall., atque sic in libro Henochi aeth. ትጉሃን: *vigiles* de bonis angelis XII, 2. 4. XCII, 16, de lapsis X, 13. 18. XII, 5. XIV, 1. 2. XVI, 1. 2, qui etiam *vigiles coeli* XIII, 11. XV, 1 et *vigiles sancti* XV, 8, item angeli *qui vigilant* XX, 1: ex quibus omnibus apparet, quam falsi sint, qui עִיר non *vigilem* sed *nuncium* interpretentur i. q. צִיר (Lud. de Dieu et Haevern. ad Dan. l. c. contra Hoffmann ad Hen. XII, 2. XX, 1).

עִירָא (vigil) n. pr. 1) sacerdotis Davidis 2 Sam, XX, 26. 2) duorum tribunorum Davidis 2 Sam. XXIII, 26. 28.

עִירוּ n. pr. viri 1 Par. IV, 15.

עִירִי v. עִיר extr.

עִירָם (urbanus) n. pr. phylarchae Edomitarum Gen. XXXVI, 43.

יְעִיר (quem Deus *excitat*) n. pr. viri 1 Par. XX, 5 Keri, in Chethibh est יָעִיר. In loco parallelo pro eo legitur יָעֲרֵי אֹרְגִים, sed מְנוֹר אֹרְגִים ex sequente per errorem repetitum ideoque expungendum videtur.

II. עִיר i. q. עָרָה et עָרָה *nudum*, *nudatum esse*. Arab. عَرَّ, عُرَّ nuditas, verenda, melit. ʿâr pudor, dedecus, ʿyri nudus. Cf. infra מְעוֹרִים.

Niph. Hab. III, 9: עָרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ *nudando* (pr. nudatione) *nudatur arcus tuus* i. e. ex theca (coryto) depromitur, cf. Jes. XXII, 6.

Pil. עוֹרֵר v. עָרַר.

עוֹר m. 1) *cutis* hominis. (Etymon obscurius, sed fortasse *cutis* a nuditate dicta est. Fuerunt qui arcesserent lat. corium). Exod. XXXIV, 29: *splenduit* עוֹר פָּנָיו *cutis vultus eius*. Lev. XIII, 2 sqq. 20 sqq. Iob. VII, 5. XXX, 30. Ez. XXXVII, 6. 8. Jer. XIII, 23 al. עוֹר שִׁנַּיִם cutis dentium i. e. gingiva Iob. XIX, 20 (quo de loco v. rad. מָלַט). Poët. de *corpore*. Iob. XVIII, 13: בַּדֵּי עוֹרוֹ *rami cutis* s. corporis *eius*, de membris. XXIX, 26 (cf. s. v. נָבָק). II, 4: עוֹר בְּעַד עוֹר *cutem pro cute* i. e. par pro pari sc. dat homo, dictio proverbialis, quae explicatur et ad Iobi res applicatur verbis sequentibus: כֹּל אֲשֶׁר לָאִישׁ יִתֵּן בְּעַד נַפְשׁוֹ *quaecunque possidet homo, dat pro vita sua.* — 2) *pellis* animalium Iob. XL, 31, max. ubi detracta est Lev. IV, 11. VII, 8. Gen. III, 21: כָּתְנוֹת עוֹר *tunicae ex pellibus factae*. XXVII, 16, etiam de pellibus arte subactis et paratis i. e. *corio* Lev. XI, 32. XIII, 48. 49. 53. 57. 59. כְּלֵי עוֹר Num. XXXI, 20. עוֹר תַּחַשׁ corium phocinum Num. IV, 8. XI, 12. Plur. עֹרוֹת תְּחָשִׁים pelles phocinae Ex. XXVI, 14. XXXIX, 34, עֹרוֹת אֵילִם pelles arietinae Exod. XXVI, 14.

מְעוֹרִים m. pl. *pudenda* Hab. II, 15.

III. עוּר 1) *fodere*, *effodere* i. q. חוּר. Arab. غَارَ et مَغَارَة caverna.

Pi. עִוֵּר (ut עוּד Pi. עִדֵּד) *caecavit*, *occaecavit* aliquem, pr. *effodit* oculos (cf. נָקַר). Aram. עַוַּר, ܥܰܘܰܪ id. Aeth. etiam Conj. I ዐወረ: caecum esse, sed arab. عَوِرَ et عَوِرَ luscus fuit. 2 Reg. XXV, 7. Jer. XXXIX, 7. LII, 11. Metaph. *occaecavit* iudicem (donis) Ex. XXIII, 8. Dent. XVI, 19.

עִוֵּר adj. *caecus* (aram. עִוַּר, עִוֵּר, ܥܰܘܺܪ). Ex. IV, 11. Lev. XIX, 14. Deut. XV, 21. XXVII, 18 al. Metaph. de caecitate animi Jes. XXIX, 18. XLII, 18. 19. XLIII, 8.

עִוָּרוֹן m. *caecitas* Deut. XXVIII, 28. Zach. XII, 4.

עִוֶּרֶת f. id. Lev. XXII, 22. (Syr. ܥܘܪܬܐ).

עוּר chald. *palea* Dan. II, 35. Syr. ܥܘܪܐ al. ܥܘܪ, arab. عَوْر, عُوَار festuca vel simile quid oculo nocens, ab occaecando.

* * *

עִיר aestus, **עַיִר** pullus asini, v. rad. עיר.

עוּשׁ semel legitur Joël IV, 11: חוּשׁוּ וּבֹאוּ כָּל הַגּוֹיִם, quod LXX. Targ. Pesch. et plerique Hebraei interpretantur: *congregamini* et *venite*, *cuncti populi*. Malo cum R. Menahem: *festinate*, *adproperate* coll. חוּשׁ (quod LXX. Jes. LX, 22 reddit σπεύδω) et עוּת, fortasse etiam עָשׁשׁ III. properavit Cast. IV. ad properandum impulit. Gol. Freyt.

עָשׂ ursa maior, v. rad. נָעַשׂ p. 895.

עָשִׁישׁ id. ibid.

יְעוּשׁ (cui *adproperat* Deus cf. יוֹעָשׁ) n. pr. virorum 1) filii Esavi Gen. XXXVI, 18. 1 Par. I, 35, pro quo יְעִישׁ Gen. XXXVI, 5. 14 Chethibh. 2) 1 Par. VII, 10. 3) VIII, 39. 4) XXIII, 10. 5) filii Rehabeami 2 Par. XI, 19. Eiusdem radicis est

יוֹעָשׁ (cui *Jova succurrit*) v. pag. 582 B. Sed corrigendum, quod ibi de etymo dictum est.

עָוַת in Kal inusit. curvus, inflexus fuit, cf. verba vicina עָבַת, עָתַת.

Pi. עִוֵּת *incurvavit, flexit* Eccl. VII, 13. Metaph. עִוַּת מִשְׁפָּט ius flexit Iob. VIII, 3. XXXIV, 12 cf. Am. VIII, 5: לְעַוֹּת מֹאזְנֵי מִרְמָה *ut flectamus* inclinemus *bilances ad fraudem.* Etiam sq. acc. pers. *flexit* aliquem i. e. flexit, pervertit caussam eius (cf. נָטָה Hi. 3, e. d) Thren. III, 36: לְעַוֵּת אָדָם בְּרִיבוֹ. Iob. XIX, 6: דְּעוּ אֲפוֹ כִּי אֱלוֹהַּ עִוָּתַנִי. Ps. CXIX, 78. עִוְּתוּ דֶּרֶךְ בַּ declinavit viam alic. i. e. in perniciem detrusit Ps. CXLVI, 9. (Chald. id. Syr. ܥܘܰܬ dolus, fraus, Ferr. et Lex. Adl.).

Pu. part. מְעֻוָּת *curvatum.* Eccl. I, 15.

Hithpa. iucurvari Eccl. XII, 3.

עִוָּתָה verbale Pi. *flexio* i. e. oppressio alic. Thren. III, 59 cf. Comm. 36.

עִית rad. in verbo ἅπ. λεγομένῳ, vicina radici עוּשׁ pr. *adproperare*, max. ad iuvandum, inde *succurrere* (nostr. beispringen), *subvenire, adiuvare.* Arab. غَاثَ pr. cucurrit, unde غَوْثٌ cursus vehemens, spec. Conj. I. IV. VI succurrit, opem tulit, c. acc. pers. v. c. Abulf. Ann. I, 230. IV, 166, يوم اغواث dies auxilii Har. VI, 244 Schult. X. opem imploravit, غِيَاثٌ auxilium. Constr. c. dupl. acc. (ut alia verba sustentandi, v. c. כִּלְכֵּל Gen. XLVII, 12. 1 Reg. XVIII, 4. 13) Jes. L, 4: לָדַעַת לָעִית אֶת־יָעֵף דָּבָר *ut sciam subvenire* populo *fesso verbis* i. e. verbis eum erigere, confirmare. Aqu. ὑποστηρίσαι. Vulg. *sustentare.* Certum huius radicis vestigium praeterea est in nomine pr. עוּתַי, עוּתָי, pro יְהוֹעִתַי cui Jova succurrit. — Abulwalides, quem sequuntur plerique Hebraei, לָעִית dictum censet pro לָעֵת a rad. עָתַת (coll. לָבוֹר Eccl. IX, 1 pro לָבֵר a בָּרַר), quae denominativa sit ab עֵת tempus, iustum tempus (cf. עֵת וּמִשְׁפָּט יָדַע לֵב חָכָם Eccl. VIII, 6 et עִתִּי, quod A. explicat: intelligens, prudens), hac significatione: *iusto tempore et modo, sapienter locutus est et docuit:* ad quam commendandam praeterea laudat غَثَّ repetitis vicibus bibit, dein identidem dixit. Sed hoc posterius a priore illo alienum est, et *tempestive faciendi* (nam aliud vix significare possit denom. ab עֵת) potestas illi loco vix satis apta fuerit. Minus etiam placet Hitzigius, qui ל in לעות radicale putat, quum non credibile sit, duo gerundia ita copulata esse. Sed id ipsum habes Exod. XXXVI, 1: לָדַעַת לַעֲשׂוֹת אֶת־כֹּל (cf. יָדַע c. inf. et gerundio h. v. no. 5, b). Quod autem לעות refert ad rad. לָעָה, לָעַג, id ab hoc contextu prorsus alienum est, quum haec radix (v. Iob. VI, 3 et de syllaba לע p. 750) *temere* loquendi vim annexam habeat.

עוּתַי (de origine v. supra in rad.) n. pr. duorum virorum a) 1 Par. IX, 4. b Esr. VIII, 14.

עֵז capra, v. עֵזִּי.

עֲזָאזֵל Lev. XVI, 8 sqq. v. rad. עָזַל.

עָזַב fut. יַעֲזֹב 1) *rescidit, solvit* vincula, et solutis vinculis *dimisit* v. c. iumentum i. q. פָּתַח. (Arab. عزب dimisit camelos ut libere vagarentur, v. Sykens in diss. Lugdd. p. 930. 31. Origo esse videtur in *rescindendo* vincula, ut עָזַב vicinum sit verbis עָצַב, חָצַב *ccecidit, secuit*). Hanc primam verbi potestatem habes in loco multum vexato (v. Bocharti Hieroz. I, 426 sqq. Lips. Gatackeri adverss. miscell. pag. 181 sqq. Sykens l. c. Mich. mos. Recht I, 54) Exod. XXIII, 5: *ubi videbis asinum inimici tui succumbentem sub onere suo* וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ *cave* cum *relinquas ei, vincula eius relaxabis cum eo,* i. e. ne asini hero curam iumenti committas, sed adiuva eum in vinculis asini laxandis et in eo exonerando. Lusus verborum inest in duplici verbi עָזַב usu, quod primum vulgari relinquendi alicui (v. infra no. 2, litt. e), dein primario vincula *rescecandi* significatu ponitur. Ita autem, ut diximus, accipiendam esse legem, luculenter arguit lex gemina Deut. XXII, 4: *viso asino fratris tui aut bove eius in via lapsis, ne occulta te ab iis* i. e. ne auxilium iis subtrahe הָקֵם תָּקִים עִמּוֹ *erige* iumentum *cum eo,* adiuva eum. (Cf. ibid. Comm. 1). Quod enim in Exodo est וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ in Deut. est הִתְעַלַּמְתָּ מֵהֶם (ne) *subtrahas te iis*, et verbis עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ respondet הָקֵם תָּקִים עִמּוֹ, quam ob caussam LXX. Vulg. Onk. Pesch. etiam in Exodo interpretati sunt: *συνεγείρεις* (Compl. *συνεγερεῖς*) *αὐτῷ μετ' αὐτοῦ, sublevabis cum eo,* sed accuratius Saad. يجب ان تحطّ عنه حطًّا *oportet eum exonerando exoneres.* — Reliquarum interpretationum potiores paucis recensuisse sufficiat: a) Vulgo: *cave ne relinquas ei* asinum, contra *relinque* asinum non nisi *cum eo*, tunc demum ubi ipse herus eum relinquit. Frigide nec satis apte, quum herus asinum etiam sublevatum non relinquat. Repugnat etiam locus Deuteronomii. Praeterea Bochartus duas rationes proponit. De una b) לוֹ accipitur pro לֹא hac sententia: *cave relinquas* eos: *non relinquendo relinques* asinum *cum eo* inimico, quae otiosa est repetitio. De altera c) pro עָזוֹב תַּעֲזֹב legitur עָזוֹר תַּעְזֹר, et explicatur: *abstinebis ab asino ipsi relinquendo, auxiliando auxi-*

liaberis potius asino *cum eo* inimico tuo. Idem exprimit Arabs Erpen. معون تعون. Placuerit fortasse haec coniectura similitudinem litterarum ב et ר in vetere scriptura reputanti, sed scriptura codd. auctoritate firmata sententiam non minus aptam eamque exquisitiorem praebet.

Inde spec. a) *dimisit liberum*, *manumisit* servum (i. q. שִׁלַּח חָפְשִׁי). Part. pass. עָזוּב *manumissus*, *liber*, in locutione proverbiali: עָצוּר וְעָזוּב clausus et manumissus i. e. mancipium et liber s. omnes omnino homines Deut. XXXII, 36. 1 Reg. XIV, 10. XXI, 21. 2 Reg. IX, 8. XIV, 26. Cf. עֵר וְנֹעָה Mal. II, 12 (s. v. עוּר), similesque Arabum loquentes, ubi omnino omnes sive homines sive res exprimere volunt, ut *occisus est* حقير وجليل *vilis et magnis* vit. Tim. II, 736, *non est ibi ex incolis* متحرك ولا ساكن *qui se moveat aut quiescat* ib. I, 374, cf. II, 318, باطن وظاهر *internum* abditum latensque *et externum* i. e. omnes possessiones ib. I, 316, الناطق والصامت *loquens et mutum* i. e. opes viventes et non viventes s. omnino omnes Har. 3, p. 138 Schult. Ceterum alii aliter illa opposita explicabant. Lud. de Dieu (ad Deut. l. c.) patres familias et caelibes, coll. עָזֵב, עֲזִיב caelebs (pr. relictus, viduus, familia carens) et אֲבִיעֶזֶר pater familias; Jos. Kimchi ap. Davidem filium: *clausum* i. e. opes, quippe quae in domibus recludantur et *liberum* i. e. pecus, quippe quod libere vagetur; alii: *pretiosum et vile* i. e. ad unum omnia. Sed posteriores hae interpretationes vel iccirco admitti non possunt, quod ubique ad homines, non ad res, pertinet ea formula.

b) *dimisit* rem i. q. שָׁלַח (loslassen, fahren lassen), opp. firmiter tenere, cohibere. Iob. XX, 13: *cohibet eam* (buccellam in ore) וְלֹא יַעַזְבֶנָּה *et non dimittit eam*. Metaph. Iob. X, 1: אֶעֶזְבָה שִׂיחִי *libere dimittam* (laxatis quasi habenis) *queretam meam*, eam non cohibebo. IX, 27: אֶעֶזְבָה פָנַי וַאֲבַלִּיגָה *dimittam faciem meam et exhilarabo eam*. Facies enim libere dimissa est expansa, laevis opp. faciei in rugas contractae, cf. بَسَطَ expandit, libere dimisit (يَدٌ بَاسِطَةٌ libere dimissa manus), exporrexit laetius frontem, مبسوط الوجه laeto vultu praeditus. Ez. XX, 8: גִּלּוּלֵי מִצְרַיִם לֹא עָזָבוּ *idola Aegypti non dimittunt* i. e. non reiiciunt, imo in cultu eorum perseverant. Ps. XXXVII, 8: עֲזֹב חֵמָה *dimitte iram* (lass ab vom Zorne).

c) *remisit* debitum (erlassen). Neh. V, 10.

d) *omisit*, *intermisit* (unterlassen) v. c. scortationes Ez. XXIII, 8, sq. gerundio Hos. IV, 10: אֶת־יְיָ עָזְבוּ לִשְׁמֹר. Sic עָזַב חַסְדּוֹ מֵעִם פ׳ Gen. XXIV, 27, et עָזַב חַסְדּוֹ אֶת Ruth II, 20 subtraxit favorem suum alicui.

e) *sivit* i. q. הִרְפָּה (gehen lassen, gewähren lassen), opp. cohibere. Ruth II, 8: וְעִזַּבְתֶּם וְלָקְטָה *et sinite* eam *ut colligat* (spicas). Sq. dat. Neh. III, 34: הֲיַעַזְבוּ לָהֶם *num sinant* iis (nostr. soll man es ihnen lassen), i. e. num eos in moenibus aedificeandis pergere sinamus. Clericus: num sinant eos facere praefecti regii.

2) *reliquit* aliquem, aliquid (verlassen), quod a dimittendo (no. 1) proficiscitur.

a) c. acc. pers. Gen. II, 24. XLIV, 22. 1 Sam. XXXI, 7. Ruth II, 11, addito loco: reliquit aliquem alicubi 2 Sam. V, 21. XV, 16. 2 Par. XXVIII, 14. Adde Iud. II, 21: *gentes quas reliquit Josua* in terra i. e. non expulit. Saepe est: *reliquit*, *dereliquit* eum, qui auxilio egeret, *deseruit* Deut. XII, 19: *ne deseras Levitam*, ne auxilium tuum ei deneges. XIV, 27. Num. X, 31. Iob. XX, 19. Ps. XXVII, 10. Prov. XXVII, 10. Jer. XLIX, 11. Ezech. XXIII, 29. Part. pass. עֲזוּבָה (mulier) *derelicta* Jes. LXII, 4. Ita Deus dicitur *deserere* i. e. auxilio suo destituere aliquem Gen. XXVIII, 15. Jos. I, 5. 2 Par. XXXII, 31. Ps. XXVII, 9. XXXVIII, 22. LXXI, 9. 11, populum Ps. IX, 11. XXII, 2. Jes. XLII, 16. XLIX, 14. LIV, 7, terram Ez. VIII, 12. IX, 9. Contra homines dicuntur *relinquere* Deum i. e. ab eo deficere Deut. XXXI, 16. Iud. II, 12. 2 Par. XII, 1. 10. Jer. V, 19. Ez. XXIV, 21 et saepe.

b) *reliquit* locum Jer. XXV, 38. Ez. VIII, 12, viam, metaph. viam impietatis Jes. LV, 17, viam rectam Prov. II, 13. XV, 10; *dereliquit*, *deseruit* domos, urbes, ita ut desertae iacerent et in ruinas collaberentur. (Arab. عَزِبَ incolis destituta fuit terra). Jes. XVII, 2: עֲזֻבוֹת עָרֵי עֲרוֹעֵר *desertae sunt urbes Aroër*. Jer. IV, 29: כָּל־הָעִיר עֲזוּבָה אֵין יוֹשֵׁב בָּהּ. Zeph. II, 4. Inde Part. עֲזוּבָה *derelictum*, *desertum* i. e. domus ab incolis desertae, *ruinae*,*rudera*. Jes. VI, 12: וְרַבָּה הֶעֱזוּבָה בְּקֶרֶב הָאָרֶץ *et multae sunt ruinae in terra*. XVII, 9: *erunt urbes munitae eius* כְּעֲזוּבַת הַחֹרֶשׁ וְהָאֲמִיר אֲשֶׁר עָזְבוּ מִפְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *sicut rudera in silvis et cacuminibus* Palaestinae, *quae deserta reliquerunt* fugientes *ante Israëlitas* (Cananitae) i. e. erunt urbes munitae Ephraimi ruderibus illis similes, quae ubique in saltibus et montibus patriae nostrae conspiciuntur, quae olim dereliquerunt Cananitae fugientes populum nostrum, quum Josua duce terram invaderet i. e. similes erunt arcibus et ruderibus illis ex Cananaeorum aetate superstitibus. עָזַב מִפָּנַי nihil aliud esse potest quam *relinquere* in fuga *ab* i. e. coram aliquo (v. מִפָּנַי v. פָּנִים): quinam autem fuerint illi, qui quum fugerent Israëlitas urbes arcesque suas deserent, nemini obscurum esse poterat, et iam augurati sunt LXX, hunc in modum transferentes: τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐσόνται αἱ πόλεις σου ἐγκαταλελειμμέναι ὃν τρόπον ἐγκατέλειπον οἱ Ἀμορῥαῖοι καὶ οἱ Εὐαῖοι ἀπὸ προσώπων τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, licet hi subiectum omissum ex verbis החרש והאמיר (quae legebant החוי והאמרי) eliciendum censerent. Maurerus: „*erunt ut rudera silvarum et cacuminum*, *quae relinquent* hostes *Israëlitis* i. e. ut caesa silva rarae supersunt arbores, sic Israëlitae in terra ab hostibus vastata vix unum alterumve locum reliquum habebunt, quo sese recipere possint.“ Sed עֲזוּבָה apud Jesaiam certam habet vim *domuum* desertarum s. *ruinarum*, *arbo-*

resque caesa silva *relictas* intelligi eo minus credibile est, quum caesae silvae nulla mentio fiat.

c) c. acc. rei: *reliquit* rem. Jes. X, 14: בֵּיצִים עֲזֻבוֹת *ova derelicta*. Jos. VIII, 17: *reliquerunt urbem* פָּתוּחָה *apertam*. Addito loco: reliquit aliquid alicubi Gen. L, 8. XXXIX, 15. 18, בְּיַד in manu alic. Gen. XXXIX, 12. 13. Praegn. Jes. X, 3: אֲנָה תַּעַזְבוּ כְבוֹדְכֶם *quo* asportabitis et ubi *relinquetis opes vestras?* Metaph. relinquere legem Jes. LVIII, 2, foedus Dan. XI, 30, consilium 1 Reg. XII, 8, praeceptа Dei Ps. CXIX, 87, sapientiam Prov. IV, 6, pietatem Iob. VI, 14, et contra peccatum Prov. XXVIII, 13. — Adde

d) עָזַב בְּיַד c. relinquere in manu alic. i. e. ei *committere* aliquid Gen. XXXIX, 6 (cf. sub litt. c), it. *arbitrio eius permittere* 2 Par. XII, 5. Ps. XXXVII, 33. Neh. IX, 28. Atque hoc significatu coniungitur etiam sq. לְ Ps. XVI, 10: לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל *non committes vitam meam orco*. Iob. XXXIX, 14: כִּי תַעֲזֹב לָאָרֶץ בֵּיצֶיהָ *nam committit ova eius terrae*, arenae, sq. אֶל Iob. XXXIX, 11, עַל Ps. X, 14 (intrans.): עָלֶיךָ יַעֲזֹב חֶלְכָּה *tibi committit* se *miser*.

e) reliquit alicui aliquid, sq. acc. rei et dat. pers. Lev. XIX, 10. XXIII, 22, de moriente Ps. XLIX, 11, de vastatore nil relinquente Mal. III, 19.

Niph. derelictus est Neh. XIII, 11, saepe de terra ab incolis derelicta et deserta Lev. XXVI, 43 (sq. מִן ab incolis). Jes. VII, 16. Iob. XVIII, 4, de urbibus Jes. XXVII, 10. LXII, 12. Ez. XXXVI, 4. Sq. לְ relinqui alicui Jes. XVIII, 6.

Pu. i. q. Niph. *relinqui*, de urbe Jer. XLIX, 25, poët. de tumultu urbis ib. XXXII, 14.

עֲזוּבָה f. 1) *ruinae, rudera*, v. rad. no. 2, b. — 2) n. pr. mulierum (vidua) a) matris Josaphati 1 Reg. XXII, 42. b) uxoris Calebi 1 Par. II, 18. 19.

עֲזוּבוֹן tantum in pl. עֲזוּבוֹנִים m. ve. rei mercatoriae proprium (ab hac rad. significatione: pacto pretio *commisit* alteri i. e. vendidit, nostr. jemandem *ablassen, überlassen* cf. dandi vce. ad venditionem translata, ut מָתָן no. 1, ce vendidit, ἀποδίδομαι cf. p. 760 B. 761 B), inde 1) *locus mercatus* (Markt), *nundinae*. Ez. XXVII, 19: *et Dan* (vel *Wedan*) *et Javan* וָדָן וְיָוָן עֲזוּבְנֵךְ *netum in nundinis tuis vendebant*. Sed eodem hoc capite de eadem re tres praeter hanc structurae reperiuntur. Una est Comm. 16: בְּנֹפֶךְ אַרְגָּמָן וגו׳ נָתְנוּ בַּעֲזוּבְנֵךְ *cum rubinis et purpura* cet. *vendebant in nundinis tuis* i. e. has merces allatas vendebant in n. t. Secunda Comm. 12: בְּכַסְפָּם בַּרְזֶל וְלֶפַח נָתְנוּ עֲזוּבְנֵךְ *argento, ferro, stanno, plumbo vendebant* in *nundinis tuis*, ubi ב ante עֲזוּבְנֵךְ. Comm. 22. Tertia denique Comm. 14: .... סוּסִים נָתְנוּ עֲזוּבְנֵךְ *equos ... vendebant* in *nundinis tuis*. Haud scio an variae hae locutiones, quae vix satis emendatae fuerint, in mercatorum sermone usitatae, et inde a propheta adoptatae fuerint. — 2) *quaestus* mercatura factus Ez. XXVII, 27. 33, cf. סָחַר.

עָזַז inf. עֲזוֹז fut. יָעֹז 1) act. *roboravit*. (Arab. عَزَّ fut. O. id. fut. I. A potens, honoratus fuit et factus est, it. vehemens, durus fuit, aeth. ΘΗΗ: roboravit et fortis fuit. Syr. ܥܙ i. q. hebr. עֹז vis, impetus). Sq. לְ *robur, praesidium dedit*. Eccl. VII, 19: תָּעֹז הַחָכְמָה לַחֲכָם מֵעֲשָׂרָה שַׁלִּיטִים גִּבֹּרִים *sapientia robur* s. praesidium *praebet sapienti prae decem ducibus, quae in urbe sunt* i. e. eum tutiorem praestat, quam decem duces possint. LXX. βοηθήσει. Cf. עֹז no. 2 et מָעוֹז. Significationem activam v. etiam in n. pr. עֻזִּיָּהוּ. — 2) *invaluit, validus, potens factus est*. Ps. IX, 20: *surge, Jova*, אַל־יָעֹז אֱנוֹשׁ *ne invalescant homines*. Dan. XI, 12: וְלֹא יַעְצֹם *neque tamen potens erit*, potens manebit. De aqua Prov. VIII, 28: בְּעֻזּוֹ מְעְיְנוֹת תְּהוֹם *quum invalescerent fontes maris* i. e. vehementer fluerent, aestuarent, cf. מַיִם עַזִּים s. v. עַז. (Syr. ܥܙ efferbuit, pro gr. ἐμβριμάομαι Joh. XI, 33. 38. Arab. عَزَّ explicant: „fluxit aqua" se. vehementius). Sq. עַל: superavit robore et potentia. Iud. III, 10: וַתַּעֹז יָדוֹ עַל כּוּשָׁן. VI, 2. — It. *praesidium habuit* (Schutz finden), tutus praestitus est, *tutus fuit*. Jes. XXX, 2: בְּמָעוֹז פַּרְעֹה (6 codd. Kennic. לָעֹז) *ut tuti sint sub praesidio Pharaonis*. — 3) *validus, potens fuit* Ps. LXXXIX, 14, talem se praestitit Ps. LXVIII, 29: עִזָּה אֱלֹהִים. LII, 9.

Hiph. הֶעֱז *obfirmavit* (cf. arab. عَزَّ durus fuit), addito פָּנִים obfirmavit faciem i. e. perfrictae frontis fuit. Prov. VII, 13 (ubi הֶחֱזָה pro הֶעֱזָה gr. pag. 121), בְּפָנִים id. XXI, 29.

עָזָז (potens) n. pr. viri 1 Par. V, 8.

עֲזָזְיָא (syr. ܥܙܙܝܐ fortis, arab. عَزَّزَ, unde Ἀζαζος teste Juliano nomen Martis apud Syros) n. pr. viri Esr. X, 27.

עָזוּז adj. *fortis, potens*, de Deo Ps. XXIV, 8, collect. *fortes* i. q. גִּבּוֹרִים milites Jes. XLIII, 17.

עַז f. עָזָּה adj. 1) *fortis, validus*, de leone Iud. XIV, 18 cf. 14, de hoste Ps. XVIII, 18, metaph. de amore Cant. VIII, 6; *potens* Ps. LIX, 4. Am. V, 9, de populo Num. XIII, 28. Jes. XXV, 3, rege Jes. XIX, 4, *vehemens*, de vento Exod. XIV, 21, de fluctibus Jes. XLIII, 16. Neh. IX, 11, de ira Gen. XLIX, 7. Prov. XXI, 14, de fame (עַז נֶפֶשׁ vehementis appetitus Jes. LVI, 11). Neutr. *validum, robustum* i. e. robur Gen. XLIX, 3. — 2) *firmus, munitus* Num. XXI, 24: terminus Ammonitarum erat *munitus*. — 3) *durus*. Pl. עַזּוֹת *dura* verba Prov. XVIII, 23. עַז פָּנִים perfrictae frontis, impudens Dent. XXVIII, 50. Dan. VIII, 23.

עֵז pl. עִזִּים f. 1) *capra*. (Syr. ܥܙܐ id. Phoen. ἄζα Steph. Byz. v. Ἄζωτος. Arab. عَنْزٌ capra, etiam

rupicapra, it. caper, quod nonnulli non probant, sed etiam melit. *ýns* est caper, et nomen Punicum *tragii* teste Diosc. 4, 50 erat *ἀγοι-οσίμ* אַזֵי עִזִּים. Simile vc. habent linguae indogermanicae, sanscr. *agá* caper, *agâ* capra, goth. gáitsa, nostr. *Geis*, duriore forma *Gems* i. e. rupicapra, gr. *αἴξ*, Grimm deutsche Gr. III, 328. Aptam originem linguae Semiticae offerunt, modo in hac ipsa radice עזז subsistitur: עֵז enim, quod prius *caprum* quam *capram* significasse videtur, a fortitudine dictum est, pariter atque אַיִל et אֵיל; neque vero a rigiditate „steifer Bock" [Böttch.], vel a tondendo et a vellere i. q. גז [Redsl.], quod ovium et arietum, non hircorum et caprarum est. Ceterum in arab. عَنْز *Nun* originitus non radicale est, ut putabat Kimchius, sed ex littera geminata prognatum v. 833 B). Gen. XV, 9. XXX, 32. 33. XXXI, 38. XXXII, 15. Lev. III, 12. XVII, 3. XXII, 27. Num. XV, 27. Cant. IV, 1. VI, 5 al. גְּדִי עִזִּים hoedus caprinus Gen. XXVII, 9. Iud. VI, 19. XIII, 15. XV, 1. 1 Sam. XVI, 20, שְׂעִיר עִזִּים hircus caprarum Lev. IV, 23. IX, 3, adeoque f. שְׂעִירַת עִזִּים IV, 28. V, 6 capella caprarum (quod dicunt iccirco quod עָשִׂיר, שְׂעִירָה ambiguum erat, et de similibus bestis diei poterat, cf. nostr. Bock, Ziegenbock), שֵׂה עִזִּים pecus caprina (ein Stück Ziegenvieh, non pecus caprinum) Deut. XIV, 4. — 2) Plur. עִזִּים ellipt. *pili caprini*. Ex. XXVI, 7. XXXVI, 14. Num. XXXI, 20. בְּעִיר עִזִּים 1 Sam. XIX, 13.

עֵז chald. i. q. hebr. no. 1. Esr. VI, 17.

עֹז, raro עוֹז Prov. XXIV, 5. XXXI, 17, sq. Makk. עֻזּ־ Jes. XXVI, 1, cum suff. עֻזִּי, עֻזֵּךְ, עֻזָּהּ, עֻזֵּנוּ, עֻזְּכֶם, עֻזָּה, עֻזּוֹ, rarius עֻזִּי Exod. XV, 2. Jes. XII, 2, עֻזֶּךָ Exod. XV, 13. Ps. XXI, 2. LXXIV, 13, semel plene עוּזָּנוּ LXXXI, 2 m. 1) *robur*, de hominibus Ps. XXIX, 11. Prov. XXIV, 5. XXXI, 17, brutis Iob. XLI, 14, de *potentia* Dei Iob. XII, 16. XXVI, 2. Ps. XXI, 2. 14. LXXIV, 13. LXXVIII, 26. Jes. XLV, 24 (inde זְרוֹעַ עֻזֶּךָ Ps. LXXXIX, 11, מַטֵּה עֻזְּךָ CX, 2); i. q. *vehementia*, ut pluviae Iob. XXXVII, 6, tonitru Ps. LXVIII, 34, irae XC, 11. בְּכָל־עֹז omni robore 2 Sam. VI, 14. Concr. *fortes*, *heroes* Iud. V, 21 (cf. עִזְּזוּ Jes. XLIII, 17). — 2) *firmitas*. מִגְדַּל עֹז turris firma i. e. munita Iud. IX, 51. Ps. LXI, 4, עִיר עֹז Jes. XXVI, 1, קִרְיַת עֹז Prov. XVIII, 19 urbs firma. (Apud Poenos multa sunt nomm. pr. urbium, quae ab *Uz*, *Us* i. e. עֹז ordiantur, ut *Uzagada*, *Uzita*, *Uzippara*, *Usilla*, *Ussara*, v. monumm. phoen. p. 429). Ps. XXX, 8: הֶעֱמַדְתָּה לְהַרְרִי עֹז *dederas monti meo firmitatem* i. e. me securum praestiteras. Inde a) *praesidium*, *tutela*. Ps. XXVIII, 8: יְהוָה עֹז לָמוֹ *Jova iis est praesidio*. XLVI, 2. LXII, 8. LXXXIV, 6. CXL, 8. Jes. XLIX, 5. Jer. XVI, 19: עֻזִּי וּמְעוּזִּי וּמְנוּסִי. — בָּצְבוֹת עֻזָּהּ statuae idolorum, quorum praesidio confidis Ez. XXVI, 11. In malam partem: *durities*, inde עֹז פָּנִים facies obfirmata i. e. proterva Eccl. VIII, 1. גְּאוֹן עֻזָּהּ superbia eius (Aegypti) proterva Ez. XXX, 6. 18. XXXIII, 28 (sed גְּאוֹן עֻזְּכֶם XXIV, 21 concr. id quo superbitis firmiter i. e. fidenter, de sacrario). — 3) *splendor*, *maiestas*, quippe quae cum potentia coniunctae sint. (Arab. عِزّ gloria). Ps. XCVI, 6: עֹז וְתִפְאֶרֶת בְּמִקְדָּשׁוֹ. Jes. LI, 9: עוּרִי לִבְשִׁי עֹז. LII, 1. Prov. XXXI, 25. Hab. III, 4. Ps. CXXXII, 8: אֲרוֹן עֻזֶּךָ *arca* sedes *maiestatis tuae* (i. q. אֲרוֹן כְּבוֹד יְיָ), de arca foederis. 2 Par. VI, 41, et ellipt. de eadem עֹז Ps. LXXVIII, 61 cf. 1 Sam. IV, 21. 22. Inde 4) *gloria*, *laus* Ps. VIII, 3: ... מִפִּי עוֹלְלִים. XXIX, 1. יַסְּדָתָם יְהוָה כָּבוד וְעֹז: Exod. XV, 2: זִמְרָת וְעֻזִּי יָהּ Ps. LXVIII, 35. XCIX, 4, כְּלֵי עֹז instrumenta laudis i. e. musica in Deo laudando adhibita. 2 Par. XXX, 21.

עֻזָּא (robur) n. pr. virorum 1) 2 Sam. VI, 3, pro quo Comm. 6. 7 עֻזָּה. 2) 1 Par. VIII, 7. 3) Esr. II, 49. Neh. VII, 51.

עַזָּה (valida, munita, q. d. Valentia) n. pr. *Γάζα*, *Gaza*, una ex quinque Philistaeorum urbibus Deut. II, 23. Jos. XI, 22. Iud. XVI, 1. 21. 1 Sam. VI, 17. 2 Reg. XVIII, 8. Jer. XXV, 20. Am. I, 6. 7. Zeph. II, 4, eaque regia Zach. IX, 5, in australibus Palaestinae finibus (Gen. X, 19. 1 Reg. IV, 24) haud procul (viginti stadiis Arrian. Alex. 2, 26) a mari dissita, cum portu *Maiuma* (ὁ *Μαιούμας*) dicto. Judaeorum tribui sorte assignata erat Jos. XV, 47, et teste Iud. I, 18 ab his expugnata: sed a Philistaeis eam mox recuperatam esse certum est, quum nunquam non in Philistaearum urbium numero compareat. Jeremiae aetate ab Aegyptiis (prob. a Nechaone post pugnam ad Megiddum Herod. 3, 5, v. Hitzig de Kadyti, urbe Herodotea, Gottingae 1829. §. 4. 7. 8) expugnata est Jer. XLVII, 1, iterum ab Alexandro post quinque mensium obsidionem (Curt. 4, 6. Arrian. Alex. 2, 26. Plut. Alex. 25), ab Alexandro Jannaeo vastata (Jos. Archaeol. 13, 15, 3) sed a Gabinio restituta (ib. 14, 5. 3), quanquam Act. VIII, 26 (cf. Strab. 16 p. 759) *ἔρημος* appellatur. Frequens eius mentio est apud scriptores graecos, in quibus Plutarchus l. c. eam *τῆς Συρίας μεγίστην πόλιν*, Arrian. l. c. magnam urbem appeliat, in loco edito sitam et munitam: eandem eam esse, quam Herodotus (3, 5. 2, 159) *Κάδυτιν* appellet, „urbem Sardibus haud minorem" probabiliter docuit Hitzigius l. c., a quo (§. 5) Plutarchi locum modo laudatum neglectum esse miror. Ceterum forma *Κάδυτις* mihi ex *Gadsa*, *Gadesa* litteris induratis orta esse videtur, arguuntque quum alia tum in hoc ipso loco confusio urbium *Μάγδολος* et Megiddo, mediocrem fuisse Herodoti in his rebus *ἀκριβείαν*. Hodieque Gaza antiquum nomen (غَزَّة) retinuit et oppidum est haud ita parvum in regione fertili situm, v. Volney Reise II, 252. In historia eius narranda multus est Relandus in Palaestina p. 788—800. — N. gent. est עַזָּתִי Jos. XIII, 3. Iud. XVI, 2.

מָעוֹז (paene ubique plene, fortasse quia librariis obversabatur rad. עזז). Kamez puro, ut in עָזֶךָ, עָזֵנוּ, cstr. עִזּוּז, c. suff. עֻזִּי Jes. XXVII, 5, עֻזָּם Ps. XXXVII, 39, pl. מְעוֹזִים Dan. XI, 38. 39, sed saepius plene עֻזּוּי Ps. XXXI, 5, pl. cstr. מְעוּזֵי Dan. XI, 19 (ubi plerique omisso dag. מְעֻזֵּי) pl. c. suff. מְעֻזֶּיהָ (nonnulli codd. מעוזיה, nullus quod sciam sine Num) Jes. XXIII, 11, de qua forma redi ad rad. דָּלַל p. 340, m. *munimentum*, *locus munitus* Iud. VI, 26. Dan. XI, 7. 10. 19. 31. עֹרֵי מָעוֹז Jes. XVII, 9. מָעוֹז יָם munimentum maris, de Tyro Jes. XXIII, 4 cf. 14, מְעוֹז מִצְרַיִם munimentum s. propugnaculum Aegypti, de Pelusio Ez. XXX, 15. אֱלֹהֵי מָעוֹזִים deus munimentorum, idolum gentilium ab Antiocho Epiphane studiose cultum, idque tamen recens in Syriam invectum Dan. XI, 38 (cf. 37), prob. Jupiter Capitolinus, cui post victoriam sacra facere solebant, cuique Antiochus Antiochiae templum parabat (Liv. XLI, 20), aliis Jupiter Olympius (coll. 2 Macc. VI, 2 et Liv. l. c.). Saepe translate Jes. XXX, 3. Prov. X, 29: מָעוֹז לַתֹּם דֶּרֶךְ יְ׳ Ps. LX, 9: אֶפְרַיִם מָעוֹז רֹאשִׁי *Ephraim est munimentum capitis mei* i. e. galea mea CVIII, 9. Maxime de Jova Ps. XXVII, 1: יְהוָה מָעוֹז חַיַּי *Jova est munimentum* s. propugnaculum *vitae meae*. XXXI, 5: כִּי אַתָּה מָעֻזִּי XXXVII, 39. XLIII, 2. LII, 9. Jes. XXV, 4. Joël IV, 16. Nah. I, 7. (In nomm. pr. Poenorum plura sunt, quae a *Muz*, *Mus* i. e. מָעוֹז ordiantur, ut *Mus*ulubium מעוז חלובים munimentum Libyum, v. monumm. Phoen. p. 417. Cf. ad עוֹז).

עֲזַרְיָהוּ (quem Jehova corroboravit) n. pr. virorum 1) 1 Paral. XXVII, 20. 2) XV, 21. 3) 2 Paral. XXXI, 13.

עֻזִּי (decurtatum ex עֻזִּיָּהוּ) n. pr. virorum 1) 1 Par. V, 31. VI, 36. Esr. VII, 4. 2) 1 Par. VII, 2. 3) IX, 8. 4) VII, 7. 5) Neh. XI, 22. 6) XII, 19. 42.

עֻזִּיאֵל v. עֻזִּיאֵל.

עֻזִּיאֵל (potentia Dei) n. pr. virorum 1) Ex. VI, 18. Num. III, 19. 2) 1 Paral. IV, 42. 3) VII, 7. 4) XXV, 4. 5) 2 Par. XXIX, 14. 6) Neh. III, 8. Patron. no. 1 est

עָזִּיאֵלִי Num. III, 27.

עֻזִּיָּה et **עֻזִּיָּהוּ**, in codd. passim עזיה (potentia Jovae) n. pr. LXX. Ὀζίας, Vulg. *Ozias*, quod gerunt 1) rex Judae, Amaziae filius, Iothami pater, Hoseae et Amosi prophetarum aequalis (Hos. I, 1. Am. I, 1), post 52 annorum (811—759 a. Chr.) imperium in nosocomio, in quo propter lepram inclusus erat, mortuus. 2 Reg. XV, (13) 30. 32. 34. 2 Par. XXVI, 1. 3. 8. 9. 11. 14. 18. 19. 21—23. XXVII, 2. Jes. 1, 1. Hos. et Am. ll. cc. Zach. XIV, 5. Sed in altero libro Regum octo novemve locis continuis XIV, 21. XV, 1. 6. 7. 8. 17. 23. 27 (addendus enim locus XV, 13, ubi paene 60 codd. Kenn. et Rossii habent עזריה) pro eo legitur עֲזַרְיָה et עֲזַרְיָהוּ LXX. Ἀζαρίας, Vulg. *Azarias*. Quum ex contextu manifestum sit, nullo modo duo eiusdem regis nomina ibi cogitari posse, sed omne hoc discrimen ex antiquo librariorum עזיה et עזריה confundentium (v. infra no. 3) errore profectum esse, iam veteres interpretes, ut sibi constaret rerum gestarum memoria, omnibus locis idem nomen reponendum esse existimarunt: idque LXX ita instituerunt, ut ubique (etiam XV, 13. 30. 32. 34) scriberent Ἀζαρίας, quum contra Peschito cum Arabe ubique (ex Paralipp.) scribant ܥܘܙܝܐ, عُوزِيَّا. Et hi quidem recte.

Namque scripturam עֻזִּיָּה concors quinque diversorum V. T. librorum (Am. Ilos. Jes. Zach. Parall.) auctoritas tuetur: a qua postquam semel aberraverat librarius in altero libro Regum (XV, 1) pro עזיה scribens עזריה (quod usitatius est nomen), non poterat non in hoc errore per omnem de Usia narrationem perseverare: commata enim 30. 32. 34, quae ad sequentium regum narrationem pertinent, eius aciem (si qua erat) facile effugere poterant. Paralipomenon auctor vel in eo quo usus est codice libri Regum veterem incorruptamque scripturam reperit vel eam restituit, Alexandrino contra scriptura iamiam corrupta ob oculos erat, quam, ut sibi constaret narratio, etiam in tres quattuorve reliquos locos introduxit. Praeterea alii viri 2) 1 Par. XXVII, 25. 3) 1 Par. VI, 9, pro quo Comm. 21 עֲזַרְיָה. 4) Esr. X, 21. 5) Neh. XI, 4.

עַזְבּוּק (ex עז et בּוּק vastatio?) n. pr. viri Neh. III, 16.

עַזְגָּד (valens fortunâ) n. pr. viri Esr. II, 12. VIII, 12. Neh. VII, 17. X, 16.

עַזְמָוֶת (fortis instar mortis? Cant. VIII, 6) n. pr. virorum 1) unius ex tribunis Davidis 2 Sam. XXIII, 31. 2) 1 Par. XXVII, 25. — De בֵּית עַזְמָוֶת vide p. 195.

* * *

עָזְנִיָּה f. Lev. XI, 13. Deut. XIV, 12 *aquilae* species, LXX. ἁλιαίετος. Vulg. *aquila marina*, sed Gr. Venet. γύψ, quae ex coniectura fluxerunt. Hebraei interpretes, quos sequitur Bochartus Hieroz. II, 774 Lips., Nun radicale esse negant in hac voce, quam ad rad. עזז revocant pro עֻזָּא i. e. avis *valida*, Onk. עֻזְנָא, Vers. Sam. עוזה: et bactenus quidem non male vide p. 340 et in hac ipsa rad. עֻזִּיָּהּ pro עֻזִּיָּהוּ Jes. XXIII, 11): id modo absonum quod non pauci *gryphum*, avem fabulosam, intelligunt, quae in Talmude עוז appellatur, et rectius Bochartus l. c. *aquilam nigram* s. *Valeriam* interpretatur, quam „minimam magnitudine, *viribus* praecipuam“ (unde Valeria a valendo) dicunt Plinius 10, 3 et Aristot. hist. anim. 9, 32. In prioribus editt. cum Jo. Simoni conferebam العُقَاب i. e. aquila vel avis ei similis Gigg. et Cast., sed in Kamuso impresso (p. 1786) legitur العُقْر (per Re) „avis, vel aquila vel alia ei similis“,

cui quidem auctoritati cedendum et ab illa voce adhibenda abstinendum est.

עָזַל verbum inusit. Arab. عزل I. II. IV. removit, semovit, dimovit, velut de munere sq. عن, it. seorsum posuit aliquid. VIII. separavit se, de matrimonio. Vide de hac rad. Bochart. in Hieroz. I p. 750 Lips. Inde fortasse (v. infra no. 4)

עֲזָאזֵל dubiae interpretationis voc., nonnisi in lege de festo expiationis Levit. XVI obvium, ubi legitur Comm. 8: *Aaron sortes iaciet super duos hircos, sortem unam Jovae et sortem unam* לַעֲזָאזֵל *Azazeli.* Comm. 10: *et hircus, in quem ceciderit sors* לַעֲזָאזֵל *Azazeli, stabit vivus coram Jova, ut per eum fiat propitiatio et mittatur* לַעֲזָאזֵל *Azazeli in desertum.* Comm. 26: *et qui miserit hircum* לַעֲזָאזֵל *ad Azazelem, lavabit vestes suas* cet., de quo quattuor potissimum sunt interpretum opiniones. Alii enim 1) עֲזָאזֵל ipsius *hirci* in desertum *missi* nomen esse volunt. Ita Symm. *τράγος ἀπερχόμενος.* Aqu. *τράγος ἀπολελυμένος.* Vulg. *hircus emissarius* (Luth. der *ledige* Bock), neque tamen Alex. (nam *τῷ Ἀποπομπαίῳ* Comm. 8 minime cum Theodoreto et Cyrillo explicandum est *τῷ ἀποπεμπομένῳ*, v. infra no. 4) et Mischna Joma 4, 2. 6, 1. 2, ubi hic hircus appellatur quidem שָׂעִיר הַמְשֻׁלָּח *hircus emissus*, sed non quasi ita explicaverint עזאזל, sed quoniam ipse legislator verbo שָׁלַח in hac lege constanter usus est Comm. 10. 22. 26. Muniunt interpretationem etymo, עזאזל compositum putantes ex עֵז capra et אזל abiit. Sed עזאזל, *cui* vel *ad quem* hircus mittitur, Comm. 10. 26 tam aperte ab hirco misso discernitur, ut aliis argumentis ad hanc opinionem diluendam opus non sit. Quod omnes urgere solent, עֵז capram significare, non hircum, non ita certum est, v. supra h. v. — Non pauci 2) עֲזָאזֵל *locum* esse existimant, *in quem* hircus expulsus sit. Ita Pseudojon. V. 10 extr. Saad. et Arabs Erp. لجبل عزاز *in montem durum s. asperum.* Aben Esra: אמר הגאין כי עזאזל שם הר ונקרא כן עזאזל) בעבור שהיה תקוף כי טעם זכר השם כטעם הררי אל igitur conflatum putabat ex עזאז عزاز locus durus, asper et אֵל coll. Ps. XXXVI, 7). Jarchi: הר עז וקשה צוק גבוה (cf. Mischna Joma 6 §. 6). E recentioribus Bochartus (Hieroz. I, 749 sqq.) in eandem sententiam עזאזל arab. عزازيل pluralem fractum esse suspicabatur, qui *separationes, recessus, secessus, ἀναχωρήσεις* significaret a rad. عزل removit, semovit, seorsum posuit, approbante Hackmanno (praecid. sacr. I, 232—275), quanquam hic עזאזל ad analogiam coniugationis Arabum duodecimae افعوعل revocare malebat. Non ineptum hoc, sed etiam huic opinioni obstat contextus. Quis enim ferat tautologiam, qualis haec est Comm. 10: לְשַׁלַּח אֹתוֹ לַעֲזָאזֵל הַמִּדְבָּרָה *ad eum mittendum locis desertis in desertum?* — 3) Tertia sententia est eorum, qui *daemonem*, spec. *cacodaemonem* ea voce indicari volunt, ad quem propitiandum placandumve hircus in desertum missus sit. Sic e Rabbinis *Menahem*, qui *Azazel* unum ex quattuor daemonum antesignanis fuisse scribit, quorum nomina sint *Sammaël, Azazel, Azaël, Machazeel.* In Pirke Elieser c. 46 traditur, Azazelem, cui hircus die propitiationum mittatur, eundem daemonem esse atque Sammaëlem, cf. Eisenmenger entd. Judenthum II, 157. Sohar in Genes. II apud Capellum, Opp. posth. p. 309. In libro Henochi *Azazel* (Ἀζαήλ), non *Azazyel*, est in antesignanis daemonum, quorum doctrina et impulsu terra corrupta sit (VIII, 1. X, 12. XIII, 1 sqq. XV, 9): in Graecis idem Ἀζαζήλ appellatur (Fabricii cod. pseudepigr. I p. 182. 183), mox Ἀζαήλ (sed hoc per confusionem cum Azaële, qui alius ab illo est); in cod. Nasar. 1, 240 ⵄⵣⵣⵉⵍ daemonis nomen est alias Barbag dicti. Idem nomen Ἀζαζήλ Gnosticis vel Satanam vel alium daemonem significabat Epiph. haer. 34, quocirca Origenes (c. Cels. 6 p. 305 Spenc.) nil dubitabat, quin Levitici loco *diabolus* intelligendus sit. A Judaeis et Christianis idem ad Arabes (عزازيل) transiit (v. Relandum de rel. Mohammed. p. 189. Meninski h. v., vitiose enim apud Golium p. 317 legitur عزابيل): adeoque in recentioribus libris magicis Azazel et Azaël inter daemones censentur, qui elementis praesint. E recentioribus eam sententiam copiose exornavit Spencerus, de legibus Hebraeorum ritualibus lib. III, diss. 8 p. 1039—85, assentientibus Rosenm. ad Levit. l. c. Ammon bibl. Theol. I, 360. von Cölln bibl. Theol. I, 199. Hengstenb. Christol. I, 1 pag. 36. Nec deerant argumenta, quae hanc similemque rationem suaderent. Nam a) vi oppositi (ליהוה, לעזאזל) exspectatur persona, eaque talis, quae Jovae apte opponatur et contraria sit; b) in desertis, quorsum abigitur hircus Asaseli consecratus, propria daemonum sedes esse putabatur (v. Jes. XIII, 21. XXXIV, 13. 14. Alex. Bar. IV, 35. Tob. VIII, 3. Mt. XII, 43. Apoc. XVIII, 2. Maimonid. Neboch. 3, 30); c) potest ista ratio etiam apto etymo firmari; non eo quidem, quod proposuit Spencerus, ut עזאזל sit i. q. עֵז אָזַל *fortis abiens* s. fugiens, sed eo, quod iam veteres nonnulli innuerunt עזאזל (עֲזוּזָאל) scribentes pro עזאזל, ut Pesch. ⵄⵣⵣⵉⵍ, Cod. primus Kennic. עזאזאל, Zabii ⵄⵣⵣⵉⵍ, Arabes عزازيل: nimirum *fortitudo Dei* (cf. *Gabriel*), si angelum bonum dein lapsum cogitas, vel *adortus est, infestavit Deum* (עָזַז act. cf. חָזַק, שָׁדַד), *proterve egit erga Deum*, cf. עֵז פָּנִים. Contra displicebat in hac sententia, quod in libris V. T. antiquioribus diserta doctrinae de geniis malis vestigia desiderantur: quanquam hic scrupulus non talis est quin eximi possit (v. no. 4 extr.). — Ex recentissimis non pauci 4) עֲזָאזֵל nomen abstr. censuerunt pro עֲזָלְזֵל (v. Ew. gr. p. 243 cf. Lgb. p. 869) a rad. عزل removit (v. supra), quod significet *remotionem*, pr. *remotionem totalem* (sit venia verbo), „gänzliche Hinwegschaffung" (Tholuck app. ad epist. ad Hebr. p. 80. Winer Realwb. II, 767. Bähr Symbolik d. Mos.

Cultus II, 668). De origine vocis eandem sententiam dixerat Ewaldus l. c., nisi quod עזאזל (pro עֲזָזֵאל) explicaret: *separatum*, *abominandum*, dein *impurum*, *profanum* i. e. *peccatum* „das Unreine, Unheilige (i. e. das Getrennte, Verabscheute, vgl. עָזַל), die Sünde"; linguae usum non magis reputans quam loci biblici contextum. *Separatum* enim et *sepositum* non simul *abominabile* est, et quid sibi velit haec sententia: hircum peccatis onustum missum esse לעזאזל *ad peccatum*, difficile est dictu. Ut ad illos redeamus, qui *remotionem totalem* (sc. peccatorum ab hirco asportatorum, v. Bährium l. c. p. 682) interpretantur, etiam in hac ratione nescio quid frigidi est et ieiuni et vix credibile, vocabulum istud singulare et in suo genere unicum non aliud significare quam rem obviam, cui exprimendae lingua Hebraea magnam synonymorum copiam suppeditabat, qualis est *remotio*, *asportatio* (הֶסֵר, הַשְׁבָּתָה, בַּעֵר): imo totius contextus ratio et dativi sibi contrarii לֵיהוה, לעזאזל *personam* tantum non flagitant. Atque talem intellexit iam Alexandrinus interpres, cuius interpretatio modo recte accepta et cum illo etymo et cum traditione exegetica de *daemone* (v. no. 3) bene conciliari potest. Reddit is לעזאזל Comm. 8: τῷ Ἀποπομπαίῳ i. e. τῷ Ἀποτροπαίῳ, Ἀλεξικάκῳ, *Averruncо*, Comm. 10: εἰς τὴν ἀποπομπήν i. e. ἀποτροπήν i. e. ad averruncationem (malorum, poenarum divinarum). Pollux 5, 26: οἱ δὲ δαίμονες οἱ μὲν λίοντες τὰς ὀρὰς ἀλεξίκακοι λέγοντω, ἀποπομπαῖοι, ἀποτρόπαιοι, λύσιοι, φύξιοι, quorum in numero Herculem censebant et Apollinem et Dioscuros, omniumque principem Jovem. Suid. ἀποπομπή· ἀντὶ τοῦ ἀποτροπή. Harpocr. ἀποπομπός· ἀποτροπός, Ἰσοκράτης Φιλίππῳ. Ita etiam Josephus Ant. 3, 10 §. 3: προσάγουσι δὲ δύο πρὸς τούτοις ἐρίφους, ὧν ὁ μὲν ζῶν εἰς τὴν ἐπερόριον ἐρημίαν πέμπεται, ἀποτροπιασμὸς καὶ παραίτησις τοῦ πλήθους παντὸς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων ἐούσης, et Iulianus, quem frustra refellere studet Cyrill. c. Iulian. lib. IX. Cf. Suicer. thes. eccles. I pag. 468. Atqui ex duabus illis interpretationibus, ἀποπομπαῖος Comm. 8 et ἀποπομπή Comm. 10, equidem priorem vel iccirco optaverim, quod forma עֲזָזֵאל pro עֲזָזֵל concreto magis convenit quam abstracto, atque suspicor, *Asaselem* i. e. Ἀποπομπαῖον pr. deum fuisse *Averruncum*, qui illo ritu vetustissimo et haud scio an primitus gentili placabatur, ut mala peccatis promerita a populo averruncaret; id vero nomen dein, quum gentilitatis vestigia in Hebraismo offensioni esse et deleri coepissent, ut alia idolorum nomina, ad *daemonem* translatum esse. Atque similem sententiam iam Cyrilli aetate fovebant nonnulli, contra quos hic acriter disputat in epistola ad Acacium περὶ τοῦ ἀποπομπαίου (Opp. Tom. II p. 121). Ex eo enim quod in Graeca Versione legerant, in duos hircos iactas fuisse sortes, unam Domino, alteram τῷ ἀποπομπαίῳ, colligebant, ex duobus hircis unum quidem Deo ad sacrificium, τὸν γὲ μὴν ἕτερον ἀποπομπαίῳ τινι καὶ πονηρῷ καὶ ἀκαθάρτῳ δαίμονι πεπιφθῆναι κατὰ τὴν ἔρημον. — Ceterum legantur prae ceteris Bochartus Hieroz. I, p. 745—758 et Spencerus de legib. Hebraeorum ritualibus lib. III. diss. VIII p. 1039—1085 Tubing.

עָזַן rad. incerta, v. עֲזָנָה *aquilae* species s. rad. עזז.

עָזַק tantummodo in Pi. עִזֵּק *terram rastro fodit*, *subegit* Jes. V, 2, ubi Saad. retinuit arab. عَزَقَ fidit terram, unde مِعْزَقٌ et مِعْزَقَةٌ ligo, rastrum, instrumentum securi (גַּרְזֶן) simile, quo terra finditur. Melit. ʿ*azak* terram fidit, fodit. A vicina insculpendi potestate est

עִזְקָא chald. *annulus signatorius* Dan. VI, 18. In Targg. persaepe pro חוֹתָם et טַבַּעַת. Syr. ܥܙܩܐ id.

עֲזֵקָה (ager rastro fossus, novellatus) n. pr. oppidi in regione campestri tribus Judae Jos. X, 10. XV, 35. 1 Sam. XVII, 1. Neh. XI, 30. Jer. XXXIV, 7. Euseb. v. Ἀζηκά· καλεῖται καὶ νῦν Ἐζηκα κώμη ἀνάμεσον Ἐλευθεροπόλιως καὶ Αἰλίας. Cf. Relandi Palaestina p. 603.

עָזַר fut. יַעְזֹר et יַעֲזֹר 1) pr. *cinxit*, *circumvallavit*, inde tuitus est. (Cogn. radd. sunt חָצַר no. 1, עָצַר, adeoque גָּדַר). Inde עֲזָרָה atrium. — 2) *iuvit*, *adiuvit*, *auxiliatus est*. (Arab. عَزَرَ, syr. ܥܙܪ id. non ܥܘܪ, ut habent Simonis et Winerus). Cstr. absol. Jes. XXX, 7, sq. acc. pers. 1 Sam. VII, 12. Jes. XLI, 10. 13. 14. XLIX, 8. Ps. XXXVII, 40. LXXIX, 9. CIX, 26. CXVIII, 13 cet., sq. לְ 2 Sam. VIII, 5. XXII, 17, max. in recentioribus libris 1 Par. XVIII, 5. XXI, 17. 2 Paral. XIX, 2. XXVI, 13. XXVIII, 16. Iob. XXVI, 2. Jes. L, 7. 9, sq. עִם (nostr. *beystehen*) 1 Par. XII, 21, sq. אַחֲרֵי 1 Reg. I, 7: וַיַּעְזְרוּ אַחֲרֵי אֲדֹנִיָּה *adiuverunt secuti partes Adoniae*, it. sq. לְ rei, *adiuvit ad* aliquid, Zach. I, 16: עָזְרוּ לָרָעָה. 2 Par. XX, 23: עָזְרוּ אִישׁ בְּרֵעֵהוּ לְהַשְׁחִית. — Part. עֹזֵר *adiutor*, saepe in his locutionibus: יְהוָה עֹזֵר לִי Ps. XXX, 11, אֵין עֹזֵר לוֹ 2 Reg. XIV, 26. Ps. LXXII, 12. Iob. XXIX, 12, אֵין עֹזֵר Ps. XXII, 12. Jes. LXIII, 5. עֹזְרֵי מִלְחָמָה socii in bello 1 Par. XII, 1 cf. 1 Reg. XX, 16. Part. pass. עָזוּר Jes. XXXI, 3. Dicitur tum de auxilio, quod quis praestat misero et derelicto Iob. XXVI, 2. XXIX, 12 max. Deus hominibus, tum de auxilio sociorum in bello 1 Reg. XX, 16.

Niph. adiutus est Ps. XXVIII, 7, max. a Deo, 2 Par. XXVI, 15. 1 Par. V, 20: וְנֶעְזְרוּ עֲלֵיהֶם *et adiuti sunt contra eos*, h. e. Deus iis victoriam dedit. Dan. XI, 34. Arabes similiter dicunt: انتصر adiutus est (a Deo) h. e. vicit. Cor. 3, 107. 54, 44.

Hiph. i. q. Kal. Part. (formae aramaeae) pl. מְעַזְּרִים 2 Par. XXVIII, 23, inf. לַעְזִיר 2 Sam. XVIII, 3 Chethibh.

עֵזֶר c. suff. עֶזְרִי m. 1) *auxilium* Jes. XXX, 5. Sq. genit. auxilium alic. est auxilium alicui praestitum vel praestandum, ut עֶזְרִי Ps. CXXI, 1. 2, עֶזְרֵנוּ CXXIV, 8, עֶזְרֶךָ Deut. XXXIII, 26. Ps. XX, 3. Hos. XIII, 9. מָגֵן עֶזְרֶךָ clypeus auxilii tui (Israël), de Jova Deut. XXXIII, 26. Saepe concr. de *auxiliatore*, *adiutore* Ps. XXXIII, 20: עֶזְרֵנוּ וּמָגִנֵּנוּ הוּא. LXX, 6. CXV, 9—11. CXLVI, 5, *adiutrice* Gen. II, 18. 20. הָיָה עֵזֶר מִן auxilio est ab (hoste) Deut. XXXIII, 7. — 2) n. pr. virorum a) 1 Par. IV, 4, pro quo עֶזְרָה V. 17. b) XII, 9. c) Neh. III, 19.

עֶזֶר (auxilium) n. pr. virorum 1) Neh. XII, 42. 2) 1 Par. VII, 21.

עֲזַר et עֲזוּר (adiutor) n. pr. virorum 1) Jer. XXVIII, 1. 2) Ez. XI, 1. 3) Neh. X, 18.

עֻזָּא (auxilium) n. pr. gr. Ὀζά, quod gesserunt a) sacerdos et *γραμματεύς* nobilissimus, Serajae filius, ex familia Eleasari, Aharonis filii, qui septimo Artaxerxis Longimani anno (458 a. Chr.) Judaeorum coloniam ex Babylonia Hierosolymam duxit Esr. VII, 1 sqq. 10—12. 21. 25. X, 1 sqq. Neh. VIII, 1 sqq. XII, 26. 36. — b) alius sacerdos, qui cum prima colonia a Serubabele ducta redierat Neh. XII, 1. 13, licet essent, qui hunc eundem putarent atque no. 1. Vide Cler. ad Esr. VII, 1 et contra Schirmeri diss. ad Esr. II. p. 15. c) Neh. XII, 33 cf. 36.

עֶזְרָה f. 1) *auxilium*. לְעֶזְרָה *ad auxilium* vel praestandum Jer. XXXVII, 7 vel quaerendum Jes. X, 3. XXXI, 1. Sq. genit. eius, cui auxilium praestatur Ind. V, 23. Iob. VI, 13. XXXI, 21. Ps. XXII, 20: לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה. XXXVIII, 23. XL, 14. LXX, 2. LXXI, 12, et eius qui praestat Jes. XXXI, 2. Concr. *auxiliator* Ps. XXVII, 9. XL, 18, *auxiliatores* Nah. III, 9. Cum IIe parag. עֶזְרָתָה Ps. XLIV, 27. — 2) n. pr. v. עֵזֶר 2, a.

עֶזְרַת f. i. q. עֶזְרָה Ps. LX, 13. CVIII, 13.

עֲזָרָה f. 1) recentioris Hebraismi vc. pro antiquiore חָצֵר *atrium* (templi) 2 Par. IV, 9. VI, 13 ab עָזַר no. 1. (Saepe in Targg., arab. transp. عَزَصَ id.). — 2) *crepido* (altaris), *Absatz*, *Terrasse* Ez. XLIII, 14. 17. 20. XLV, 19.

עֶזְרִי (pro עֶזְרָה auxilium Jovae) n. pr. viri 1 Par. XXVII, 26.

עֶזְרִיאֵל (quem *Deus adiuvit*, nostr. *Gotthelf*) n. pr. virorum 1) 1 Par. XII, 6. 2) XXV, 18. 3) XXVII, 22. 4) Neh. XI, 13. XII, 36. 5) Esr. X, 41.

עֶזְרִיָּה (quem *Jehova adiuvit*) et עֶזְרִיָּהוּ n. pr. virorum gr. Ὀζίας, quod gerunt 1) rex Judae, proprie עֻזִּיָּה dictus, licet ex vetere librariorum errore, v. עֻזִּיָּה s. v. עֻזָּא p. 10. 11. — 2) unus ex sociis Danielis Dan. I, 6. 7. 11. — 3) multi alii, his locis 1 Reg. IV, 2. 5. 1 Par. II, 8. 38. 39. III, 12. V, 35. 36. 37. 39. 40. VI, 21. IX, 11. 2 Par. XV, 1. XXI, 2. XXII, 6. XXIII, 1. XXVI, 17. 20. XXVIII, 12. XXIX, 12. XXXI, 10. 13. Jer. XLIII, 2. Esr. VII, 1. 3. Neh. III, 23. 24. VII, 7. VIII, 7. X, 3. XII, 33.

עֶזְרִיאֵל (auxilium Dei, cf. n. pr. punicum *Hasdrubal* i. e. בַּעַל עֶזְרוּ) n. pr. virorum, gr. Ἀζαρήλ 1) 1 Par. V, 24. 2) XXVII, 19. 3) Jer. XXXVI, 26.

עֶזְרִיקָם (auxilium contra hostem) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 23. 2) VIII, 38. IX, 44. 3) IX, 14. 4) 2 Par. XXVIII, 7.

יַעְזֵר, plene יַעְזִיר (1 Par. VI, 66. XXVI, 31) n. pr. oppidi Gileaditidis 2 Sam. XXIV, 5, quod Amoritis ereptum (Num. XXI, 32) Gaditis tributum est Num. XXXII, 3. 35. Jos. XIII, 25, dein Levitis assignatum Jos. XXI, 37. 1 Par. VI, 66 (81), sed Jesaiae et Jeremiae tempore Moabitis cesserat Jes. XVI, 8. 9. Jer. XLVIII, 32. Situm erat in regione pascuis vineisque ferace (Num. XXXII, 3. Jes. l. c.), quae אֶרֶץ יַעְזֵר appellatur Num. XXXII, 1. Dubium est יַם יַעְזֵר *mare Jaëser* Jer. l. c., quum (teste Seetzenio, Leghio) lacus in illa regione hodie saltem non exstet, stagna autem vix יָם vocari possent (v. quae observavimus ad Jes. l. c.). De oppidi situ Euseb. in Onom. Ἰαζήρ, *πόλις τοῦ Ἀμορ-ραίου ἀπὸ τ σημείου Φιλαδελφίας πρὸς δυσμὰς .... διέστηκε δὲ τῆς Ἐσσεβὼν σημείοις τέ καὶ φέρεται ἐπ' αὐτῆς ποταμὸς μέγιστος* (?) *ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ἐκπίπτων*. Hodieque ruinas *Szyr* dictas et rivum *Wady Szyr* memorant Seetzen (Zach XVIII, 429. 430) et Burckhardt (itin. Syriae p. 622). Apud Josephum locus appellatur Ἰάζωρος Ant. 12, 8, 1, Ptolem. 5, 16 Ἰάζωρος (nisi legendum Ἰάζωρος).

עָזָתִי v. עַזָּה rad. עזז.

עֶטֶ *stilus*, v. rad. עטט.

עֶטָא chald. *consilium*, v. rad. יעט.

עָטָה 1) *texit*. (Arab. غطّ *texit*, max. tenebris, sq. على. Conj. II. id. Conj. I. IV. intrans. tenebris tecta, obscura fuit nox. In Abulf. Ann. II, p. 202, ut hoc obiter observem, pro عن reponendum existimo على, h. m. غطّى ابن السكيت على ابنيه tenebris texit Ibn es-Sekit filios eius i. e. silentio eos transiit. Non puto, غطّا عن exuendi vim habere posse, ut suspicatur Freytagius. Syr. ܥܛܐ id. v. c. Jac. 5, 20 pro *καλύπτω*. Cognatum est עָטַף, et fortasse כָּסָה). Constr. sq. עַל, ut alia verba tegendi. Lev. XIII, 45: וְעַל שָׂפָם יַעֲטֶה *et tegat* s. obvelet *barbam*, quod lugentium et leprosorum est. Ezech. XXIV, 17. 22. Mich. III, 7, — 2) *texit*, *vestivit se* aliqua re, *induit* rem.

Sq. acc. עטה מְעִיל indutus pallio 1 Sam. XXVIII, 14, transl. Ps. CIV, 2: עטה אוֹר כַּשַּׂלְמָה *vestit se luce tanquam veste*, et sic: induit zelum Jes. LIX, 17, dedecus Ps. LXXI, 13. CIX, 29, diras Ps. CIX, 19, cf. עָבַשׁ. — Jer. XLIII, 12 de Nebucadnezare: וְעָטָה אֶת־אֶרֶץ מִצְרַיִם כַּאֲשֶׁר יַעְטֶה הָרֹעֶה אֶת־בִּגְדּוֹ *et induit terram Aegypti, sicut pastor induit vestem suam* i. e. ea potietur cito et facili negotio. Non male iam Targ. spoliabit terram Aegypti, sicut amicitur pastor vestimento suo: comparantur enim Aegypti copiae opesque, quibus potitur victor, cum veste quam hosti detractam ipse induit. LXX. *φθειριεῖ γὴν Αἰγύπτου, ὥσπερ φθειρίζει* (pediculis purgat) *ποιμὴν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ*, qua in explicatione collaudanda multus est Böttcherus (pericc. exeg. pag. 97 sqq.). Sed frustra. Ne enim scriptura quidem indubitata est, quum pro *φθειριεῖ* alii codd. (quod temere negat B.) habeant id ipsum, quod Bochartus ex coniectura reposuerat (Hieroz. I, 503 Lips.) *φθειρεῖ*, *φθείρει*, *φθορεῖ* et Arabs vertat يُفْسِدُ *perdet*, quam interpretationem Alex. optare poterat coll. syr. ܚܒܠ delevit. Fac autem certam esse scripturam, ista *pediculos eximendi* significatio a *tegendi* et *omiciendi* potestate, quam habet עָטָה, prorsus aliena, et commentum est, quod Böttcherus sumit, עטה etiam „pannum *distringendi* (ein Kleid straff ziehen)“ vim habuisse, unde illud *φθειρίζειν* ortum sit. Alexandrino fortasse obversabatur עָטָה = חבל manu cepit, manu prehendit. — Part. fem. עטיה *tecta* s. *velata* (v. supra). Cant. I, 7: *ne sim* כְּעֹטִיָּה *sicut velata apud greges sociorum tuorum*, i. e. ne te quaesitura oberrem apud pastores instar meretricis: hae enim *velari* solebant (Gen. XXXVIII, 15). LXX. *περιβαλλομένη*. Gr. *ὡς ἐκπεπλανημένη* i. e. nutibus scorsum vocans (viros), meretrix. Reliqui *vagantem*, *vagam* vertunt, עטיה cum intpp. Hebraeis (quos probat etiam Boch. I, p. 520) pro טעיה accipientes. Symm. *ὡς ῥεμβομένη*. Pesch. ܐܬܥܛܦ. Vulg. ne vagari incipiam.

3) *convolvit*, quod proficiscitur ab induendo et velando. Jes. XXII, 17: עטה עָטֹה *convolvens te convolvendo*, conglomerans te, sequitur: צְנוּף יְצַנֶּפְךָ צָנִיף. Bene Saad. يُشَمِّلُكَ شَمْلًا, nam شمل texit vestimento Conj. VIII est: ab omni parte se veste circumdedit, undique comprehendit, circumvenit. (Alex. ad exuendi vim id refert: *ἀφελεῖ τὴν στολήν σου*. Pesch. errare te faciet, qs. תעה sit i. q. תעה). Alii, quos sequebar ed. 1, עטה h. l. idem esse volunt quod חבל manu prehendit.

Ad *Pu.* olim referebant מְעֻטֶּה, sed v. rad. עטט.

Hiph. הֶעְטָה *texit*, sq. dupl. acc. Ps. LXXXIV, 7: גַּם־בְּרָכוֹת יַעְטֶה מוֹרֶה *benedictione tegit* eam *pluvia autumnalis*, et sq. לַ rei tegendae Ps. LXXXIX, 46. — De formis וַיַּעַט, וַתַּעַט 1 Sam. XIV, 32. XV, 19 vide rad. עיט.

מַעֲטֶה m. *vestimentum* Jes. LXI, 3.

עֲטַלֵּף m. *vespertilio* Lev. XI, 19. Jes. II, 20, quae vox bene observante Schultensio (cl. dial. p. 322) conflata est ex עטל caliginosa fuit nox, et עף volans. Conferre iubeo pers. شَبْپَر vespertilio ex شب noctu volans. (Chald. id. Etiam Phoenices hoc vc. habuerunt idque in fem. *ἀθολαθά*, v. monumm. Phoen. p. 391).

עָטָן rad. innsit. Arab. عطن ad aquam procubuerunt cameli, عَطَنٌ et مَعْطَنٌ locus ad aquam, ubi pecus procumbit, cf. Geuh. ap. Schult. Origg. I, 223. Boch. Hieroz. I, 506 Lips. adde vit. Salad. p. 48 c. 76 a.

עֲטִין *ἅπ. λεγόμ.* Iob. XXI, 24: עֲטִינָיו גָּאֲה חָלָב, quod triplici potissimum modo explicant. Ac 1) Abulwalides, Aben Esra, e recentioribus Schult. ex Arabismo, denuo supra, *stabula pecoris* interpretantur, pr. procubitoria. — Alii 2) quos memorat Kimchius, *mulctra* intelligunt coll. עֲטָנָן, quod apud Talmudicos est *vas in quo olivas recondunt*. Abendana: אמ הכלים שמתחלבים בתוכן שהחלב נקראו עטינים. Saad. ms. אודאמה (sic e ms. notavi) i. e. ܐܘܕܐ repositoria eius, fort. promtuaria. — 3) Ll. vett. LXX reddunt *ἐγκατα*. Vulg. viscera. Pesch. ܥܛܝܢ *latera eius*, quod quidem posterius vindicatur coll. chald. עִטְעָא latus, syr. ܥܛܐ femur, latus (Ex. XXVIII, 42. Num. V, 22. 27. Ephr. I, p. 172. Adl. غَخِذٌ وَرِكٌ اَلْعَطْفُ اَلْعَطْفُ), zab. אטמא cod. Nas. II, 310, 5 (adde arab. عِطْفٌ latus rei), ut sententia sit: *latera eius plena sunt adipe* (חָלָב pro חֵלֶב, nisi ita legere mavis), id quod parallelismo aptissimum est, licet non omnino certum. Vide Boch. Hieroz. I, 505 sqq. Lips. Alb. Schult. ad h. l.

עָטַף fut. יַעְטֹף et יַעֲטֹף 1) *texit, vestivit.* (Chald. id. saepe in Targg. pro כָּסָה. Syr. ܥܛܦ indutus est. Pa. et Aph. induit, ܐܥܛܦ vestitus. Arab. عَطَفَ inclinavit, complicuit. II. V. vestem sibi applicuit, عِطْفٌ et مِعْطَفٌ pallium, cf. Schroeder de vestitu p. 229 sqq. Cognatum est עָטָה). Sq. בְּ (nt בְּ Jes. XI, 9) Ps. LXXIII, 6: יַעְטָפֵמוֹ חֲמָס־שִׁית חֲמָסָם יַעְטֹף *tegit eos vestis iniquitatis* i. e. iniquitate ceu veste toti operti sunt. Cf. בָּגַד.

2) *tectus, vestitus est, induit.* Sq. acc. Ps. LXV, 14: עָטְפוּ נְוֵי מִדְבָּר גְּיָלוֹת בְּקָעִים יַעֲטָפוּ בָר *valles frugibus vestitae sunt.* Iob. XXIII, 9: יַעְטֹף יָמִין si *induit austrum* i. e. si latet in austro ceu veste.

3) *obvolutus est caligine*, inde *deliquium animi passus est, elanguit.* (Sic Arabes dicunt: عُشِيَ على et غُمِيَ على, أُغْمِيَ على tectum est super aliq. i. e. oculi eius caligine obvoluti sunt, deliquium animi passus est Abdoll. p. 98 Oxon. cf. hebr. עוּף no. 4 et עָלַף). Ps. LXI, 3: בַּעֲטֹף לִבִּי *si languescit cor meum.* CII, 1. Jes. LVII, 16. Part. pass. עָטוּף *languidus, debilis* Thren. II, 19, pl. עֲטֻפִים *debiles* Gen. XXX, 42, de agnis partus auctumnalis, qui debiliores esse solent quam qui vere nati sunt v. Bochart. Hieroz. I, 582 Lips. Aqu. ὄψιμα. Symm. *δευτερόγονα.* Onk. לְקֵישָׁא. Saad. خَرِيفَة auctumnalia. Cf. Hi.

Niph. i. q. Kal no. 3. Thren. II, 11.

Hiph. debiles agnos *fecit* (i. e. genuit) pecus, quod auctumno fieri solet, Gen. XXX, 42, v. Kal no. 3.

Hithpa. elanguit, vires eum defecerunt. Thren. II, 12: בְּהִתְעַטְּפָם כֶּחָלָל, de animo Ps. LXXVII, 4. CXLII, 4: בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי *si animus miki languescit* i. e. si animum demisi, abieci. CXLIII, 4. Jon. II, 8. Ps. CVII, 5: נַפְשָׁם בָּהֶם תִּתְעַטֵּף.

מַעֲטָפָה f. pallium, pl. Jes. III, 22. Vide ad rad. no. 1. Vulg. palliola. Saad. pepla. Cf. Schroeder l. c.

עָטַר (cogn. verbo כָּתַר q. v.) *circumdedit*, sive hostili modo (sq. אֶל) 1 Sam. XXIII, 26, sive ad tuendum, sq. dupl. acc. Ps. V, 13: בַּצִּנָּה רָצוֹן תַּעְטְרֶנּוּ *tanquam scuto gratiâ circumdas eum.*

Pi. עִטֵּר *cinxit coronâ, coronavit*, a) proprie, sq. ל pers. Cant. III, 11. b) metaph. Ps. LXV, 12, sq. dupl. acc. Ps. VIII, 6: כָּבוֹד וְהָדָר תְּעַטְּרֵהוּ. CIII, 4.

Hiph. i. q. Piël. Jes. XXIII, 8: צֹר הַמַּעֲטִירָה *Tyrus coronans* s. *coronatrix* h. e. coronas s. diademata distribuens, quandoquidem regia dignitas in coloniis Phoeniciis ex auctoritate senatus Tyrii pendebat. Targ. quae regnare facit reges. Inde

עֲטָרָה cstr. עַטֶּרֶת, pl. עֲטָרוֹת f. 1) *corona*, a) convivalis Jes. XXVIII, 1, b) regia, *diadema* 2 Sam. XII, 30. Ps. XXI, 4. Cant. III, 11. Esth. VIII, 15. Ezech. XVI, 12 (cf. 13). XXIII, 42. Zach. VI, 11 (ubi altera corona est summi sacerdotis). Coronae autem imagine figurate designatur, quidquid alicui ornamento est et dignitati. Iob. XIX, 9: *coronam detraxit de capite meo.* Prov. XII, 4: *mulier proba est mariti corona.* XIV, 24. XVI, 31. XVII, 6. — 2) n. pr. mulieris 1 Par. II, 26.

עַטָרוֹת (coronae) n. pr. 1) oppidi Gaditarum Num. XXXII, 3. 34. — 2) alius in tribu Ephraim Jos. XVI, 7, quod etiam עַטְרוֹת־אַדָּר (coronae Addaris) appellatur XVI, 5. XVIII, 13. — 3) עַטְרוֹת בֵּית יוֹאָב (coronae familiae Joabi) oppidum in tribu Judae 1 Par. II, 54. — 4) עַטְרוֹת שׁוֹפָן oppidum Gaditarum Num. XXXII, 35. In Cod. Sam. est שפים.

עָטַשׁ rad. inusit. Arab. عطس sternutavit, عَطْسَة sternutatio, melit. ʿ*atas* id. ʿ*atis* sternutatio. Chald. עֲטַשׁ Ithpa. id. syr. ܐܬܥܛܫ sternutatio.

עֲטִישָׁה f. *sternutatio* Iob. XLI, 10.

עַי n. pr. oppidi, v. rad. עָוָה.

עִי *rudera, ruinae*, v. ibid.

עִיא, עִיָּה, עִיָּת v. עִי ibid.

עִיּוֹן v. ibid.

עִיּוֹת v. ibid.

עִיב v. rad. עוּב.

עֵיבָל n. pr. montis, v. rad. עָבַל.

עִיט *invehi, vehementius irruere* in aliquem. (Syr. ܐܶܥܛ indignari, Lex. Adl. اغتاظ حرد, ܥܛܐ indignatio, ira. Arab. غاظ indignatus est, غيظ excandescentia, ira). Cstr. sq. בְּ 1 Sam. XXV, 14: וַיָּעַט בָּהֶם *invexit in eos* i. e. increpavit eos, sq. אֶל 1 Sam. XV, 19: וַתָּעָט אֶל הַשָּׁלָל *et* (quare) *irruisti in praedam*, et XIV, 32 in Keri (quod unice veram scripturam continet): וַיָּעָט הָעָם אֶל הַשָּׁלָל *et irruit populus in praedam.* Quod ad formam in utroque hoc loco attinet, nullus dubito, quin וַיִּעַט idem sit quod וַיָּעָט XXV, 14, plane ut וַתְּחַשׁ Iob. XXXI, 5 pro וַתָּחָשׁ properat, et יַחַד Prov. XXVII, 17 pro יָחָד, יָחַד, in quibus formis Dag. forte occultum (more chaldaeo positum) statuendum est. Olim (ad Jes. XXII, 17) has formas ad rad. עָטָה referebam *prehendendi* dein *corripiendi* significatu, coll. arab. عطا, in quo tamen nil nisi *accipiendi* notio inest. Hinc

עַיִט m. 1) *bestia rapax* (ab irruendo) Jer. XII, 9, max. 2) *avis rapax* (ἀετός) Jes. XLVI, 11. Iob. XXVIII, 7, cui comparatur rex bellicosus Jes. XLVI, 11. Collect. aves rapaces Gen. XV, 11. Jes. XVIII, 6. Ezech. XXXIX, 4. LXX. τὰ ὄρνεα, τὰ πετεινά.

עֵיטָם (locus bestiarum rapacium) n. pr. oppidi in tribu Judae 1 Par. IV, 3. 32. 2 Par. XI, 6, et rupis vicinae Ind. XV, 8. 11.

עִילַי v. עֲלַי, rad. עָלָה.

עִילוֹם i. q. עוֹלָם, v. עָלַם.

עֵילָם (f. Jes. XXI, 2, masc. XXII, 6, utroque loco de populo) n. pr. provinciae imperii Persici (Esr.

IV, 9), in qua Susa metropolis sita erat (Dan. VIII, 2), neque non populi bellicosi (Gen. XIV, 1) arcu maxime et sagittis pugnantis (Jes. XXII, 6. Jer. XLIX, 35), qui Gen. X, 22 Semitis annumeratur, Jesaiae tempore in exercitu Assyriorum stipendia merebat (XXII, 6 cf. XI, 11), postea Medis sociatus erat (Jes. XXI, 2. Jer. XXV, 25), peculiare tamen imperium constituisse videtur Jer. XLIX, 34—39. Ez. XXXII, 24. Copulatur c. masc. Jes. XXII, 6, c. fem. XXI, 2 (utrobique de populo). Apud Graecos *Ἐλυμαῖς* est provincia Susianae et Mediae vicina ab ortu Babyloniae (Strabo XVI p. 744: *τῇ δὲ Σουσίδι [συνάπτει] ἡ Ἐλυμαῖς* [in antiqu. editt. *Ἐλυμᾶτις*, quod vix probandum], *καὶ αὐτὴ τραχεῖα ἡ πολλὴ καὶ λιστρική· τῇ δὲ Ἐλυμαΐδι τὰ περὶ τὸν Ζάγρον καὶ ἡ Μηδία*), et *Ἐλυμαῖοι* gens bellicosa et magnam partem libera, bellis cum vicinis populis gestis non ignobilis, Strabo l. c. *Ἐλυμαῖοι δὲ καὶ μείζω τοίτων (Κοσσαίων) κέκτηνται χώραν καὶ ποικιλωτέραν. Ὅσῃ μὲν οὖν ὀχυρά, γεωργοὺς ἔχει τοὺς ἐνοικοῦντας· ἡ δὲ ὀρεινὴ στρατιώτας τρέφει τοξότας τοὺς πλείστους· πολλὴ δὲ οὖσα, πολὺ καὶ τὸ στρατιωτικὸν παρέχεται, ὥστε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν δύναμιν κεκτημένος μεγάλην οὐκ ἀξιοῖ τῷ τῶν Παρθυαίων βασιλεῖ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ὑπήκοος εἶναι.* Cf. XI p. 522. 524. XV, 732. Sed apud Dan. l. c. *Elam* etiam Susianam comprehendere videtur, ut contra Susianae nomen vulgo latius patere et Elymaidem complecti solet. Cf. Cellarii not. orbis ant. II, p. 800 sqq. Bocharti Phaleg 2, 2. E veteribus Saadias خوزستان *Chusistan* reddit (Jes. XI, 11 et in utroque Pentateuchi loco, quod enim in Polyglottis legitur خوستان vitiosum est et ex Jesaia emendandum) et خوزيين (Jes. XXI, 2. XXII, 6), cuius provinciae fines cum Susiana et Elymaide veterum conveniunt (v. Assem. III, 2 p. 419. 420 et 744): idque egregie firmatur nupera Mcellerii observatione (Journal Asiatique, 1839, VII p. 299), qui עֵילָם respondere docet pehlevico *Airjoma* i. e. Chusistan. In N. T. memorantur *Ἐλαμῖται* Act. II, 9, et 1 Macc. VI, 1: *Ἐλυμαΐς ἐν τῇ Περσίδι πόλις ἐνδοξος πλούτῳ*, quod quidem posterius graeci interpretis errore ortum videtur, qui מְדִינָה (provincia) *πόλιν* interpretabatur ex usu Syrorum.

עֵילָמִיא chald. pl. *Elamitae* Esr. IV, 9.

עֵיִם *ἅπ. λεγόμ.* Jes. XI, 15: בְּעֵים רוּחוֹ quod LXX reddunt: *ἐν πνεύματι βιαίῳ*, Vulg. in fortitudine spiritus sui, Syr. ܒܟܘܣܝܐ ܕܪܘܚܗ, et ita Jarchi, Kimchi, Aben Esra: בעוז, בחוזק, בתוקף, licet fateantur, ex contextu se coniecisse, et philologicae rationis nihil afferant. Saadiae quidem, qui سخونى *ardorem* vertit, obversari videtur arab. غام sitivit, et Abulwalides עים illustrat ex vicino אֵם terribilis, sed in utraque hac ratione nonnihil inepti est. Quae quum ita sint, equidem suspicor, עים vix genuinum esse, et reponendum עצם (עֹצֶם) *vis, robur*, quod ipsum expresserunt Alex. Vulg. Syrus *Jod* et *Zade* litteras in pluribus alphabetis antiquioribus, ut in Samaritano, multum similitudinis habere constat.

עִין 1) arab. عان med. Je, *fluxit, manavit* aqua, lacrima, unde ducunt עַיִן fons, oculus (nisi contra verbum a nomine petitum est).

2) Part. עוֹיֵן limis oculis adspiciens aliquem, c. acc., *invidens* alicui 1 Sam. XVIII, 9 Keri, in Chethibh est עֹיֵן. Arab. عَايِنٌ et عَيُونٌ maligno oculo aspiciens. Cf. hebr. רַע עַיִן de invido.

עַיִן f. (rarissime masc. Cant. IV, 9 Chethibh, ubi de *obtutu* ponitur; Ps. LXXIII, 7: יָצָא מֵחֵלֶב עֵינָמוֹ, ubi tamen et scriptura et interpretatio incerta est; dual. שְׁבָעָה עֵינַיִם Zach. III, 9) estr. עֵין, c. suff. עֵינִי, עֵינוֹ, c. He locali עֵינָה Gen. XXIV, 16. 45, dual. עֵינַיִם, quo etiam de plurali utuntur Zach. l. c. Ez. I, 18. X, 12, estr. עֵינֵי, semel teste Masora עֵנֵי Jes. III, 8 (ubi permulti codd. עיני) pl. (signif. 2, sed vide infra ad Hos. X, 10) עֵינוֹת 2 Par. XXXII, 3 estr. עֵינוֹת Exod. XV, 27. Num. XXXIII, 9. Prov. VIII, 28

1) *oculus* (in omnibus linguis Semit.) Ex. XXI, 24. Levit. XXIV, 20 cet. עַיִן בְּעַיִן oculo ad oculum converso (Auge in Auge) i. e. de facie Num. XIV, 14. Jes. LII, 18. יְפֵה עֵינַיִם pulcher oculis, pulchros oculos habens 1 Sam. XVI, 12, opp. עֵינַיִם רְכוֹת oculi hebetes, debiles i. e. lippi Gen. XXIX, 17. — Praeter visum oculo tribuitur fletus Iob. XVI, 20. Thren. I, 16. III, 48. 49. 51: in eodem autem varii animi affectus conspicui sunt (Plin. N. H. II, 37 s. 54. 55: „neque ulla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maxime: id est moderationis, clementiae, misericordiae, odii, amoris, tristitiae, laetitiae. .... Profecto in oculis animus habitat.“ Quintil. 11, 3), quo pertinent hae locutiones: עֵינַיִם רָמוֹת oculi alti s. superbi i. e. superbia, fastus Ps. XVIII, 28, שַׁח עֵינַיִם qui oculis demissis est, verecundus Iob. XXII, 29; חָדְתָה בְעֵינַי exarsit in oculis eius, de ira (v. חָדָה); חָסְמָה עֵינִי עַל dolet oculus meus propter al. (cum dolore aspicit aliqu.), i. e. miseret me alicuius, v. חוּס; Ps. VI, 8: *tabescit prae moerore oculus meus* i. e. ipse tabesco, irrita spe salutis conficior. XXXI, 10, cf. Iob. XVII, 7 it. ad בָּלָה p. 686, דָּאַב p. 309; הֵאִיר עֵינַיִם illuminavit oculos i. e. exhilaravit Ps. XIX, 9; מָאַס עֵינַיִם qui puris oculis est i. e. qui abhorret a malo videndo Hab. I, 13, רָעָה עֵינִי בְּ malus est oculus meus in aliqu. i. e. invideo ei Deut. XV, 9 (cf. רָעַע). Tob. IV, 7: *μὴ φθονησάτω σου ὁ ὀφθαλμός*. Etiam ludibrium et contemtus in oculo depingitur, unde Prov. XXX, 17: *oculus, qui irridet patri et spernit obsequium matri debitum, eum effodient corvi* cet. De oculis mentis intelligendum גְּלוּי עֵינַיִם *retectis oculis* Num. XXIV, 4. 16, de vate visiones vidente cf. בְּעֵינֵי. — Spec. notandae sunt hae formulae:

a) לְעֵינֵי פ *ante oculos, in conspectu* alic., *coram* aliquo Gen XXIII, 11. 18. XLII, 24. XLVII, 19. Exod. IV, 30. VII, 20. IX, 8. XIX, 11. XXIV, 17. XL, 38. Deut. I, 30. IX, 17 et sexcenties.

b) בְּעֵינֵי פ׳ id. Prov. I, 17, sed raro (male Winerus laudat 1 Sam. XII, 17. 2 Sam. III, 37): vulgaris eius usus est: *in oculis* alic. i. e. de sententia alic., ut ei videtur, inde הָיָה בְּעֵינַי est in oculis meis, *videtur mihi*, quam quidem notionem (*scheinen*) ubique hoc verborum ambitu enunciant. Gen. XIX, 14: וַיְהִי כִּמְצַחֵק בְּעֵינֵי חֲתָנָיו *iocari videbatur generis suis.* XXIX, 20: וַיִּהְיוּ בְעֵינָיו כְּיָמִים אֲחָדִים *videbantur ei* (hi anni) *pauci dies esse*, cf. 2 Sam. X, 3: הֲמְכַבֵּד דָּוִד אֶת־אָבִיךָ בְּעֵינֶיךָ *num putas Davidem honorare voluisse patrem tuum?* Inde חָכָם בְּעֵינָיו qui sibi sapiens videtur Prov. III, 7. XXVI, 12. Iob. XXXII, 1, טוֹב בְּעֵינַי, יִיטַב בְּעֵינַי bonum videtur mihi i. e. placet mihi (v. טוֹב, יָטַב), רַע בְּעֵינַי displicet mihi (v. רָעַע), הַיָּשָׁר בְּעֵינֵי יְ rectum coram Deo i. e. quod Deo placet, v. יָשָׁר. Praeterea in his formulis, quae ad bonam malamve de aliquo existimationem pertinent: מָצָא חֵן בְּעֵינֵי פ׳ gratiam iniit apud aliquem, v. חֵן no. 1, a—c, it. honoratum esse in oculis alic. Jes. XLIX, 5, contemtum esse in oculis al. Esth. I, 17.

c) מֵעֵינֵי פ׳ (procul) ab oculis al., i. e. eo inscio Num. XV, 24; praeterea cum verbis occultandi Iob. III, 10. Jes. LXV, 16.

d) בֵּין עֵינַיִם *inter oculos* i. e. *in fronte* Ex. XIII, 9. 16. Deut. VI, 8. XI, 18. Dan. VIII, 5, *in sincipite* Deut. XIV, 1.

e) שִׂים עַיִן עַל *oculum convertit in al.*, plerumque in bonam partem: benigne adspexit al., *prospexit* alicui, ut arab. وضع عينا على فلان Cor. 20, 40 [al. 35]. 52, 47, cf. lat. *esse in oculis* alic. i. e. ei carum esse Cic. Att. 6, 2. Tusc. 2, 26 (contra שִׂים פָּנִים ב ubique in malam partem accipitur) v. c. Gen. XLIV, 21: אָשִׂימָה עֵינִי עָלָיו *ei prospiciam* Alex. ἐπιμελοῦμαι αὐτοῦ. Jerem. XXIV, 6. XXXIX, 12. XL, 4. Iob. XXIV, 23. Esr. V, 5, sq. אֶל Ps. XXXIII, 18. XXXIV, 16, sq. ב Deut. XI, 12 (cf. praeterea Zach. XII, 4. 1 Reg. VIII, 29. 52), raro in malam partem de irato Iehovae vultu (alibi פָּנִים) Am. IX, 4: at, ne ambiguitas oriatur, addita formula וְלֹא לְטוֹבָה, et Comm. 8 omissa quidem hac formula, sed sq. ב (ut in שִׂים פָּנִים ב). Quum ambigui quid habere posset haec loculio, semel etiam locis supra laudatis (Jer. XXIV, 6) additum est לְטוֹבָה. Singularis de hoc usu locus est in N. T. 1 Petr. III, 12 (cf. Ps. XXXIV, 16. 17): *οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.* — Iob. VII, 8: עֵינֶיךָ בִי simpliciter est: *oculi tui in me conversi sunt* i. e. intueris me. Adiuncta et benevolentiae et malevolentiae notione Zach. IX, 1: לַיהוָה עֵין אָדָם וְכֹל שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *Iovae est oculus in homines et omnes tribus Israëlis*, oculus eius defixus est in Israëlitas et reliquos populos, illis bene cupit, his male.

f) נָשָׂא עֵינַיִם sustulit oculos, v. נָשָׂא no. 1, litt. d.

Praeterea עַיִן varie transfertur. Dicitur

α) de eo, qui alteri *oculo* est i. e. ei oculorum vices praestat (für ihn siehet), viam monstrat sive caecus est Iob. XXIX, 15, sive viae non peritus Num. X, 31. (Sic apud Persas Satrapae s. custodes curatoresque regii in provinciis *oculi aures*que regis appellabantur Herod. 1, 114. Xenoph. Cyrop. 8, 2 §. 7, cf. phoen. עין אלמלך v. monumm. Phoen. p. 282, arab. عَيْن de exploratore). Atque hic similisve usus obversatus est interpolatori, qui Jes. XXIX, 10 ad verba: וַיַּעְצֹם אֶת־עֵינֵיכֶם *clausit oculos vestros* addidit glossam: אֶת־הַנְּבִיאִים, *oculos* explicans *videntes, custodes* populi, prophetas.

β) de re quae oculo similis est, *bullula* vini fervens tis (Auge, Perle). Prov. XXIII, 31.

γ) meton. de oculorum *obtutu* (Blick). Cant. IV, 9 Chethibh: לִבַּבְתִּנִי בְּאַחַד מֵעֵינָיִךְ *cor meum vulnerasti uno tuo obtutu*, Keri בְּאַחַת (v. supra de sexu). Cf. Iob. XVI, 9: יַלְטוֹשׁ עֵינָיו לִי *acuit oculos suos in me.*

δ) *aspectus* rei (Anblick, Ansicht), inde *facies*, *species* rei Num. XI, 7: עֵינוֹ כְּעֵין הַבְּדֹלַח *species eius ut bdellii* (es sah aus, wie Bdellion). Lev. XIII, 5: הַנֶּגַע עָמַד בְּעֵינָיו *macula permanet in specie sua.* 55. Ezech. I, 4 sqq. X, 9. Dan. X, 6, max. *superficies.* עֵין הָאָרֶץ i. q. פְּנֵי ה׳ Ex. X, 5. 15. Num. XXII, 5. 11.

ε) De *facie* humana (*πρόσωπον*) nunquam dicitur et in omnibus quae laudant exemplis ipse oculus intelligendus est, ut Gen. XXIX, 17. 1 Sam. XVI, 12, adde עֵין בְּעֵין Num. XIV, 14. Jes. LII, 8 et עֲשָׂשָׂה עֵין Ps. VI, 8. XXXI, 10 (v. supra no. 1, lin. 19).

Not. In codd. mss. passim עין (עַיִן) confusum est cum עון (עָוֹן) *peccatum*, ita ut alia monumm. critica hoc, alia illud exhibeant et saepe difficilis sit optio. Hos. X, 10 magna difficultas est in verbis: בְּאַסְרָם לִשְׁתֵּי עֵינוֹתָם, Keri עֲוֹנוֹתָם, nbi plerique optant posterius et interpretantur: *propter duo peccata eorum* sc. duos vitulos aureos. Sed vide sitne acquiescendum in Chethibh, hac sententia: *eos vinciendo* (captivos faciendo) *ante duos oculos eorum* (vor ihren zwei Augen) emphatice pro לְעֵינֵיהֶם (Iud. XVI, 28) coll. Gen. XLII, 24: וַיַּאְסֹר אֹתוֹ לְעֵינֵיהֶם. Gravior est poena Israëlitarum, si aliae tribus coram aliis vinciuntur et in captivitatem abducuntur, nemo alteri auxilium fert. Non nescio, עינות alibi de fontibus dici, עֵינַיִם de oculis, sed id ipsum quod minus usitatum erat שתי עינות pro עֵינַיִם (ceterum cf. שְׁתֵּי זְרֹעוֹתַיו Iud. XV, 14, שְׁנֵי דְרָכִים Ez. XXI, 26 et דְּרָכַיִם Prov. XXVIII, 6) potest scripturae varietati ansam praebuisse. — Zach. V, 6 verba: זֹאת עֵינָם בָּאָרֶץ multi vertunt: *haec* (epha) est *imago eorum in terra:* quod fieri non potest, quum עַיִן externam *speciem* rei (v. supra), nunquam *imaginem* alius rei significet. Itaque h. l. cum LXX. et Syro legendum: זֹאת עֲוֹנָם *hoc est peccatum eorum* i. e. hoc est in quo peccent sc. mensura fraudulenta. Cf. etiam Ps. LXXIII, 7.

2) *fons* (utrum ab oculi similitudine an contra oculus a similitudine fontis, ut נַיִן fons, oculi angulus, non definio; cf. pers. چشم oculus, چشمه fons, sin. *idn* oculus et fons) Gen. XVI, 7. XXIV, 29. 30. 42, עַיִן מַיִם ib. 13. 43, עֵינָה ib. 16. 45. Plur. עֲיָנוֹת estr. עֵינוֹת v. supra. De usu plur. fem. v. s. v. יָד, יָדוֹת.

Ceterum multa Palaestinae oppida a fontibus vicinis nomina traxerunt:

a) עֵין גֶּדִי (fons hoedi) opp. in deserto Judae in vicinia maris mortui, vitium palmarumque ferax Jos. XV, 62. 1 Sam. XXIV, 1. Ez. XLVII, 10. Cant. I, 14, antiquitus חֲצַצוֹן־תָּמָר (q. v.). Recentius nomen adoptarunt Graeci et Romani, Ἐγγαδδί Ptol. 5, 17, *Engadda* Plin. 5, 17: „infra hos (Essenos) Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate palmetorumque nemoribus". Situs eius paullum incertus, quum Jos. (Ant. 9, 1) trecentis stadiis a Hierosolymis, Hieron. (ad Ezech. l. c.) ab austro maris mortui ponat. De hodierno *Ain Dschiddy* v. Seetzenium (Zach. XVIII p. 420).

b) עֵין־גַּנִּים (fons hortorum) opp. *α*) in campestribus Judae Jos. XV, 34; *β*) Levitarum in agro Issachar Jos. XIX, 21. XXI, 29.

c) עֵין הָאֹר Ps. LXXXIII, 11 et עֵין חוֹר (fons habitationis) Jos. XVII, 11. 1 Sam. XXVIII, 7 oppidum in agro Manassitarum, Ἐνδωρ Jos. Ant. 6, 14, 2. Tempore Eusebii erat magnus vicus ita dictus 4 milliaribus versus meridiem distans a monte Tabor: hodieque rudera antiquum nomen gerunt, Burckhardti itin. II, 590.

d) עֵין חַדָּה (fons acer i. e. velox) opp. Issacharitarum Jos. XIX, 21.

e) עֵין חָצוֹר opp. Naphtalitarum Jos. XIX, 37.

f) עֵין חֲרוֹד v. חֲרוֹד.

g) עֵין שֶׁמֶשׁ (fons indicii) i. q. קֶדֶשׁ q. v. Gen. XIV, 7. De ortu eius nominis v. Num. XX, 13, unde apparet, in Geneseos loco prolepsin esse.

h) עֵין עֶגְלַיִם (fons duorum vitulorum, nisi forte ע scriptum est pro אֲגַלִּים duo stagna) opp. in boreali littore maris mortui Ez. XLVII, 10. Hieron. ad h. l. Engallim in principio maris mortui, ubi Jordanes ingreditur.

i) עֵין שֶׁמֶשׁ (fons solis) opp. cum rivo in confiniis tribuum Judae et Benjamin Jos. XV, 7.

k) עַיִן simpl. *α*) oppidum Levitarum in agro Simeonitarum Jos. XV, 32. XIX, 7. XXI, 16. 1 Par. IV, 32. *β*) oppidum in Palaestina septentrionali Num. XXXIV, 11.

Etiam *ipsi fontes* nominibus propriis designantur, ut aa) עֵין רֹגֵל (fons exploratoris, vel sec. Targ. et Pesch. fons fullonis, Arabs ap. Jos. XV, 7: *fons Iobi*, ut etiamnunc) fons ab australi parte Hierosolymorum, in confiniis agri Judaei et Benjaminitici Jos. XV, 7. XVIII, 16. 2 Sam. XVII, 17. 1 Reg. I, 9, teste Josepho (Arch. 7, 14 §. 4) in hortis regiis. bb) עֵין תַּנִּים (fons canum aureorum, vulgo: fons draconum) fons prope Hierosolyma Neh. II, 13. cc) עֵין־תַּפּוּחַ fons oppidi תַּפּוּחַ Jos. XVII, 7, cf. V. 8.

עֵלֹן v. עַיִן no. 2.

עֵינַיִם (duo fontes) Gen. XXXVIII, 21 et

עֵינָם (cf. de hac dualis numeri forma Gesch. der hebr. Sprache p. 49. 51. Lgb. p. 536) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 34.

עֵינָן (oculatus) n. pr. viri Num. I, 15. II, 29, cf. חֲצַר עֵינָן s. v. חָצַר.

מַעְיָן cstr. מַעְיַן c. Vav parag. מַעְיָנוֹ Ps. CXIV, 8, c. suff. מַעְיָנוֹ Hos. XIII, 15, pl. מַעְיָנִים cstr. מַעְיְנֵי Ps. CIV, 10. Jes. XII, 3 et מֵעְיָנוֹת Prov. VIII, 24, cstr. מֹעְיְנוֹת Gen. VII, 11. VIII, 2 1) denom. ab עַיִן: *locus fonte* l. *fontibus irriguus* Ps. LXXXIV, 7 (cf. de h. l. sub voce בָּכָא). Adde Cant. IV, 12: מַעְיָן חָתוּם *fons obsignatus*, int. fontem maceria cinctum, cuius ianua obsignata est. — 2) i. q. עַיִן de ipso fonte. (Syr. ܡܥܝܢܐ id.) Lev. XI, 36. Ps. LXXIV, 15. Prov. XXV, 26. Joël IV, 18. מַעְיַן מַיִם 2 Reg. III, 25, מַעְיְנוֹ מַיִם Ps. CXIV, 8. Metaph. מַעְיְנֵי חַיִּשׁוּעָה fontes salutis Jes. XII, 3, et ita simpl. מַעְיָנִים de fontibus felicitatis et laetitiae Ps. LXXXVII, 7. Ceterum cf. ad h. l. Böttcheri coniecturam, de qua diximus s. v. עין.

עוּף *languit, debilis fuit* et *factus est*, cf. radd. cognatas עוּף, עִיף. In verbo semel legitur Jer. IV, 31.

עָיֵף f. עֲיֵפָה adj. *languescens*, max. de eo, qui vel itinere vel laboribus confectus est simulque siti laborat, v. max. Gen. XXV, 29. 30. Iob. XXII, 7 (in altero hemist. צָמֵא) Ps. LXIII, 2. Prov. XXV, 25: *aquae frigidae animae languescenti* i. e. sitienti. Jer. XXXI, 25: *potum dabo sitientibus*. Dicitur etiam de iumentis fessis Jes. XLVI, 1 (ubi עֲיֵפָה est neutr. *fessum* i. e. iumenta fessa, i. q. חַיָּה עֲיֵפָה), de terra sitiente Ps. CXLIII, 6. Jes. XXXII, 2.

עֲיָפָה *tenebrae*, v. rad. עוף.

עֵיפִי (defatigatus) n. pr. viri Jer. XL, 8 Keri, ubi Chethibh habet עוֹפַי.

עִיר *fervere, aestuare* (heiss, hitzig seyn), et causat. i. q. הֶעְיִר *calefacere*. (Arab. غار med. Vav ferbuit aestu dies). Hos. VII, 4 de pistore: יִשְׁבַּת מֵעִיר מִלַּשׁ בָּצֵק עַד חֻמְצָתוֹ *cessat a calefaciendo* fornacem inde *a depsenda massa usque ad fermentationem eius*. Apud Hebraeos et Arabes id variis modis transfertur 1) ad *cursum fervidum*, unde עַיִר asellus. (Arab. غار med. Vav IV. vehementer cucurrit equus, غار med. Je, effugit ruptis frenis equus, cf. בָּלַק). — 2) ad fervorem *irae* et *impetum fervidum* in hostes. (Arab. غار med. Vav I. III. IV. excurrit in hostes, غَارٌ turma equitum diripientium, et غار med. Je zelotypia incensus fuit). Vide עִיר no. 1 et עָרַר hostis. — 3) ad animi *aestum*, v. עִיר no. 2.

עִיר m. *aestus*, a) irae. Hos. XI, 9: לֹא אָבוֹא בְּעִיר *non venio in ira*, vel *cum ira*. Jarchi: בְּשִׂנְאָה. (Ed. Reussius coniicit: לֹא אָבִי אַבְעִיר *non venio exterminaturus*, vastaturus, constructione asyndeta). b) animi (Angst). Jer. XV, 8: תַּבְהָלוֹת עִיר וּבֶהָלוֹת אֶתְאֵם עָלֶיהָ Alex. ἐπέβαλα ἐπ' αὐτὴν ἐξαίφνης τρόμον καὶ ὀπωδήν. Pesch.

יְלַכְּסֻהוּ. Eodem apte referas Iob. XXIV, 12: מֵעִיר מֵתִים יִנְאָקוּ si modo c. Syro מֵתִים legas pro מֵתִים *prae angore* agone mortis *gemunt moribundi*, et nescio an id praestet interpretationi supra (v. מוּת p. 830) propositae, quam vocales et accentus iubent. — בָּעִיר Ps. LXXIII, 20 est pro בְּהָעִיר *Hi.* a rad. עוּר.

עִיר *urbs*, v. s. rad. עוּר.

עִיר chald. *vigil*, v. rad. עוּר.

עַיִר m. c. suff. עִירֹה Gen. XLIX, 11 *asellus, pullus asini.* Iob. XI, 12: וַעַיִר פֶּרֶא אָדָם יִוָּלֵד *et* tanquam *asellus silvester* (pr. per appos. asellus onager) *homo nascitur* i. e. eodem stupore cordis. Reliquis locis ubique de *asino adultiore*, eo tamen *iuvenco* (cf. בָּקָר) Gen. XXXII, 16, quo iam ad vehendum (Iud. X, 4. XII, 14. Zach. IX, 9), ad onera portanda (Jes. XXX, 6), ad arandum (ib. 24) utuntur. (Arab. عَيْر asinus silvester Abulf. Ann. I, 300. Elnawab. 175, et domesticus Reisk. ad A. A. I, p. 55, a cursu, ut videtur, fervido, v. rad. no. 1, ut פֶּרֶא onager a פָּרָא cucurrit. Aethiopes habent ዐፐል: pullus asini, cui cogn. ዑር puer lactens, sed vix puto, id nostro vc. illustrando adhibendum esse).

עִירָד n. pr. patriarchae antediluviani, filii Henoch, nepotis Kaini Gen. IV, 18.

עֵירֹם *nudus* v. rad. עָרַם.

עָר m. *inimicus, hostis*, a rad. no. 2 (quanquam etiam esse potest forma chald. pro צָר). Cum suff. עָרְךָ 1 Sam. XXVIII, 16. Plur. Jes. XIV, 21. Ps. CXXXIX, 20 (sed non Ps. IX, 7, ubi עָרִים sunt urbes).

עָר chald. id. Plur. Dan. IV, 16. In Targg. non reperitur.

עַיִשׁ *sidus ursae*, v. rad. עָשַׁשׁ.

עַיָּת n. pr. v. עַי rad. עָוָה.

עָבַב rad. in verbo inusit. quae *agilitatis* et *alacritatis* vim habuisse videtur, arab. عَبَّ agilis, alacer. Inde haec proficiscuntur quadrilittera (cf. etiam עַכְשׁוּב):

עַכְבָּר m. *mus*, quod conflatum censeo ex עכב agilis et אָבַר fodit, unde fossor agilis, non ut Bochartus volebat (Hieroz. II, 429 Lips.) ex עָכַל chald. consumsit et בַּר ager vel sec. Simonem ex عرك fricuit et בַּר frumentum. Dicitur de *mure agresti* 1 Sam. VI, 4. 5. 11. 18, de *gliride* specie esculenta ea tamen impura, cuius esus vetitus erat Lev. XI, 29. Jes. LXVI, 17, probabiliter ea quam Arabes appellant قِرْنُوع mus iaculus Linn. (Arab. عَبَّر dicitur de mare muris *Jerbua* dicti. Syr. ܟܣܦܣܘ 1 Sam. l. c. Pesch. Lex. Adl. ܓܪܕܘܢ. Vers. Sam. in Levit. l. c. habet עגברה).

עַכְבּוֹר (mus) n. pr. 1) viri Idumaei Gen. XXXVI, 38. 2) aulici Josiae 2 Reg. XXII, 12. 14. Jer. XXVI, 22. XXXVI, 12. (Est etiam n. pr. regis Africani, in numis Sabrathae, v. monumm. Phoen. p. 323).

עַכָּבִישׁ m. *aranea*, conflatum ex עכב عَكَبَ agilis, et عكش texit aranea [unde عَكَّاش aranea], pr. igitur: textor agilis, ut germ. *Spinne* pr. netrix, et gr. ἀράχνη coll. ἄρκυς texuit. Jes. LIX, 5. Iob. VIII, 14: בֵּית עַכָּבִישׁ *domus* i. e. textum *araneae*, cf. ad בַּיִת no. 7 p. 192. (Arab. عَنْكَبُوت, melit. ʿ*ankabut*, chald. עַכּוּבִיתָא id.). Cf. Boch. Hieroz. III, p. 498 sqq.

עָכַךְ rad. inusit. arab. عَكَّ percussit, feriit, fut. i, fervidus fuit dies, pr. sole percussus fuit (cf. נָכָה Hi. no. 1, b), عِكَاك, عَكَّة vehementia caloris, عَكَّة arena solis calore fervida. Inde

עַכּוֹ (arab. عَكَّة i. e. arena fervida) n. pr. urbis nobilissimae maritimae Iud. I, 31 (fort. Mich. I, 10, ubi בכו scriptum videtur pro בעכו) et apud Talmudicos (Lightfooti Opp. II, p. 218), quae Iud. l. c. (pariter atque Sidon) tribui Aseritarum, sed a Graecis constanter Phoeniciae accensetur et fortasse non magis quam Sidon Hebraeorum imperio unquam paruit. Graecis Ἄκη appellatur Strab. XVI, 2 §. 25, dein *Ptolemais*, arab. عكّة et عكّا, hodie *St. Jean d'Acre* a templo quod St. Johanni ibi medio aevo exstructum est. Exstant numi eius tum aurei tum argentei ab Alexandro Magno cusi Phoenicie inscripti, in quibus nomen urbis duabus litteris עך (עכ) scriptum est, addita aera cifris scripta, v. Monumm. Phoen. p. 269. 270 et tab. 35. De historia urbis v. Relandi Palaestinam p. 534—542, de statu hodierno Clarke Travels II, p. 379. Buckingham p. 71.

עָכַן rad. inusit., prob. i. q. עָכַר (cf. Jos. VII, 1 sqq.), unde n. pr. יְעָבָן et

עָכָן n. pr. (affligens i. q. עָכַר, quomodo hoc nomen scribitur 1 Par. II, 7) viri Israëlitae, qui sacrilegio commisso populo cladem contraxit Jos. VII, 1. XXII, 20.

יַעְכָּן n. pr. viri 1 Par. V, 13.

עָבַס in Kal inusit. Arab. عكس retro vinxit, unde عِكَاس funis, qui ab ore cameli religatur ad anteriorem pedem. Geuliari العكس interpretatur: رد اخر الشيء الى اول invertere posteriora rei ad anteriora eius (velut de vipera caudam mordente), unde V. viperae modo incessit, qs. a nomine deperdito عكس orbis, vipera. Cf. etiam עַכְשׁוּב. Vide Schult. ad Prov. VII, 22. Schroeder de vest. p. 8. Inde עֹבֶס compes, periscelis, a quo denom. in

Pi. periscelidibus ornavit se, vel potius *iis strepitum, tinnitum fecit*, quod mulierum est spectari cupientium Jes. III, 16. Vide עֹבֶס no. 2.

עֹבֶס *compes*, 1) quo vincitur maleficus. Sic in loco multum vexato Prov. VII, 22 de iuvene qui adulterae lenocinium inescari et irretiri se sinit: *sequitur eam cito* כְּשׁוֹר אֶל טֶבַח יָבוֹא וּכְעֹכֶס אֶל מוּסַר אִוִּיל *sicut bos it ad lanienam et sicut compes it ad castigationem stulti*. Ex priore comparatione manifestum est, hoc dicere scriptorem, adolescentem semel irretitum non repugnantem, sed voluntatis et consilii expertem sequi adulteram, quae in perniciem eum deducat: apparet etiam עֹכֶס in altero membro respondere *bovi* in priore et מוּסַר אִוִּיל respondere *lanienae*, locum igitur significare, quorsum ducatur עֹכֶס. Recte hoc senserunt iam antiqui interpretes, ut LXX: ὥσπερ κίων ἐπὶ δεσμούς, Targ. cum Syro: אֵיךְ כַּלְבָּא לַאֲסוּרָא, ibi alludi putantes ad notum proverbium Graecorum: κίων ἐπὶ δεσμά, de quo Hesychius: *παροιμία ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς ἐπὶ κολάσεις ἐπιδιδόντων. Λέγεται καὶ βοῦς ἐπὶ δεσμά*, quodque a canibus desumtum, qui cibi lenocinio ultro se vinciendos praebent, dicebatur, ubi quis se ipsum in servitutem vel in calamitatem quandam deiiceret. Sed עֹכֶס *canem* significare non potest, praeterea hi interpretes in hac sententia omiserunt אִוִּיל, quod אֶל legentes aliorsum traxerunt. Eandem autem sententiam praebent verba Hebraea, si modo vertis: *sicut* maleficus *compeditus in castigatorium stultorum* i. e. in ergastulum trahitur: hac enim in via maleficus non magis sui iuris est suumque consilium sequitur, quam bos qui ad lanienam rapitur. *Compedem* coner. dici posse pro *compedito* vel *compeditis*, non dubium est (cf. עֻקַּת de sagittariis Jes. XXI, 17. XXII, 3, קְצִיר de messoribus ib. XVII, 5, אֹרַח et חֶלְקַת de viatoribus Iob. XXXI, 32. 2 Sam. XII, 4, et in ipsis Proverbiis רַגְלַיִם de pigro XII, 27, חֶתֶת de latrone XXIII, 28, אוֹיְבִים XI, 7, שֹׁכֵר XVII, 4, adde gr. *κίρκων* lignum tortorium, de malefico eo digno. Schol. ad Arist. Plut. 2, 4: ἔνθεν καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος κίρκων), מוּסַר אִוִּיל autem i. e. *locus quo puniuntur malefici* apte dicitur de *ergastulo* s. *pistrino*, quorsum detruduntur malefici *). Prius dudum ita interpretati sunt nonnulli Rabbini, Buxtorfius, Clericus al., et nescio an ipsi vett. *canis* significationem ita effecerint, ut עֹכֶס *vinculum* pro *cane vincto, catenae alligato* (Kettenhund) acciperent: namque *κίων* ibi recte legi, neque cum Bocharto (Hieroz. II, 801 Lips.) reponendum esse *κίρκων*, ex Chaldaeo et Syro, maxime ex illo, apparet. E recentioribus Umbreitius ad verbum vertit: *sicut compes ad castigandum maleficum*, compedemque instrumentum inanime malefico castigando adhibitum et voluntatis expers esse observat instar bovis ad lanienam protracti: sed flagitante parallelismo עֹכֶס non potest non esse sive persona sive res, quae *in perniciem* trahitur. Parallelismo vel temere neglecto vel depravato Ewaldus: „und wie *Fussangeln* sind Narren zu strafen," (*sicut stimuli* s. *murices ferrei* inserviunt *castigandis stultis*): fac enim, עֹכֶס dici potuisse de stimulis hamisque illis ferreis terrae infixis quos *murices* vocant veteres, nos Fussangeln (v. Curt. 4, 13 cf. Caes. b. g. 7, 73), id quod ex radicis potestate profecto non efficias, a contextu hoc prorsus alienum est, quum nihil certius sit, quam duo ista membra: כעכס ו כשור אל טבח יבוא sibi accurate respondere, et ad alterum ex priore supplendum esse: יבוא, nequaquam: *inservit* (ad). — 2) est compes mulierum elegantiarum, *περισφύριον*, arab. خَلْخَال, حجل, مسكة, talmud. כבל Mischna Schabb. 6, 4, quale ex auro argento ebore factum circa talos ornatus causa apud Hebraeos, Arabes, Graecos et Indos antiquitus gestabant (v. Schroeder de vestitu p. 1 sqq. Blumberg de עכסים in Hasaei et Ikenii thes. novo theol. philol. I, 853, adde de Indis Ramayan. I, 9, 17. Ardschun. 5, 12) et hodieque gestant (v. Gol. ap. Lud. de Dieu ad Jes. l. c.), ut nuper Lipsiae in saltatricibus Indicis vidimus, quae inter saltandum periscelides cum tinnitu concrepabant. Idem facere solebant mulieres virorum oculos in se conversurae Sur. 24, 31. Amru Moall. 18, atque id ipsum est עֹבֶס Jes. III, 16. — Pl. עֲכָסִים Jes. III, 18.

עַכְסָה (periscelis) n. pr. filiae Calebi Jos. XV, 16. 17. Iud. I, 12.

עָבַר 1) *conturbavit* aquam. (Arab. عَكِرَ turbidus, faeculentus fuit).

2) metaph. a) *conturbavit, perturbavit*. Prov. XI, 29: עֹכֵר בֵּיתוֹ *qui res suas perturbat* i. e. rem familiarem negligit (wer sein Hauswesen in Unordnung bringt), cf. XV, 6. b) *afflixit* aliquem, nostr. *betrüben* (cf. arab. شَوْعَب sordes, quae in aquam limpidam incidentes eam turbant, dein calamitates, *Trübsal* v. Schult. ad Har. II, p. 116) Ind. XI, 35; sed plerumque fortius i. q. *pessum dedit, in calamitatem iniecit* aliquem (ins Unglück bringen). Gen. XXXIV, 30: עֲכַרְתֶּם אֹתִי. Jos. VII, 25:

*) Praeterea Schroederus (de vestitu p. 9) observat: „Orientales phrasin *in compede duci* admodum de eo frequentare, qui fraude circumventus ducentem ad interitum sponte sequitur. Vide hist. Tamerl. p. 264. 334. 360 et Rosar. p. 204."

מָה עִכַּרְתָּנוּ וַיַּעְכְּרֵךְ יְהוָה *ut nos afflixisti, ita affligat te Jova.* VI, 18. 1 Sam. XIV, 29: עָבַר אָבִי אֶת־הָאָרֶץ. 1 Reg. XVIII, 17. 18. Prov. XV, 27. XI, 17: עֹכֵר שְׁאֵרוֹ אֲכַזְרִי *se ipsum affligit* homo *atrox*, opp. גֹּמֵל נַפְשׁוֹ אִישׁ חָסֶד.

Niph. commotus est (dolore) Ps. XXXIX, 3. Part. fem. *conturbatum* i. o. conturbatio, perturbatio (Zerrüttung) Prov. XV, 6.

עָכוֹר (affligens, conturbans cf. Jos. VII, 25. 26) n. pr. vallis prope Hierichuntem Jos. XV, 7. Jes. LXV, 10. Hos. II, 17.

עָבָר v. עֵבֶר.

עָבָרָן (afflictus) n. pr. viri Num. I, 13. II, 27.

עַכְשׁוּב quadril. m. *aspis, vipera* Ps. CXL, 4. Bocharto (Hieroz. III, 154) ortum videtur ex עכס retrorsum flexit, addito ב (ut in נִשְׁעַל); mihi potius conflatum videtur ex עכש et עקב insidiatus est, ut bestiam significet *in gyrum se vertentem* et *insidiatricem*.

עָלַב rad. inusit. i. q. غلب praevaluit. Inde n. pr. אֲבִי עַלְבוֹן v. p. 8, B.

עָלַג rad. inusit. i. q. לָגַג balbutivit, unde

עִלֵּג adj. *balbutiens, balbus* Jes. XXXII, 4. Arab. عِلْجٌ barbarus.

עָלָה fut. יַעֲלֶה 1) *ascendit*, opp. יָרַד. LXX. *ἀναβαίνω*. (Arab. علا ascendit, it. altus, elatus fuit, غلا in altum excrevit herba, modum excessit, max. in pretio, nostr. hoch hinauswollen, inde غَالٍ magnum pretium, *hoher* Preis, de ascendendo frequentant verbum صعد. Syr. Pa. ܒܠܟ extulit, Ethpa. sublatus est, ascendit, chald. Pa. laudavit, Ithpa. exaltatus est, sed magis usitata sunt nomin. derivata, ut עֹלָה holocaustum al. Praeter linguas Semiticas respondet Aegypt. intr. ⲁⲗⲉ ascendere, et trans. ⲉϩⲗ tollere, auferre, lat. *alo auf*ziehen, unde *alesco*, *altus*). Constr. a) absol. Gen. XLIV, 17. XLVI, 29 al. b) sq. מִן loci, unde ascenditur Jos. IV, 17. X, 9. Cant. IV, 2; c) עַל loci quorsum ascenditur Jes. XIV, 14: אֶעֱלֶה עַל בָּמֳתֵי עָב. Jos. II, 8, it. sq. אֶל Ex. XXIV, 13. 15. 18. XXXIV, 4. Deut. XVII, 8. 1 Sam. XV, 34. 1 Reg. XVIII, 42, לְ Jes. XXII, 1, בְּ Ps. XXIV, 3: מִי יַעֲלֶה בְהַר יְ. Deut. V, 5. Cant. VII, 9. Jer. V, 10. IX, 20 (ascendere *in* fenestras), acc. Gen. XLIX, 4: כִּי עָלִיתָ מִשְׁכְּבֵי אָבִיךָ *nam ascendisti cubilia patris tui*. Prov. XXI, 22: עִיר גִּבּוֹרִים עָלָה חָכָם *urbem heroum ascendit sapiens*. Num. XIII, 17. Jud. IV, 12. IX, 48. Prov. XXX, 4. Jerem. XLVIII, 15, cum He locali Jos. XV, 3. d) sq. אֶל pers. *ad* quem quis ascendit Ex. XIX, 3, de eadem עַל Jos. II, 8, sed hoc saepius est *contra* 2 Reg. XVII, 3. XVIII, 25. Joël I, 6. e) sq. gerundio, *ad* aliquid faciendum Jes. LVII, 7.

Poët., ut alia verba eundi, fluendi (v. יָרַד, הָלַךְ) coniungitur cum acc. rei, cuius magna copia in aliquo spatio v. c. in terra ascendit, ita ut tota in eam abire videatur. Jes. V, 6: וְתַעֲלֶה שָׁמִיר וָשִׁית *et ascendat* vinea *spinis et dumetis* i. e. tota in spinas abeat, ut domus conflagrata in fumum (v. Iud. XX, 40. Jer. XLVIII, 15). XXXIV, 13. Prov. XXIV, 31: הִנֵּה עָלָה כֻלּוֹ קִמְשֹׁנִים et sic Am. VIII, 8. IX, 5: וְתַעֲלֶה כַיְאוֹר כֻּלָּהּ *et ascendet ea* (terra) *tota ceu Nilo* i. e. inundabitur ceu Nilo.

Homines autem *ascendere* dicuntur non solum in montem, murum, tectum, cubile, sed etiam *α*) ubi ex depressiore regione in editiorem pergont (cf. יָרַד 1, *α*—*δ*). Jos. IV, 17. 19. X, 7. 9. 33. Iud. I, 1—3. 16. II, 1. Gen. XLVI, 29 (ubi Josephus ex metropoli ad Nili littus sita in terram Gosen proficiscitur), spec. qui in Cananaeam proficiscuntur ex Aegypto Gen. XIII, 1. XLIV, 24. XLV, 25. XLVI, 4. L, 5. Ex. I, 10. 1 Reg. IX, 16. XIV, 25. 2 Reg. XXIII, 29, ex Assyria 2 Reg. XVII, 3. XVIII, 9. 13. Jes. XXXVI, 1. 10, ex Babylonia 2 Reg. XXIV, 1. Esr. II, 1. VII, 6. Neh. VII, 6. XII, 1, ex omnibus terris Hos. I, 11. Zach. XIV, 16. 17. Ceterum de Assyria usus sibi non constat, et Hos. VIII, 9 Israël *in Assyriam ascendere* dicitur (cf. הֶעֱלָה 2 Reg. XVII, 4), quemadmodum Graeci de itinere in interiorem Asiam frequentant *ἀναβαίνειν* (Herod. 9, 113. Xen.), unde Cyri minoris expeditio *Ἀνάβασις* appellata est, idque ipsum, si ex situ physico res metienda est, accuratius dictum existimem. (Etiam de itinere ex Syria in Aegypto Arabum usus differt ab Hebraeo: siquidem illi ex Syria ascendunt in Aegyptum, descendunt in Syriam, Freytag ad hist. Halebi p. 126, ubi ex Beidawio ad Cor. 3, 150 annotatur, Arabum اصعاد ascendere, de quovis itinere longiore in terram [ins Land hinein] usurpari). Inde *β*) qui in deserta pergunt (quoniam horum situs altior est Jos. XVI, 1 cf. etiam arab. صعد) Iob. VI, 18. Mt. IV, 1; qui *sacrarium* petunt (sacraria enim saepe in montibus exstruebantur cf. בָּמָה no. 3. 4) Deut. XVII, 8. Iud. XX, 3. 18. 31. XXI, 5. 8. 19. 1 Sam. I, 3. X, 3. Ps. CXXII, 4; cf. Ex. XXXIV, 24 (cf. syr. ܣܠܩ de itinere in monasterium, Mich. chrest. p. 90); qui locum iudicii adeunt Deut. XXV, 7. Num. XVI, 12. 14. Ind. IV, 5. Ruth IV, 1, licet sacrarium et locus iudicii possent etiam ut fastigium sacrum et morale cogitari, quae ratio nonnullis exemplis melius convenit, ut Num. l. c. Ruth l. c. Eodem modo iudicandum videtur Gen. XLVI, 31, ubi Josephus Pharaonis regiam petens *ascendit* (coll. 29) cf. ܣܠܩ *ἀναβαίνω* de his qui metropolin petunt Mich. chrest. syr. p. 68. Raphel. obs. ad N. T. e

Polybio p. 90. — Denique γ) *ascendere* (heranziehn) contra aliquem vel contra urbem, terram dicuntur etiam qui eum (eam) bello petunt et expugnatum veniunt (quoniam urbes castraque expugnanda in loco edito exstructa sunt) Mich. II, 13. Nah. II, 2. Joël I, 6. 1 Reg. XV, 17. XX, 22. Jes. VII, 1. 6, cf. 1 Sam. XVII, 23. 25 (cf. Comm. 3).

Praeter homines de Deo dicitur in coelum ascendente Gen. XXXV, 13; de bestiis maribus feminas ineuntibus Gen. XXXI, 10. 12. Dein de inanimatis, ut de planta succrescente Gen. XL, 10. XLI, 22. Deut. XXIX, 22. Jes. LV, 13, de gramine Am. VII, 1 (sim. de cornu Dan. VIII, 3, de ipso homine crescente Gen. XLIX, 9), de flumine super ripas ascendente Jes. VIII, 7, de vento ascendente s. surgente (nostr. der Wind macht sich auf) Hos. XIII, 15, de flamma Iud. XIII, 20, de fumo Gen. XIX, 28, vapore Gen. II, 6, de aurora XIX, 15. XXXII, 25. 27, de foetore Joël II, 20; de via sursum tendente Ind. XX, 31, de termino Jos. XV, 15 sqq. XVIII, 12, de regione assurgente ib. XVI, 1. XVIII, 12, de sorte ex urceo exeunte Lev. XVI, 9. 10. Jos. XVIII, 11), de ira (quae passim cum fumo comparatur) Ps. XVIII, 9. LXXVIII, 21. 31. 2 Sam. XI, 20, de pugna ingravescente 1 Reg. XXII, 35; de clamore Ps. LXXIV, 23. Jer. XIV, 2, de voce in aures alic. ascendente 2 Reg. XIX, 28, de rumore Jon. I, 2: עֲלָתָה רָעָתָם לְפָנָי. — *Ascendere in cor* hominum (עָלָה עַל לֵב) dicuntur res, quorum *recordantur* et mentionem iniiciunt. Jes. LXV, 17. Jer. III, 16. VII, 31. XIX, 5. XXXII, 35, ἀναβαίνω ἐπὶ τὴν καρδίαν Act. VII, 23 (Hiph. Ez. XIV, 3, et אֶל pro עַל comm. 4) cf. עלה de somnio suborto Gen. XLI, 32 cod. Sam.

Metaph. *ascendere super* (עָלָה עַל ב) alios dicuntur qui eos *superant* Prov. XXXI, 29, spec. opibus Deut. XXVIII, 43.

2) Verbum intransitivum עָלָה dicitur pro passivis: a) *tolli*, v. c. de terra Am. III, 5. Pr. XXVI, 9: חוֹחַ עָלָה בְיַד שִׁכּוֹר *spina* quae *sublata est in manum ebrii*, quam ebrius manu gestat. Iob. V, 26: בָּעֲלוֹת גָּדִישׁ בְּעִתּוֹ *sicut acervi mergitum tolluntur* et in horrea comportantur *tempore suo*. XXXVI, 20: *ne anheles illam noctem* תַּעֲלוֹת עַמִּים quorsum *auferuntur populi*. — β) *imponi*, v. c. iugum Num. XIX, 2. 1 Sam. VI, 7, sacrificium altari 1 Reg. XVIII, 36; inde de fascia, quae vulneri imponitur s. applicatur (v. אֲרוּכָה). — γ) *superinduci*, de carne ossibus inducta Ez. XXXVII, 8, de veste *induta* Lev. XIX, 19 (cf. עַל no. 1, a, β), de novacula super caput *traducta* Ind. XVI, 17. — δ) in tabulas *inscribi*, deferri 1 Par. XXVII, 24 cf. כָּתַב עַל (v. Hiph. no. 2, f).

4) Ambiguum est quid sit שִׁיר הַמַּעֲלוֹת, quae est inscriptio quindecim psalmorum Ps. CXX — CXXXIV. Variae interpretum sententiae (v. E. Tilingii disquisitio de ratione inscriptionis XV Pss. qui dicuntur שירי המעלות. Bremae 1765. 8. Th. A. Clarisse Psalmi quindecim Hammaäloth. Lugd. Bat. 1819 p. 1 sqq.) ad tria potissimum genera revocari possunt. Alii enim a) *carmina graduum* interpretantur (LXX. *ὠδαὶ τῶν ἀναβαθμῶν.* Vulg. carmina graduum), idque nominis ad *locum* referunt, in quo haec carmina decantata sint. Kimchi: *aiunt Levitas eos in quindecim illis gradibus cecinisse, qui erant in monte templi inter atrium Israëlis et atrium mulierum, quibus ascendebatur ex atrio mulierum in atrium Israëlis, dicuntque singula carmina decantata esse in singulis gradibus*, et eadem ratione Saadias, Jarchi, Aben Esra cf. Talmud. Middoth 2, 5. Succa 5, 4. Misso hoc Rabbinorum commento alii b) rectius hoc nomen ad *argumentum* illorum carminum retulerunt, et interpretati sunt: *carmina ascensionum* (v. supra no. 1). Theod. *ᾄσματα τῶν ἀναβασίων.* Symm. Aqu. *ᾠδὴ εἰς τὰς ἀναβάσεις. Ἀλλ. ᾠδὴ τῆς ἀναβάσεως*, adeoque, quod LXX habent, *ὠ. τῶν ἀναβαθμῶν* huc revocari potest, secundum Suidam enim *ἀναβαθμός* dicitur etiam pro *ἀνάβασις. Ascensiones* autem bifariam explicant. Et *α*) quidem de *reditu* ex exilio Babylonico, de quo מַעֲלָה usurpatur Esr. VII, 9. Quindecim illa carmina igitur decantata existimant ab Israëlitis vel Serubabele vel Esra ducibus ex Babylonia redeuntibus, hoc etiam argumento ducti, quod Esr. II, 65. Neh. VII, 67 in redeuntium numero permulti cantores et cantrices fuisse narrantur. Ita iam Syrus interpres in titulo Ps. CXXI: ܡܙܡܘܪ ܕܣܠܩܢ ܡܢ ܒܒܠ *ex ascensione ex Babylonia*, Ps. CXXII: ܡܙܡܘܪ ܕܣܠܩ ܡܢ ܒܒܠ ܕܦܘܪܩ ܠܗ ܟܘܪܫ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܠܡܣܠܩ ܠܗ ܠܒܢܝ ܐܘܪܫܠܡ *ex ascensione quam Cyrus captivos ascendere iusserat*, et similiter Ps. CXXIII. CXXVI. CXXVII. CXXVIII. CXXX. CXXXI. CXXXII. Verum ista conditio in horum carminum nullo significatur, licet in nonnullis Deo gratiae aguntur pro salute populi (CXXIV. CXXIX): in plurimis populus sistitur iamiam redux ex exilio (CXXII. CXXVI. CXXXII. CXXXIII), in aliis adhuc inter peregrinos degens (CXX. CXXI. CXXIII). Quodsi igitur מַעֲלוֹת de *ascensionibus* ex Babylonia intelligere velis, *carmina ascensionum* non aliter accipi possint quam *carmina tempore ascensionum* i. e. reditûs ex exilio Babylonico composita et cantata, vel carmina quae ad ascensionem s. reditum quomodocunque spectent. Sed *β*) plerique (ut Agellius, Herderus, Eichhornius, Maurerus) *ascensiones* referunt ad itinera, quibus Israëlitae tribus festis annuis Hierosolyma petebant, de quibus עֲלָה usurpatur Ex. XXXIV, 24. 1 Reg. XII, 27. 28. Ps. CXXII, 4, et ad quae manifesto refertur

Ps. CXXII. His itineribus s. peregrinationibus sacris iisque post exilium susceptis non inepta sunt argumenta carminum CXXIV — CXXVIII, sed aliorum ratio (CXX. CXXXII. CXXXIV) huic coniecturae non favet, nisi quis sumere velit a peregrinatoribus sacris etiam antiquiora quaedam carmina exilii tempore composita (CXX) vel quomodocunque illius temporis rationibus accommodata decantata esse. Quum autem in tanta argumenti varietate mira quaedam poëticae indolis, numeri rhythmique communio deprehendatur et mutua similitudo, non pauci c) שיר המעלות ad numeri rhythmique rationes referre maluerunt. Ex antiquioribus Saadias Gaon, Aben Esra aliique Judaei ea carmina ita dicta existimabant, quia *elatiori voce* decantata sint, quam opinionem sequi videtur Luth. *Lied im höheren Chor.* E recentioribus J. D. Michaëlis (ad Lowth. de sacra poësi p. 511) conferebat carminum genus apud Syros usitatum quod ܣܘܠܡ̈ܐ ܣܘܠܡ̈ܐ *scalae odarum* appellatur Assem. bibl. I, p. 62, quod quidem nomen a *scansione* metrica petitum videatur: quum autem, quae istorum carminum ratio fuerit, prorsus ignoretur, illa sola comparatione non multum iuvamur. Bellermannus (Metrik d. Hebräer p. 190 sqq.) *carmina trochaica* intelligebat, et מַעֲלָה pedem metricum esse putabat, in quo tonus ascendat qs. saltet (gr. *χοροῖος* = *τροχαῖος*) id est cuius syllaba prior longa sit (cf. בלעיל de paroxytonis): ad quam opinionem diluendam observasse sufficiat, prosodiae metricaeque artis certa vestigia apud Hebraeos frustra quaesita esse (v. de Wette Comment. in Ps. introd. no. VII), eaque carmina ex ipsis legibus a Bellermanno propositis eodem iure *iambica* appellare possis (v. Ephem. litt. Hal. 1815 no. 11). Nihilominus non sine veri specie locutionem שיר המעלות ad quandam numeri rhythmique proprietatem revocabis, quae in hoc carminum fasciculo identidem reperitur (licet etiam alibi vestigia eius exstent, velut in carmine Deborae Iud. V, 3. 5. 6. 9. 12. 19. 20. 21. 23. 24. 27. 30 cf. Jes. XXVI, 5. 6), atque in eo cernitur, quod *gradatim* quasi progreditur oratio, ita quidem ut antecedentis sententiae pars ab initio subsequentis repeti et passim novis verborum copiis angeri et quasi *ascendere* soleat. V. c. Ps. CXXI, 1: attollo oculos meos ad montes, unde veniet *auxilium meum.* 2: *auxilium meum* (veniet) a Jova ..... 3: non sinet nutare pedem tuum, *non dormitabit tutor tuus.* 4: *ecce non dormitat nec dormit tutor Israëlis.* 5: *Jova* est *tutor tuus* ..... CXXII, 2: stant pedes nostri in portis tuis, *Hierosolyma!* 3: *O Hierosolyma, aedificata* ..... 4: *Quorsum ascendunt tribus, tribus Jovae.* CXXIII, 3: *satis satiati sumus contemtu.* 4: *satis satiata est anima nostra irrisione insolentium, contemtu fastuosorum.* CXXIV, 1: *nisi Jova* fuisset, *qui adfuit nobis,* dicat Israël. 2: *nisi Jova* fuisset, *qui adfuit nobis,* cum surgerent contra nos homines. 3: *tunc* vivos devorassent nos .... 4: *tunc* aquae obruissent nos ..... 5: *tunc* transivissent super animam nostram aquae aestuosae. CXXVI, 2: *praeclare Jova egit cum istis.* 3: *praeclare Jova egit nobiscum;* propterea laetamur. CXXIX, 1. 2. CXXX, 5. 6. 7. 8. CXXXI, 2. CXXXIII, 2. 3. Similis ratio est *gradationis* s. *κλίμαχος* apud rhetores Graecorum et Romanorum (v. c. auct. ad Herenn. 4, 25: quae reliqua spes manet libertatis, si illis et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis molestum non est?), nisi quod haec et multo artificiosior est et ad sententiam magis quam ad formam orationis pertineat, quum contra de coniectura nostra *gradatio* Hebraeorum (מַעֲלָה) ad formam potissimum orationis spectet, qua ratione cum ea comparari potest carmen quod *Triolett* appellamus, nisi quod in hoc oratio poëtica quasi in orbem redeat, quum contra in *carminibus graduum* apud Hebraeos quasi per gradus procedat et assurgat. Paullo plura de hac opinione nostra dedimus in Ephemerid. Hal. 1812 no. 205, quae calculo suo probarunt de Wettius (Comment. in Ps. pag. 56. Einleit. in das A. T. §. 266), Winerus in lex. al. Quae huic coniecturae opponi possint (v. Rosenm. et Maurerus ad Ps. CXX), eum rhythmum non omnibus carminibus ש׳ המעלות inscriptis et contra etiam alibi (Iud. V) reperiri, non ita comparata sunt, ut eam refellant. Poterat enim iste quindecim Psalmorum fasciculus a singulari plerorumque numero poëtico *carmina graduum* appellari, etsi hic non in omnibus conspicuus esset: et contra Iud. V, 1 vix expectes mentionem vocabuli technici, quod ad rhythmi indolem pertineat.

תְּעָלָה f. cstr. תְּעָלַת (ab עָלָה, ut חָלְאָה a חָאָה cf. Lgb. 509) 1) *canalis*, in quo aqua *ascendit* ex fluvio et terram inundat et irrigat (v. עָלָה Am. VIII, 8, הֶעֱלָה Ez. XXVI, 3) 1 Reg. XVIII, 32. 35. 38. 2 Reg. XVIII, 17. XX, 20, *aquaeductus* Jes. VII, 3. XXXVI, 2. Ez. XXXI, 4. Poët. Iob. XXXVIII, 25: מִי פִלַּג לַשֶּׁטֶף תְּעָלָה *quis divisit imbri canales?* h. e. quis aquam pluvialem in omnes coeli partes derivavit? LXX ter *ὑδραγωγός*, ap. Iob. *ὑσις.*

2) *emplastrum*, *fascia* vulneri *imposita* Jer. XXX, 13. XLVI, 11 cf. הֶעֱלָה אֲרֻכָה imposuit s. applicavit fasciam. Male alii *cicatricem* interpretantur, quippe quae elatio et incrementum carnis sit.

עָלַז i. q. עָלַס et עָלַץ *exsultavit, iubilavit* (et primitus quidem, ni fallor, de laeto clamore, ut *ἀλαλάζω*, רָנַן, non de exsiliendo, saltando, ut syn. גִּיל) 2 Sam. I, 20. Ps. LX, 8. LXVIII, 5. Zeph. III, 14, sq. בְּ de aliqua re Ps. CXLX, 5. Hab. III, 18. Tribuitur cordi Ps. XXVIII, 7, renibus Prov. XXIII, 16, etiam rebus inanimatis Ps. XCVI, 12. Passim in malam partem de his qui rebus secundis superbiunt Ps. XCIV, 3. Jes. XXIII, 12, cf. V, 14. Jer. L, 11 LXX quinquies *ἀγαλλιάομαι*, ter *καυχάομαι*, *κατακαυχάομαι*, semel *ἐβρίζω.*

עָלֵז adj. verbale, *exultans*, *superbiens* Jes. V, 14.

עֲלִיז id. max. in malam partem *superbiens.* Jes. XXII, 2. XXIII, 7. XXIV, 8. XXXII, 13. Zach. II,

15: עֲלִזֵי גְאוּתִי *exultantes fastûs mei* i. e. milites mei exultantes et fastuosi Jes. XLIII, 3. Zeph. III, 11.

עָלַט rad. inusit. arab. غَلَطَ crassus, spissus fuit, litteris transpositis غَطَلَ caliginosus fuit (cf. עָטַל), unde עֲלָטָה. Nonnulli codd. Sam. exhibent Gen. XXV, 30 תעלטני pro הלעיטני, sed corrupte.

עֲלָטָה f. *caligo spissa* Gen. XV, 17. Ezech. XII, 7. 12.

עָלִי, עָלַי, עֲלֵי v. rad. עָלָה.

עָלַל radix cuius varii significatus tum in verbo tum in nomm. derivatis obvii, licet plerique satis certi sint, haud fa ile inter se conciliantur et ad unam notionem primariam revocantur. Collato Arabum usu duae radices statuendae videntur, quarum una magnam partem convenit cum عَلَّ, altera cum غَلَّ. Ae

I) عَلَّ pr. est *iterum bibit* post priorem haustum (de quo utuntur verbo نَهِلَ), ad sitim prorsus explendam. Conj. II. *iterum iterumque bibit* et bibendum dedit. Sed primaria haec notio varie transfertur, ad *perficiendi* vim, velut ad *spicilegium* et *racematiouem* quibus in priore messe praetermissa colliguntur, ad plagam secundam, qua iam ictus caeditur et necatur, ad alterum multum, quo lac prorsus exprimitur, v. Schult. Origg. hebr. 1, c. 6 qui hanc radicem copiose tractavit. Conj. II est etiam: demulsit et leniter quietavit spec. *infantem quum a lacte traducendus esset ad cibum solidiorem* Kam. (an ab hac significatione: iteratis ictibus percussit aliquem, quoniam, qui infantem vagientem demulcent, eum circumgestantes et cantillantes leniter manu pulsare solent?). Ad has origines revocari possunt hi Hebraeorum usus:

1) *racematus est*, *spicilegium fecit*, ut عَلَّ Conj. II. v. Po. no. 1 et עֹלֵלוֹת.

2) *sitim explevit*, translate de *libidine explenda* (v. Hithpa. no. 1), item *animum explevit* (das Müthchen kühlen) aliquem *vexando*, cum petulantia illudendo, *vexavit* (Po. no. 2), quo etiam revocari potest מְעוֹלָל, עוֹלָל puer, pr. ludens, petulans, nisi hoc referre malis ad usum Arabum modo expositum, de quo esset pr. puer *ablactatus* (cui tamen obstat forma activa מְעוֹלָל, עוֹלָל).

3) (opus) *perfecit*, inde *perpetravit facinus* homo, *potentiam suam consumsit* Deus (v. Hithpa. no. 2. Hithpo.), et nomm. עֲלִילָה, עֲלִילָה, מַעֲלָל.

Po. 1) *racematus est* in vinea (Nachlese halten, *stoppeln*). Levit. XIX, 10. Deut. XXIV, 21. LXX. ἐπαναγρυπάω. Metaph. Jer. VI, 9: עוֹלֵל יְעוֹלְלוּ כַגֶּפֶן שְׁאֵרִית יִשְׂרָאֵל. — 2) *vexavit*, *male habuit* aliquem (v. ad rad. no. 2), sq. ל pers. Thren. II, 20: לְמִי עוֹלַלְתָּ כֹּה *quem ita vexasti?* male habuisti. I, 22: עוֹלֵל לָמוֹ כַּאֲשֶׁר עוֹלַלְתָּ לִי *vexa* affllige *eos ut vexasti me.* III, 51: עֵינִי עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי *oculus meus me vexat* i. e. dolet continuo fletu. — Pass. I, 12: *ut dolor meus* אֲשֶׁר עוֹלַל לִי *quo vexatus sum.* — De loco Iob. XVI, 15 v. no. II, de part. מְעוֹלָל v. infra עוֹלַל.

Hithpa. הִתְעַלֵּל 1) pr. *sitim explevit* sq. ב in aliqua re, metaph. de libidine expleta Iud. XIX, 25, *animum explevit* aliquem vexando eique illudendo. 1 Sam. XXXI, 4: *ne veniant praeputiati illi et confodiant me* וְהִתְעַלְּלוּ בִי *et animum suum expleant* mihi illudendo. 1 Par. X, 4. Num. XXII, 29 Bileamus ad asinam: כִּי הִתְעַלַּלְתְּ בִי *quoniam vexasti me.* Jer. XXXVIII, 19. — 2) *potentiam suam exseruit*, *miracula patravit* Deus, sq. ב in aliquo. Ex. X, 2: אֵת אֲשֶׁר הִתְעַלַּלְתִּי בְּמִצְרַיִם Targ. miracula quae patravi in Aegypto. Pesch. quae fecerim Aegyptiis. 1 Sam. VI, 6. LXX sex locis ἐμπαίζω sq. dat., semel Jer. l. c. κατα‍μωκάομαι, Vulg. plerumque *illudere*, Pesch. ܣܚܩ, Targ. אִתְלַצָּב.

Hithpo. perfecit, *perpetravit* facinus, sq. acc. עֲלִילָה. Ps. CXLI, 4.

II) arab. غَلَّ est 1) *inseruit*, *immisit*, intrans. *ingressus est*, ut chald. q. v. — 2) *religavit*, unde غُلٌّ עֹל iugum (ut lat. iugum a iungendo, gr. ζυγόν a ζεύγνυμι). Ex verbo huc referendum videtur

Po. intrare fecit, *immisit*. Iob. XVI, 15: עוֹלַלְתִּי בָעָפָר קַרְנִי *immisi in pulverem cornu meum* i. e. caput meum.

Ceterum de harum significationum stemmate alii aliter statuerunt. Ac Faesius quidem (neue Jahrbb. f. Philologie I p. 171) duas distingnit radices, quarum prior = לוּט = סוּל pr. valeat deglutivit, suxit, unde עוֹלֵל, מְעוֹלָל, עוֹלָל lactens, dein puer i. q. עוּל; posterior sit i. q. גָּלַל *volvit*, volutavit, unde עֹל iugum, quippe quod circumvolvatur, translate *versatus est* in negotio (cf. πίλνω = πέλω), unde sit הִתְעוֹלֵל, הִתְעַלֵּל i. q. הִתְגּוֹלֵל pr. volutavit se in aliquem (addere poterat vir doctus, Targg. pro הִתְעַלֵּל passim ponere אִתְחַקָּף, quo etiam utuntur pro הִתְגּוֹלֵל Gen. XLIII, 17): *racemandi* vis ab operose faciendo. In his non displicet origo formarum עוֹלַל, עוֹלֵל: sed quod plerisque significationibus adhibetur rad. גלל, non multum facit ad eas illustrandas. Quibus ratio supra ad analogiam linguae Arabicae proposita minus placet, his hoc potius stemma suaserim. I) *carpsit*, inde 1) *ubera carpsit* et *decerpsit* uvas, *racematus est*; 2) *vellit*, *vellicavit*, inde illusit alicui, vexavit eum. — II) i. q. כלל Pi. *perfecit*. Ceterum memorabile est, duas huius radicis significationes etiam in lingua Aegyptiaca reperiri a) ϪⲈⲖⲞ, ϪⲒⲖⲞⲨ lactans, ϪⲖⲞⲨ infans recens natus, puer, ϪⲖⲖⲞⲨ pupilla; b) ⲈⲖⲀ, ⲈⲖⲞⲞⲖⲈ, ϪⲖⲞⲖⲒ uva.

עָלַל chald. i. q. hebr. no. II. 1) *intravit.* (Syr. et sam. id.). Spec. de eo, qui in conclave regis intrat et admittitur Dan. II, 16. 24. Praet. עַל Dan. l. c., fem. עַלַת, Chethibh עֲלַלַת V, 10. Part. plur. עָלִין IV, 4. V, 8, Chethibh עֲלַלִין. (In Targg. sing. עָלַל, עָלִיל, pl. defect. עָלִין). — 2) *occidit* sol. Cf. subst. מַעֲלָל.

Aph. introduxit aliquem, sq. acc. pers. Dan. II, 24. VI, 19, ל pers. II, 25. V, 7. Praet. הַעְלַל (inserta littera נ) Dan. II, 25. VI, 19. Imp. הַעֵל II, 24, inf. הַעֲלָה V, 7, et הַעְלָה IV, 3. (In Targg. plerumque אַעֵיל, inf. אַעָלָה).

Hoph. (more Hebraeo) הָעַל *introductus est* V, 13. 15.

עוֹלָל pl. עוֹלָלִים, et עֹלָל c. plur. עוֹלָלִים, cstr. עוֹלְלֵי Thren. II, 20, c. suff. levibus עוֹלָלֶיהָ Ps. CXXXVII, 9, עוֹלָלַיִךְ Thren. I, 5 (ab עֹלָל), c. suff. gravibus עוֹלָלֵיהֶם Jes. XIII, 16. Ps. XVII, 14 m. *puer, infans, infantulus.* (LXX decies et sexies *νήπιον*, semel *τέκνον* Jes. XIII, 16, semel *ἀποτίτθιον* Hos. XIV, 1), de tenerae aetatis infantulo (Jes. Hos. ll. cc. 2 Reg. VIII, 12. Nah. III, 10. Ps. CXXXVII, 9), in sinu gestato Thren. II, 20, iam in plateis ludente Jer. VI, 11. IX, 20, panem poscente Thren. IV, 4, in captivitatem abducto I, 5, semel de partu *nondum* edito Iob. III, 16. Saepe copulatur cum יוֹנֵק Ps. VIII, 3. Joël II, 16. Jer. XLIV, 7. Thren. II, 11, a quo diserte distinguitur 1 Sam. XXII, 19. XV, 3: יוֹנֵק וְעַד עוֹלֵל. Idem valet מְיוֹלָל Jes. III, 12. Varias de etymo, quod incertum est, opiniones tetigimus ad rad., ad quas iudicandas unum addimus, etiam eorum rationem, qui עוֹלָל = עוּל a *lactendo* dictum velint, ferri posse nec temere abiiciendam esse, licet repugnet vulgaris linguae usus, quum loquendi usus haud ita raro ab origine discrepet. Plur. sq. genit. *liberi* alic. i. q. בָּנִים Ps. XVII, 14.

עוֹלְלוֹת cstr. עֹלְלוֹת pl. f. (neque obstant duo exempla Iud. VIII, 2. Jes. XVII, 6, quibus copulatur cum sing. masc., eo tamen praemisso) *racemationes.* Iud. l. c. Micha VII, 1. Jes. XXIV, 13. הִשְׁאִיר גְּלֻלוֹת reliquit racemationes i. e. ex magna clade superstites reliquit Obad. 5. Jer. XLIX, 9. Jes. XVII, 6. LXX ter *ἐπιφυλλίς* i. e. racemus, uva parva, quam vindemiantes racemantibus relinquere solent.

עֹל, semel עוֹל Jer. V, 5 c. suff. עֻלּוֹ, עֻלָּם m. *iugum*, lignum incurvum temoni alligatum et iumentorum collo impositum Num. XIX, 2. Deut. XXI, 3. 1 Sam. VI, 7. Plerumque translate de iugo servitutis 1 Reg. XII, 4. 9—11. Jes. IX, 3. X, 27. XIV, 25. XLVII, 6. Jer. V, 5, inde *frangere iugum* i. q. servitutem exuere Gen. XXVII, 40. Lev. XXVI, 13. Jer. II, 20, *iugum ferreum* de gravi servitute Deut. XXVIII, 48. Jer. XXVIII, 14, sq. genit. pers. iugum alicui impositum Jer. II, 20 (de iugo Jovae i. e. de cultu Jovae), ab aliquo impositum Jer. XXVII, 8. 11. 12. XXVIII, 2. 4. 11, it. de iugo calamitatis et poenae Thren. I, 14 (ubi *iugum peccatorum* est iugum poenae propter peccata sumendae). III, 27. (Arab. غُلٌّ id.). Vide rad. no. II.

עֲלָה chald. *praetextus, caussa* Dan. VI, 5. 6. Syr. ܥܠܐ, arab. عِلَّة id. Verbum عَلَّ Conj. II est: caussa fuit, ut caussa effecit. V. caussam vel praetextum adhibuit. VIII. caussam vel praetextum quaesivit. Syr. ܥܠܠ i. q. arab. II. Ethpa. i. q. arab. V. BH. p. 416.

עֲלִיל *ἅπ. λεγόμ.* Ps. XII, 7: *verba Jovae* sunt *verba pura* אִמְרוֹת יְיָ אֲמָרוֹת טְהוֹרוֹת כֶּסֶף צָרוּף בְּעֲלִיל לָאָרֶץ ut *argentum purgatum in catino quod attinet ad partes terreas* s. scorias i. e. *purgatum* a scoriis. Sic *catinum* (כּוּרָא) interpretatur Targ. quod alii (Simonis) vindicant coll. aeth. ΩΛΛ: segregavit, separavit (quippe quod in catino argentum a scoriis secernatur), alii (Hupfeld ap. de Wettium) ducunt a rad. עלל, quam idem fere valere volunt atque בָּלַל, בְּלִיל (unde כְּלִי vas). Sed magis etiamnunc placet opinio J. D. Michaëlis et Rosenm., qui עֲלִיל *officinam* interpretantur ab עלל *perficiendi* significatu, v. ad rad. no. 3. Ex intpp. Hebraeis Jarchio בְּעֲלִיל est *manifesto, palam* ex usu Talmudico (renitente contextu), Kimchio pro בעלי cum pistillo (mortarii), Sachsio et Fürstio i. q. בְּהַעֲלִיל Hi. a rad. עלל hac sententia: *ubi operatur* (Deus poenas) *terrae* i. e. ubi immittit poenas impiis, non magis accommodate ad contextum, quum verba בְּעֲלִיל לָאָרֶץ non aliorsum pertinere possint, quam sequentia נְזוּקָק שִׁבְעָתָיִם, i. e. ad purgationem argenti); sed A. Schult. ex usu Arabum *repetitis vicibus*, v. Rosenm., qui intpp. coniecturas congessit.

עֲלִילָה Ps. XIV, 1. LXVI, 5, allbi pl. עֲלִילוֹת f., *opus, factinus* (v. rad. no. 3) 1) Jovae (int. miracula in favorem et salutem populi ac piorum) Ps. IX, 12. LXXVII, 13. LXXVIII, 11. CIII, 7. Jes. XII, 4. — 2) de facinoribus hominum 1 Sam. II, 3, sed max. in malam partem Zeph. III, 7: הַשְׁחִיתוּ כֹּל עֲלִילוֹתָם *perdunt quaecunque agunt* i. e. perdite agunt. Ps. CXLI, 4. Ezech. XIV, 22. XX, 43. 44. XXI, 29. XXIV, 14. XXXVI, 19. Zeph. III, 11, et sic absol. Deut. XXII, 14. 17: שָׂם רַע עֲלִילוֹת דְּבָרִים i. q. שֵׁם רַע.

עֲלִילִיָּה i. q. praec. no. 1 *facinus* (Dei) Jer. XXXII, 19.

מָעַל chald. m. *ingressus* i. e. *occasus* solis (ut hebr. מָבוֹא). Plur. cstr. מַעֲלֵי (al. מְעָלֵי) Dan. VI, 15.

מַעֲלָל, tantum pl. מַעֲלָלִים cstr. מַעַלְלֵי Ps. LXXVII, 12. LXXVIII, 7, c. suff. מַעַלְלֶיךָ, מַעַלְלֵיכֶם m. *opera, facinora* (i. q. עֲלִילוֹת) a) Dei Ps. LXXVII, 12. LXXVIII, 7. b) hominum Prov. XX, 11. Hos. XII, 3, max. in malam partem Jes. III, 8. Jer. IV, 18. VII, 5. XI, 18. XXI, 14. Zach. I, 6. רַע מַעַלְלֵיכֶם mala opera vestra Jes. I, 16. Jer. XXIII, 2. XLIV, 22. Deut. XXVIII, 20, פְּרִי מַעַלָלָיו fructus operum eius (malorum) Jer. XVII, 10. XXI, 14. Jes. III, 10. הֵיטִיב מַעֲלָלָיו bene egit Jer. XXXV, 15, הֵרַע מַעֲלָלָיו male egit Mich. III, 4.

מַעֲלִיל i. q. מַעֲלָל Zach. I, 4 Chethibh in nonnullis codd.

תַּעֲלוּל pl. תַּעֲלוּלִים m. 1) *vexationes, calamitates* Jes. LXVI, 4, v. rad. Po. no. 2. — 2) *pueritia*, poët. pro concr. עֹלָלִים *pueri, pueruli* Jes. III, 4.

I. עָלַם *occultavit, abscondit.* (In reliquis linguis cognatis haec rad. non reperitur. Cognata est עָלַף. Origo fortasse est in *obvolvendo* cf. גָּלַם). In Kal non legitur nisi part. pass. עֲלוּמִים occulta (peccata) Ps. XC, 8 (cf. עֶסְתָּרוֹת XIX, 13).

Niph. נֶעְלַם (non נֶעֱלַם, ut in Concordd. Buxtorfii et Fürstii) *absconditus est, latuit*, sq. מִן eius, quem quid latet Lev. V, 2—4. 1 Reg. X, 3. 2 Par. IX, 2, et מֵעֵינַי Lev. IV, 13. Num. V, 13. Iob. XXVIII, 21. Part. נֶעְלָם occultum Eccl. XII, 14, pl. נֶעְלָמִים homines tecti i. e. insidiosi, callidi Ps. XXVI, 4. Fem. נֶעְלָמָה tenebris obvoluta, ignorata (ab aliis), oblivioni tradita Nah. III, 11.

Hiph. הֶעְלִים (raro e. Chat. ut הֶעֱלִימָה Ez. XXII, 26) fut. יַעְלִים part. מַעְלִים 1) *obscondit*, sq. מִן alicui 2 Reg. IV, 27. Spec. a) הֶעְלִים עֵינַיִם sq. מִן oculos obvelavit s. abscondit, avertit ab aliquo, quod modo negligentis est Ez. XXII, 26 et auxilium denegantis Jes. I, 15 et Prov. XXVIII, 27 (ubi deest מִן), modo conniventis Lev. XX, 4, sq. בְּ 1 Sam. XII, 3. Omisso acc. עֵינַיִם Ps. X, 1. b) הֶעְלִים אָזֶן aurem obvelavit, audire noluit, Thren. III, 56. — 2) *obscuravit* aliquid verbis, sermone i. e. vituperavit, reprehendit (opp. illustrare i. e. laudare) Iob. XLII, 3 cf. XXXVIII, 2.

Hithp. se abscondit. Iob. VI, 16 de fluviis: יִתְעַלְּמוּ־שָׁלֶג *in quos sese abscondit nix* s. aqua nivalis verno tempore (עָלַי h. l. accedendi potestatem habet, v. no. 1, b, γ). Sq. מִן *avertit se* ab aliqua re, ei se subtraxit. Deut. XXII, 1. 3. 4. Ps. LV, 2: אַל־תִּתְעַלַּם מֵתְחִנָּתִי *noli te avertere a precibus meis.* Jes. LVIII, 7.

II. עָלַם vel **עָלֵם** rad. inusit., i. q. arab. غَلِمَ pubes et coeundi cupidus fuit, de iuvene, puella et bestiis, ut de camelo. Conj. VIII. id. Conj. IV. ad Venerem incendit, غَلَم, غُلَيِّم, مِغْلِيم libidinosus, libidinosa, غَلَمَة libido venerea, syr. ܥܠܡܐ pubes factus est Assem. I, 368. Apoc. XIV, 18 (pro ἀκμάζω, de uvis). Lex. Adl. صار شابًّا تعلّم *adolescens factus est, sapuit* (posterius non bene: fort. تعلّم, licet lexx. eam formam ignorent). Origo est in pinguedine s. turgore vegeto corporis, qui cum pubertate coniunctus est, et עָלַם prope accedit ad حَلَم pinguis, turgidus fuit, inde puber factus est v. p. 479. Chald. עָלַם est: fortis, robustus fuit. Pa. roboravit. Ethpa. roboratus est, עֶלֶם robustus, עִלְּוּתָא robur, vigor adolescentiae. Inde orta sunt: עֶלֶם, עַלְמָה, עֲלָמִים.

עוֹלָם, rarius עֹלָם Gen. III, 22. VI, 3 al. m. A) pr. occultum, spec. *tempus occultum, absconditum, diuturnum*, cuius initium vel finis incertus est vel non definitus, *aeternitas, perpetuitas.* (Apud Phoenices עלם id. v. monn. Phoen. p. 354. 394 a). Ponitur 1) de *tempore diu praeterito*, antiquo, in his fere locutionibus et exemplis: יְמֵי עוֹלָם Am. IX, 11. Mich. VII, 14. Jes. LXIII, 9 et יְמוֹת עוֹלָם Deut. XXXII, 7 tempora antiqua, מֵעוֹלָם *a temporibus inde antiquis, antiquissimis* Gen. VI, 4. 1 Sam. XXVII, 8. Jes. LXIII, 16. Ier. II, 20. V, 15. Ps. XXV, 6, adeoque de tempore ante mundum conditum Prov. VIII, 23, adiecta negatione: *non — ab ullo tempore, nunquam* Jes. LXIII, 19. LXIV, 3; alibi: *a longo inde tempore, diu* Jes. XLII, 14 (ubi refertur ad exilii tempus). XLVI, 9. LVII, 11. גְּבוּל עוֹלָם terminus a maioribus positus Prov. XXII, 28. XXIII, 10, פִּתְחֵי עוֹלָם portae antiquae Ps. XXIV, 7, מִיתֵי עוֹלָם tempore prisco defuncti Ps. CXLIII, 3. Thren. III, 6, עַם עוֹלָם homines prisci, diu defuncti Ezech. XXVI, 20. Quandoquidem autem priscis hominibus vera pietas moresque intemerati tribuuntur, דֶּרֶךְ עוֹלָם Ps. CXXXIX, 24, אֹרַח עוֹלָם Iob. XXII, 15, נְתִיבוֹת עוֹלָם Jer. VI, 16, שְׁבִילֵי עוֹלָם ib. XVIII, 15, sunt (vera) pietas patrum, cf. צֶדֶק עוֹלָמִים iustitia s. innocentia prisca Dan. IX, 24. Non semper autem remotissimam antiquitatem designari, aperte decet חָרְבוֹת עוֹלָם, quod Jes. LVIII, 12. LXI, 4 in fine exilii babylonici de ruinis Hierosolymorum dicitur (Jer. XXV, 9. XLIX, 13 eo non pertinent, ubi ל ad futurum tempus refertur).

2) Saepius etiam de *tempore futuro*, ita quidem ut terminus ad quem, quem vocant, ubique ex ipsa rei natura definiatur. Ubi enim de rebus humanis agitur, et a) quidem de singulis hominibus, plerumque *omnes dies vitae* significat, velut עֶבֶד עוֹלָם servus perpetuus (dum vivit, non dimittendus) Deut. XV, 17. Ex. XXI, 6. 1 Sam. XXVII, 12 (poët. de bestia Iob. XL, 28); עַד עוֹלָם in perpetuum i. e. ad dies vitae 1 Sam. I, 22. XX, 15. 2 Sam. III, 28. שְׁנֵי עוֹלָם perpetuo (dum vivunt) securi Ps. LXXIII, 12. XXX, 13: *Jehova, mi deus,* לָעוֹלָם אוֹדֶךָּ *perpetuo* (dum vivam) *laudabo te.* V, 12. XXXI, 2. XXXVII, 27. 28. XLIX, 9. LII, 11. LXXI, 1. LXXXVI, 12; passim etiam *vitam longissimam*, Ps. XXI, 5: *vitam a te petebat* (rex), *tu* (o Deus) *dabas* אֹרֶךְ יָמִים עוֹלָם וָעֶד *eamque longam, longissimam.* — Multo minorem etiam ambitum habet vox עוֹלָם in his verbis Jes. XXXV, 10: שִׂמְחַת עוֹלָם עַל רֹאשָׁם עוֹלָם *gaudium perpetuum* erit *circa capita eorum* i. e. gaudium nunquam non in vultibus eorum conspicuum erit, continuo hilares erunt et laeti (cf. Ps. CXXVI, 2). Jes. LI, 11. LXI, 7 et Jes. XXXII, 14 ipsum terminum eius temporis indicatum habes: *colles et specula erunt in cavernas* עַד עוֹלָם *diu* ..... 15: עַד יֵעָרֶה *donec effundetur* cet. Alibi b) pertinet ad universam gentem (dynastiam populumve et *omne tempus usque ad interitum eius* complectitur.

1 Sam. II, 30: *familia tua ambulabit coram me* עַד עוֹלָם *dum erit.* XIII, 13. 2 Sam. VII, 16. 1 Par. XVII, 12. XXII, 10. Ps. XVIII, 51: *favorem exercebit in Davidem et posteros eius* עַד עוֹלָם. Ita foedus Dei cum Israëlitis vocatur בְּרִית עוֹלָם Gen. XVII, 7. Lev. XXIV, 8, leges iis datae חֻקַּת עוֹלָם, חֹק עוֹלָם Exod. XII, 14. 17. XXVII, 21. XXVIII, 43. XXX, 21. Lev. III, 17. VI, 11, possessio terrae sanctae אֲחֻזַּת עוֹלָם Gen. XVII, 8. XLVIII, 4. — c) Ad *metaphysicam aeternitatis notionem*, eam certe, quae fine caret, propius accedunt ea exempla, quibus עוֹלָם terrae et universae rerum naturae tribuitur. Eccles. I, 4: *sed terra stat* s. *manet* לְעוֹלָם *in perpetuum.* Ps. CIV, 5: *in aeternum non vacillat* (terra). LXXVIII, 69; גִּבְעוֹת ע׳ *colles aeterni* ante multa secula creati et in perpetuum duraturi Gen. XLIX, 26. Deut. XXXIII, 15, גְּמוּלוֹת ע׳ excelsa aeterna Ez. XXXVI, 2; nec non ubi ad res humanas post mortem futuras refertur, v. c. שְׁנַת עוֹלָם somnus aeternus, de morte Jer. LI, 39. 57, בֵּית עוֹלָמוֹ domus aeterna eius i. e. sepulcrum Eccles. XII, 5, חַיֵּי עוֹלָם vita aeterna post resurrectionem Dan. XII, 2. — d) Vera *aeternitatis* notio in vc. nostro iis in locis inest, qui immortalem naturam summi numinis spectant, quod vocatur אֵל עוֹלָם deus aeternus Gen. XXI, 33. Jes. XL, 28, חֵי הָעוֹלָם in aeternum vivens Dan. XII, 7 (cf. חָיָה לָעוֹלָם vivere in aeternum, immortalem esse instar deorum Gen. III, 22. Iob. VII, 16), cui tribuuntur זְרֹעוֹת עוֹלָם brachia aeterna Deut. XXXIII, 27, et de quo dicitur Ps. XC, 2: מֵעוֹלָם וְעַד עוֹלָם אַתָּה אֵל *ab aeternitate ad aeternitatem tu es Deus.* CIII, 17, cf. Ps. IX, 8. X, 16. XXIX, 10. XCIII, 2. — Peculiare denique genus constituunt e) ii loci, quibus Hebraei aeternitatis notione metaphysica per hyperbolen usi sunt de rebus humanis, maxime in bonis votis. Eo pertinet formula solennis in salutandis regibus: יְחִי אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ לָעוֹלָם *vivat rex, dominus meus, in aeternum* 1 Reg. I, 31. Neh. II, 3 (cf. Dan. II, 4. III, 9. Judith XII, 4. Aelian. var. hist. 1, 32); tum poëtarum bona vota in reges regiasque gentes pronunciata, velut Ps. LXI, 8: *in aeternum* solio suo *insideat* (rex) *coram deo* (cf. Comm. 7: *anni eius* sint כִּימֵי דֹר וָדֹר *instar multarum generationum*). XLV, 7: *solium tuum a Deo constitutum* לְעוֹלָם וָעֶד stabit *in aeternum.* LXXXIX, 37: *semen eius* (Davidis) *durabit in aeternum.* Quae quam vim habeant, intelligis ex verbis, quae statim sequuntur: *solium eius instar solis coram me* stabit. 38: *instar lunae firmum erit in aeternum*, et Ps. LXXII, 5: *te* (o rex) *reverebuntur cum sole* i. e. dum sol erit, *et dum luna erit per omnes generationes.* ib. 17: *erit nomen eius* לְעוֹלָם *in aeternum, dum sol erit, sobolescet nomen eius.* Nimirum per figuram superlationis regi regiaeque domui eiusque imperio eadem perpetuitas optatur, quae universo mundo est. Adde Ps. XLVIII, 9: *Deus ea* (Hierosolyma) *tuetur in aeternum.* Jer. VII, 7: *terra quam dedi patribus vestris* לְמִן עוֹלָם וְעַד עוֹלָם. XXV, 5. — LXX paene ubique *αἰών*, et ubi in genit. postponitur *αἰώνιος* v. c. בְּרִית עוֹלָם *διαθήκη αἰώνιος*; pro עַד עוֹלָם aliquoties pleon. *εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον*, מֵעוֹלָם *ἀπ᾽ ἀρχῆς.*

Plur. עוֹלָמִים ut gr. *αἰῶνες*, a) tempora remotissimae antiquitatis Jes. LI, 9. Dan. IX, 24. Eccl. I, 10. b) secula futura remotissima (die entfernteste Zukunft) Ps. LXXVII, 6: שְׁנוֹת עוֹלָמִים. CXLV, 13: מַלְכוּת כָּל־עוֹלָמִים. LXI, 5. Jes. XXVI, 4: צוּר עוֹלָמִים *rupes omnium seculorum.* XLV, 17: עַד עוֹלְמֵי עַד usque ad tempora aeterna ib.

B) *mundus*, ex usu recentiorum Hebraeorum et Talmudicorum (Buxt. p. 1620), ut gr. *αἰών*, lat. eccl. *seculum*, inde *rerum mundanarum studium* (Weltsinn) quasi plenius dicas *ἀγάπη τοῦ κόσμου* 1 Joh. II, 15, *αἰὼν τοῦ κόσμου τούτου* Eph. II, 2, et arab. عَالَمٌ mundus, res mundanae earumque amor rerum divinarum scientiae exitiosus. Sic etiamnum לֵבָב accipiendum duco in loco vexato Eccl. III, 11: *omnia pulchra fecit* Deus *tempore suo* גַּם אֶת־הָעֹלָם נָתַן בְּלִבָּם מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא יִמְצָא הָאָדָם וגו׳ *quanquam cordi eorum* hominum *indidit* s. insevit *mundanarum rerum studium, ita ut non intelligat homo opera Dei* cet. *Mundum*, non *tempus aeternum* intellexit etiam Vulg. („mundum tradidit disputationi eorum"), Hieron. *seculum* sensu supra indicato: ad גַּם adversativum cf. h. v. no. 3, ad מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא s. v. בְּלִי p. 209. Alii, ut Rosenm., in vulgari *aeternitatis* notione acquiescunt, et h. l. *res futuras investigandi studium* intelligunt, hac quidem sententia: *etiam futurarum rerum studium indidit animo eorum, absque eo quod* (quanquam non) *intelligit homo opera Dei*: malim certe: *mundi investigandi* (rerum mundanarum investigandarum) *studium.* Alii denique עלם (sive עֻלָּם legas sive עֲלָם) idem censent quod סֹלֶם *scientia, sapientia,* „*λογισμός*", qua ratione adoptata nuper Hitzigius (theol. Studien und Kritiken XII p. 513 sqq.) ita interpretatur: *etiam rationem* (den Verstand) *indidit in cor eorum, sine quo non invenit homo opera Dei* cet. Sed neque credibile est, עֻלָּם hoc unico loco significationem habere, cuius in lingua Hebraea aliud vestigium non reperitur cuique nulla prorsus cum certo Hebraeorum usu necessitudo est, praesertim quum in ipso Ecclesiaste non desint synonyma (דַּעַת, חָשְׁבּוֹן, חָכְמָה, מַדָּע): neque facile tibi persuadeas, אֲשֶׁר מִבְּלִי esse *sine quo*, pro „אֲשֶׁר מִבַּלְעֲדֵי (coll. אֲשֶׁר עִם pro עִמּוֹ Gen. XXXI, 32)" quum ne hoc quidem probari possit, מִבְּלִי esse i. q. בִּבְלִי *sine.*

עֶלֶם emphat. עֶלְמָא chald. m. i. q. hebr. עוֹלָם *tempus remotissimum, aeternum, αἰών*, de tempore praeterito Esr. IV, 15, futuro Dan. III, 33. IV, 31. VII, 27, unde Dan. II, 20: מִן עָלְמָא וְעַד עָלְמָא *ab aeterno usque in aeternum.* חַי עָלְמָא qui vivit in aeternum, de Deo ib. IV, 31. Pro hebr. לָעוֹלָמִים (rarius לָעוֹלָמִים Eccl. I, 10. Ps. LXXVII, 8) dicunt לְעָלְמִין Dan. II, 44. VI, 27, ut in salutatione: מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי II, 4. III, 9. V, 10. VI, 7. 22, sic לְעָלְמָא II, 44, semel עַד עָלַם עָלְמַיָּא VII, 18 ut in N. T. *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων* Apoc. I, 6. 18. Gal. I, 5 al.

עֵילוֹם i. q. עוֹלָם, semel legitur 2 Par. XXXIII, 7.

עֶלֶם in Pausa עֶלֶם m. *adolescens* 1 Sam. XVII, 56. XX, 22 (pro quo Comm. 21 נַעַר et Comm. 35 קָטֹן, sed vide נַעַר lin. 10. 11), a rad. no. II. LXX. *νεανίσκος*. Arab. غُلَامٌ puer, proles mascula Cor. 19, 7. 51, 28, adolescens ib. 52, 23. Schult. Imp. Joct. 36. 110. 112. 146, it. adolescens famulus vit. Salad. 80. Har. 5, p. 100 Schult. Reiske ad Abulf. Ann. I, not. 188, غُلَيِّمٌ id. et puella viro matura, libidinosa, dimin. غُلَيِّمٌ adolescentulus, melit. hlʃm adolescens, famulus, syr. ܥܠܡܐ (qua de forma v. J. D. Mich. gr. syr. p. 173), chald. עֲלֵם et עוּלֵימָא in Targg. pro hebr. נַעַר et עֶלֶם, sam. עלמא id. Gen. XXI, 19.

עַלְמָה f. antecedentis, *puella nubilis* s. *viro matura, adolescentula* Gen. XXIV, 43. Ex. II, 8. Prov. XXX, 19 (ubi דֶּרֶךְ גֶּבֶר בָּעַלְמָה refertur ad furta clandestina). Plur. עֲלָמוֹת puellae, adolescentulae Ps. LXVIII, 26. Cant. I, 3, de pellicibus regiis Cant. VI, 8. Apud Jesaiam (VII, 14) הָעַלְמָה (ex lege supra exposita pag. 361 A, litt. e) dictum est pro עַלְמָתִי de (prophetae) *coniuge iuvenili* (i. q. נְבִיאָה VIII, 3). Kimchi: בעולה הויתה והיא אשת הנביא או אשת אחז אבל עלמואל אינו חזקיה, adde quae disputavimus in Comment. ad h. l. Sic lat. de coniuge iuvenili adhibent *puella* Virg. Ge. 4, 458, gr. *κορύσιον* Judith XVI, 12, adeoque hebr. בְּתוּלָה Joël I, 8 et lat. *virgo* Virg. Ecl. 6, 47. Neque enim illibatae virginitatis notio (LXX. Gen. et Jes. II. cc. *παρθένος*, Hieron. „lingua Punica .... *proprie virgo* Alma appellatur“), quam Hebraei propria voce בְּתוּלָה exprimunt, in hoc vocabulo inest (v. Cant. VI, 8 et Prov. l. c.), neque conditionis innuptae (ut nuper volebat Hengstenbergius, Christol. des A. T. II, 69), sed pubertatis et aetatis nubilis, id quod tum etymo et linguae Hebraeae usu evincitur (cf. rad. no. II, et עָלַם), tum linguarum cognatarum veterumque interpretum auctoritate. Arab. غُلَامَةٌ puella pubes, غُلَيِّمٌ puella plenae aetatis, nubilis, libidinem sentiens (v. Kamûs p. 1781. Schol. ad Div. Hudeil. ap. Schult. ad Har. 5, 91: الفتاة الحسنا او المراة التامة), כֻּלְמַסְתָּא pro gr. *παιδίσκη* Mc. XIV, 66. 69. Luc. XXII, 56. Joh. XVIII, 17. Act. XVI, 16, chald. עַלְמְתָא in Targg. pro נַעֲרָה v. Esth. II, 2: עַלְמָן בְּתוּלָתָן *puellae virgines*. De usu Poenorum alia quidem refert Hieronymus (v. supra), isque tamen neque a Punicae linguae scientia neque (quippe qui immodicus fere virginitatis Mariae defensor esset) a iudicii integritate testis fide dignus. E vett. interpretibus LXX quattuor locis Exod. Ps. Cant. (bis) recte *νεᾶνις* reddunt (ut עֶלֶם *νεανίσκος*), et eodem modo Aqu. Symm. Theod. Jes. VII, 14, Symm. Prov. l. c. et Gr. Venet. Cant. VI, 8, id. Gen. Prov. Cant. I, 3 *κόρη* sed duobus aliis locis LXX, ut diximus, *παρθένος*, quod iam in veterum Judaeorum reprehensionem incurrit. Iustin. Mart. dial. c. Tryph. (p. 226 Opp. ed. Sylb.): *καὶ ὁ Τρύφων ἀνεκρίνατο, ἡ γραφὴ οὐκ ἴσχει, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν, ἀλλ', ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται ..... καὶ τὰ ἑξῆς λοιπὰ ὡς ἔχῃς.* Vulg. bis (cum LXX) *virgo* Gen. et Jes., sed Ex. *puella*, Ps. *iuvencula*, Cant. bis *adolescentula* (et ita fort. Prov. l. c. ubi vulgo *adolescentia*). Verss. Aramaeae vc. retinent. Saad. Pent. et Jes. הַעַלְמָה הַגְּלֵמָה וְהַגַּעֲזִיָּה puella. Abulwalides: تكون بكر وغير بكر *est puella et adolescentula sive virgo est sive non est.* Etymon a עָלַם i. q. עלם indubitatum est, neque audiendi, qui *puellam* pr. *absconditam* dictam volunt, quippe quae in aedibus clausa sedeat a rad. עָלַם no. I (Aqu. in Gen. *ἐπόχουρος*, e recentioribus Hartmannus, de muliere Hebraea III p. 344), vel *signatam*, *obsignatam* (ab arab. علم) i. e. intactam (Schult. Origg. hebr. p. 392. 495. ad Har. l. c.). — עַל עֲלָמוֹת more virginum, nach Jungfrauen Weise (v. עַל no. 1, a, η) i. e. voce virginea acuta, nostr. *soprano*, epp. voci virili et gravi 1 Par. XV, 20 (de quo loco vide s. rad. נָצַח no. I Pi.). Ps. XLVI, 1. Forkelius (Gesch. der Musik I, p. 142) intelligebat *modos virginum* (coll. germ. Jungfrauweis), invito contextu loci 1 Par. l. c.

עֶלוּמִים (denom. ab עֶלֶם, עַלְמָה, ad formam זְקֵנִים, בְּתוּלִים) m. pl. *iuventus, aetas iuvenilis* Ps. LXXXIX, 46. Iob. XXXIII, 25, poët. de robore iuvenili. Iob. XX, 11: עַצְמוֹתָיו מָלְאוּ עֲלוּמָיו (quanquam) *ossa eius plena sunt robore iuvenili* (v. ad rad. ibique de usu chald.) LXX. *ἐμπλησθήσεται νεότητος αὐτοῦ*, Targ. חֵילָהּ. Pesch. ܡܘܼܚܐ medulla. (Male al. peccata *occulta*, coll. Ps. XC, 8). De aetate iuvenili populi Jes. LIV, 4. (Chald. עֲלֵימוּת, arab. غُلُومَةٌ id.).

עֶלְמוֹן (occultum) n. pr. 1) oppidi Benjaminitarum Jos. XXI, 18, quod 1 Par. VI, 45 עַלְמֹת appellatur. — Sed 2) עַלְמוֹן־דִּבְלָתָיְמָה Num. XXXIII, 46 est Israëlitarum statio in deserto Sinaitico.

עַלְמוּת vc. *dis λεγόμ.*, sed incertae auctoritatis 1) Ps. IX, 1 idem esse videtur quod עַל עֲלָמוֹת Ps. XLVI, 1 (vide s. v. עַלְמָה) voce virginea (nisi ita legendum). — 2) Ps. XLVIII, 15 flagitante contextu est i. q. עוֹלָם *aeternitas*, h. l. *in perpetuum*, LXX. *εἰς τοὺς αἰῶνας* Vulg. *in secula*, quasi pronunciassent עַלְמוּת, neque male ita legeris cum cod. Ross. 157, coll. Jes. XXVI, 4. XLV, 17. Nam quum עֲלָמוֹת pro עֲלוּמִים hoc uno loco reperiretur, a genuina eius pronunciatione facile aberrare poterant. Quod in plerisque fere librís editt. est מוּת־עַל (usque ad mortem), ab hoc contextu alienius est.

עֵלָמִי *Elamita*, v. supra עֵילָם p. 1016. 1017.

עַלְמָת (tegumentum) n. pr. virorum 1) 1 Par. VII, 8. 2) VIII, 36. IX, 42.

עַלְמַת v. בַּלְמַת.

תַּעֲלֻמָה f. *absconditum*, *occultum* Iob. XXVIII, 11, pl. Iob. XI, 6. Ps. XLIV, 22.

עָלַס fut. יַעֲלֹס i. q. עָלַץ et עָלַז *iubilavit*, *laetatus est* Iob. XX, 18. (In reliquis quidem linguis cognatis haec radicis forma non reperitur, nihilominus significatio certissima est, neque singula exempla divellere et ad usum Arabum revocare debebat J. D. Mich. in suppl. p. 1924).

Niph. נֶעֱלַס id. (cf. de formis passivis in huius generis verbis s. v. נָבָא Niph.). Iob. XXXIX, 13: כְּנַף־רְנָנִים נֶעֱלָמָה *ala struthionum exsultat* i. e. alacriter se agitat, cf. II. II, 462: ἀγαλλόμενα πτερύγεσσιν.

Hithp. laetatus est Prov. VII, 18.

עָלַע rad. admodum dubiae auctoritatis, quam idem valere volunt atque לוּעַ deglutire, sorbere, et לָעַךְ lingua motitata aquam sorpsit. Ab ea ducunt fut. Pi. יְעַלְעֵם *sorbent*. Iob. XXXIX, 30 (33). Praestat hoc alii rationi ab Alb. Schult. propositae, de qua יעלעו esset pro וְיַעֲלֻעוּ (ut cod. Kennic. 95) a rad. עלל iterum bibit: sed suspecta tamen nova radix, quocirca suspicor reponendum esse לְעַלְעוֹ (י mutato in ל, eiusdem formae litteram, sed maiorem) i. e. לַעֲלְעוֹ (vel לָעֲלְעוֹ) *sorbillant* praet. Pilpel (quae forma de motu celeri frequentatur, gr. §. 54, 4) a לוּעַ.

עֲלַע chald. i. q. hebr. צֵלָע *costa*, pl. עִלְעִין Dan. VII, 5. Male dentes caninos vel aprinos intelligebat Bertholdtus.

עָלַף in Kal inusit. pr. *texit*, *obvolvit*. (Arab. غَلَفَ recondidit in theca s. loculo, غِلَافٌ theca, loculus, gr. καλύπτω. Cf. עוף no. 1).

Pu. 1) *tectus est* Cant. V, 14: מְעֻלָּפִים כַּצִּרִים *tectum* s. inclusum *sapphiris*. — 2) *defecit viribus*, *deliquium passus est* (pr. caligine tectus est, v. synn. עָטָה, עָטַף) Jes. LI, 20, *languit* (planta) Ez. XXXI, 15 (ubi עֻלָּפָה scriptum est pro עֻלָּפָה et refertur ad עֲצֵי הַשָּׂדֶה ex lege gr. §. 143, 3).

Hithp. 1) *velavit se* Gen. XXXVIII, 14. — 2) i. q. Pu. no. 2 *viribus defecit*, prae aestu Jon. IV, 8, prae siti Am. VIII, 13.

עָלַץ fut. יַעֲלֹץ, i. q. עָלַז et עָלַס *iubilavit*, *laetatus est*. Prov. XI, 10. XXVIII, 12. עָלַץ בַּיהוָה de Jehova laetatus est Ps. V, 12. IX, 3. 1 Sam. II, 1, עָלַץ לִבִּי בִי Ps. LXVIII, 4. Sq. ל *insultavit* alicui Ps. XXV, 2. Translate de rebus inanimatis 1 Par. XVI, 32.

עֲלִיצוּת f. *laetitia* Hab. III, 14.

עָלַק rad. inusit. Arab. عَلَقَ adhaesit, affixus est, spec. de sanguisuga alicui adhaerente, sq. ב, metaph. amavit aliquem (cf. דָּבַק), IV. sanguisugas applicavit; syr. ܥܠܩܐ viscus arab. عِلْقٌ, ab adhaerendo dictus. Inde

עֲלוּקָה f. ἅπ. λεγόμ. Prov. XXX, 15, pr. *hirudo*, *sanguisuga*, ab adhaerendo dicta ut recte LXX. Symm. Vulg. Pesch. Gr. Venet. Kimchi (arab. عَلَقٌ et عَلَقَةٌ, syr. ܥܠܩܐ, ܥܠܩܬܐ, ܥܠܩܝܬܐ, chald. et talmud. עַלְקָא et עֲלוּקָא), dein in fabulis et superstitionibus Orientalium *monstrum muliebre sanguisugum* et insatiabile, quale est غُولٌ, غُولَةٌ Arabum max. in *MI* noctibus, et Vampyrus in fabulis nostratium (arab. عَوْلَقٌ daemonum species, et عَلُوقٌ i. q. غُولٌ). Ita Prov. l. c. לָעֲלוּקָה שְׁתֵּי בָנוֹת הַב הַב *sanguisugae* sunt *duae filiae* dicentes: *cedo! cedo!* i. e. insatiabiles. Intelligi videntur duo daemones muliebres, quas matris Sanguisugae filias fuisse fingebat popularis superstitio. Licet arab. علوق in Kamuso apte explicetur الغول, Bochartus tamen (Hieroz. II, 801) et Alb. Schult. hoc male intellexerunt et *fatum*, *Parcam* interpretati sunt. Ceterum vide quae de huius generis superstitionibus apud Hebraeos disputavimus ad Jes. XXXIV, 14.

I. עָמַד fut. יַעֲמֹד 1) *stetit*. (Chald. et talmud. surrexit, v. infra no. 4. Apud Arabes et Aethiopes frequentant nonnisi derivatum eius عِمَادٌ, ዐምድ: columna, unde in verbo عمد I. II. IV et ዐመደ: columna s. palo fulsit aliquid, VII. VIII pass. Standi significatu adhibent وقف. Apud Syros Christianos ܥܡܕ est *baptizatus est*, quia baptizandus stabat in aqua). Dicitur tum de hominibus Gen. XXIV, 30. 31. XLI, 17 (et sexcenties) et bestiis XLI, 3, tum de rebus inanimatis Deut. XXXI, 15. Jos. III, 16. XI, 13, neque solum de eo, qui iam *stat* in aliquo loco, sed etiam qui *assistit*, *consistit* (hintreten, herzutreten, sich hinstellen) 1 Reg. XX, 38: וַיִּתְעַבֵּד לַעֲלֵךְ אֶל הַדָּרֶךְ *adstitit obviam regi in viam* (er trat zum Könige auf den Weg). 1 Sam. XVII, 51: וַיַּעֲמֹד אֶל הַפְּלִשְׁתִּי *adstitit* accessit *ad Philistaeum*. Hab. III, 11: שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ עָמַד זְבֻלָה *sol* et *luna intrant* recipiunt se *in habitaculum*, עָמַד בְּפֶרֶץ constitit in ruptura (muri) v. פֶּרֶץ. — Loco, *in* (super) quo quis stat, praemittitur בְּ Ps. I, 1, saepius עַל Hab. II, 1. Jer. VI, 16. Ez. XI, 23. 2 Par. XXX, 16. XXXIV, 31 (dicunt etiam עָמַד עַל רַגְלָיו Ez. II, 1. Zach. XII, 12), sed עָמַד עַל est praeterea: stare *apud* aliquem LXX. παρίστημι (vide ad עַל praep. A no. 3, a), assistere ad aliquem (herzutreten zu jem.) 2 Sam. I, 9. 10, et translate

a) *adesse* (assistere) alicui, jem. beistehn, eum *tueri, defendere* (cf. עַל A, no. 2, b) Dan. XII, 1: *Michaël* יַעֲמֹד עַל בְּנֵי עַמֶּךָ *qui tuetur filios populi tui.* Esth. VIII, 11: נֶעֱמַד עַל נַפְשָׁם IX, 16 (cf. קוּם Ps. XCIV, 16); b) *praecesse* alicui Num. VII, 2; c) *confidere* alicui rei (i. q. syr. ܣܡܟ) Ezech. XXXIII, 26. — Sq. לִפְנֵי (semel אֶת־פְּנֵי 1 Reg. XII, 6, ubi 2 Par. X, 6 לְפָנֵי) *stetit coram* aliquo Gen. XVIII, 22, sed plerumque hoc idem est quod *serviit, ministravit* ei, ut regi vel duci Deut. I, 38. 1 Reg. I, 28. X, 8. Dan. I, 5. Jer. LII, 12 (cf. עָמַד הַחֵיל חַמָּלָה Dan. I, 4), Jovae, quod sacerdotum Levitarumque est Deut. X, 8. Ind. XX, 28, cf. Ps. CXXXIV, 1, et prophetarum 1 Reg. XVII, 1. XVIII, 15. 2 Reg. V, 16. Jer. XV, 19, it. ministerium adiit (in Dienst treten) Gen. XLI, 46. Semel עִ׳ לְפָנֵי ad *coitum* refertur Lev. XVIII, 23.

2) *stetit* pro *perstitit, constitit* (bestehn, stehen bleiben), opp. cecidit, interiit. Eccl. I, 4: הָאָרֶץ לָעוֹלָם עֹמָדֶת *terra perstat in aeternum.* Ps. CII, 27: *coeli intereunt* אַתָּה תַעֲמֹד *tu* (Deus) *perstas.* XXXIII, 11: *decretum Jovae perstat in aeternum.* XIX, 10. CXI, 3. — Exod. XVIII, 23: *si ita facies* ... וְכֹל הַמָּקוֹם הַזֶּה יָבוֹא עַל מְקוֹמוֹ תֵּלֵךְ וְגַם כָּל הָעָם הַזֶּה עַל מְקוֹמוֹ יָבוֹא בְשָׁלוֹם *poteris constare* (opp. labore consumeris Comm. 18). Am. II, 15: תִּשַּׂח הַמֶּשֶׁת לֹא יַעֲמֹד *arcitenens non consistit*, sed fugiet. Hos. X, 9 (ubi est: non perierunt), inde: *in vivis mansit* (opp. mori) Ex. XXI, 21, *perduravit* Jer. XXXII, 14. עָמַד בַּמִּלְחָמָה perstitit in proelio Ez. XIII, 5. Sq. לִפְנֵי *perstitit coram* aliquo, *restitit ei.* Ps. LXXVI, 8: מִי יַעֲמֹד לְפָנֶיךָ *quis resistet tibi?* CXXX, 3. CXLVII, 17. Nah. I, 6. Dan. VIII, 7. Prov. XXVII, 4, rarius sq. בְּפָנָיו Jos. XXI, 42. XXIII, 9. Esth. IX, 2, נֶגֶד Eccl. IV, 12, בִּן Dan. XI, 8, simpl. ib. XI, 25. 32. Sq. ב *perstitit, perseveravit* in aliqua re 2 Reg. XXIII, 3: וַיַּעֲמֹד בְּכָל־הַעָם בַּבְּרִית. Eccl. VIII, 3: אַל תַּעֲמֹד בְּדָבָר רָע. Jes. XLVII, 12, semel sq. acc. Ez. XVII, 14: לְשָׁמְרוֹ אֶת־בְּרִיתוֹ לַעֲמֹד בָּהּ *ad servandum foedus et persistendum in eo.* LXX. ἱστάναι αὐτήν. Cf. etiam Esth. III, 4: הֲיַעַמְדוּ דִּבְרֵי מָרְדְּכַי כִּי הִגִּיד לָהֶם אֲשֶׁר הוּא יְהוּדִי *num persisteret agendi ratio Mardochaei* i. e. num persisteret Mardochaeus in sic agendo.

3) *substitit* (stehen bleiben, stillstehn), cui opp. abiit, perrexit iter. 1 Sam. XX, 38: *festina* אַל תַּעֲמֹד *ne subsiste.* Gen. XIX, 17. XLV, 9. Jer. IV, 6. De rebus inanimatis, ut de sole cursum inhibente Jos. X, 13, de oleo non amplius manante 2 Reg. IV, 6, de mari nunc pacato Jon. I, 15. Inde a) *mansit* in aliquo loco 2 Reg. XV, 20 (sq. ב) vel *opud* aliquem (sq. אֵת, עַל Gen. XLV, 1. 2 Sam. XX, 11), absol. Ex. IX, 28: לֹא תוֹסִיפוּן לַעֲמֹד *non amplius manebitis*, it. de rebus Dan. X, 17: לֹא יַעֲמֹד בִּי כֹחַ *nil virium mansit* relictum est *in me.* Jer. XLVIII, 11: עָמַד טַעְמוֹ בּוֹ *mansit sapor eius in eo.* Eccl. II, 9: אַף חָכְמָתִי עָמְדָה לִי *etiam sapientia mea mihi mansit* relicta est. Saepius: *mansit in* aliquo statu, aliqua conditione (sq. ב). Lev. XIII, 5: הִנֵּה הַנֶּגַע עָמַד *ecce macula servavit faciem suam.* Comm. 37. — b) sq. מִן: *destitit* ab aliqua re, *desiit.* Gen. XXIX, 35: וַתַּעֲמֹד מִלֶּדֶת *parere desiit.* XXX, 9.

4) *exstitit, surrexit* (*aufstehn, auftreten*) i. q. קוּם. LXX. ἀνίστημι. Lev. XIX, 16: לֹא תַעֲמֹד עַל דַּם רֵעֶךָ *ne surgas contra sanguinem proximi tui*, praeterea nonnisi in recentiore Hebraismo (et Rabbinismo, v. Buxt. p. 1622), ut de eo qui surgit ad loquendum 2 Par. XX, 5. XXIV, 20, ad auxilium ferendum Jes. XLVII, 13, de novo rege s. principe Dan. VIII, 23. XI, 2. 3. 20. Eccl. IV, 15, de eo qui a mortuis resurgit Dan. XII, 1. 13. Dicunt: salus *surgit* alicui Esth. IV, 14, bellum *surgit* i. e. exoritur 1 Par. XX, 4. Dan. XI, 31: *et copiae surgent ab eo* i. e. eo iubente. Sq. עַל surrexit *contra* aliquem Dan. VIII, 25. XI, 14. 1 Par. XXI, 1. 2 Par. XX, 23, aliquid Esr. X, 15 (cf. 16). — *Exsistere* dicitur etiam pro *adesse* (dastehen). Ps. XXXIII, 9: הוּא צִוָּה וַיֵּעָמֹד *Ille* (Deus) *iubet et exsistit* (es steht da), est, adest.

5) pass. Hiph. no. 1, a *constitutus est.* Esr. X, 14: יַעַמְדוּ־נָא שָׂרֵינוּ *constituantur praefecti nostri* i. e. constituamus praefectos nostros.

Hiph. הֶעֱמִיד 1) causat. Kal no. 1 *stare fecit, statuit, collocavit* (stellen) aliquem (aliquid Ez. XXIV, 11) in aliquo loco (sq. pro rei ratione ב, עַל, לִפְנֵי) Gen. XLVII, 7. Lev. XIV, 11. XVI, 7. XXVII, 8. 11. Num. III, 6. V, 16. 18. 30. Neh. XIII, 19. Jes. XXI, 6. Ps. XXXI, 9; inde *statuit* (aufstellen, aufrichten) v. c. statuas 2 Par. XXXIII, 19, domum 2 Par. XXIV, 13. Esr. II, 68. IX, 9, fores (die Thüren einsetzen) Neh. VI, 1. VII, 1. — Translate: *constituit*, a) ad munus, muneri praefecit (bestellen, anstellen) 1 Reg. XII, 32. 1 Par. VI, 16. XV, 16. 2 Par. XI, 22. XIX, 8. XXIX, 25. XXXI, 2. Esth. IV, 5. b) *constituit* i. q. decrevit, sq. acc. 2 Par. XXX, 5, sq. acc. et dat. pers. constituit alicui aliquid ib. XXXIII, 8. (2 Reg. XXI, 8 pro eo est נָתַן). Ps. XXX, 8: הַעֲמַדְתָּה לְהַרְרִי עֹז. CV, 10: וַיַּעֲמִידֶהָ לְיַעֲקֹב לְחֹק, sq. עַל pers. Neh. X, 33: וְהָעֲמָדְנוּ עָלֵינוּ מִצְוֹת.

2) causat. Kal no. 2 fecit ut aliquid perstaret, consisteret i. e. *stabilivit, conservavit.* 1 Reg. XV, 4. 2 Par. IX, 8. Prov. XXIX, 4; *vivum servavit* aliquem Ex. IX, 16; translate *confirmavit* i. q. קוּם 1 Par. XXXV, 2. Dan. XI, 14: לְהַעֲמִיד חָזוֹן *ad confirmandum* (eventu comprobandam) *visionem.*

3) causat. Kal no. 3 *subsistere fecit* 2 Reg. VIII, 11: וַיַּעֲמֵד אֶת־פָּנָיו *et fixit obtutum suum*, intrans. *substitit* i. q. Kal 2 Par. XVIII, 34 (ubi 1 Reg. XXII, 35 ponitur Hophal).

4) causat. Kal no. 4 *surgere fecit* Ioh. XXXIV, 24, *excitavit*, ut prophetam Neh. VI, 7, copias Dan. XI, 11. 13, ventum Ps. CVII, 25.

Hoph. statutus, collocatus est Lev. XVI, 10, *mansit* 1 Reg. XXII, 35.

II. עָמַד *hap. legom.* incertae auctoritatis Ezech. XXIX, 7: וְהַעֲמַדְתָּ לָהֶם כָּל־מָתְנָיִם, quod manifesto dictum est pro וְהַמַּדְתָּ וגו׳ *et vocillare fecisti omnes lumbos eorum*, cf. Ps. LXIX, 24. LXX. συνέκλασας. Vulg.

dissolvisti. Pesch. concussisti. Sed utrum litterae ex certo quodam linguae usu, an hoc solo loco ex sermonis vitio quodam sint transpositae, non definio. Videtur tamen haec etiam forma innumeris Ezechielis prophetae sive licentiis sive barbarismis annumeranda esse.

עָמָד praep. i. q. עִם, cum solo 1 pers. suffixo obvia: עִמָּדִי i. q. עִמִּי *mecum* Gen. XXI, 23. XXXI, 5, *apud me* XXIX, 19. 27. Alia exempla vide sub עִם rad. עָמַם. Sed nil necessitudinis est huic vc. cum rad. עָמַד stetit, pertinet illud potius ad rad. inusit. עמד = ענד ligavit, coniunxit, et respondet arabico عَنَدَ.

עֶמֶד vel עֲמֶד, nonnisi c. suff. עָמְדִי (Daleth raphato) recentioris Hebraismi vc. i. q. מָקוֹם, *locus* quo aliquis *stat* Dan. VIII, 17. 18. X, 11. Neh. VIII, 7. IX, 3. XIII, 11. 2 Par. XXX, 16. XXXIV, 31. XXXV, 10.

עָמָדָה f. *statio*, *domicilium* Mich. I, 11.

עַמּוּד m. 1) *columna* (arab. عَمُودٌ, عَمُدٌ, عِمَادٌ, عِمَدٌ, aeth. ዐምድ: syr. ܥܡܘܕܐ id.). Exod. XXVI, 32 XXVII, 10. 17. XXXVIII, 10 sqq. Iud. XVI, 25. 26. 1 Reg. VII, 2 sq. Cant. III, 10. V, 15. Prov. IX, 1 al. עַמּוּד הֶעָנָן columna nubis Ex. XXXIII, 9. 10, et עַמּוּד הָאֵשׁ columna ignis XIII, 22. De columnis coeli (montibus altissimis) Iob. XXVI, 11, terrae i. e. quibus terra superstructa fingitur Iob. IX, 6. Ps. LXXV, 4 (cf. Senec. quaest. nat. 6, 20). — 2) *suggestus* 2 Reg. XI, 14. XXIII, 3.

מַעֲמָד m. *statio*, inde *munus* (Posten) 1 Reg. X, 5. 1 Par. XXIII, 28. 2 Par. IX, 4. XXXV, 15. Jes. XXII, 19.

מְעָמָד m. locus quo consistitur, *fundamentum*. Ps. LXIX, 3: אֵין מָעָמָד *non est fundamentum*. LXX. ὑπόστασις, et ita Targ. Pesch.

עֲמִיתָה rad. in verbo inusit. *societatis* et *communionis* vim habens i. q. עִמּוּ. Inde

Hiph. 1) i. q. Kal no. 1. *laborem dedit* alicui, *occupavit* aliquem. Eccl. V, 19: *non meminit homo dierum vitae suae* i. e. brevitatis vitae, כִּי הָאֱלֹהִים מַעֲנֶה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ *nam Deus occupat* eum *gaudio cordis sui*, LXX. *περισπᾷ αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ καρδίας αὐτοῦ*. Prius interpretabar: *nam Deus exaudit* eum *gaudio cordis sui* i. e. ei largitus est gaudium (cf. ad no. I, 3, a extr.), sed illud contextui accommodatius est. — 2) i. q. Pi. *depressit*. Huc referenda videntur haec exempla. 1 Reg. VIII, 35: כִּי תְעַנֵּם *ubi deprimis eos*. 2 Par. VI, 26. Ps. LV, 20: יִשְׁמַע אֵל וַיְעַנֵּם *audiet Deus* preces meas *et affliget eos*.

Hithp. 1) pass. *oppressus, afflictus est* 1 Reg. II, 26. Ps. CVII, 17. — 2) reflex. *submisit se*, sq. תַּחַת וְיַד Gen. XVI, 9, לִפְנֵי יְיָ Dan. X, 12. Esr. VIII, 21. (Syr. ܐܬܥܢܝ ܒܨܘܡܐ subiecit se ieiunio 1 Cor. VII, 5).

Fuerunt nuper (v. Manrer ad Ps. XXXV, 13), qui duas radd. (I. II) ita conciliarent, ut utriusque primam potestatem facerent *obviam ire, obvenire* i. q. אָנָה, unde a) respondit, b) casus adversos expertus est, afflictus est. Sed tum mihi non persuadeo, primam potestatem verborum אָנָה, عنى, عنا et غنى ut fortius prolatorum (cf. gr. §. 30, p. 66. 67) quaerendam esse in radice אָנָה, quae et lenioris pronunciationis et insuper rarissimi usus est; tum varios verbi Hebraei usus ad *respondendi* et *casus adversi* significationes vix revocabis. Nam *canendi clamandique* potestatem (no. I, 1) non secundariam esse et a *respondendo* ductam (pr. alternis canere), sed primariam, vel linguae Hebraeae usus docet quo de supra, v. Ex. XXXII, 18, accedit quod primaria eaque fortior graviorque significatio plerumque in Piël servata (v. Lgb. p. 242) et durioribus litteris (غنى) expressa esse solet. Et minus etiam *laborandi agendique* usum in verbo עָנָה no. II, 1 et nomine עֹנֶן ex *adversi* notione derivabis. Itaque in vulgari ratione, qua עָנָה ut verbum proprie לֹא ab illo ut לֵא distinguitur, acquiescere placuit.

I. עָנָה vel **עָנֶה** pl. עֲנוֹ part. עָנֶה plur. עֹנִים chald. i. q. hebr. no. I, 1) *orsus est* loqui, saepe hoc nexu Dan. II, 20: עָנֵה דָנִיֵּאל וְאָמַר *orsus est Daniel et dixit*. 15. III, 9. 14. 19. 24. 26. 28. IV, 16. 27. V, 7. 10. 13. VI, 17. 21. VII, 2. — 2) *respondit* Dan. II, 5. 7. 8. 10. 26. III, 16. 25. VI, 13. 14. Duobus verbis ita copulatis (עָנֵה וְאָמַר / additur לְ pers. II, 15. III, 9, et קֳדָם VI, 14, et utrumque etiam omisso אָמַר, לְ II, 47, קֳדָם II, 10. 27. (In Targg. haec radix rarior est, solentque hi interpretes hebr. עָנָה reddere verbo אָתִיב).

II. עָנָה chald. *afflictus est* i. q. hebr. no. II, 2. Part. עָנֵה pl. עֲנִין *afflicti* Dan. IV, 24. (In Targ. עָנִי, pl. עֲנִיִּין id.).

עָנָה n. pr. 1) filii Seïr et gentis Edomiticae ab eo oriundae, Gen. XXXVI, 20. 29. — 2) filii Zibeonis et nepotis Seïr Gen. XXXVI, 2. 14. 24. [V. 2. 14 quidem *Ana* filia Zibeonis appellatur in contextu vulgari, sed *filium* (בֵּן) legendum esse cum Sam. et LXX. apparet ex V. 24].

עָנִי sing. Num. XII, 3 (ubi in Keri est עָנְיִי) pl. עֲנִיִּים csr. עָנְיֵי adj. *afflictus, miser*, sed ubique addita notione animi pii, *mansueti*, et modesti, qui iniuriam ferre mavult quam inferre (cf. prae ceteris Ps. XXV, 9. XXXVII, 11. LXIX, 33) et propterea Deum propitium habet Ps. X, 17. XXII, 27. XXXIV, 3. CXLVII, 6. CXLIX, 4. Jes. XXIX, 19. LXI, 1. Am. II, 7, עֲנִיֵּי הָאָרֶץ Ps. LXXVI, 10. Jes. XI, 4. Zeph. II, 3. Quinque locis (Ps. IX, 13. X, 12. Prov. III, 34. XIV, 21. XVI, 19, cf. Mas. ad Ps. IX, 13) in textu est עֲנִיִּים, ubi in margine עֲנָיִים, contra bis (Jes. XXXII, 7. Ps. IX, 19) in textu scribitur עֲנָיִים, ubi in margine est עֲנִיִּים. Sola *mansuetudinis* significatione legitur Num. XII, 3. LXX. *πραΰς*. Vulg. mitissimus, non bene Luth. geplagt. Cf. de huius vocis notione, quae in ethica V. T.

doctrina magni momenti est (opp. זֵד), de Wette Beitrag z. Charakteristik des Hebraismus, Studien von Daub und Creuzer III, p. 241 sqq. 262. 310, et de loco Num. XII, 3 Hengstenberg üb. den Pentat. II. p. 000. LXX. πραεῖς, ταπεινοί, aliquoties πτωχοί, πένητες, quo vulgo reddunt עֲנִיִּים. Vulg. plerumque *mansueti*. (Respondet chald. עְנָוָן, עְנָוָתָן, syr. ܥܲܢܵܘܬܵܐ, quod lex. Adl. explicat: متعبد لله تاسك زاهد دين بذيل, quae synonyma cuncta *pium Dei cultorem* significant; in Pesch. legitur Iob. XXXIV, 28, ubi in Polygl. his vocalibus scriptum est ܥܲܢܘܼܬܵܐ, et ab Arabe redditur الطاهر. Abstr. ܥܲܢܵܘܘܼܬܵܐ Sir. X, 31 ponitur pro πραότης, et eodem sensu Assem. I p. 28).

עֲנָוָה pr. f. vocis עָנִי (neutr. et abstr.) 1) *animus demissus, modestia*, Prov. XV, 33. XVIII, 12. XXII, 4. Zeph. II, 3. — 2) ubi Deo tribuitur, *mansuetudo, clementia*, Ps. XVIII, 36 (ubi 2 Sam. עֲנוּתֶךָ). Kimchi: שפלות רוח. Rabbini dicunt ענוה זאבית mansuetudo lupina i. e. simulata, praeterea עֲנָוָתָנוּתָא mansuetudo, humilitas).

עֲנוָה f. i. q. antecedens no. 2. Ps. XLV, 5 (de rege). LXX. πραΰτης.

עֳנוּת f. *afflictio, miseria*. (Syr. ܥܲܢܘܼܬܵܐ inopia, it. πραότης v. sub עָנָה). Ps. XXII, 25: לֹא שִׁקַּץ עֳנוּת עָנִי *non aversatur miseriam miseri*. LXX. Vulg. Targ. reddunt *clamorem miseri* (cf. עָנָה no. I, 1), sed tum parum credibile est, duo eiusdem verbi derivata significatione diversa accepta esse, tum עָנָה no. I, 1 nunquam de clamore et *eiulatu* miseri usurpatur, ut idem sit quod צַעֲקַת עֲנִיִּים Iob. XXXIV, 28. (Chald. עֲנוּתָא afflictio).

עָנִי f. עֲנִיָּה (Jes. X, 30) pl. עֲנִיִּים cstr. עָנְיֵי adj. *afflictus, miser*, quaecunque miseriae causa est, sive paupertas (v. infra), sive impiorum oppressio, persecutiones et rapinae (Jes. III, 14. 15. X, 2. Iob. XXXVI, 6. Ps. XII, 6), sive solitudo et inopia (verlassene Lage) velut orphani, exulis et peregrini (Lev. XIX, 10. XXIII, 22. Jes. LVIII, 7. Ps. XXV, 16. Zach. VII, 10), sive bella et hostium vexationes (Jes. XIV, 32): passim adiuncta innocentiae et pietatis (Ps. XXII, 25. XXXIV, 7. XXXV, 10), neque non mansuetudinis notione (Ps. XVIII, 28, ubi opponitur superbo, Jes. LXVI, 2, ubi copulatur cum נִכֵּה רוּחַ), licet hoc significatu crebrius ponant עָנָו (q. v.), inde spec. 1) *pauper, egenus* Deut. XXIV, 12. 14. 15. Iob. XXIV, 9. Prov. XXXI, 20. b) *mansuetus, mitis, modestus* Zach. IX, 9 (LXX. πραΰς). Pro vario usu copulatur cum variis synonymis: עָנִי וְאֶבְיוֹן Ps. XXXVII, 14. XL, 18. LXX, 6. LXXIV, 21. LXXXVI, 1. CIX, 22. Iob. XXIV, 14, עָנִי וְרָשׁ Ps. LXXXII, 3, עָנִי וְרָזֵל Zeph. III, 12, cf. Jes. XXVI, 6, עָנִי וְדַל Ps. XXV, 16, עָנִי וְגֵר Lev. XIX, 10. XXIII, 22, עָנִי וְאֶבְיוֹן Ps. LXIX, 30, עֲנִיִּים מְרוּדִים Jes. LVIII, 7. — In sing. non raro ponitur collect. Ps. X, 2. 9. XIV, 6. Sq. genit. dicunt עָנְיֵי דַמִּים Ps. LXXII, 4. Jes. X, 2. XIV, 32, it. *pauperes* alic. i. e. cives eius pauperes Deut. XV, 11, עָנְיֵי יְיָ miseri qui Jovam patrem habent et ab eo auxilium expectant Ps. LXXIV, 19. Jes. XLIX, 13. (Chald. עֲנִי, עֲנְיָא id.) LXX plerisque locis πτωχός, πένης, nonnunquam ταπεινός, πραΰς (Zach. IX, 9. Jes. XXVI, 6).

עֳנִי in Pausa עֹנִי c. suff. עָנְיִי m. *afflictio, miseria*, cuiuscunque generis, tum singulorum hominum tum populorum (Exod. III, 7. 17. IV, 31. 2 Reg. XIV, 26. Ps. XLIV, 25), sive potentiorum et inimicorum oppressione (Gen. XVI, 11. XXXI, 42. Ps. IX, 14), sive calamitatibus a Deo immissis (Iob. X, 15. XXX, 16. 27. XXXVI, 8), sive alia qualicunque causa (1 Sam. I, 11) orta. Ps. IX, 14. XXV, 18. XXXI, 8. CVII, 41. CXIX, 50. 92. 153. Thren. I, 7. 9. III, 19 al. בְּגִדֵי עָנְיָי i. q. בִּגְדֵי עֳנִיִּים Prov. XXXI, 5. לֶחֶם עֳנִי panis miseriae Deut. XVI, 3 de pane azymo feriis paschalibus comedi solito. — LXX plerisque locis πτωχεία, ταπείνωσις, passim κάκωσις.

עָנִי (pro מְעֻנֶּה depressus) n. pr. viri 1 Par. XV, 18. 20. Neh. XII, 9.

עֲנִיָּה (quem Jehova exaudivit) n. pr. viri Neh. VIII, 4. X, 23.

עָנִין Num. XII, 3 Keri pro עָנִי in Chethibh *mansuetus*. Secuti videntur Masoretae analogiam suffixi pl. 3 pers. sing., in quo Keri persaepe habet ־וֹן, ubi Chethibh ־וּן (v. Hilleri arc. Keri et Kethibh p. 46 sqq.): sed temere et contra naturam huius nominis verbalis (formae קָטָל, שָׁלָו).

עָנָן m. vox in solo Ecclesiaste obvia 1) *labor* Eccl. III, 10 (a rad. no. II, 1), inde *negotium* Eccl. II, 26. I, 13: עִנְיַן רָע *negotium malum*, tale nimirum, in quo non multum proficitur. — 2) *res* Eccl. IV, 8: עִנְיַן רָע *res mala*. V, 2: רֹב עִנְיָן *multum rei*, nostr. viel Wesens (in altero membro: רֹב דְּבָרִים viel Redens). V, 13: בְּעִנְיַן רָע *re* (quadam) *adversa*, malo casu. II, 23: כַּעַס עִנְיָנוֹ *aegritudo* est *res eius*, pars eius. VIII, 16. (In Targg. id. sed raro, apud Rabbinos *res, ens*, it. sensus, significatus). LXX. περισπασμός pr. distractio (Zerstreuung), dein occupatio.

עָנָת (auditio, preces ratae, a rad. no. I ad formam מָנָה a rad. מָנָה) n. pr. viri, patris Samgar iudicis Iud. III, 31. V, 6.

עֲנָתוֹת (preces ratae, ת littera servili servata, v. Lgb. p. 528), n. pr. 1) oppidi sacerdotum (Jos. XXI, 18. 1 Reg. II, 26. 1 Par. VI, 45) in agro Benjaminitarum (Jos. l. c. Neh. XI, 32), quod tribus milliaribus (Hieron. ad Jer. I, 1, viginti tantum stadiis teste Josepho Ant. 10, 7, 3) ab Hierosolymis aberat septentrionem versus, Jeremiae prophetae patria Jer. I, 1. XI, 21. 23. XXXII, 7. 9, hodieque عناتا, v. Scholz Reise p. 268 (qui ex tabulis Turcicis profecit). Robinson, Zeitschr. f. Kunde d. Morgenlandes II, 354. N. gentil. עֲנָתֹתִי 2 Sam.

XXIII, 27. Jer. XXIX, 27. — 2) virorum a) 1 Par. VII, 8. b) Neh. X, 20.

עַנְתֹתִיָּה (preces ratae apud Jovam) n. pr. viri 1 Par. VIII, 24.

מַעַן (pro מַעֲנָה) pr. subst. consilium, propositum, a rad. no. I, 4, ubique abiit in particulam ac 1) in praep. *propter*, sed raro Ez. V, 9: מִכֹּל־תּוֹעֲבוֹתַיִךְ. Hagg. I, 9. Saepius sq. inf. Jes. XXX, 12: יַעַן מָאָסְכֶם propter repudiare vestrum i. e. *quia repudiatis*. XXXVII, 29. Jer. VII, 13. XXIII, 38. XLVIII, 7. Ez. V, 7. XIII, 8. 22. XVI, 36. XXI, 29. XXII, 19. XXV, 3 al. Inde 2) יַעַן אֲשֶׁר conj. *eo quod*, *quia*, sq. pract. Gen. XXII, 16: יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *quia fecisti hanc rem*. Deut. I, 36. Jos. XIV, 14. Iud. II, 20. 1 Sam. XXX, 22. 1 Reg. III, 11. VIII, 18. XI, 11. 33. XIV, 7. 15. XVI, 2. XX, 28. 36. Jer. XIX, 4. XXV, 8. XXIX, 23. 25. 31. XXXV, 18 al., rarius יַעַן כִּי id. Num. XI, 20. 1 Reg. XIII, 21. XXI, 29. Jes. III, 16. VII, 5 (in epitasi יָעַן, וְיָעַן Jes. VIII, 6. 7. XXIX, 13. 14), sed persaepe omissa particula relativa יַעַן sq. pract. Num. XX, 12: יַעַן לֹא הֶאֱמַנְתֶּם בִּי *eo quod non credidistis in me*. 1 Reg. XX, 42. 2 Reg. XXII, 19. Jes. LXI, 1. LXV, 12. LXVI, 4. Jer. XXXV, 17. Ez. V, 11. XV, 8. XX, 16. 24. XXIII, 35. XXIV, 13 al. Sq. fut. יַעַן אֲשֶׁר est *ut* Ez. XII, 12. Ter per emphasin geminatur יַעַן וּבְיַעַן *quia et quia*, propterea quod (q. d. sintemal und alldieweil) Lev. XXVI, 43. Ez. XIII, 10, et sine copula יַעַן בְּיַעַן ib. XXXVI, 3.

יַעַן, יַעֲנָה v. s. rad. יָעַן.

מַעֲנָה m. (a rad. no. I, 3) 1) *responsio*, *responsum* Iob. XXXII, 3. 5. Prov. XV, 1. 23, inde a) *exauditio*, *admissio precum* Prov. XVI, 1. b) *contradictio*, *refutatio* Iob. XXXII, 3. 5. — 2) *consilium*, *finis* (unde decurtatum מַעַן), a rad. no. I, 4. Prov. XVI, 4: כֹּל פָּעַל יְהוָה לַמַּעֲנֵהוּ *omnia fecit Jova suum in finem*.

מַעַן (pro מַעֲנָה no. 2) pr. subst. consilium, propositum, c. praef. ל: לְמַעַן c. Suff. לְמַעֲנִי, לְמַעַנְךָ, לְמַעֲנָם ubique abit in particulam

A) praep. *propter* 1) de causa, qua quis movetur. Ps. XLVIII, 12: *gaudet mons Zion* .... לְמַעַן מִשְׁפָּטֶיךָ *propter iudicia tua*. XCVII, 8. CXXII, 8. Saepe Deus aliquid fecisse dicitur לְמַעַן דָּוִד עַבְדּוֹ propter Davidem servum suum, i. e. propter memoriam huius viri et promissiones ei datas Jes. XXXVII, 35. 2 Reg. VIII, 19. XIX, 34 cf. Ps. CXXXII, 10. לְמַעַן חַסְדּוֹ propter benignitatem suam i. e. pro ea, qua est, benignitate Ps. VI, 5. XXV, 7. XLIV, 27 (in eandem sententiam dicitur בְּחַסְדֶּךָ Ps. XXV, 7. LI, 3. CIX, 26), לְמַעַן שְׁמוֹ pro nomine suo, i. e. ut respondeat nomini suo, prout exspectare iubet nomen s. existimatio eius (existimatur autem Deus benignus esse, ut bene Winerus) Ps. XXIII, 3. XXV, 11. XXXI, 4. Haec huius formulae sententia luculenter apparet ex his Ps. CIX, 21: עֲשֵׂה אִתִּי לְמַעַן שְׁמֶךָ כִּי טוֹב חַסְדְּךָ *age mecum*, *prout iubet nomen tuum*, *nam eximia est benignitas tua*. CXLIII, 11: לְמַעַן שִׁמְךָ יְיָ תְּחַיֵּנִי בְּצִדְקָתְךָ וְגוֹ' *pro nomine tuo*, *Jehova*, *serva me vivum*, *secundum iustitiam* s. benignitatem *tuam* cet. Sed alium tamen eiusdem formulae usum vide no. 2. — לְמַעַן צִדְקוֹ (Deus) pro iustitia sua Jes. XLII, 21.

2) de consilio et fine, quem quis spectat. לְמַעַנְכֶם propter vos i. e. propter salutem vestram, in vestrum commodum Jes. XLIII, 14, cf. XLV, 4. LXIII, 17. לְמַעֲנִי propter me, mea causa i. e. ad nomen meum tuendum Jes. XLIII, 25. XLVIII, 11, in quam sententiam explicatius dicitur: תִּתְהַלָּתִי (לְמַעַן) — לְמַעַן שְׁמִי propter nomen meum — et gloriam meam Jes. XLVIII, 9, cf. לְמַעַן שִׁמְךָ Ps. LXXIX, 9, quod statim declaratur: עַל דְּבַר כְּבוֹד שְׁמֶךָ *propter gloriam nominis tui*, et CVI, 8: לְמַעַן שְׁמוֹ לְהוֹדִיעַ אֶת־גְּבוּרָתוֹ *propter nomen suum*, *ad monstrandam potentiam suam*. Alia ratio est huius formulae 1 Reg. VIII, 41: *peregrinus*, *qui venit ex terra longinqua* לְמַעַן שִׁמְךָ *nominis tui causa* i. e. ad gloriam tuam videndam. — Passim in Psalmis Deus aliquid facere dicitur vel rogatur *propter inimicos suos* Ps. VIII, 3, vel *propter inimicos poëtae* Ps. V, 9. XXVII, 11. LXIX, 19 i. e. ut hi pudefiant q. d. לְמַעַן יֵבֹשׁוּ. — Sq. inf. *eo consilio ut*. Gen. XXXVII, 22. L, 20. Ex. I, 11. IX, 16. X, 1. Deut. XXIX, 18. Am. II, 7. Jer. VII, 10. XLIV, 8. In nonnullis exemplis interpretes לְמַעַן de eventu, quam de consilio, intelligere maluerunt, vertentes: *ita* (i. e. eo eventu) *ut*, quo admisso sententiae nervus temere infringitur. Ubique enim consilii propositi notio subest, Am. l. c. *pater et filius eandem adeunt puellam* (*meretricem*) לְמַעַן חַלֵּל אֶת־שֵׁם קָדְשִׁי *ut profanent nomen meum sanctum*, hae nimirum peccandi atrocitate et procacitate poenam divinam consulto quasi provocant s. ut proverbio hebraeo utamur, funibus peccati attrahunt poenam (Jes. V, 18). Cf. litt. B et quae disputavit Fritzschius de part. כִּי. ad Mtth. p. 837.

B) לְמַעַן אֲשֶׁר Gen. XVIII, 19. Lev. XVII, 5. Num. XVII, 5. Deut. XX, 18. XXVII, 3. Jos. III, 4. 2 Sam. XIII, 5 cet. et omisso אֲשֶׁר: לְמַעַן Conj. *eo consilio ut*, sq. fut. Gen. XXVII, 25. Ex. IV, 5. VIII, 6. 18. IX, 29. XI, 7. XIII, 9. XVI, 4. 32. XX, 12. XXIII, 12. XXXIII, 13. Jes. V, 19. XXIII, 16. XLI, 20. XLIII, 10. XLIV, 9. XLV, 3. Ps. IX, 15. LXXVIII, 6. Iob. XIX, 29. XL, 8 et sic in omnibus aliis exemplis. Apponimus nonnulla, in quibus haesitatum est ab interpretibus. Gen. XVIII, 19: כִּי יְדַעְתִּיו *nam eum* (Abrahamum) לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה *elegi*, *ut iubeat* cet., v. יָדַע no. 1, a. Jes. LXVI, 10: *laetamini cum Hierosolymis* לְמַעַן תֵּינְקוּ וְשְׂבַעְתֶּם *ut sugetis ad satietatem* cet. Sententia est: declarate vos laetari cum Hierosolymis, ut in laetitiae et abundantiae ipsius societatem admittamini. Hos. VIII, 4: *faciunt sibi idola*, לְמַעַן יִכָּרֵת *ut deleantur*, in perniciem suam proni qs. ruunt. Ps. XXX, 12: *in choream vertisti querelam meam* .... 13: *ut te extollat cor meum*, hoc enim egisse dicitur numen. Jes. XXVIII, 13. XXXVI, 12. XLIV, 9. Jer. XXVII, 15,

ubi male nonnulli לַעֲנֹת de eventu intelligunt, v. paulo superius litt. A. extr. *Τελικῶς* etiam accipienda verba Ps. LI, 6: *in te solum peccavi* ..... לְמַעַן תִּצְדַּק בְּדָבְרֶךָ *ut iustus sis in decreto tuo*, eum in finem peccavi, ut illustraretur iustitia tua.

מַעֲנָה f. *sulcus*, a subigendo terram (v. rad. no. II, 1). Plur. מַעֲנוֹת Ps. CXXIX, 3 Chethibh. 1 Sam. XIV, 14: *et iacebant viginti viri occisi* כְּמַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה *fere in dimidio sulco iugeri. Sulcus iugeri* est sulcus iugeri in longitudinem protensus, idque dicit scriptor, multos viros in exiguo spatio occidisse. מַעֲנָה in st. absol. positum est iccirco quod plures genitivi se excipiunt. Ceterum cf. ad h. l. Lud. de Dieu Crit. s. pag. 62. Sunt, ut Kimchius, qui *sulci* significatum reperisse sibi videntur etiam in עוּרוֹתָם Hos. X, 10 Keri, quod pronunciant עוֹנוֹתָם et ducunt ab עוּנָה i. q. מַעֲנָה, v. Rosenm. ad h. l. Sed haec parum probabilia, cf. de h. l. s. v. עִין p. 1018 B.

מַעֲנִית f. id. Ps. CXXIX, 3 Keri.

תַּעֲנִית f. afflictio sui ipsius, *ieiunium* Esr. IX, 5 cf. rad. no. II, Pi. no. 2. (In Targg. et apud Rabbinos id.).

עָנַב rad. inusit. Arab. عنك alta et difficilis transitu fuit arena, it. I. V clausit portam, عَنَكٌ porta. Inde

תַּעֲנָךְ Jos. XXI, 25. 1 Par. VII, 29 et תַּעְנָךְ Jos. XVII, 11. Iud. I, 27. V, 19. 1 Reg. IV, 12, תַּעְנָךְ Jos. XII, 21 (locus arenosus, vel porta clausa) n. pr. urbis regiae Cananaeorum Jos. XII, 21, in agro Issacharitarum prope Megidduntem (v. מְגִדּוֹ p. 265) sitae Iud. V, 19, sed Manassitis, dein Levitis assignatae. Jos. XVII, 11. XXI, 25. Eusebius (Onom. v. *Θαναάχ*) eam appellat *κώμην μεγίστην*, quae tribus (quattuor s. v. *Θαναή*) milliaribus distet a Legeone.

עָנַם rad. inusit. et incerta. Arab. غنم potitus est re instar praedae, غَنَمٌ oves, grex ovium.

עֲנָמִים Gen. X, 13 (cod. Sam. עינמים LXX. *Ἐνεμετείμ, Αἰνεμετείμ*). 1 Par. I, 11 (LXX. *Ἀναμείμ*) n. pr. gentis Aegyptiacae, quae accuratius definiri non potuit, v. Bocharti Phaleg IV, 30. Michaël. spicil. I, p. 160. Mihi duo occurrerunt, quae tantis in tenebris aliquam, etsi exiguam spem lucis facerent. Unum est *BNMTC* s. Benemtc, nomen regionis in monn. aegyptiacis (Champoll. gr. 1, 150 qui reddit: „pays de Benevent"?), in quo *B* articulus esse possit (cf. פְּחַם, פִּיבֶסֶת), ita ut nomen regionis esset *Enemet*, quod prope accederet ad formam interpretis Alexandrini, qui fortasse non sine causa ει syllabam addidit. De altera coniectura, in quam incidi, ענמים fuerint *Blemmyes*, superioris Aegypti populus, aegypt. *Balmemmoúi* Champollion l'Égypte sous les Pharaons I, 256.

עַנַמֶּלֶךְ n. pr. idoli Sipparenorum 2 Reg. XVII, 31. Si prior pars vocis Semitica est, ut aperte est posterior, ענם esse potest i. q. صنم (ن et ص permutatis) statua, itaque: statua Regis i. e. Baalis s. Molochi, vel, ut volebat Hydius (de rel. vett. Persarum p. 131) i. q. غَنَمٌ oves, grex, inde *grex* stellarum *Regis*, quo nomine intelligit Cephei sidus, quod Orientalibus كوكب الفرق stellae gregis et الراعى والغنم pastor et grex appellantur. Priorem huius vocis partem habes etiam in nomine regio *Ἐνεμεσσάρ* Tob. I, 2. 13. 15. 16. Non credibilia coniicit Hitzigius (ad Jes. p. 437), cui עַנַמֶּלֶךְ esse videtur *Κρόνος rex* conflatum ex עַן tempus (a غنى „wechseln" mutari, alternare) et מֶלֶךְ: hunc enim עַן syllabae significatum nemo facile evincat, praesertim cum illa radicis غنى potestas ficta sit: accedit quod *Κρόνος* s. Saturnus Orientalium i. q. كيوان nullam cum *tempore* et *temporis deo* necessitudinem habet (cf. Comment. ad Jes. II, p. 343).

עָנִם n. pr. oppidi Issacharitarum 1 Par. VI, 58, pro quo locis parallelis Jos. XIX, 21. XXI, 29 עֵין גַּנִּים (fons horti). Non est a rad. עָנַם, sed i. q. עֲנָנִים duo fontes, ab עָנָן = עַיִן (cf. chald. עֲנָנָא i. q. עֵינָא Exod. XV extr. Jon.) et ם— forma dual. v. Lgb. p. 536. Einsdem originis videtur

עֲנִים (fontes) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 50.

עָנַן radix in Kal inusitata, cuius prima significatio ex derivatis (עָנָן nubes, et עוֹנֵן auguratus, praestigiatus est) certo colligi non potest. Arab. عَنَّ est: accidit, obvenit, *oculis obtulit se* res, unde عَنَنٌ et عِنَانٌ coeli pars conspicua, عَنَانٌ pars summa coeli utpote conspicua (opp. infimae, quae latet), it. nubium tractus, عَنَانَةٌ et عَانَةٌ nubes una. Ab eadem notione sunt qui *praestigiarum* significatum repetant (v. ad Po.). De alia coniectura (v. lex. min. quod secuti sunt Fürstius al.) עָנַן, ut affinia בָּנַן, גָּנַן, pr. est *texit*, unde et *nubium* et artium *arcanarum* potestatem apte derives, cf. עֲנָמִים nubes a rad. عمى texit, obvelavit, et עֲפָרָה nubes a עָפַר texit, it. לָטַשׁ, לָהַשׁ artes arcanae s. magicae a rad. לוּט texit.

Pi. עִנֵּן (denom. ab עָנָן) *nubes fecit* vel *collegit* Deus in coelo, Gen. IX, 14, ubi בְּעַנְנִי est pro בַּעֲנָנִי, v. gr. §. 10 not.

Po. עוֹנֵן 2 Reg. XXI, 6. 2 Par. XXXIII, 6 fut. וְיעוֹנֵן Lev. XIX, 26, part. מְעוֹנֵן pl. מְעוֹנְנִים Deut. XVIII,

10. 14. Mich. V, 11, et מ omisso עוֹנְנִים Jes. II, 6. Jer. XXVII, 9, f. עֹנְנָה Jes. LVII, 3 (possint haec quidem Kal videri, sed pro Poël est 2 Reg. XXI, 6) *auguria captavit, divinavit, hariolatus est.* Plerisque locis coniungitur cum similis significationis vocabulis et singulare quoddam divinationis genus designare videtur cum idololatria coniunctum. Lev. XIX, 26: לֹא תְנַחֲשׁוּ וְלֹא תְעוֹנְנוּ. Deut. XVIII, 10: קֹסֵם קְסָמִים מְעוֹנֵן וּמְנַחֵשׁ וּמְכַשֵּׁף, ib. 14: אֶל מְעוֹנְנִים וְאֶל קֹסְמִים יִשְׁמָעוּן. 2 Reg. XXI, 6 de Manasse rege impio: *consecravit filium suum igne* וַיְעוֹנֵן וַיְנַחֵשׁ וַיְכַשֵּׁף וַיַּעַשׂ אוֹב וְיִדְּעֹנִי. 2 Par. XXXIII, 6 (ubi post נִחֵשׁ additur וַיְכַשֵּׁף) Jer. XXVII, 9: וְאַתֶּם אַל תִּשְׁמְעוּ אֶל נְבִיאֵיכֶם וְאֶל קֹסְמֵיכֶם וְאֶל חֲלֹמֹתֵיכֶם וְאֶל עֹנְנֵיכֶם וְאֶל כַּשָּׁפֵיכֶם אֲשֶׁר הֵם אֹמְרִים אֲלֵיכֶם: nonnunquam generalius nomen esse videtur, ut Jes. II, 6: מָלְאוּ מִקֶּדֶם וְעֹנְנִים כַּפְלִשְׁתִּים (de Brentii coniectura: מִקֶּסֶם). LVII, 3. Mich. V, 11. — Ex veteribus interpretibus 1) plerique vel *divinationem* in universum vel *singulare quoddam divinationis* genus exprimunt: a) Vulg. *augurari, augures* Jes. II, 6. LVII, 3, *divinationes* Mich. l. c. Pesch. passim ܚܙܝ. Saad. in Pent. et Jes. ظَنَّ Conj. V. ominatus est. b) LXX quater *κληδονίζεσθαι, κληδονισμός* i. e. ominatio ex voce, sono, sermone (a *κληδών* i. q. *κλῆσις*), sed c) duobus aliis locis *ὀρνιθοσκοπέω* Lev. l. c. *οἰώνισμα* Jerem. l. c. d) Vulg. in Pent. et Paralipp. *observans somnia;* e) *observare tempora.* Rabbi Akiba apud Kimchium: מחשב עתים ושעות ואומר היום ושה לצאת למחר ושה ליקח *qui observat tempora et horas et dicit: hodie auspicatum est prodire, cras mercari.* Luth. *Tagewählen.* Conferunt עוֹנָה Exod. XXI, 10, quod *tempus* explicant interpretes Hebraei, et sic ex recentioribus Fullerus Miscell. I, 16. Spencer de legibb. ritual. p. 387. f) *auguria capere ex nubibus* (denom. ab עָנָן) Aben Esra ad Lev. l. c. al. Multo pauciores *incantationem* s. *fascinum* intelligunt ope oculi maligni (pers. چشم بد, ital. *occhio cattivo,* unde *indocchiatura,* angl. *the ill eye,* cf. Plin. 7, 2. Gell. IX, 14. d'Arvieux III, p. 210). Pesch. in Deut. et Parall. ܥܝܢܐ ܒܝܫܬܐ et ita Pseudojon. et Targ. Hieros. in Deut., ubi cum Elia legendum est אֲחוֹרֵי עֵינִין (Buxtorf p. 834. Mich. ad Cast. p. 25), cf. arab. عَانَ med. Je oculo maligno petiit, مُعَيِّنٌ oculo maligno tactus. — In dialectis cognatis eundem usum soli Chaldaei habent, qui in Targg. verbum retinent his formis Pe. עָנֵן Jes. II, 7, fut. תֶּעֱנוֹן al. תֵּעָנוּן Lev. l. c. Pa. עַנֵּן 2 Reg. XXI, 6, part. מְעַנֵּן Deut. XVIII, 14. Mich. V, 12, Po. מְעוֹנֵן Deut. XVIII, 10, itaque ad עָנַן (non ad עוּן) revocant, et sic cod. Sam. cum Vers. Sam., qui tribus Pentateuchi locis omisso ו exhibent ימנן (וַיְנַחֵשׁ), מענן (וּמְנַחֵשׁ). Magis dubium, num huc pertineat عَنَّ et عَنَّ impotens declaratus est a iudice, it. fascino talis factus est, nam impotentiae vis, quae h. l. primaria est, alinnde potius orta videtur. — Quibus ita disputatis ut de usu vocis in V. T. atque de etymo paucis sententiam dicamus, ante omnia hoc tenendum videtur, verbum *divinandi* et *hariolandi* potius, quam *incantandi* et *fascinandi* vim habere (ut volebat Böttcherus spec. pag. 196), licet haec saepe coniuncta esse soleant. Illam enim potestatem flagitat ex locis supra citatis Jer. XXVII, 9 cf. Deut. ll. cc., eademque nulli non loco apta est, etiam Jes. LVII, 3 (ubi mulier *hariola* non minus apta est quam *praestigiatrix*), et a plerisque interpretibus antiquis vertendo exprimitur. Quae quum ita sint, minus probabiles sunt coniecturae etymologicae, quae ad *fascini* vim ducant, licet alias non contemnendae, velut ab عَانَ oculo maligno petiit; vel ab עָנָן nubes, unde עוּן sit i. q. עָנַן nubes congregavit i. e. tempestates excitavit fascino (unde עֹנְנָה Jes. LVII, 3 responderet nostr. *Wetterhexe*) Böttch. l. c.; vel ab عَنَّ oculis apparuit, unde Pi. et Po. oculis obtulit sc. falsam speciem (jemand etwas vormachen), dein fefellit, praestigiatus est (id. ibid.): et vel in ratione supra memorata (a tegendo et artibus occultis, quod ad hariolationem et praestigias pertinet) acquiescendum vel statuendum est, verbi usum a prima significatione paullatim deflexisse.

עָנָן cstr. עֲנַן m. 1) *nubes.* De etymo vide ad rad. sub Kal. Gen. IX, 13. 14. 16. Iob. VII, 9. XXVI, 8. 9. XXXVII, 11. 15. XXXVIII, 9. Ps. XCVII, 2. CV, 39 al. יוֹם עָנָן וַעֲרָפֶל dies nubis et caliginis Joël II, 2. Zeph. I, 15. Ez. XXXIV, 12. עַמּוּד עָנָן columna nubis, v. עַמּוּד. *Nubi* comparatur exercitus copiosus Ez. XXX, 18. XXXVIII, 9, *nubes matutina* autem imaginem praebet rei cito praetereuntis Hos. VI, 4, cf. Iob. VII, 9. — 2) n. pr. viri Neh. X, 27.

עֲנָנִי pl. cstr. עֲנָנֵי chald. *nubes.* Dan. VII, 13. In Targg. saepe.

עֲנָנָה f. collect. (cf. de usu collectivo femininorum gr. §. 105, 2) *nubes* (Gewölk) Iob. III, 5. Bene Theod. *στρεφία.*

עֲנָנִי (apoc. pro עֲנָנְיָה) n. pr. viri 1 Par. III, 24.

עֲנָנְיָה (prob. *quem* vel *quod Jova tegit* i. e. tuetur al. nubes Jovae) n. pr. 1) viri Neh. III, 23, gr. *Ἀναναίας.* 2) oppidi Benjaminitarum Neh. XI, 32.

עָנַת verbum inusit., quod *tegendi* potestatem habuisse videtur, ut פָּנַת, cf. עָפַת, עוּת, max. עָפָה.

עָנָת m. *frons, ramus,* Ez. XVII, 8. 23. XXXI, 3. Mal. III, 19. Cstr. עֲנֹת עֵץ (ubi cod. Sam. עכסי עץ) Lev. XXIII, 40. Plur. cstr. עֳנָתֶיהָ Ps. LXXX, 11. (Syr. ܥܢܦܐ ramus, ܥܢܦܐ iuba. Quae Fürstius habet „arab. *anf-un* prima germina, *anif-un* ager primum germinans", nimirum أَنَفٌ et أَنِيفٌ ab h. l. aliena sunt.

עֳנָתָם c. suff. עֳנָתָם id. Ez. XXXVI, 8.

עֲנַק chald. id. Plur. c. suff. עַנְפּוֹהִי Dan. IV, 9. 11.

עָנֹק m. *ramosus* Ez. XIX, 10.

עָנַק *torque* s. *collari ornavit.* (Proficiscitur a potestate angendi, strangulandi, quam habent radd. vicinae אָנַק, חָנַק, ubi vide. Arab. عنق IV. collari cinxit canem. عُنُق collum, cervix, nostr. *Nacken*, germ. sup. die *Anke*, aeth. ΩϟΦ: collo torquem appendit). Semel translate Ps. LXXIII, 6: עֲנָקָתַמוֹ גַּאֲוָה *superbia cingit eos torquis instar* i. e. collum eorum vestit; collum enim resupinum sedes est superbiae (Iob. XV, 26).

Hiph. הֶעֱנִיק prob. *cervici* (portandum) *imposuit.* Deut. XV, 14 de servo manumittendo: הַעֲנִיק תַּעֲנִיק לוֹ *imponas ei de grege tuo* cet. LXX. Vulg. *dabis viaticum de gregibus.* Alii *donandi* significatum ita declarant, ut pr. sit *collari* inde *donis* ornavit. Quae edit. 1 huic usui adhibenda putavi „עִנֵּק sq. עַל facilem se alicui praebuit, et sam. ענק subvenit alicui, adiuvit" e Castello petita, postea partim falsa partim suspecta esse intellexi. Ac falsa quidem est glossa arabica, repetita illa a Giggeio III, 589: „عنق اليه illi se facilem praebuit." Ortum hoc ex Kamuso (II p. 1318) male et lecto et intellecto. Verba sunt: معنق ما صلب وارتفع من الارض وحوّاليه سهل ومربا i. q. מענק *est terrae pars salebrosa et eminens, si planae sunt circumiacentes partes*, it. *specula* s. *terra eminens.* Giggeius autem ex verbis وحواليه سهل exsculpsit: „ei facilem se praebuit = سهل اليه, idque ad radicem عنق retulit. Non minus suspecta est glossa Sam., quippe quae nitatur una forma ענינק, quam in lit. Damasc. legere sibi videtur Castellus et *subveniens* reddit ex coniectura.

עָנָק m. 1) *collare*, *torques* mulierum Cant. IV, 9, pl. עֲנָקִים Prov. I, 9, עֲנָקוֹת Iud. VIII, 26. Cf. rad. Arab. مَعْنَقَة torques mulierum et bestiarum.

2) עֲנָק Jos. XV, 13 semel עֲנוֹק Jos. XXI, 11 (longicollis, gigas, cf. arab. أَعْنَق longicollis, مِعْنَاق equus longo et egregio collo praeditus, عُنُق longitudo colli) n. pr. viri, filii Arbae (אַרְבַּע), qui auctor erat gentis Cananaeae ob staturae proceritatem nobilissimae (בְּנֵי עֲנָק Num. XIII, 33. Deut. IX, 2, c. art. בְּנֵי הָעֲנָק Jos. XV, 14. Iud. I, 20, יַלִּידֵי הָעֲנָק Num. XIII, 22. 28. Jos. XV, 14, בְּנֵי הָעֲנָקִים Deut. IX, 2, עֲנָקִים Deut. II, 10. 11. 21. Jos. XI, 21. 22. XIV, 12. 15), quae ante Hebraeorum invasionem in vicinia Hebronis habitaverat (Jos. XI, 21, unde Hebron קִרְיַת אַרְבַּע *urbs Arbae* gigantis), ab his vero paene exstirpata est, ita ut pauci posteri in Philistaeae urbibus superessent (v. intpp. et Criticos ad Jer. XLVII, 5 et supra p. 1045 B). Cf. בְּנֵי רָפָה et רְפָאִים. J. D. Michaëlem (suppl. p. 1934) qui *Enacitas* Troglodytas esse volebat coll. عَانِقَاء foramen murium, dudum refellit et explosit J. E. Faber, Archaeol. p. 48.

עֵנֶר 1) n. pr. (i. q. נֵעָר *ἀνήρ*?) viri Cananitae Gen. XIV, 13. 24. 2) oppidi Levitarum in agro Manassitarum 1 Par. VI, 55. Sed nil fere dubito quin h. l. reponendum sit עֵנֶךְ vel תַּעֲנָךְ q. v.

עָנַשׁ fut. יַעֲנֹשׁ *mulctavit*, *mulctam imposuit.* LXX. ζημιοῦν. (Praeterea in solo dial. rabbinica. Cogn. est chald. קְנַס. Origo vel est in *imponendo* coll. עָמַס, vel in *urgendo* coll. אָנַס, quod equidem praefero). Coniungitur sq. בְּ Prov. XVII, 26, sq. dupl. acc. mulctavit aliquem pecuniā Deut. XXII, 19. 2 Par. XXXVI, 3 (de pecuniis in bello exactis), vino Am. II, 8: יֵין עֲנוּשִׁים *vinum mulctatorum* i. e. pauperibus iniuste mulctatis extortum. Impers. Prov. XXI, 11: בְּעָנְשׁ־לֵץ *ubi mulctant irrisorem* (indices).

Niph. mulctatus est Exod. XXI, 22, gener. *poenas dedit* Prov. XXII, 3. XXVII, 12.

עֹנֶשׁ m. *mulcta*, *pecuniae* ab aliquo *exactae* 2 Reg. XXIII, 33. Prov. XIX, 19.

עָנָשׁ m. chald. id. Esr. VII, 26.

עַנְתוֹת, עֲנָתוֹת, עֲנָתְתִיָּה v. s. rad. עָנָה.

עָנַת vox incerta, nisi spuria, unde nonnulli ducunt בְּעָנָת v. p. 652 A.

עָסַס *conculcavit* Mal. III, 21, ut recte LXX. Vulg. Targ. Pesch. (Chald. עָסָא Pa. inf. עַסָּאָה conculcavit uvas, it. frenduit dentibus).

עָסִיס m. *mustum*, idque ex uvis conculcatis expressum Joël I, 5. IV, 18 (22). Am. IX, 13. Jes. XLIX, 26, ex malogranatis Cant. VIII, 2. Credneruś (ad Joël I, 5) mustum esse vult nondum fermentatum neque inebrians, diversum a תִּירוֹשׁ, sed vide Jes. l. c. כָּעָסִיס דָּגַם וְשָׁכָרוּ.

עָעַר rad. ficta, unde ducunt וַיְעַרְעֵרָהּ Jes. XV, 5, sed vide rad. עור Pilp.

עָפָה rad. innsit. Syr. ܚܦܐ florit, Aph. frondes emisit, arab. عفا *texit* herba terram, promisit pilos cameli. Origo esse videtur in tegendo, cf. עָנַק.

עָפִי pl. עֲפָאִים (pro עֲפָיִים) *frondes* arborum Ps. CIV, 12.

עָבְדִי chald. id. Dan. IV, 9. 11. 18. Syr. ܥܒܕܐ ramus, cacumen arboris, ܥܒܕܐ frons.

עָבַל in Kal inusit., pr. *tumuit*, unde עֹבֶל tumulus. Arab. عَفَلَ tumore s. hernia laboravit.

Pu. tumidus, metaph. *inflatus, superbus fuit.* Hab. II, 4. Opp. יָשָׁר planus, complanatus fuit, de animo. Vide h. rad. no. 2.

Hiph. tumide i. e. superbe, arroganter *egit.* Num. XIV, 44: וַיַּעְבִּילוּ לַעֲלוֹת וגו׳ *arroganter agentes* (i. e. dei monita negligentes) *ascenderunt.* Targ. אִסְתָּאַבוּ לְמִסַּק. Kimchi: הִגְבִּיהּוּ לֵב וְחִזְּקוּהוּ. Idem Deut. I, 43 exprimitur: וַתָּזִדוּ וַתַּעֲלוּ הָהָרָה. Inde

עֹבֶל m. 1) *tumulus, clivus*, 2 Reg. V, 24. Mich. IV, 8: עֹבֶל בַּת צִיּוֹן *clivus filiae Zionis* i. e. mons Zionis. Jes. XXXII, 14, spec. cum art. הָעֹבֶל nomen clivi in parte orientali montis Sion, qui peculiari muro cinctus erat et munitus, 2 Par. XXVII, 3. XXXIII, 14. Neh. III, 26. 27. XI, 21, *'Oqlā* Jos. bell. ind. VI, 6, §. 3, cf. 5, 6 §. 1. De situ eius vide quae disputarunt Faber in Archaeol. p. 437. Hamelsveld bibl. Geogr. II, 35. Winer Realwörterb. II, 215.

2) *tumor*, pl. עֲבָלִים (lege עֲבָלִים) Deut. XXVIII, 27. 1 Sam. V, 6 sqq. Chethibh de tumoribus ani s. mariscis haemorrhoidalibus. (Arab. عَفَلٌ tumor in ano virorum vel in pudendis mulierum, عُفْلَة id., عَفِلَ hoc morbo laboravit, عَفِلَة mulier et camela eo laborans, v. Gauh. et Cam. ap. Schroederum Origg. hebr. cap. 4. p. 54. 55. Ibn Doreid ap. H. Alb. Schultens ad Meidanii Prov. p. 23). In Keri pro eo-est טְחוֹרִים, q. v.

עָבַן rad. innsit., arab. et syr. *mucuit, putruit*, unde

עָבְנִי N. gent., semel legitur Jos. XVIII, 24, ubi הָעַפְנִי (בֶּפֶר) est oppidum Benjaminitarum.

עַפְעַפִּים *palpebrae*, v. rad. עפף.

עָפַר rad. in Kal inusitata, cuius prima potestas non certa est. Potest esse verbum coloris i. q. arab. عَفَرَ subalbus, subrubicundus est, instar arenae, capreoli, أَعْفَر adj., unde עָפָר pulvis, a colore subrubro dictus, ut אָדָמָה ab אָדֹם, עֹפֶר hinnuleus, et עֹפֶרֶת plumbum, a colore subalbo (cf. כֶּסֶף et זָהָב itidem a colore dicta). Aliis autem coloris significatus secundarius videtur (pr. color pulverulentus), primaque potestas in *comminuenda* posita, ut עָפַר et אָפַר (unde אֹפֶר cinis) sint i. q. עָרַר fregit, diffregit, comminuit, pulvis autem a comminuendo dictus (ut דָּקָא). Sed עֹפֶרֶת ad hanc originem non revocaveris.

Pi. (denom. ab עָפָר) *pulvere* (vel terrae glebis) *conspersit* (bestäuben) 2 Sam. XVI, 13.

עָפָר m. 1) *pulvis, humus sicca* (trockene Erde) Gen. II, 7. XXVI, 15 (arab. عَفَرٌ id.), it. de *luto* s. *argilla*, unde parietes fiunt (gr. κονία) Lev. XIV, 42. 45, de *aggere* (Schutt) Hab. I, 10, de *pulvere tenui*, quem capiti iniiciunt lugentes (cf. pers. خاک بر سر pulvis super capite i. e. moeror, et Morier second Journey p. 59) Jos. VII, 6. Iob. II, 12. Thren. II, 10. Ez. XXVII, 30, quem ventus abripit i. q. אָבָק Ps. XVIII, 43. מְחֻצוֹת עָפָר foramina terrae Jes. II, 19, sed עֲפַר אֶרֶץ pulvis terrae Exod. VIII, 12. 13. Jes. XL, 12. Am. II, 7. — עַל עָפָר חִתַּמְתָּם super pulvere Iob. XXXIX, 14: עַל עָפָר תְּחַמֵּם *super pulvere* arena *calefacis* ea (ova struthionis, quae arab. بَيْضُ الْعَفَصِ ova terrae appellantur), inde a) in terra, in orbe terrarum Iob. XIX, 25. XLI, 25, et in terram XXII, 24. Jes. XLVII, 1; b) in sepulcro Iob. XX, 11. XXI, 26, et sic עָפָר VII, 21. — יָרַד עָפָר descendit in pulverem i. e. in sepulcrum Ps. XXII, 30. שֹׁכְנֵי עָפָר qui habitant in pulvere i. e. mortui et sepulti Jes. XXVI, 19, יְשֵׁנֵי אַדְמַת עָפָר de iisdem Dan. XII, 2, עֲפַר מָוֶת pulvis mortis, sepulcrum Ps. XXII, 16. (Sic arab. نقع الموت Schult. mom. vet. Arabum p. 25, it. سَفْسَف, تُرْبَة, أَرْض Cor. 23, 114 de sepulcro). שׁוּב אֶל־עָפָר in pulverem reverti Gen. III, 19. Iob. X, 9, sed שׁוּב עַל עָפָר ib. XXXIV, 15, אֶל עָפְרוֹ Ps. CIV, 29, et sic cod. Sam. Gen. l. c., inde עָפָר de cadavere, quod in pulverem abiit vel abiturum est. Ps. XXX, 1: הֲיוֹדְךָ עָפָר *num celebrat te pulvis?* Eccl. XII, 8: וְיָשָׁב הֶעָפָר עַל הָאָרֶץ כְּשֶׁהָיָה. אֲכֹל עָפָר *pulverem comedit*, de serpente Gen. III, 14 (cf. ad אָכַל), *linxit pulverem* hyperb. de hominibus qui coram aliis in pulverem se prosternunt Mich. VII, 17, sed alia metaphora Thren. III, 29: *immittit os in pulverem* i. e. silens Dei auxilium exspectat. עָפָר וָאֵפֶר pulvis et cinis, formula proverbialis de humilitate et fragilitate naturae humanae Gen. XVIII, 27. cf. Ps. CIII, 14. — De multitudine dictum est Num. XXIII, 10: מִנָּה עֲפַר יַעֲקֹב *pulvis Jacobi* i. e. Jacobus, qui numerosus est instar pulveris terrae, cf. Gen. XIII, 16. — LXX. γῆ, χοῦς, χνοῦς, χῶμα, κονιορτός, κονία, semel πηλός Iob. IV, 19. — Plur. עֲפָרוֹת glebae terrae. Prov. VIII, 26: רֹאשׁ עִפְרוֹת תֵּבֵל *prima gleba orbis terrarum.* Iob. XXVIII, 6: עֲפָרוֹת זָהָב *auri glebae* in fodinis.

עֹפֶר (i. q. عَفَرٌ vitulus, hinnulus) n. pr. virorum 1) filii Midiani Gen. XXV, 4. 2) 1 Paralip. IV, 17. 3) V, 24.

עֹפֶר m. *hinnuleus* cervae, capreae, dorcadis Cant.

II, 9. 17. IV, 5. VII, 4. VIII, 14. (Arab. غُفْر et غُفَر fetus rupicaprae).

עָפְרָה (binnula) n. pr. 1) oppidi Benjaminitarum Jos. XVIII, 23. 1 Sam. XIII, 17, plene Mich. I, 10 בֵּית לְעַפְרָה (domus hinnulae). — 2) oppidi Manassitarum Iud. VI, 11. VIII, 27. IX, 5. — 3) viri 1 Par. IV, 14.

עָפְרוֹן (vitulinus) n. pr. 1) oppidi in termino agri Benjaminitici 2 Paral. XIII, 19, ubi Keri עֶפְרֵין. — 2) montis in confiniis tribuum Judae et Benjamin Jos. XV, 9. — 3) viri Hethitae Gen. XXIII, 8. XXV, 9.

עָפְרֵין (vituli duo) v. עָפְרוֹן no. 1.

עֹפֶרֶת in Pausa עֹפֶרֶת Num. XXXI, 22. Jer. VI, 29. Iob. XIX, 24 f. *plumbum*, a colore subalbo (v. ad rad.). (Sam. ⱁⱂⱆⱐ, chald. אֹפֶר, syr. ܐܘܦܪ id. Bohlenius in observv. posthumis עֹפֶרֶת *plumbum* repetit ab *Ophirae* nomine, ut *καστέιρος* ab indico *kastira*, utrumque metallum ex India primum a Phoenicibus advectum esse suspicatus: ac plumbum quidem ex Malva provincia, unde gr. *μόλιβος, μόλιβδος*, hindost. malva, siginn. mollivo). Exod. XV, 10. Ez. XXII, 18. 20. XXVII, 12. כִּכַּר עֹפֶרֶת Zach. V, 7, אֶבֶן הָעֹפֶרֶת pondus plumbeum comm. 8.

עָצַב 1) *laboravit, formavit, finxit*, v. Pi. no. 1. (Origo est in *caedendo* et *secando* coll. חָצַב, חָטַב, קָצַב. In linguis cognatis sunt significationes secundariae, ut arab. غَصِبَ iratus est, pr. doluit animo, aeth. ዐፀበ: difficilis, arduus fuit, a magno labore). Vide עֶצֶב, עֹצֶב simulacrum, עֲצָב vas fictile. — 2) *molestiis, doloribus laboravit, doluit* (cf. עָצַל, עָצָה no. II, gr. *κάμνω, πονέω*), etiam animo, et in Kal quidem trans. *dolore affecit, afflixit.* 1 Reg. I, 6. 1 Par. IV, 10. Part. pass. עֲצוּבַת רוּחַ Jes. LIV, 6. Cf. Niph. no. 2. Pi. et Hiph.

Niph. dolore affectus est, a) corporis. Eccl. X, 9: מְבַקֵּעַ אֲבָנִים יֵעָצֵב בָּהֶם *qui lapides excidit, dolore afficietur illis*, i. e. facile se laedet, vulnerabit, wer Steine bricht, thut sich wehe darau. LXX. *διαπονηθήσεται ἐν αὐτοῖς.* Pesch. ܢܬܦܠܚ ܒܗܘܢ. b) animi, *doluit, moeruit* Gen. XLV, 5. 1 Sam. XX, 3. Neh. VIII, 10. 11, sq. אֶל 1 Sam. XX, 34 et עַל 2 Sam. XIX, 3 rei, propter quam quis dolet.

Pi. 1) *formavit.* Iob. X, 8: יָדֶיךָ עִצְּבוּנִי וַיַּעֲשׂוּנִי *manus tuae formarunt et fecerunt me.* LXX. *ἔπλασάν με.* Vulg. plasmaverunt me, et ita Targ. et Pesch. — 2) *dolore affecit.* Jes. LXIII, 10. Ps. LVI, 6: כָּל הַיּוֹם דְּבָרַי יְעַצֵּבוּ *quotidie res meas affligunt.*

Hiph. 1) *coluit* idolum, a laborando (ut symn. עָבַד et פָּלַח). Jer. XLIV, 19: *num insciis maritis nostris facimus ei* (reginae coeli) *liba* לְהַעֲצִיבָהּ Vulg. *ad colendum eam.* Alii: *ad effingendam eam* reginam coeli s. lunam sc. placentis. „Solebant videlicet liba effigiem eius numinis referre, cui consecrata erant. Ita Graecorum *σελῆναι* erant placentae latae et cornutae ad speciem lunae primum apparentis efformatae, quae Lunae deae et Dianae offerebantur, v. Lakemacheri antiqu. gr. III, 1. §. 13 et Potteri Archaeol. T. I p. 513 vers. teut. Similiter Jarchi כונים להתעצבה exponit דפוסים כדמות עצובה typos expressos ad similitudinem idoli." Rosenm. — 2) i. q. Pi. no. 2. *dolore affecit* i. e. ad iram provocavit (numen) Ps. LXXVIII, 40. Huc prope accedit arab. غَضِبَ iratus est.

Hithpa. 1) *doluit* animo Gen. VI, 6. 2) *iram concepit*, v. Hiph. no. 2. ibid. XXXIV, 7.

עֲצַב chald. part. pass. עְצִיב *afflictus, dolens* Dan. VI, 21. In Targg. aliquoties ita עֲצִיב.

עֶצֶב, nonnisi pl. עֲצֵבִים cstr. עַצְבֵי m. *simulacra idolorum* (LXX. *εἴδωλα*) 1 Sam. XXXI, 9. 2 Sam. V, 21. 1 Par. X, 9. 2 Par. XXIV, 18. Ps. CVI, 36. 38. CXV, 4. CXXXV, 15. Jes. X, 11. XLVI, 1. Hos. IV, 17. VIII, 4. XIII, 2. XIV, 9. Mich. I, 7. Zach. XIII, 2.

עֹצֶב m. 1) *vas fictile*, a rad. no. 1. Jer. XXII, 28. (Sam. ⱁⱂⱆⱐ id.). — 2) *labor* isque *gravis* et *molestus.* Prov. X, 22. Pl. עֲצָבִים labores, inde עֲצַבֵּיכֶם labores vestri (sc. quos a servis exigitis) Jes. LVIII, 3 v. de h. l. ad rad. נָגַשׂ, it. labore parta Prov. V, 10. נָחָם הָעֲצָבִים panis gravi labore partus Ps. CXXVII, 2. — 3) *dolor*, ut parturientium Gen. III, 16, it. *dolor animi, ira.* Prov. XV, 1: דְּבַר עֶצֶב *verbum cum ira pronunciatum*, acerbum, asperum. Vulg. sermo durus. Aqu. *σκληρός.*

עֹצֶב m. 1) i. q. עֶצֶב *simulacrum, idolum.* Jes. XLVIII, 5: עֲצָבַי *idolum meum*, parall. פִּסְלִי וְנִסְכִּי, quare non erat quod hanc potestatem eliminatam vellet Böttch. specc. p. 53, qui et ipse male עֲצָבַי scribit pro עֲצָבַי. Ps. CXXXIX, 24: דֶּרֶךְ עֹצֶב *via* i. e. cultus *idolorum*, cf. דֶּרֶךְ no. 3, b. Sed veteres interpretes explicant *viam irae et aegritudinis*, qua populus Deum afficiat, coll. עָצַב Jes. LXIII, 10 et הָעֲצִבִים Ps. LXXVIII, 40. Kimchi: דרך דאגה והרגזה. LXX. *ὁδὸς ἀνομίας.* — 2) *labores* (Mühseligkeit) Jes. XIV, 3, *dolor*, ut parturientis 1 Par. IV, 9.

עִצָּבוֹן cstr. עִצְּבוֹן m. 1) *labor gravis* et *molestus* Gen. III, 17, plenius עִצָּבוֹן יָרִים V, 29. — 2) *labores* i. e. molestiae. Gen. III, 16: *multiplicabo* עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ *molestias tuas et graviditatem tuam* i. e. molestias quae cum graviditate tua coniunctae sunt.

עַצֶּבֶת in pausa עַצֶּבֶת Prov. X, 10, cstr. עַצְּבַת (quasi ab absol. עַצְּבָה) ib. XV, 13 pl. cstr. עַצְּבוֹת f. 1) *idolum* i. q. עֶצֶב pl. עֲצַבִּים. Ps. XVI, 4: יִרְבּוּ עַצְּבוֹתָם *multa sunt idola eorum*, ut Targ. et Symm. favente oratione contexta. Quum vero pl. f. עַצְּבוֹת duobus reliquis, quibus reperitur, locis *dolores* significet, alii etiam h. l. eam potestatem optandam censent, hac sententia: *multi sunt dolores* i. e. multae sunt poenae *eorum.* — 2) *dolor* a) corporis

Iob. IX, 28, b) animi. Ps. CXLVII, 3: מְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם *obligat dolores eorum* i. e. vulnera animi. Prov. X, 10, addito לֵב XV, 13.

מַעֲצֵבָה f. *dolor, afflictio* Jes. L, 11.

עָצַב rad. inusit. *secuit, cecidit.* Arab. عَضَبَ resecuit, cecidit arborem instrumento مِعْضَبٌ dicto. X. id. Aeth. ዐፀደ: messuit, demessuit. Cognata sunt chald. syr. sam. arab. חָצַב, יָצַב, חצב messuit, خصب amputavit arborem a spinis. Inde

מַעֲצָד m. *securis, ascia*, instrumentum, quod facit faber ferrarius Jes. XLIV, 12, quo utitur autem lignarius Jer. X, 3. LXX. ap. Jes. σκέπαρνον. Targ. חֲצִינָא. Kimchi *securem minorem* intelligit (Beil), ut distinguatur a maiore קַרְדֹּם, idque firmatur usu Talmudico Kelim c. 29: מעצר של לגיונית securis legionum i. e. bipennis, Schabb. c. 12: המכה בפטיש ובמעצר qui ferit malleo et securi, ex quo apparet, male *dolabram* reddi, qua non feritur. Arab. مِعْضَدٌ et مِعْضَادٌ instrumentum ensiforme, quo arbores caeduntur, hoc etiam: culter lanionis, quo ossa dissecat.

עָצַם 1) trans. *firmavit*, inde *clausit, compressit* oculōs. Prov. XVI, 30: לֹצֵה עֵינָיו לַחְשֹׁב תַּהְפֻּכוֹת *qui oculos claudit ad meditandum perversa*, quod hominis est maligni, ut קֹרֵץ בְּעֵינָיו VI, 13. (Aeth. ዐፀመ: clausit ianuam. Arab. غَضَمَ IV. contraxit et invicem admovit palpebras, v. de Sacy ad Har. p. 17. 427). — 2) intrans. *firmus, durus fuit.* Arab. عصى fut. I. in malam partem: rebellis, contumax fuit, q. d. stöckisch seyn. Conj. VIII. durum fuit os dactyli, عَصٌّ durus, firmus, validus fuit, cf. עָזַז et quae de eius origine observavimus p. 610.

עֶצֶה m. *spina dorsi*, Lev. III, 9: *caudam integram* לְעֶצֶת הָעֶצֶה יְסִירֶנָּה *prope spinam dorsi resecet eam.* Ita Onk. שׁוֹזְרָהָא, Arabs Erp. الشوزة. Sed Saad. reddit العصعص i. e. os coccygis s. infimam spinae vertebram. Kimchi: קצה השדרה, idque praeferendum censet Bochartus Hieroz. I, p. 497, qui et alias vocis interpretationes perstrinxit. Praeter عُصْعُصٌ cf. عَصًا os cruris, pl. عِصِيٌّ ossa alae avium. Cf. עֲצִיוֹן.

עֵץ pl. עֵצִים cstr. עֲצֵי m. 1) *arbor.* (Arab. عَصًا baculus, it. os, utrumque a firmitate et duritie, cf. gr. ὄζος ramus et ὀστέον, sanscr. *asthi*, lat. *hasta*, germ. *Ast* in quibus *st* positum est pro *ts*, *z*. Chald. עֵץ et עָא, sam. אעו, adeoque ΗΥ. Arabes de arbore frequentant شَجَرٌ, de ligno عُودٌ). Gen. II, 9. 16. III, 1. XVIII, 4. 8. XXIII, 17. Deut. XIX, 5. Jes. LXV, 22. Ps. I, 3. Iob. XIV, 7 al. עֵץ רַעֲנָן arbor viridis Deut. XII, 2, עֵץ יָבֵשׁ arbor arida Jes. LVI, 3, עֵץ שֶׁמֶן arbor olei i. e. oleaster Nehem. VIII, 15, עֵץ מַאֲכָל arbor esculenta i. e. fructibus esculentis Lev. XIX, 23. Deut. XX, 20. פְּרִי עֵץ fructus arboris Gen. I, 29. Collect. arbores Gen. I, 11. Jes. X, 19. סְבָךְ עֵץ densa arborum s. silvae Ps. LXXIV, 5. Plur. עֵצִים arbores Iud. IX, 8 sqq. 1 Reg. V, 13. Jes. VII, 2. Ps. CIV, 16 cstr. — 2) *lignum* Ex. XV, 25. Jes. XL, 20. XLIV, 19. עֵץ lignum et lapis Deut. IV, 28. עֵץ וְאֶבֶן vas ligneum Lev. XI, 32. עֵץ אֶזֶן lignum cedrinum Lev. XIV, 4 sqq. כָּל־עֵץ omne lignum i. e. omnia idola Ez. XXI, 15, cf. Jer. II, 27. Spec. de palo ligneo s. patibulo, in quo maleficus suspenditur Gen. XL, 19. Deut. XXI, 22. Jos. X, 26. Esth. II, 23. V, 14. Pl. עֲצִים ligna, quo plurali (ut lat.) utuntur de lignis in frusta caesis ad comburendum Gen. XXII, 3. 9. Lev. I, 7. IV, 12. Prov. XXVI, 20. Jes. XXX, 33 et de materia ad aedificeandum, unde עֲצֵי שִׁטִּים ligna acaciae Exod. XXV, 10. 13, עֲ׳ בְּרוֹשִׁים ligna cypressina 1 Reg. V, 24, עֲ׳ אַלְמֻגִּים ib. X, 12.

עֶצָה f. anteccedentis, collect. *ligna* i. q. עֲצִים, de materia Jer. VI, 6, de lignis odoratis (עֲצַת נֶפֶשׁ) Prov. XXVII, 9. — Aliud עֵצָה *consilium* v. s. rad. יָעַץ.

עֲצְיוֹן גֶּבֶר (i. e. spina dorsi viri, עֲצִיוֹן i. q. עֶצֶה chald. עֲצְיָא, translate de iugo asperiore montis cautibusque maritimis, ut gr. ῥάχις) n. pr. urbis maritimae in Idumaea ad maris rubri sinum Aelaniticum prope Aelanam (v. אֵילַת אֱלוֹת p. 47) sitae Num. XXXIII, 35. Deut. II, 8, in cuius portu Salomo naves exstruxit Ophiram petentes 1 Reg. IX, 26. 2 Par. VIII, 17, Josaphati autem classis naufragium fecit 1 Reg. XXII, 49. 2 Par. XX, 36. LXX. *Γασιὼν Γαβέρ*, Vulg. Asiongabar, Joseph. Ant. 8, 6, §. 4: *Λιμογγάβαρος, ἥτις Βερενίκη καλεῖται, οὐ πόρρω Αἰλαιτῶν πόλεως.* Ex Arabum scriptoribus eam memorat Makrizius apud Burckhardtum, itin. Syriae II p. 831, qui magnam pulchramque urbem عصيون appellatam olim prope Ailam sitam fuisse tradit. Rudera eius neque Burckhardtus neque alius quispiam vidit, ita ut de loco eius dubitatum sit. Quod Büschingius (Erdbeschr. V, 1 p. 620) Eziongeber ibi ponit, ubi nunc portus شرم s. شرم ad finem australem litoris occidentalis, id a re prorsus alienum, quum omnia testimonia clament, eam urbem ut Aelanae vicinam prope a fine borcali sinus Aelanitici abfuisse. Rectius veterem urbem in hoc ipso litore occidentali ibi locorum ponas, ubi nunc sinus *Wadi Emrag* (Rüppell Reisen in Nubien und dem peträischen Arabien, 1829 p. 252 sqq.), rectius *El-merâkh* (Wellsted Travels II c. 8. 9). Saltem huius loci natura (sinus enim navibus maioribus recipiendis aptus est, et tum regio circumiacens rupibus tum mare cautibus abundat) et portui et nominis

etymo (v. supra) aptissima est, cui accedit vicinia Aelanae hodie Acaba dictae, a qua *Wadi Emrag* quinque tantum horarum itinere abest. — Jonath. in Pent. et Targ. Paralipp. עֲצִיוֹן גֶּבֶר interpretatur כְּרַךְ תַּרְגּוּל castellum galli, cf. Buxt. lex. chald. p. 384.

עָצַל rad. in Kal inusit. Arab. عطل I. V. otiosus fuit Conj. II. missum fecit, dereliquit, neglexit, v. Castell., عُطُلٌ otium. Origo esse videtur in laxitate et languore, cf. חָדַל, خطل titubavit, pendulus fuit, it. דָּלַל.

Niph. iners fuit, cunctatus est, sq. gerundio Iud. XVIII, 9: אַל תֵּעָצְלוּ לָלֶכֶת LXX. μὴ ὀκνήσατε.

עָצֵל m. *iners, piger* Prov. VI, 6. 9. X, 26. XIII, 4. XV, 19. XIX, 24. XX, 4. XXI, 25. XXII, 13. XXIV, 30. XXVI, 13 sqq. Opp. חָרוּץ sollers, gnavus XIII, 4. LXX. ὀκνηρός, bis ἀεργός.

עַצְלָה f. *inertia* Prov. XIX, 15. Dual. עַצְלָתַיִם (a sing. עַצְלָת) Eccl. X, 18, quem numerum Aben Esra non inepte refert ad utriusque manus inertiam, similiter Redsl. ad hominis inertis brachia pendula (v. rad.).

עַצְלוּת id. Prov. XXXI, 27.

עָצַם 1) pr. *ligavit, colligavit, obligavit*, ut oculos Jes. XXXIII, 15, v. Pi. (Arab. عصم IV. constrinxit utrem, et usitatius عصب ligavit. Affine est verbis עָצַם, זָנַב [צָנַד], it. טָמַם, אָטַם, חָתַם). A ligando (v. גָּבַר, קָשַׁר) est

2) intrans. (semel med. E. עָצְמוּ Ps. XXXVIII, 20) *fortis, potens fuit* Gen. XXVI, 16, *potens factus est* Ex. I, 7. 20. Dan VIII, 8: כְּעָצְמוֹ *cum potentior fieret*. Comm. 24: וְעָצַם כֹּחוֹ *et crescet robur eius*. XI, 23: וְעָצַם בִּמְעַט וְעָצַם גּוֹי *et potens fiet* praevalebit *paucis copiis*. (Arab. عَظُمَ magnus, magni momenti fuit, عِظَمٌ magnitudo, عَظِيمٌ magnus).

3) *valuit numero, numerosus fuit* Ps. XXXVIII, 20. XL, 6. 13. LXIX, 5. CXXXIX, 17. Jes. XXXI, 1. Jer. XV, 8. XXX, 14. 15. Et magnitudinis et multitudinis notio inest etiam in verbis synn. רַבַּב, רָבָה, quae passim in membro parallelo inveniuntur, nisi quod in his verbis *multitudinis*, in nostro *potentiae* vis prior videtur. Cf. quae de plurali excellentiae observavimus gr. §. 106, 2. Germanice de magno numero dicimus *eine starke Anzahl*, et contra de viro magnae auctoritatis et magnis honoribus ornato: *er ist sehr viel*.

Pi. עִצֵּם 1) *clausit*, sq. עֵינַי ס oculos alic. Jes. XXIX, 10. LXX. καμμύω. — 2) denom. ab עֶצֶם: *ossa confregit* vel *arrosit* Jer. L, 17, cf. גָּרַם.

Hiph. fortem fecit Ps. CV, 24.

עָצוּם adj. 1) *fortis, potens*, saepe de populis Num. XXII, 6, גּוֹי גָּדוֹל וְעָצוּם Gen. XVIII, 18. Num. XIV, 12, עַם רַב וְעָצוּם Joël II, 2, גּוֹי עָצוּם וְרַב Deut. IX, 14, גּוֹי גָּדוֹל עָצוּם וְרַב XXVI, 5, sed עַם לֹא עָצוּם Prov. XXX, 26 (de muribus montanis); de regibus Ps. CXXXV, 10, de aquis Jes. VIII, 7. LXX plerisque locis ἰσχυρός, ter κραταιός. (Arab. عَظِيمٌ magnus). — Plur. עֲצוּמִים *fortes* i. e. heroes Prov. XVIII, 18. Jes. LIII, 12. Dan. VIII, 24, semel poët. *valida membra* (leonis), int. ungulas, dentes. Ps. X, 10: נָפַל בַּעֲצוּמָיו חֲלָלִים *incidunt in validas ungulas eius miseri*. Sic Aben Esra, Chr. Ben. Mich. et recentiores plerique. Aliis, ut Targumistae, Geiero עֲצוּמִים est nomen abstr. formae עֲשׁוּקִים: *robur*, hac sententia: *cadunt robore eius miseri*. — 2) *numerosus, copiosus*, de grege Num. XXXII, 1, de multitudine Ps. XXXV, 18, de peccatis Am. V, 12.

Dein 2) *extrema pars, extremitas* rei, ut agri Lev. XIX, 9. XXIII, 22, mensae sacrae Exod. XXV, 26. XXXVII, 13, lecti Am. III, 12 (cf. יַרְכָתַיִם). — Lev. XIX, 27: לֹא תַקִּפוּ פְּאַת רֹאשְׁכֶם *ne in orbem tondeatis extremitatem capitis* capilli *vestri*, cui statim additur: וְלֹא תַשְׁחִית אֶת פְּאַת זְקָנֶךָ *neve depravetis extremitatem barbae vestrae*, quod XXI, 5 effertur: פְּאַת זְקָנָם לֹא יְגַלֵּחוּ *extremitatem barbae ne tondeant.* In *extremitate capitis* non multum est difficultatis (cf. rad. נָקַף p. 902), et recte Kimchius: הוא המשוה צדעיו לאחוריו אזניו לפדחתו *intelligenda est aequa capillorum amputatio ad tempora, pone aures et in fronte.* Sed minus certum est, quid sit *extremitas barbae*, utrum *barba genarum* (Backenbart), an superioris labii s. *μύστακες* (Knebel-Schnurrbart), an denique *inferioris menti* (Zwickel-Ziegenbart). Spicam barbae (שבלת דקן) interpretatur Kimchius, sed hoc ipsum, pariter atque arab. سَبَلَةُ الذَّقَن, dubiae interpretationis visum est: „crines qui supra mystacem sunt, al. eius extremitas, al. locus ubi duo mystaces conveniunt, al. pars faciei supra mentum usque ad extremitatem barbae vel anterior eius pars Kam. Djeuh.“ Freyt. III, 281. Targg. et Pesch. retinent פְּאָה, ܦܐܬܐ, ܦܐܬ, sed etiam hoc non uno modo explicatur. Lex. Adl. ܦܐ . ܦܐܬ وجه . عارض عنفقة سبلة الذقن i. e. ܦ *facies* [Apoc. *latus expansum genae, pili inferioris labii* (à la Henri IV), *spica barbae*, سبلة الذقن ,ܦܐܬ, ܦܐ الوجه والذقن it. ܦܐ عنفقة الشعر والشوارب *facies et barba et bibentes id est crines longiores*

in utroque latere mystacis, שִׂפְתֵי וְשִׂבְלֵי שְׂעָרִים. Sed de mystace satis aperte legitur שִׂבְלֵי Barhebr. 355, atque rationibus rite subductis et ipsa locutionum פְּאַת חִזְקָן, שִׂבְלַת הַזָּקָן ratio, et analogia dictionis פְּאַת רֹאשׁ docent, nihil aliud intelligi posse quam *extremitates s. crines longiores tum mystacis tum barbae inferioris in duas apices excuntis, quae aristarum more ex densiore barbae parte emincre solent.* Ad extremitatem capilli autem (פְּאַת רֹאשׁ Lev. XIX, 27) pertinet locutio: קְצוּצֵי פֵאָה *abscissi extremis crinibus* Jer. IX, 25. XXV, 23. XLIX, 32, quod paene per ludibrium dicitur de Arabibus desertícolis, de quibus Herod. 3, 8: *τῶν τριχῶν τὴν κουρὴν κείρεσθαι φασι, καθάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκεῖρθαι, κείρονται δὲ ὑποτρόχαλα, περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους.* Hebraei interpretes פֵּאָה hh. ll. de *regione* (no. 2) interpretantur. Abulw. المنقطع الناحية اى المعتدين من العمران *quorum regio abscissa s. separata est id est qui remoti sunt a locis habitatis, obcuntes desertum*, et sic Jarchi, Kimchi al., peius etiam Scheidius (ad cant. Hiskiae p. 69): *qui divisi sunt per agmina* coll. גְּפֵי agmen hominum, quod nihil necessitudinis habet cum voce Hebraea. Crines cogitare iubet vel verbum קִבֵּץ (cf. BH. p. 355 סִפְסֵף).

פֶּה (pro פֵּאָה, ut שֶׁה pro שֵׂיאָה), estr. פִּי (pro פִּוְ), c. suff. פִּי (arab. فِيٌّ); פִּיךָ, פִּיהָ; פִּיו et פִּיהוּ, פִּיהֶם; פִּינוּ; פִּיכֶם; פִּיהֶם Deut. XXI, 5. XXXI, 19 (ubi cod. Sam. פִּים), poët. פִּימוֹ Ps. XVII, 10. LVIII, 7. LIX, 13, pl. (signif. 3) פִּים 1 Sam. XIII, 21 et פִּיוֹת Prov. V, 4

1) *os*, dictum a flando et spirando (Ps. CXXXV, 17, cf. רוּחַ בְּפִיהֶם XXXIII, 6. Iob. XV, 30), ut אַף nasus (aram. אַפָּא facies, aeth. አፍ: facies) a rad. פָּאָה, non a *findendo*, v. ad rad. פָּאָה extr. (Arab. فُوٌ [neque vero فُوٌ, ut apud Eichhornium et Winerum est], فِيٌ, فَمٌ, فَمٌ f. فُوهَةٌ, فُوهَةٌ, estr. abiecto He فو, فى, فا id., a rad. cognata فَوَّ flavit, efflavit verba. Sed aeth. አፍ: respondet hebr. אַף et ab hac prosapia alienum est). Dicitur de ore et hominum et bestiarum, ut leonis Ps. XXII, 22 (inde poët. Iob. XXXVI, 16: פִּי צָר *ex ore s.* rictu hostis), crocodili Iob. XLI, 11. 13, adeoque de rostro avium Gen. VIII, 11. Jes. X, 14: idque ut instrumento loquendi Ex. IV, 11. Num. XXII, 28 (de asina Bileami). Ps. XXXVII, 30. CXV, 5. CXXXV, 16. Jes. I, 20 et sexcenties, edendi et devorandi Jes. IX, 11 (אָכַל בְּכָל פֶּה). Ez. II, 8. III, 27. IV, 14. Dan. X, 3, gustandi (Gen. XXV, 28: כִּי צַיִד בְּפִיו *nam ferina erat secundum os* i. e. saporem *eius* i. e. eam in deliciis habebat cf. formulam arab. مات لفيه mortuus est suo modo, pr. nach seinem Geschmacke, eo modo quem sibi optaverat), osculandi Cant. I, 2, ridendi Iob. VIII, 21, spirandi (v. supra). כְּבַד פֶּה gravis ore i. e. loquela Exod. IV, 10, פֶּה חָלָק os laeve i. e. blandum Prov. XXVI, 28, פִּי נָכְרִיָּה פִּי os fraudulentum Ps. CIX, 2. — Notandae sunt locutiones: a) *loqui* cum aliquo פֶּה אֶל פֶּה *ore ad os* i. e. coram, nemine intercessore et interprete Num. XII, 8, cf. פִּיו יִכֹּה בְּיִרְמְיָהוּ Jer. XXXII, 4, בְּיִרְמְיָהוּ אֶת־פִּיהוּ XXXIV, 3 (cf. בְּפִי 1 Reg. VIII, 15). — b) פֶּה אֶחָד uno ore, una voce Jos. IX, 2. 1 Reg. XXII, 13. 2 Par. XVIII, 12 (syr. ܚܕ ܦܘܡ ܒ). — c) Iob. XIX, 16: *cum imploro* בְּפִי אֶתְחַנָּן *ore meo* toto, i. e. plena voce mea, sic בְּפִי Ps. LXXXIX, 2. CIX, 30 et in acc. Ps. LXVI, 17: אֵלָיו פִּי קָרָאתִי *cum invoco* toto *ore meo*, v. de hoc acc. gr. §. 135, 1 not. 3. — d) שׂוּם בְּפִי Ex. IV, 15. Num. XXII, 38. XXIII, 5. 12. 2 Sam. XIV, 19. Jes. LIX, 21. Esr. VIII, 17 et נָתַן בְּפִי Deut. XVIII, 18. Ps. XL, 4. Jer. I, 9 suggessit alicui verba, it. docuit cum Deut. XXXI, 19. Dicunt etiam: est aliquid בְּפִי i. e. in ore gerit v. c. legem Ex. XIII, 9 cf. Ps. V, 10. XXXVIII, 15. Paullo aliter 2 Sam. XVII, 5: *ut audiamus* מָה בְּפִיו *quid dicat* ea de re (was er dazu sagt). — e) Saepius dicunt עַל פֶּה (*ἀνὰ στόμα, ἐπὶ στόμα*), ubi nos: *in ore, in os.* Nah. III, 12: *decidunt ficus* עַל פִּי אוֹכֵל. Mich. III, 5: אֲשֶׁר לֹא יִתֵּן עַל פִּיהֶם *qui nihil indit in os eorum.* Sic etiam loqui dicuntur homines עַל פֶּה super ore s. labiis eorum v. עַל litt. A, 1 p. 1024 B. Adde 2 Sam. XIII, 32: עַל פִּי אַבְשָׁלוֹם הָיְתָה שִׂימָה בְיוֹם עָנּוֹתוֹ אֶת־תָּמָר *in ore Absolomi erat propositum* fratrem occidendi *ex quo oppresserat Thamaram* i. e. saepius profitebatur, non celabat illud propositum. Sed שׂוּם יָד עַל פֶּה manum imponere ori i. e. tacere, silentium sibi imponere Iud. XVIII, 19. Iob. XXI, 5. XL, 4. Mich. VII, 16, cf. יָד לְפֶה Prov. XXX, 32. — f) כָּתַב עִפִּי בְּפִי calamo excepit ex ore alic. Jer. XXXVI, 4. 27. 32. XLV, 1. — g) רוּחַ פִּי יָיָ dicitur de vento Iob. XV, 30, et de iusso eius potente et severo Ps. XXXIII, 6.

Praeterea *os* dicitur aa) meton. de *oratore, legato.* Ex. IV, 16: הוּא יִהְיֶה לְךָ לְפֶה cf. VII, 1, ubi eodem contextu dicitur נָבִיא (p. 839). Jer. XV, 19. — bb) de *voce.* Am. VI, 5: עַל פִּי הַנָּבֶל *ad vocem nablii.* — cc) de *sermone.* Ps. XLIX, 14: *assentatores eorum* בְּפִיהֶם יִרְצוּ *sermone eorum delectantur.* — dd) pro *iusso, praecepto.* עַל פִּי ad iussum, praeceptum alic. Gen. XLV, 21 (cf. נָשַׁק). Ex. XVII, 1. XXXVIII, 21. Lev. XXIV, 12. Num. III, 16. 39. 51. IV, 27. 37. 45. 49. IX, 18 sqq. XIII, 3. XXVII, 21. XXXIII, 2. 38. Jos. XIX, 50. 2 Reg. XXIII, 35. Iob. XXXIX. 27, rarius אֶל פִּי Jos. XV, 13. XVII, 4. XXI, 3, בְּפִי 1 Par. XII, 23. שָׂטַר בְּפִי paruit iusso alic. Eccl. VIII, 2, contra מָרָה אֶת־פִּי restitit, opposuit se iusso alic. (v. מָרָה), עָבַר פִּי transgressus est iussum Jovae Num. XIV, 41. XXII, 18. XXIV, 13. 1 Sam. XV, 24. Prov. VIII, 29, quorsum pertinet etiam Ps. XVII, 3: זַמֹּתַי בַּל יַעֲבֹר פִּי *cogitationes meae non transgrediuntur iussum meum* i. e. cogitationes meae nunquam aberrant a Dei et virtutis

legibus, quas iis scripsi. — ee) *sententia, decretum, arbitrium* (Ausspruch), velut iudicis Deut. XXI, 5: עַל פִּיהֶם, similiter in formula: שָׁאַל אֶת־פִּי פ׳ interrogavit sententiam alic. (es auf den Ausspruch jem. ankommen lassen) Gen. XXIV, 57, לֹא שָׁאַל פִּי יְיָ Dei sententiam non rogavit Jos. IX, 14. Jes. XXX, 2; it. de testimonio (Ausspruch eines Zeugen), עַל פִּי שְׁנַיִם עֵדִים ex testimonio duorum testium Deut. XVII, 6. XIX, 15, לְפִי עֵדִים Num. XXXV, 30.

2) *orificium*, ut sacci Gen. XLII, 27. XLIII, 12. 21. XLIV, 1, putei Gen. XXIX, 2. 3. 8, modii Zach. V, 8, pelvis 1 Reg. VII, 31, cavernae Jos. X, 18. 22. 27 (inde orci Ps. CXLI, 7. Jes. V, 14), tunicae et vestimenti, quod collum circumdat (arab. بَقَّةٌ, بَقَقٌ) Exod. XXXIX, 23. Iob. XXX, 18. Ps. CXXXIII, 2, פִּי הָרֹאשׁ Ex. XXVIII, 32; *ostium* urbis Prov. VIII, 3. (Ita arab. فَمٌ, actb. ⲣⲱ: gr. *στόμα*).

3) *acies* gladii, quippe quae oris instar comedere et vorare dicatur (v. אָכַל no. 2). (Syr. ܦܘܡܐ, aethiop. አፍ: acies gladii, sin. *kewô* os, acies cultri et ensis, it. *li* lingua et acies ensis). Ita in locutionibus: הִכָּה לְפִי חָרֶב occidit ore gladii (v. הִכָּה 2, d, et לְ no. 3, e), it. דָּרַשׁ לְפִי חָרֶב Gen. XXXIV, 27, הֶחֱרִים לְפִי חֶרֶב Jos. VI, 21. XI, 11. 1 Sam. XV, 8, הִכָּם לְפִי חֶרֶב (fugavit) Iud. IV, 15, חָלַשׁ לְפִי חֶרֶב (prostravit) Exod. XVII, 13, et נָפַל לְפִי חֶרֶב Jos. VIII, 24. Iud. IV, 16, quas nonnulli ita interpretantur: *interfecit* ut fieret cibus *ori gladii* (v. Maurer. ad Jos. VIII, 24). Male, nam de illa metaphora gladius non corpora interfecta comedit, sed corpora vorare dicitur, dum ea dilaniando interficit. הִכָּה לְפִי חָרֶב nil differt a הִכָּה בַּחֶרֶב Jos. XI, 10, nisi quod illa locutio rem gravius depingat. LXX. *παίσασα ἐν στόματι τῆς ῥομφαίας*, Pesch. ܒܦܘܡܐ ܕܣܝܦܐ, Arabs ap. Jos. بِحَدِّ السَّيْفِ. — Plur. פִּים acies (instrumentorum ferreorum) 1 Sam. XIII, 21, פִּיּוֹת id. Prov. V, 4. Cf. פִּיפִיּוֹת.

4) *pars, portio* (pr. tantum cibi quantum quis ore capere potest cf. יָד no. 7 pars quae manu capi potest). Deut. XXI, 17: פִּי שְׁנַיִם pr. pars duorum i. e. *duae partes, duplum*. 2 Reg. II, 9, it. *duae* tertiae *partes* (⅔) Zach. XIII, 8 cf. יָד l. c. (Ita in lingua vetere Aegyptiaca signum *oris* et *os* significat et *portionem, partem*, et addito numerali *tertiam, quartam, quintam* partem, v. Champoll. gr. p. 243 sqq.).

5) i. q. fem. פֵּאָה *latus, extremitas* rei. Ad hunc significatum (quem in dubium vocavit Böttcherus specc. p. 15) non refero Prov. VIII, 29: בְּשׂוּמוֹ לַיָּם חֻקּוֹ וּמַיִם לֹא יַעַבְרוּ פִיו *quum mari daret statutum suum et aquis, quae non transgrediuntur iussum eius* v. supra no. 1, dd. (ubi Böttch. פִּי cum aliis ad *mare* refert, *ostium* autem *superficiem* eius interpretatur: „die obere *Oeffnung* des Meeresbeckens, im Grossen angewandt ganz dasselbe, was פִּי vor הַבְּאֵר Gen. XXIX, 2", quo nihil alienius cogitari potest), neque Iob. XXX, 18 (ubi פִּי כֻתָּנְתּוֹ explicandum est ex Ex. XXXIX, 23) et Ps. CXXXIII, 2 (ubi nimia fortasse est hyperbole, si פִּי מְדוֹת de *inferiore* vestium *ore* intelligis, quanquam non desunt, qui aliter sentiant); sed Jes. XIX, 7: עַל פִּי יְאוֹר *ad latus Nili* (non: ad ostium Nili), et פְּאָה *ab uno latere* s. fine, extremitate (domus, urbis) *ad alterum* 2 Reg. X, 21. XXI, 16, et נִטְפָּה אֶל פְּאָה ab extremitate (terrae) ad extremitatem Esr. IX, 11, ubi inepte transferres: ab ostio (terrae) ad ostium.

Cum praepositt. passim vim particularum induit

A) כְּפִי 1) secundum iussum, v. supra 1, dd. — 2) secundum rationem (nach Aussage), *pro ratione, secundum*. Exod. XVI, 21. Lev. XXV, 52: כְּפִי שָׁנָיו *pro ratione annorum eius*. Num. VI, 21. VII, 5. 8. XXXV, 8. — 3) i. q. כְּ, כְּמוֹ Iob. XXXIII, 6: אֲנִי כְפִיךָ לָאֵל *ego, sicut tu, a Deo* creatus sum. — 4) כְּפִי אֲשֶׁר *pro ratione quod, prout* Mal. II, 9, et omisso אֲשֶׁר *ita ut* Zach. II, 4.

B) לְפִי i. q. כְּפִי (v. לְ no. 13) *pro ratione, secundum* (nach Aussage, oder nach Gestalt) Gen. XLVII, 12: לְפִי הַטָּף *pro ratione* pro numero *parvulorum*. Lev. XXV, 16: לְפִי רֹב הַשָּׁנִים. XXVII, 16. Num. XXVI, 54. Jos. XVIII, 4. Prov. XII, 8. Hos. X, 12: *serite secundum iustitiam et metetis* לְפִי חֶסֶד *secundum pietatem*. Sq. inf. *prout* Ex. XVI, 16: אִישׁ לְפִי אָכְלוֹ *quisque pro ratione comedendi* i. e. prout sive multum sive parum comedit. 18. XII, 4; *simulatque* Num. IX, 17: לְפִי הֵעָלוֹת הֶעָנָן. Jer. XXIX, 10: לְפִי מְלֹאת לָבָבֶל שִׁבְעִים שָׁנָה (Sam. ⲕⲁⲧⲁ secundum, ת׳ כמלאת secundum id quod). — Alia, in quibus לְפִי vim subst. retinuit, v. supra no. 1, dd, no. 3.

C) עַל פִּי 1) *super ore, super os*, ubi nos: *in ore, in os*, v. supra no. 1, e. — 2) *ad oram* ad latus, v. no. 5. — 3) *ad vocem*, v. no. 1, bb; *ad iussum, praeceptum*, v. no. 1, dd, et: *ad testimonium, arbitrium* (nach dem Ausspruch, der Aussage) no. 1, ee, inde 4) *pro ratione, secundum* i. q. כְּפִי et לְפִי. עַל פִּי הַגּוֹרָל secundum sortem (nach dem Ausspruche des Looses) Num. XXVI, 56, עַל פִּי הַחֲטָאִים pro ratione amorum Lev. XXVII, 18. לְפִי עַל פִּי הַתּוֹרָה secundum legem Deut. XVII, 10. עַל פִּי הַדְּבָרִים secundum verba Ex. XXXIV, 27, secundum res i. e. ut res erant, secundum rei veritatem Gen. XLIII, 7. עַל פִּי אֲשֶׁר (i. q. כְּפִי אֲשֶׁר) *prout* Lev. XXVII, 8.

פֶּיָה (pro פְּאָה, ut דּוֹגִג v. pag. 3) os i. e. acies *gladii*. Cf. פֶּה no. 3. Plur. שְׁנֵי פִיוֹת duae acies Iud. III, 16, ubi ex numerali masc. colligo, singularem esse פֶּיָה, non פֵּיָה. Sed 13 codd. Kennic. et 14 Ross. exhibent שְׁתֵּי.

פִּיפִיּוֹת (form. dupl.) f. pl. *duae* vel *multae acies*. חֶרֶב פִּיפִיּוֹת gladius *διάτομος* Ps. CXLIX, 6. Sed Jes. XLI, 15 de plostello Punico: בַּעַל פִּיפִיּוֹת *multas acies habens*.

Composita sunt:

פִּיכֹל (os omnium i. e. omnibus imperans) n. pr. praefecti militum Abimelechi, regis Philistaeorum Gen. XXI, 22. 32. XXVI, 26.

פִּינְחָס (os aeneum, ex פִּי et נְחֹשֶׁת i. q. נְחָשֶׁת) n. pr. quod gesserunt 1) filius Eleazari sacerdos, qui in idololatriam et adulteria Midianitarum gladio saeviit Ex. VI, 25. Num. XXV, 7. Jos. XXII, 13. Jud. XX, 28. 1 Par. VI, 35. IX, 20. Ps. CVI, 30. — 2) unus ex filiis Eli, summi sacerdotis 1 Sam. I, 3. II, 34. IV, 4 sqq. XIV, 3. LXX. *Φινεές*.

פִּי־בֶסֶת et

פִּי־הַחִירוֹת v. suo quodque loco.

פָּאַם rad. in verbo inusit. 1) os cibo potuque implevit, *deglutivit*. (Arab. فَمَّ id. satiavit se, aethiop. ተፍኣመ: buccae instar in ore habuit, deglutivit, ፋኣመ: offa. Est ex radd. in m exeuntibus sonos ore clauso prolatos exprimentibus. Cognatum est פּוּם intellexit, pr. imbutus est).

2) arab. فَئِمَ *adipe repletus, pinguis fuit*. (Eiusdem stirpis esse videtur sanscr. *pîna* pinguis, *πιμελής, πιμελή, opimus, pinguis*).

פּוּם et פֻּם chald. c. suff. פֻּמַּהּ Dan. VII, 5 al. cod. פֻּמָּהּ (rectius sine Dag., ut in Targg. saepe) 1) *os*, contr. ex פְּאִים, פְּאִם, ut מִים ex מְיִם. Dan. IV, 28. VI, 23. VII, 5. 8. 20. — 2) *orificium* foveae VI, 18. (In Targg. saepe pro hebr. פֶּה. Syr. ܦܘܡܐ, sam. בצש id. Arab. فَمٌ, فَمٌ, فَمٌ).

פִּימָה f. *adeps*. Iob. XV, 27: וַיַּעַשׂ פִּימָה עָלֵי כִסְלוֹ *et fecit* i. e. produxit *adipem in lumbis*. Vulg. *arvina*. Targ. רוּעֲתָא. Kimchi: הם הקמטים שנעשים בבטן איש שמן *hae sunt rugae* (die Fettwampen, Fettwülste) *quae oriuntur in ventre viri pinguis*, sed v. ad כִּסְלוֹ.

I. פָּאַר in Kal inusit. 1) *ornatus fuit*, v. פֹּאֵר, תִּפְאֶרֶת, פְּאֵרָה. Vic. videtur פּוּר gloria eminuit, gloriatus est. — 2) i. q. arab. فَوَرَ med. Vav, effervbuit, aestuavit bulliendo, فَوْرَةٌ fervor et vehementia caloris, فُوَارَةٌ spuma ollae bullientis, unde פָּאֳרוּר, פָּרוּר. — Duas has significationes ita inter se conciliat Schroederus (de vest. p. 97), ut originem ponat in *tumore* a) ollae effervescentis b) hominis ornati et superbi. Sed fortasse nulla inter eas necessitudo intercedit, *decoris* significatio huic radici פּא propria esse, altera a rad. כּל adscita esse videtur.

Pi. פֵּאֵר 1) *ornavit*, v. c. sacrarium, Jes. LX, 7. 13; populum Dei Jes. LV, 5. Esr. VII, 27; pauperes auxilio Ps. CXLIX, 4 (cf. ornare beneficiis). — 2) denom. a פְּאֵרָה *ramos scrutatus est* ad racemandum, Deut. XXIV, 20.

Hithp. 1) *ornatus, honoratus est* populus a Jehova, Jes. LX, 21. LXI, 3, *illustravit se* Deus in populo beneficiis ornando, sq. בְּ Jes. XLIV, 23. XLIX, 3. — 2) *gloriatus est*, sq. עַל *in* al. Iud. VII, 2. Jes. X, 15.

פְּאֵר c. suff. פְּאֵרְךָ Ez. XXIV, 17, pl. פְּאֵרִים cstr. פַּאֲרֵי Ex. XXXIX, 28, sed פְּאֵרֵיהֶם Ez. XXIV, 23 m. *ornamentum capitis, tiara* (Turban), qualem gerebant mulieres Jes. III, 20, sacerdotes (פַּאֲרֵי גִּבְּעָה) Exod. XXXIX, 28. Ez. XLIV, 18, sponsi Jes. LXI, 10, aliique viri ornatiores Jes. LXI, 3. Ezech. XXIV, 17. 23. Tiaram *sublimiorem*, qualem sponsus gestasse dicitur (Sota 9, 14), intelligit Schroederus ad Jes. l. c., sed non nisi coniecturis etymologicis ductus.

פְּאֵרָה (more Syrorum pro פַּאֲרָה) nonnisi pl. פְּאֵרֹת Ezech. XVII, 6 (ubi 2 codd. פְּאוֹרוֹת, alii plures male פְּרָאוֹת), c. suff. פְּאֵרָתִי XXXI, 5. 6, et פְּרָאתִיו Comm. 8. 12. 13 (non satis emendate, quocirca plures codd. accuratiorem scripturam tuentur) f. *frondes* arborum, pr. decora. Syr. respondet ܦܘܪܐ fructus.

פַּאֲרָה (per Syriasmum pro פַּאֲרָה) f. *frons* arborum Jes. X, 33, ubi 22 codd. Kenn. et totidem Rossiani cum bibl. Soncin. פּוֹרָהּ.

פָּאֳרוּר (pro פָּאוּר) m. *aestus, rubor* faciei. Joël II, 6: כָּל פָּנִים קִבְּצוּ פָּאֳרוּר *omnes vultus colligunt aestum* i. e. rubent aestu interno (glühen vor Angst). Nah. II, 11. Cf. Jes. XIII, 8 de eadem re: פְּנֵי לֶהָבִים פְּנֵיהֶם, it. Ps. X, 2. XXXIX, 4. — Menah. b. Saruk, Aben Esra al. (quorum sententiam expressi in lex. man.) interpretantur: *omnes vultus contrahunt ruborem* suum i. e. pallescunt metu, coll. Joël II, 10 et IV, 15: כּוֹכָבִים אָסְפוּ נְגָהָם *stellae contrahunt splendorem suum* i. e. pallescunt. Sed vereor ut recte. Etenim si פָּאֳרוּר *ruborem* faciei naturalem designaret prae metu pereuntem, scribendum fuisset פָּאֲרוּרִים (ut נְגָהָם Comm. 10); פָּאֳרוּר sine suff. positum talem vultuum naturam indicat, quali alias carere soleant. Veteres intpp. ut LXX. Hieron. Syrus, voci פָּאֳרוּר eandem vim tribuunt atque sequenti פָּרוּר (olla), et interpretantur cum Targ. *omnes facies coopertae fuligine et atrae* sunt *instar ollae* (atrum enim colorem per hyperbolen dictum esse volunt de colore lurido s. pallore intensiore), parum apte.

פָּרוּר m. (pro פָּאֳרוּר) pr. i. q. praec. *aestus*, dein *olla*, in qua aqua aestuat Num. XI, 8. Iud. VI, 19. 1 Sam. II, 14.

פָּאְרָן (regio frondosa vel: cavernis abundans coll. rad. נפ no. II, et infra Joseph., Cod. Sam. פראן Gen.

XIV, 6. Num. X, 12) n. pr. regionis desertae, licet non ubique sterilis et inhabitatae (1 Reg. XI, 18), quae inter peninsulam Sinaiticam, Idumaeam et Palaestinae fines australes interiecta est. Plerumque ea appellatur מִדְבַּר פָּארָן Gen. XXI, 21. Num. X, 12. XIII, 3. 26. Deut. I, 1. 1 Sam. XXV, 1, aliquoties הַר פָּארָן Hab. III, 3. Dent. XXXIII, 2, semel Gen. XIV, 6 spec. אֵיל פָּארָן אֲשֶׁר עַל הַמִּדְבָּר *quercetum Pharan prope* (Onk. סְמִיךְ עַל. Saad. على طرف docente contextu *septentrionem versus*) *desertum* einsdem nominis. (Sam. פרוס פלשה *terminus Philistaeae*). In mappis biblicis Londinensibus Paran recte ponitur ab occidente deserti Zin (צִן), licet aliquando latius patuisse et illud ipsum comprehendisse videatur, ut colligo e vicinia loci Maon (מָעוֹן, معان) 1 Sam. XXV, 1. Josephus (bell. jud. IV, 9 §. 4) vallem *Faran*, speluncis abundantem, memorat in vicinia Idumaeae et Acrabatenes. Quae vero *Eusebius* tradit (v. *φαράν*) de urbe Pharan ab austro Saracenorum s. Arabum [h. l. arctissimo sensu dictorum], sita trium dierum itinere ab Aelana orientem versus distante, Pharano scripturae non conveniunt: multoque minus פָּארָן confundendum est cum valle *Feran*, *Feiran* (فيران, فعران) in radicibus fere montis Sinai Aegyptum versus sita cum oppido cognomine (v. Steph. Byz. v. *φαράν* Ptol. 5, 17. le Quien Oriens christ. III, 747 sq.). Utramque urbem et regionem confuderunt *Niebuhrius* (Beschreib. v. Arabien p. 402, Reisebeschr. I, 240. 241. tab. 43), Michaëlis (in Suppll.) aliique: errorem, quem iam Cellarius odoratus est (II, 686), taxavit *Burckhardt* (itin. in Syriam et montana Sinaitica p. 479 vers. germ.) diuque ante eum Makrizius ibi excerptus.

תִּפְאָרָה Jes. XXVIII, 5. Jer. XLVIII, 17, alibi תִּפְאֶרֶת, in Pausa תִּפְאֶרֶת absol. et cstr. c. suff. תִּפְאַרְתִּי f. 1) *ornamentum, decus.* Ex. XXVIII, 2. 40. Jes. III, 18: פִּנּוֹי תִּפְאֶרֶת *ornamentum periscelidum.* בִּגְדֵי תִּפְאֶרֶת vestes ornatae s. pulchrae Jes. LII, 1, כְּלֵי תִּפְאֶרֶת ornamenta pulchra Ezech. XVI, 17. 39. XXIII, 26. עֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת corona decora s. splendida Prov. IV, 9. Jes. LXII, 3. Ez. XVI, 12. XXIII, 42. צְבִי תִּפְאָרָה ornamentum decorum Jes. XXVIII, 1. 4. *Decus superbum Chaldaeorum*, de Babylone Jes. XIII, 19, *decus Israëlis*, de Hierosolymis Thren. II, 1, *decus parentum*, de liberis, Prov. XVII, 6 cf. Ez. XXIV, 25. דָּוָה לְגָאוֹן וּלְתִפְאֶרֶת כָּל esse alicui decori et ornamento Jes. IV, 2, הָיָה לְשֵׁם וּלְתִפְאֶרֶת Jer. XIII, 11. XXXIII, 9 cf. Deut. XXVI, 19. 1 Par. XXII, 5. — תִּפְאֶרֶת אָדָם decus hominum Jes. XLIV, 13 i. e. figura humana pulchra et decora. — 2) *splendor* Esth. I, 4. Jes. LX, 19. בֵּית תִּפְאַרְתִּי domus mea splendida Jes. LX, 7, זְרוֹעַ תִּפְאַרְתּוֹ LXIII, 12, שֵׁם תִּפְאָרָת ibid. 14, et saepius de splendore Dei XLVI, 13. 1 Par. XXIX, 11. Poët. de arca foederis, ut sede *splendoris* divini Ps. LXXVIII, 61, cf. יְקָר. — 3) *gloria* Iud. IV, 9. Prov. XIX, 11, it. *gloriatio* (das sich Rühmen, Prahlen) Jes. X, 12. Zach. XII, 7, concr. id quo quis gloriatur Jes. XX, 5. Ps. LXXXIX, 18.

II. פָּאַר (vic. בָּאַר) *fodit, foravit*, max. in terra. Arab. فَأَرَ defodit abdiditque sub terra. Ad hanc radicem refero

Hithpa. הִתְפָּאֵר *explicuit, declaravit se* (cf. significationes eodem modo translatas s. v. בָּאַר no. 2, et נָקַב no. 2). Ex. VIII, 9 (5): הִתְפָּאֵר עָלַי לְמָתַי וְגוֹ *declara mihi, quando* cet., in quibus verbis particula עַל (qua exquisite usus est scriptor sacer) est mandatum dantis. Bene LXX. *τάξαι πρός με.* Vulg. *constitue mihi, quando* cet. Sed Hebraei et plerique recentiores: *gloriare super me* (dicendo), *quando deprecabor pro te*, idque explicant: hoc honoris tibi tribuo, ut diem mihi definias, quando cet., quod quam durum et arbitrarium sit, nemo non intelligit.

פָּרָה (pro פְּאֵרָה) pl. פָּרוֹת f. *mures*, a fodiendo dicti. (Arab. فَأْرٌ mus). Ita Jes. II, 20 de vulgari scriptura. Sed vide de h. l. p. 508 A.

פָּארָן v. ad rad. no. I.

פָּגַג arab. فَجَّ II. crudum reddidit. VII. crudus, immaturus fuit. فَجٌّ immaturus, de fructu, فَجَاجَةٌ fructus immaturus, syr. ܦܓܳܐ immaturus, acerbus. Origo fortasse est in *frigore*, quod ad plantas serotinas transfertur, cf. פּוּג. Inde

פַּג pl. פַּגִּים *ficus immaturae* quae per hiemem succrescunt, *grossuli.* Cant. II, 13. LXX. ὄλυνθοι. Inde n. pr. *Bṯ Ḥaggaj*, talmud. בֵּית פַּגֵּי domus ficuum, v. Buxt. p. 1691.

פָּגַל rad. in verbo inusit. Talmud. Pi. foetidum reddidit, Hithp. foetidus redditus est. Aeth. ፈገለ: impurus, impudicus fuit (ג et ח permutatis), etiam arab. فَحَلَ V. foedus fuit cibus, sed nonnisi ap. Gigg. et inde ap. Cast.

פִּגּוּל m. *foeditas, impuritas.* בְּשַׂר פִּגּוּל caro impura Ezech. IV, 14, מָרָק פִּגֻּלִים iusculum impurum Jes. LXV, 4. Concr. *foedum, impurum* quid Lev. VII, 18. XIX, 7.

פָּגַע 1) *pepigit*, stossen, schlagen. (Consulto illo vocabulo latino usi sumus, quippe quod eiusdem stirpis sit: adde vicina *pax* pro *pacs*, *paciscor*, gr. *πήγνυμι*, nostr. *pochen* et, quae huic affinia sunt, *boken*, *Bock* a feriendo cet. Contermina est radix נָגַע cf. פָּגַשׁ et נָגַשׁ. Syr. est: adortus est hostiliter BH. 101. 104. 106. 109, ut hebr. litt. a, incidit in aliqu. BH. 43. 420, chald. id.

et intercessit pro aliquo, v. litt. b. Primam *percutiendi* potestatem reperi etiam in lingua Phoen., hoc contextu: פגע אגרת רמי *qui percussit turmas Romanorum* inscr. Numid. 5, v. monn. Phoen. p. 212). Sq. בְּ *impegit* in aliquem, aliquid (*auf, an etwas stossen*), sive consulto fit sive casu fortuito, sive cum vi et impetu sive leviter tangendo, inde a) hostili impetu *irruit* in aliquem 1 Sam. XXII, 17. 18. Jos. II, 16. Iud. XVIII, 25, max. ad occidendum, inde *occidit, trucidavit* Iud. VIII, 21. XV, 12. 2 Sam. I, 15. 1 Reg. II, 25. 29. 31. 32. 34. 46. Semel sq. acc. pers. et בְּ rei Ex. V, 3: פֶּן יִפְגָּעֵנוּ בַדֶּבֶר *ne peste nos percutiat.* — b) in bonam partem: *adiit* aliquem precibus, *institit* ei, sq. בְּ Ruth I, 16. Jer. VII, 16. XXVII, 18. Iob. XXI, 15, et לְ eius, pro quo rogatur vel interceditur Gen. XXIII, 8. — c) *incidit in* aliquem (aliquid Gen. XXVIII, 11), *obviam venit* ei, sq. בְּ Gen. XXXII, 1 (2). Num. XXXV, 19. 21. Ruth II, 22, etiam cum acc. Exod. XXIII, 4. 1 Sam. X, 5. Am. V, 19. — d) *pertinuit* ad aliq., sq. בְּ Jos. XVI, 7. XVII, 10. XIX, 11. 22. 26. 27. 34, sq. אֶל XIX, 11.

2) *pepigit* (foedus) cum aliquo, sq. acc., pr. percussit eum i. e. manum eius, manum complosit cum eo, cf. סָפַק no. 1 et quae ibi notavimus. Ita nunc (cf. lex. man. et Maur. ad Jes. XLVII, 3) expediendos censeo duos Jesaiae locos, quos multis iisque inanibus coniecturis tentarunt interpretes. LXIV, 4: פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ וְעֹשֵׂה צֶדֶק *pacisceris cum eo qui lubens iustitiam exercet*, i. e. cum homine iustitiae amante foedus tuum iungis, ei bene cupis, talis est אִישׁ שִׂמְחָתֶךָ, אִישׁ בְּרִיתֶךָ. Omisso אֵת XLVII, 3: *vindictam sumam* וְלֹא אֶפְגַּע אָדָם *et paciscar cum nemine*, nemini pacem concedam ante omnium cladem.

Hiph. 1) causat. Kal no. 1, a. *irruere fecit aliquid in aliquem.* Jes. LIII, 6: הִפְגִּיעַ בּוֹ אֶת עֲוֹן כֻּלָּנוּ *irruere fecit in eum culpam nostrum omnium.* — 2) causat. Kal no. 1, b. *supplicare fecit* ap. aliquem. Jer. XV, 11: הַפְגַּעְתִּי בְךָ .... אֶת הָאוֹיֵב *faciam ut supplex te adeat hostis.* Ita praeeunte Chaldaeo, Lud. de Dieu, Rosenm. — 3) intrans. a) i. q. Kal no. 1, a. *invasit.* Part. מַפְגִּיעַ *invadens, hostis*, Iob. XXXVI, 32. b) i. q. Kal no. 1, b. *precibus adiit* al., sq. בְּ Jer. XXXVI, 25; praeterea sq. לְ eius, pro quo intercedit Jes. LIII, 12. Part. מַפְגִּיעַ intercedens pro aliquo, inde *defensor*, qui causam alic. agit Jes. LIX, 16. Alex. ἀντιλήψεταί μου.

פֶּגַע m. quod alicui evenit, *casus, fors* Eccl. IX, 11, isque infelix (addito רַע) 1 Reg. V, 18.

פְּגִעְיאֵל (sors Dei) n. pr. phylarchae Aseritarum Num. I, 13. II, 27.

מִפְגָּע m. abstr. pro concr. *is in quem impetus fit, scopus* Iob. VII, 20.

פָּגַר in Kal inusit. *debilis, lassus fuit.* Talmud. Pi. otium egit, piger, otiosus fuit. Syr. ܦܓܪ et ܐܦܓܪ L. Adl. ضعف دقّ انمسك هزل tenuis, debilis factus est, prohibitus est. In Targ. פַּגַּר destruxit, pr. ni fallor, interfecit (cf. felices interfice messes Virg.).

Pi. debilis, lassus fuit. 1 Sam. XXX, 10: אֲשֶׁר מֵעֲבֹר פִּגְּרוּ *qui lassiores erant quam ut transire possent.* Comm. 21. Aqu. ἐτόρησαν. Theod. ἀπωρχίωσαντες. Minus apte LXX. ὑπέστησαν. Targ. *prohibiti sunt*, sed vide usum Syrorum.

פֶּגֶר, in Pausa פֶּגֶר Nah. III, 3, pl. cstr. פִּגְרֵי m. *cadaver* hominum Jes. XIV, 19. XXXIV, 3. Jer. XXXI, 40. XLI, 9. Ez. VI, 5. XLIII, 7. 9. Num. XIV, 29. 32. 33, et bestiarum Gen. XV, 11, addito מֵת 2 Reg. XIX, 35. Jes. XXXVII, 36 (cf. syr. ܦܓܪܐ de quovis corpore, etiam vivo). In Sing. collect. 1 Sam. XVII, 46. Am. VIII, 3. — Metaph. פִּגְרֵי גִלּוּלֵיהֶם cadavera i. e. rudera idolorum vestrorum Lev. XXVI, 30 cf. Ez. VI, 4 Targ.

פָּגַשׁ fut. יִפְגֹּשׁ *occurrit* alicui (vic. radd. פָּגַע et נָגַשׁ cf. ad עָקַשׁ) a) hostili modo, Hos. XIII, 8. Exod. IV, 24. b) casu, *offendit* aliquem (auf jem. stossen), *incidit* in eum 1 Sam. XXV, 20: *David et comites eius* לִדְרָכִים לִקְרָאתָם וַתִּפְגֹּשׁ אֹתָם, 2 Sam. II, 13. Gen. XXXII, 18: כִּי יִפְגְּשֶׁךָ עֵשָׂו *si Esavus incidit in te.* XXXIII, 8. Ex. IV, 27. Jes. XXXIV, 14. Jer. XLI, 6, sq. בְּ Prov. XVII, 12 cf. Hos. XIII, 8.

Niph. occurrerunt sibi invicem. Prov. XXII, 2: עָשִׁיר וָרָשׁ נִפְגָּשׁוּ. XXIX, 13. Ps. LXXXV, 11.

Pi. i. q. Kal litt. b. Poët. Iob. V, 14: יוֹמָם יִפְגְּשׁוּ חֹשֶׁךְ *interdiu incidunt in tenebras.*

פָּדַד rad. incerta, v. פָּדָן.

פָּדָה fut. יִפְדֶּה 1) pr. *secuit, dissecuit.* Arab. فَدَّ id. (cf. פָּרַד no. I, dissecuit, separavit, فَدَّ aravit, a secando, unde فَدَّانٌ taurus arator, فَدٌّ separatus, solus fuit). Inde פְּרוּת. Spec. solvit dissecando (losschneiden), inde 2) *redemit.* Exod. XIII, 13. 15. XXXIV, 20. Lev. XXVII, 27, sq. בְּ prētii Ex. XXXIV, 20: פֶּטֶר חֲמוֹר תִּפְדֶּה בְשֶׂה *primogenitum asini redimas ove.* Poët. redemit a morte Ps. XLIX, 8. — 3) sq. מִן *liberavit* aliquem, velut Deus populum *ex* servitute Deut. VII, 8. XIII, 6. Mich. VI, 4. Ps. CXXX, 8, aliquem s. vitam eius ex angustiis 2 Sam. IV, 9. 1 Reg. I, 29. Ps. XXV, 22. LXXVIII, 42, a morte Iob. V, 20, e manu (מִיַּד, מִכַּף) hostium, improborum Jerem. XV, 21. XXXI, 11. Iob. VI, 23, e potestate orci Hos. XIII, 14, sq. מִן c. inf. Iob. XXXIII, 28. Absol. פָּדָה נַפְשׁוֹ servavit vitam alic. Ps. XXXIV, 23. LXXI, 23. Passim *redemtionis* metaphora servata est: certe liberatio populi Israëlitici ex Aegypto (2 Sam. VII, 23. 1 Par. XVII, 21), et ex Babylonia (Jes. XXXV, 10.

LI, 11) cum redemtione comparari solet. Cf. גָּאַל. — 4) solutum *dimisit* (sacerdos) cf. de origine ad no. 1. Num. XVIII, 15. 17.

Niph. pass. no. 2. Lev. XIX, 20. XXVII, 29 no. 3. Jes. I, 27.

Hiph. הִפְדָּה, causat. Kal no. 1. Exod. XXI, 8. — *Hoph.* pass. inf. absol. הָפְדֵּה Lev. XIX, 20.

פְּדוּי tantum in plur. פְּדוּיִם *pretium redemtionis* Num. III, 46 sqq. XVIII, 16. Alibi פְּדוּיִם part. pass. plur. sunt *servati* Jes. XXXV, 10. LI, 11.

פְּדוֹן (liberatio) n. pr. viri Esr. II, 44. Neh. VII. 47.

פְּדוּת f. 1) *divisio*, *discrimen* (a prima secandi, dissecandi, inde dividendi potestate). Exod. VIII, 19. LXX. *διαστολή*. Vulg. *divisio*. Aben Esra: הִפְרֵשׁ. Cf. Muntinghe in diss. Lugdd. p. 1154. — 2) *liberatio* Ps. CXI, 9. CXXX, 7. Jes. L, 2.

פִּדְיוֹם m. Num. III, 49 et **פִּדְיֹן** Ex. XXI, 30. Ps. XLIX, 9 *pretium redemtionis*, *λύτρον*.

פְּדַהְאֵל (quem Deus servavit) n. pr. viri Num. XXXIV, 28.

פְּדַהצוּר (quem rupes [i. e. Deus] servavit) n. pr. viri Num. I, 10. II, 20.

פְּדָיָה (quem Jehova servavit) n. pr. virorum, quod gesserunt 1) socer Josiae regis 2 Reg. XXIII, 36. 2) 1 Par. III, 18. 3) Neh. III, 25. 4) XI, 7. 5) VIII, 4. XIII, 13.

פְּדָיָהוּ (id.) n. pr. viri 1 Par. XXVII, 20.

פָּדַן rad. cuius prima potestas incerta est. Ab ea 1) arab. فَدَّنَ alte exstruxit, فَدَنٌ turris alta, v. hebr. אַפְדֶּן; 2) فَدَّانٌ et فَدَّانٌ iugum boum, aratrum, agri mensura [prob. iugerum], aram. פַּדָּנָא, פְּדָן id. (de aratro BH. p. 224), فَدْنٌ quod Lex. Adl. interpretatur: بُقْعَةٌ وِطَآ سهل *vallis*, *regio depressa*, *planities*, in quibus inter se conciliandis ingenium exerceaut qui velint. Posterioris prosapiae est

פַּדָּן Gen. XLVIII, 7 i. q. فَدْنٌ planities, plene פַּדַּן אֲרָם regio campestris Syriae i. e. *Mesopotamia* cum deserto ad occidentem Euphratis opp. regioni montanae ad mare mediterraneum Gen. XXV, 20. XXXI, 18. XXXIII, 18. XXXV, 9. XLVI, 15. Cum He locali: פַּדְנָה אֲרָם Gen. XXVIII, 2. 5—7. — Hos. XII, 13 pro eo dicitur שְׂדֵה אֲרָם, unde apparet, פַּדָּן idem fere valuisse quod שָׂדֶה.

אַפְדֶּן (pro פָּדָן cum Aleph prosth. ut in אַפְרִיוֹן) m. *arx*, *palatium*. Dan. XI, 45: אַהֳלֵי אַפַּדְנוֹ *tentoria palatii sui* i. e. palatia sua castrensia, praetorium suum (vel *tentoria munitionis suae* i. e. tentoria sua munita, castra sua). Cum Aleph. prosth. haec vox exstat apud Chaldaeos et Syros, אַפַּדְנָא Jer. XLIII, 10 Targ. et in prov. Talmud. *in fimo potius urbis Sorae*, *quam in palatiis* (אפדני) *Pumbedithae*, Kerith fol. 6 A, אַפַּדְנֵי 1 Par. XV, 1. Sir. XXI, 5 Pesch. Ephr. Syr. III, 220. Assem. I p. 390. 391 cf. Bar Bahlul in Gesen. Anecdd. orient. II p. 37, sine eo Arabes (v. supra). Ex vett. Symm. Theod. Hieron. Theodoret. *Apadanum* pro n. pr. urbis habent, et exstat castellum Ἀπάδνα (palatia) dictum prope Amidam: sed ab illo Daniclis loco hoc alienum est (Relandi Palaest. p. 571).

פָּדַע i. q. פָּדָה *liberavit*, *eripuit*. Semel legitur Iob. XXXIII, 24: פָּדֵהוּ מֵרֶדֶת שָׁחַת cf. 28: פָּדָה נַפְשׁוֹ מֵעֲבֹר בַּשַּׁחַת. In aliis etiam radicibus formae a לע et לה vicinae sunt et iuxta se positae reperiuntur (נגע et נגה; נפע et נפה): in hoc exemplo פְּדֵעֵהוּ ortum videtur ex פְּדֵאֵהוּ negligenter scripto (Ew.), licet alibi ע saepius emolliri soleat in א, quam contra indurari in ע. Quinque codd. habent פָּרְעֵהוּ (ut contra pro פָּרְעֵהוּ Prov. IV, 15 tres codd. פָּדְעֵהוּ) *solve s. dimitte eum*, sed huius radicis usus ab illo contextu alienior est, et ד tuetur locus parallelus comm. 28.

פָּדַר rad. inusit., quae *nutriendi*, *saginandi* vim habuisse videtur, cf. arab. (r et n permutatis) فَدَّنَ saginavit pecus, et frequentius بَدَّنَ pingnis, crassus evasit, بَدَنٌ pinguedo. (In lingnis indogerm. cf. *Futter*, angl. *food*, *fodder*, lat. med. *fodrum* et *fett*, angl. *fat*, isl. *feitr*, a stirpe *foeden* nutrire. Primaria rad. est *fad*, cui in multis formis accessit r, cf. *pita*, *pater*; *pigeo*, *piger*, פגר). Inde

פֶּדֶר m. in Pausa פֶּדֶר c. Suff. פִּדְרוֹ *adeps* Lev. I, 8. 12. VIII, 20. LXX. *στέαρ*. Pesch. et Onk. תַּרְבָּא. Arabs Erp. شحمة, Hebraei חֵלֶב. Hieron. 8, 20: *adeps* (sed c. 1 quae iecori adhaerent). Et sic etiam Talmudici usurpant, Tamid c. 4 fol. 65 a. Cholin c. 4 fol. 27 a. b. Aliter Saad. قصبة *fistula* sc. iecoris. Cf. Bech. Hieroz. I, 523 Lips. qui *adipem* intelligit *a carne sciunctum*, rad. פדר illustrans ex transp. פרד.

פֶּה *os* v. rad. פָּאָה.

פֹּה, פּוֹ (v. מִפּוֹ), semel פֹּא Iob. XXXVIII, 11 adv. loci 1) *hic*, *hoc loco*. (Origo dubia. Io. Simonis פֹּה pro פֹּאֹה revocat ad rad. פָּאָה, unde, sicut פֵּאָה, *regionem*, *locum* significare possit; Ewaldo gr. §. 455 פֹּה

ortum videtur ex כֹּה *ita*, *hic*, p et k permutatis, ut in *ποῖος*, *κοῖος*; fortasse, ut כֹּה est pro כָּהוּא, ita פֹּה pro פָּהוּא = בָּהוּא *in hoc* s. *eo* loco, licet non provocaverim ad בְּ = בִּ, nam בִּ mihi esse videtur בְּ *in ore* i. e. in interiore parte rei. Ceterum פֹּה etiam dictum esse pro ita = כֹּה, כָּהוּא, apparet ex אֵיפֹה no. 2 *quomodo?*). Gen. XIX, 12. XXII, 5. XL, 15. Jos. XVIII, 6. 8. Iud. IV, 20. XVIII, 3. Jes. XXII, 16 et saepe. נְפֹה, נִפְהָ hinc Ezech. XL, 21. 26. 34. 37. נִפְתָּ — נָפַתּ hinc — inde Ezech. XL, 10. 12. 21. XLI, 2. Cf. אֵיפֹה. — 2) *huc* 1 Sam. XVI, 11. Esr. IV, 2.

פֹּו *hic*, v. פֹּה.

פּוּאָה (arab. فُوعَةُ os) n. pr. virorum 1) filii Issachari 1 Par. VII, 1, pro quo פּוּוָה Gen. XLVI, 13. Num. XXVI, 23. — 2) Iud. X, 1.

פּוּג 1) *frigere*, *frigidum esse*. Syr. et arab. فَاجَ med. Vav friguit dies II. refrigeravit. Idem significat صُفَّ flavit, Pa. refrigeravit, صَفْصَفٌ refrigeratio, arab. فَاحَ refrigeravit. Origo igitur est in flando et aëre refrigerante v. hebr. פּוּחַ, palatina et gutturali inter se permutatis). Gen. XLV, 26: וַיָּפָג לִבּוֹ *sed animus eius frigebat*, laetitia non incalescebat, non commovebatur. Opp. Comm. 27: וַתְּחִי רוּחוֹ. Transfertur ad ignaviam et torporem. Ps. LXXVII, 3. Hab. I, 4: *friget lex*.

Niph. torpuit Ps. XXXVIII, 9.

פּוּגָה f. *cessatio*, *remissio*, Thren. II, 18.

הֲפוּגָה id. plur. Thren. III, 49.

פּוּד v. פִּיד.

פּוּחַ i. q. נָפַח (q. v.) *spirare*, *flare*. (Arab. فَاحَ et فَاهَ odorem exhalavit, fragravit. Syr. صُفَّ flavit, Pa. refrigeravit, nimirum aërem aura flatuque). Cant. II, 17: עַד שֶׁיָּפִיחַ הַיּוֹם *usquedum dies spiraverit* h. e. refrigeravit se, aestus remiserit, usque ad vesperam. IV, 6. Cf. ad רוּחַ no. 2, adde quae notavimus ad rad. גוּג.

Hiph. 1) sq. acc. *perflavit* Cant. IV, 16. — 2) *efflavit*, ut mendacia Prov. VI, 19. XIV, 5. 25. XIX, 5. 9, in bonam partem: *prolocutus est* (verum) XII, 17. Cf. ad rad. נָפַח. — 3) *anhelavit*, *festinavit*, Hab. II, 3: וְיָפַח לַקֵּץ *anhelat* festinat *ad finem*. Cf. שָׁאַף Eccl. I, 5. — 4) sq. בְּ *sufflavit* (ignem) Ez. XXI, 36, sq. acc. Prov. XXIX, 8: יָפִיחוּ קִרְיָה *sufflant urbem*, h. e. seditionem excitant. — Sed 5) בְּ הֵנִיחַ flavit ad aliqu. est etiam: *contemsit* aliquem cum arrogantia et insolentia. Ps. X, 5: כָּל־צוֹרְרָיו יָפִיחַ בָּהֶם *omnes hostes suos contemnit*. Pesch. ܐܦܝܚ. Sq. לְ XII, 6: *ponam in salute* יָפִיחַ לוֹ *quem sufflant* contemnunt, i. e. miserum, contemtum. (Sic Dani contemtum exprimunt hac locutione: *jeg blæser ad ham*, *jeg blæser ham noget*).

פִּיחַ m. *favilla*, a difflando dicta. Ex. IX, 8. 10: פִּיחַ הַכִּבְשָׁן *favilla fornacis*. LXX. αἰθάλη. Vulg. cinis. Saad. retinet גֹּ, licet *cineris* significatus in lexx. non annotetur.

פּוּט n. pr. populi Hamo oriundi Gen. X, 6. 1 Par. I, 8, qui paene ubique cum Aegyptiis et Aethiopibus copulatur Gen. l. c. Jer. XLVI, 9. Ez. XXX, 5 (in copiis auxiliaribus Aegyptiorum cum כּוּשׁ et לוּד). Nah. III, 9 (cum כּוּשׁ et לוּבִים). Ez. XXVII, 10 (in copiis stipendiariis Tyriorum cum פָּרָס et לוּד. XXXVIII, 5 (in sociis Magogitarum, una cum כּוּשׁ et פָּרָס), eiusque admodum bellicosi, galea clypeisque insignis (Jer. l. c. Ez. XXXVIII, 5). Cf. Judith II, 23: διέκοψε τὸ (Alex. τοὺς) Φοὺδ καὶ Λούδ. Veram de hoc populo sententiam dudum dixerant LXX interpretes, licet a recentioribus vel neglectam vel non satis intellectam. Hi enim solo Geneseos (et Paralip.) loco retinent *qoúd* (al. *qoút*), tribus Ezechielis locis et apud Jerem. reddunt Λίβυας, consentiente Vulg., et Josepho (Ant. 1, 6 §. 2), cuius haec sunt verba: ἔκτισε δὲ καὶ Φούτης τὴν Λιβύην, Φούτους ἀπ' αὐτοῦ καλέσας τοὺς ἐπιχωρίους. ἔστι καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Μαύρων χώρᾳ τοῦτο ἔχων τὸ ὄνομα. Ὅθεν καὶ τοὺς πλείστους τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων ἔστιν ἰδεῖν μεμιγμένους τοῦ ποταμοῦ καὶ παρακειμένης αὐτῷ χώρας Φούτης λεγομένης. Μετέβαλε δὲ ὁ νῦν ἐστιν ὄνομα ἀπὸ τῶν Μισραίμου υἱῶν ἑνός, Λίβυς λεγομένου. Quamcunque regionem et quemcunque fluvium hic significaverit (ignobilia et paene incerta sunt *Fut*, al. *Phthut* Plinii II. N. 5, 1 §. 13 amnis in mare Atlanticum illabens, et *Futea* Ptolem. Byzacii oppidum), Alexandrini interpretis sententia linguae Copticae auctoritate egregie firmatur. In hac enim ⲫⲁⲓⲁⲧ est *Libya*, spec. Libya Aegypti s. ea Aegypti inferioris pars, quae ab occidente ostii Canopici Libyae contermina erat, cuius incolae appellantur ⲙⲙⲫⲁⲓⲁⲧ (v. Champollion l'Égypte sous les Pharaons I, 104. II, 31. 243. 278, unde ⲟⲩⲫⲁⲓⲁⲧ i. q. ⲣⲙⲛⲧⲗⲁⲃⲏ Libys Peyron lex. p. 266). Erant igitur *Puthaei* V. T. Libyes Aegyptii, neque obstat huic opinioni, quod Nah. l. c. copulantur cum לוּבִים: hi enim *Libyes* ampliore significatu intelligendi sunt. — Uno loco Alex. intp. פּוּט *qigín* interpretatus est, quod ex alia quadam scriptura (פּוּם) ductum censet J. D. Michaëlis (spicil. I, 161): male quidem hic, quum manifesto interpres etymon Aegyptiacum ve. פּוּם exprimat, a rad. copt. ⲙⲱⲧ, theb. ⲫⲱⲧ *currere*, *fugere*, quod bene profecto convenit populo deserticolae et bellicoso, primo quovis impetu in deserta arenosa fugienti. Sed aliud tamen etymon suadet scriptura hieroglyphica, in qua haec ratio ideographice *arcus* figura exprimitur (Champollion gr. p. 209 med.). Namque

memph. ⲠⲨⲦ, theb. ⲫⲒⲦ *arcum* significat, unde *Put* pr. populus *arcitenentium* s. *sagittariorum* esse videtur.

פּוּטִיאֵל (afflictus a Deo) n. pr. viri Ex. VI, 25.

פּוֹטִי פֶרַע n. pr. sacerdotis Heliopolitani, cuius filiam Josephus in matrimonium duxit Gen. XLI, 45. 50. XLVI, 20. LXX hoc nomen, accommodatius quidem ad analogiam linguae Aegyptiacae, scribunt cod. Vatic. *Πετεφρῆ*, Alex. *Πετεφρῆ*, al. *Πεντεφρῆ*, *Πεντεφρί*, cui respondet aegypt. Ⲡⲉⲧⲉ-ⲫⲣⲏ *qui Solis* est i. e. Soli proprius et quasi addictus (ut Ⲡⲉⲧⲁⲙⲱⲛⲓ qui Ammonis est, Ⲡⲉⲧⲟⲩⲥⲓⲣⲓ qui Osiridis est, Ⲡⲉⲧⲏⲥⲓ qui Isidis est, Champoll. gr. p. 310), quod quidem nomen proprium teste Rosellinio in Hieroglyphicis haud rarum litteris hieroglyphicis scribitur:



Ⲡⲉⲧⲫⲣⲏ et (a dextra ad sinistram)



Ⲡⲟⲧⲫⲣⲏ, vel

Ⲡⲟⲧⲫⲣⲏ, cum determinativo *viri*, v. Rosellini monumenti storici I, p. 117. Champollion Précis, tableau général p. 23 planche 12 no. 199. 120, eiusd. gr. l. c.

פּוֹטִיפַר n. pr. praefecti satellitum Pharaonis Gen. XXXVII, 36. XXXIX, 1. LXX. Vatic. *Πετεφρῆς*, al. *Πεντεφρῆς*, *Πεντεφρῆς*, ut supra in פּוֹטִי פֶרַע, ex quo hoc nomen decurtatum est.

פּוּךְ rad. incertae significationis, fort. i. q. talmud. פִּיחַ pinxit, colores induxit Baba bathra fol. 60, 2. Quod Fürstius praeterea confert sanscr. *piś* fingere, describere, lat. *pingere* et *fingere*, in medio relinquo. Simonis radici mentiendi vim tribuit, ut arab. فَكَّ, unde *fucus* dictus sit; sed hoc ipsum secundarium est a vertendo et pervertendo (i. q. דָּפַךְ). Unde

פּוּךְ m. *fucus* (gr. *φῦκος*), spec. quo mulieres Hebraeae palpebras illinebant, ex plumbi mineribus vel stibio factus, *stibium* (v. rad. כָּחַל p. 676, ubi plura). 2 Reg. IX, 30: וַתָּשֶׂם בְּפוּךְ עֵינֶיהָ LXX. *ἐστιμίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς*. Vulg. *depinxit oculos suos stibio*. De eadem re non sine acerba vituperatione Jer. IV, 30: תִּקְרְעִי בַפּוּךְ עֵינַיִךְ *stibio dilaceras oculos tuos*, margines enim oculorum stibio rigidiores factae discindebantur et dilatabantur. Locutio ab oculis petita (2 Reg. l. c.) ad moenia translata est Jes. LIV, 11: אֲנִכִי מֵרִבֵּץ בַּפּוּךְ אֲבָנָיִךְ *in stibio ponam lapides tuos* i. e. stibio ceu calce utar in moenibus tuis exstruendis. אַבְנֵי פוּךְ וְרִקְמָה 1 Par. XXIX, 2 in templo condendo adhibendi, videntur lapides pretiosiores et versicolores, ut marmoris species, parietibus vestiendis et quasi *fucandis* vel pavimentis faciendis adhibendi. (Gr. *φῦκος* algam quidem significat, unde *fucus* fiebat, sed nihilominus alga a fuco dicta esse potest). Cf. קֶרֶן הַפּוּךְ.

פּוֹל *faba* v. rad. פָּלַל.

פּוּל n. pr. 1) gentis et regionis Aegyptiacae vel certe Africanae Jes. LXVI, 19, quae h. l. copulatur cum לוּד, sicut alibi ter copulantur פוּט et לוּד Jer. XLVI, 9. Ez. XXVII, 10. XXX, 5, unde facile oriatur suspicio, etiam Jes. l. c. pro פּוֹל legendum esse פּוּט, praesertim cum Alex. habeat *Φούδ* (nonn. codd. *Φούθ*), quod in Cod. Vatic. bis (Gen. X, 6. 1 Par. I, 8) legitur pro פּוּט. Sed caute tamen agendum est: nam gr. *Φούδ ΦΟΥΔ* facili errore oriri poterat ex *ΦΟΥΛ* (cf. פּוֹל 2 Reg. XV, 19, pro quo alii codd. *ΦΟΥΑ*, alii *ΦΟΥΔ*, דלילה *Δαλιδά*), et sperare licet fore ut etiam hoc nomen (pariter atque פּוּט q. v.) e litterarum Aegyptiacarum tenebris in lucem emergat. Quid si vestigium eius exstet in nomine terrae Africanae Ⲃⲟⲗⲟ vel Ⲡⲟⲗⲟ, quod in inscriptionibus Memnonii de rebus gestis Amenophidis III comparet? v. Champoll. gr. p. 159. Parum probabilis est Bochartı opinio (Phaleg IV, 26), quam sequuntur J. D. Michaëlis (spicileg. I, 256. II, 114) al., intelligendas esse *Philas*, Aegypti insulam, haec enim in libris copticis ⲫⲓⲗⲁⲕ appellatur i. e. regio remota (Quatremère Memoires sur l'Égypte I, 387 sqq. Champollion l'Égypte I, 158), in scriptura hieroglyphica adeo ⲙⲁⲫⲓⲗⲁⲕ (Champoll. gr. p. 154), quod ab hebr. פּוּל procul abest.

2) regis Assyriae, qui Tiglathpilesari antecessit (circa annos 774—759 a Chr.) et Assyriacorum regum primus Palaestinam invasit 2 Reg. XV, 19. 1 Par. V, 26. LXX. Regg. *φούλ*, sed nonnisi in paucis codd., plerique *φουά*, *φούδ*, quae ex illo depravata sunt, et *φουλά*, quod conflatum ex *φούλ* et *φουά*; etiam in Paral. paucissimi *φούλ*, multi *φουά*, Vatic. adeo *φαλώχ*, Alex. *φαλώς*. Praeter V. T. Phul memoratur a solo Alexandro Polyhist. apud Euseb. chron. armen. I, 41, qui eum Chaldaeorum regem appellat: „post quos, inquit, rex Chaldaeorum fuit, cui nomen Phulus; de quo item Hebraeorum quoque historia meminit, Phulum denominans, quem in terram Judaeorum venisse aiunt“: nec probabilia docet Koopmanns (de Sardanapalo Amstelod. 1819 p. 107 sqq. 115 sqq.), qui Phulum eundem regem esse censet atque Sardanapalum. (Origo varias admittit coniecturas, vel pers. پیل sanscr. *pîl* elephas, vel sanscr. *phulla*, laetus,

florens, vel, quod praefero, pers. עַל summus, dominus, sanscr. *pâla* dominus. Eandem syllabam habes in Nabo*pola*sar).

פּוּם et פֻּם chald. *os*, v. פֻּמָּא.

פּוּץ fort. i. q. arab. فظ = فل (cf. אָפַל) 1) *occidere* (de sole), obscurari; 2) ingenii et *consilii inopem esse.* Semel legitur Ps. LXXXVIII, 16: אָפֻנָּה, Alex. ἐξηπορήθην. Vulg. *conturbatus sum.* Pesch. ܐܬܒܗܬ obstupui. Kimchi et Aben Esra ducunt a part. פֻּץ, dubitandi et ambigendi potestate, male. Magis ferendum quod al. conferunt פָּגַה, et inde *evanescendi* vim efficiunt.

פּוּנִי nom. patron. hominis (ignoti) פּוּן. Num. XXVI, 23.

פּוּנֹן (tenebrae, caligo) n. pr. oppidi in Idumaea, quod in stationibus Israëlitarum memoratur Num. XXXIII, 42. 43. Cod. Sam. פינן. LXX. Φινώ, Pesch. ܦܨܨܘ, et ita Gen. XXXVI, 41: אַלּוּף פִּינֹן *phylarcha Phinonis.* 1 Par. I, 52. Hieron. in locis hebr. „*Phenon* castra filiorum Israëlis in deserto. Fuit autem quondam civitas principum Edom [Gen. l. c.], *nunc viculus in deserto, ubi aeris metalla damnatorum suppliciis effodiuntur, inter civitatem Petram et Zoaram.* Id. *Dedan est in quarto milliario a Metallopheno contra Aquilonem.*“ Frequens eius (Φαίνω, Φέννη) mentio apud Patres, qui martyres Christianos ad ista metalla (Φαινήσια μέταλλα Epiph. adv. haeres. II p. 719, Φεννήσια μέταλλα Theodoret. hist. 4, 19) missos esse tradunt. Athanas. epist. ad solit. (p. 658): ἐξέπεμψαν εἰς μέταλλον ἀποστάλγια καὶ μέταλλον οὐχ ἁπλῶς ὅλλ' εἰς τὸ τῆς Φαινῶ, ἐνθα καὶ φοινὶς καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μόγις διάγει ζῆσαι. Euseb. h. e. 8, 13. Niceph. Callist. 11, 28. Cf. Bocharti Hieroz. III, 220. Relandi Palaest. p. 952. le Quien Oriens christ. III, 746.

פּוּעָה (i. q. פּוּאָה et arab. فُوهٌ os, sec. Sim. i. q. יְפוּעָה splendida) n. pr. obstetricis Hebraeorum in Aegypto Exod. I, 15.

פּוּץ non nisi in fut. imp., semel in part. pass. (Zeph. III, 10) i. q. נָפַץ q. v. 1) *diffringere, discutere* (rad. onomatopoët.), v. Pil. Hithpal. — 2) *dispergere.* Ez. XLVI, 18: לְבִלְתִּי אֲשֶׁר לֹא יָפוּצוּ עַמִּי אִישׁ מֵאֲחֻזָּתוֹ *ne dispergant* i. e. expellant (phylarchae) *populum meum, quemque ex possessione sua.* Part. pass. Zeph. l. c. בַּת־פּוּצַי *filia* i. e. congregatio *dispersorum meorum.* Alibi pass. *dispergi* (dispelli), de populo, exercitu Num. X, 35 et Ps. LXVIII, 2. 1 Sam. XI, 11, et *dispergere se* (quod negare non debebat Böttch. specc. pag. 71), de grege Ez. XXXIV, 5. Zach. XIII, 7, de populo. Gen. XI, 4: פֶּן נָפוּץ עַל־פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ *ne dispergamus nos super terram*, non: *ne dispergamur super terram.* Turris enim et urbs eo consilio aedificatae erant, ut homines in uno loco continerentur, et impedire poterant quo minus homines nimis a se discederent et dilaberentur, sed non quo minus ab hostibus dissiparentur. 1 Sam. XIV, 34. 2 Sam. XX, 22. — 3) *redundare* (arab. فاض), de fontibus Prov. V, 16, metaph. מְטוֹב אבוּדוּ abundare bonis Zach. I, 17.

Niph. נָפוּץ pass. *dispersus est*, de exercitu 2 Reg. XXV, 5. Jer. LII, 8 (addito מֵעַל a latere regis), de *populo* Ez. XI, 17. XX, 34. 41. XXVIII, 25 (sq. בְּ inter). XXXIV, 12; *dispersit se* (sich zerstreuen, in Zerstreuung gerathen), velut grex non custoditus Ez. XXXIV, 6. 1 Reg. XXII, 17, populus, cuius familiae sponte a se discedunt seque dispergunt in variis regionibus Gen. X, 18. — 2 Sam. XVIII, 8: וַתְּהִי שָׁם הַמִּלְחָמָה נְפוּצָה עַל פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ *et pugna dispersit se super omnem regionem.* Niphal significatione non differt a Kal (ut volebat Böttch. specc. p. 71), sed Niphal in solo Praet. et Part. (1 Reg. XXII, 17) usitatum est, Kal in fut. et imp., cf. inter se Ez. XXXIV, 5 (Kal) et 6 (Niph.).

Pil. פּוֹצֵץ *diffregit* (rupem malleus) Jer. XXIII, 29. — *Pilp.* פִּצְפֵּץ id. (hominem terrae rupive allisum) Iob. XVI, 12.

Hiph. 1) trans. a) *sparsit* semen Jes. XXVIII, 25; b) *dispersit*, ut nubem Iob. XXXVII, 11 (de vento); *dispersit* incolas Jes. XXIV, 1, *fugavit* exercitum Hab. III, 14. Ps. XVIII, 15: *misit fulgura sua* וַיְפִיצֵם *et dispersit* fugavit *eos.* CXLIV, 6. Jer. XIII, 24. XVIII, 17, saepe addito loco, in quem populus dispergatur, Deut. XXX, 3. Jer. XXX, 11, sq. בְּ Deut. IV, 27: וְהֵפִיץ יְ אֶתְכֶם בָּעַמִּים XXVIII, 64. Neh. I, 8. Jer. IX, 15. Ez. XI, 16. XII, 15. XX, 23. XXII, 15. XXIX, 12. XXX, 23. XXXVI, 19, cf. Gen. XLIX, 7 de Simeone et Levi: אַפִּיצֵם בְּיִשְׂרָאֵל *eos dispergam in Israële* i. e. sedes dispersas habento in terra Israëlitica. II. dispergi passus est (gregem pastor) Jer. XXIII, 1. 2. Part. מְפִיץ dispergens, populator. Nah. II, 2. c) *fugavit*, etiam unum Iob. XVIII, 11. d) redundare fecit i. e. *effudit* (fluctus irae) Iob. XL, 11. — 2) intrans. *dispersit se*, eurus super terram Iob. XXXVIII, 24, populus Ex. V, 12. 1 Sam. XIII, 8.

Hithpal. הִתְפּוֹצֵץ *diffractus est, dissiluit* (de montibus) Hab. III, 5 (6).

Exemplum formae *Tiphel* (v. gr. §. 54, 5) habes in scriptura vulgari Jer. XXV, 34: תְּפוּצוֹתֵיכֶם *dispergam vos*, ubi tamen alii libri mss. et editi תְּפִיצֹתֵיכֶם (dispersiones vestrae), quod ipsum expresserunt Aqu. Symm. Vulg. Orationi contextae illud accommodatius videtur.

מְפִיץ m. pr. part. Hii. diffringens, discutiens (v. Pil.), inde *malleus* (bellicus) Prov. XXV, 18, i. q. מַטָּשׁ Jer. LI, 20.

I. פּוּק *vacillare* Jes. XXVIII, 7. (Vic. est arab. فَقَ panper evasit, فَقْرٌ paupertas; panperes enim vacillare et collabi dicuntur cf. מָטָה. In Indogermanicis for-

tasse einsdem stirpis est *wanken* praemisso sibilo *schwanken* [ant. *wagen*], cum diminut. *vacillo*, *wackeln*).

Hiph. id. Jer. X, 4: וְלֹא יָפִיק *et non vacillat.*

פּוּקָה f. *offendiculum* in via, quo quis ad vacillandum impellitur i. q. מִכְשׁוֹל 1 Sam. XXV, 31.

פִּיק m. *vacillatio* Nah. II, 11.

II. פּוּק *exire*, i. q. chald. נְפַק.

Hiph. 1) *expromsit*, *suppeditavit*. Ps. CXLIV, 13: *promtuaria nostra* sint *plena* מְפִיקִים מִזַּן אֶל זַן *suppeditantia omnis generis res.* Sq. dat. Jes. LVIII, 10. — 2) fecit, ut prodiret ab aliquo i. e. ab eo erogaretur, praeberetur, inde *impetravit ab* aliquo, Prov. III, 13. XII, 2: טוֹב יָפִיק רָצוֹן מֵיְהוָה vir *bonus impetrat favorem a Jova.* VIII, 35. XVIII, 22. LXX. λαμβάνω. — 3) *ad exitum perduxit*, *exitum habere* (bene cedere) *sivit.* Ps. CXL, 9: זִמָּתוֹ אַל תָּפֵק quae *machinatur*, *exitum habere ne sinas.*

פּוּר i. q. פָּרַר *fregit.*

Hiph. הֵפִיר i. q. הֵפֵר id. Ps. XXXIII, 10. Ezech. XVII, 19, unde

פּוּרָה f. *torcular* Jes. LXIII, 3. Hagg. II, 16. Sed

פָּלַל in Kal inusit. *Iudicandi* potestatem, quae inest in Pi. et nominibus derivatis (פָּלִיל, פְּלִילִי, פְּלִילָה) plerique a *findendo*, *secando* et *dirimendo* ductam esse volunt (v. Schult. ad Har. p. 21. Opp. min. ad Ezech. XXVIII, 23) coll. פֶּלַג, פְּלָגָה, פַּלָּג aliisque a פל ordientibus (ipsum פֵּלֵג est i. q. פָּרַר rupit): equidem primariam radicis vim malim in *volvendo* et *volutando* ponere, unde *volvendo* (cylindro) *aequavit et complanavit* (gerade walzen), et metaph. aequavit, arbitrum egit (nostr. richten, schlichten. Hanc vim habes in nomine פּוֹל

bacca rotunda, faba, et in cognatis פָּלַג volvit fluctus, fluxit (v. ad פָּלַג), פָּלַד rotundus fuit, פָּלַס et פָּלַשׁ volutavit. Ex Syriacis congruunt ܦܠܨ volutavit in re, inde tinxit, inquinavit, et ܐܬܦܠܨ volutavit se, it. volutatus est, de massa farinae subacta (mengen), in coeno, it. perquisivit, quod et ipsum a volutando est.

Pi. 1) *iudicavit* 1 Sam. II, 25, it. *iudicium exercuit* castigando Ps. CVI, 33 al. 30 cf. Num. XXV, 7 (Alex. Vulg. tamen: *placavit*, vide ad Kal). Sq. לְ *adiudicavit* alicui Ez. XVI, 52. — 2) *censuit, existimavit* Gen. XLVIII, 11.

Hithpa. הִתְפַּלֵּל 1) *intercessit pro* aliquo apud Deum, *oravit pro* aliquo (pr. arbitrum se interposuit), sq. בְּעַד Gen. XX, 7: וְיִתְפַּלֵּל בַּעֲדֶךָ וָחְיֶה *orabit pro te et vives.* Deut. IX, 20. 1 Sam. VII, 5. XII, 19. 23. 1 Reg. XIII, 6. Ps. LXXII, 15. Jer. XXXVII, 3, עַל Iob. XLII, 8, לְ 1 Sam. II, 25, et אֶל eius apud quem interceditur Gen. XX, 17. Num. XI, 2, v. utramque structuram Jer. XXIX, 7. XLII, 2. 20. — 2) gener. *precatus est* ad Deum (zu Gott beten), sq. אֶל 1 Sam. I, 26. 2 Sam. VII, 27. 1 Reg. VIII, 33. 44. 54. Jer. XXIX, 12. XLII, 4. Ps. V, 3 et saepe, לְ Dan. IX, 4, עַל 1 Sam. I, 10, לִפְנֵי 1 Reg. VIII, 28. Neh. I, 4. 6, absol. 1 Sam. II, 1. 2 Par. VII, 14. Jes. XVI, 2. Dan. IX, 20. Passim additur אֶל rei, *propter* quam Deum precibus adeunt 1 Sam. II, 27. Jes. XXXVII, 21. Dicunt etiam: הִתְפַּלֵּל אֶל מָקוֹם *precatus est* (Deum) ore converso *ad locum* (sanctum) 1 Reg. VIII, 30. 35. 32 cf. 44. 48. 2 Par. VI, 38. — Raro *supplicavit* idolis, sq. אֶל Jes. XLIV, 17. XLV, 20, adeoque hominibus XLV, 14.

פָּלָל (index) n. pr. viri Neh. III, 28.

פּוֹל m. *faba*, quae memoratur in cibis militum 2 Sam. XVII, 28, cuius farina pani admiscetur Ez. IV, 9 cf. Plin. 18, 12. LXX. κύαμος. Targ. אֲבָּא, quo etiam Rabbini de faba utuntur. Origo est in forma rotunda, cf. lat. *bulla*, belg. *bol* faba, *peul, poeul* cicer, *bolle* cepa.

פָּלִיל m. *iudex*, tantum in pl. פְּלִילִים Exod. XXI, 22. Deut. XXXII, 31. Iob. XXXI, 11: עָוֹן פְּלִילִים *crimen* crimen *iudicum* i. e. grave a iudicibus publicis puniendum. Cf. 28. De st. abs. pro constr. v. Gr. 114, 2. Ceterum non pauci codd. h. l., ut Comm. 28, habent פְּלִילִי.

פְּלִילָה f. *ius, iustitia* Jes. XVI, 3.

פְּלִילִי adj. *iudicialis.* Iob. XXXI, 28: עָוֹן פְּלִילִי *crimen iudiciale* i. q. עון פלילים Comm. 11, v. פָּלִיל. Fem. פְּלִילָה sella s. consessus *iudicialis, iudicium* Jes. XXVIII, 7.

פְּלַלְיָה (quem Jova iudicavit i. e. tuitus est) n. pr. viri Neh. XI, 12.

אֶפְלָל (pro פְּלַל iudicium) n. pr. viri 1 Paralip. II, 57.

תְּפִלָּה (ab Hithpa.) f. 1) *intercessio, deprecatio* pro aliquo 2 Reg. XIX, 4. Jes. XXXVII, 4. Jer. VII, 16. XI, 14. — 2) *precatio, preces* ad Deum fusae. Ps. LXV, 3. LXXX, 5. Jes. I, 15. Iob. XVI, 17 al. Addito לְ pers. Ps. XLII, 9: תְּפִלָּה לְאֵל חָיָי. LXIX, 14, אֶל 2 Par. XXXIII, 18. בֵּית תְּפִלָּה domus precum Jes. LVI, 7. Ps. CIX, 4: וַאֲנִי תְפִלָּה *et ego preces* sum i. e. totus in precibus sum. — De eo, qui precationem facit, dicunt נָשָׂא תְפִלָּה Jes. XXXVII, 4, et הִתְפַּלֵּל ת׳ Neh. I, 6, de Deo qui preces bene excipit et exaudit, לָקַח ת׳ Ps. VI, 10, נָגַע אֶל ת׳ Ps. CII, 18. 1 Reg. VIII, 28, שָׁמַע ת׳ Ps. IV, 2. XXXIX, 13. LIV, 4. LV, 2. Prov. XV, 29, שָׁמַע אֶל ת׳ Neh. I, 6. Dan. IX, 17, הֶאֱזִין ת׳ Ps. XVII, 1. LV, 2: ipsae preces dicuntur *pervenire ad* Deum Ps. LXXXVIII, 3. Jon. II, 8. Precum significatu תְּפִלָּה accipitur etiam in titulis Psalmorum XVII. LXXXVI. XC. CII. CXLII, sed 3) ampliore *hymni* s. *carminis sacri* significatione Hab. III, 1 et Ps. LXXII, 20, ubi Psalmi I—LXXII תְּפִלּוֹת דָּוִד appellantur. Cf. verbum 1 Sam. II, 1.

פַּלְמֹנִי *ὁ δεῖνα* v. ad rad. פָּלָה.

פַּלְנִי id. ibid.

פָּלַס in Kal inusit. Origo esse videtur in *volvendo*, inde *cylindro* huc illuc volutato *aequavit*, nostr. *walzen, durch Walzen ebenen.* Affine est פָּלַל (ubi vide), ut germ. *walzen* pendet ex *wallen, wellen.*

Pi. 1) *complanavit, aequavit* i. e. munivit *viam.* Jes. XXVI, 7. Prov. IV, 26: פַּלֵּס מַעְגַּל רַגְלֶךָ *complana semitam pedis tui* i. e. incede in via recta et aequa. V, 6: אֹרַח חַיִּים פֶּן תְּפַלֵּס *viam felicitatis* ea *non munit.* Ps. LXXVIII, 50: יְפַלֵּס נָתִיב לְאַפּוֹ *viam munivit irae suae* i. e. liberam dimisit iram suam. — 2) *libravit, pependit* (quod fit aequilibrio iugi et lancium), *appendit*, metaph. Ps. LVIII, 3: חֲמַס יְדֵיכֶם תְּפַלְּסוּן *iniuriam vestram appenditis* vos iudices, qui institiam appendere debebatis; it. *perpendit, expendit* i. e. accurate consideravit Prov. V, 21: *omnes vias suas perpendit.* LXX. σκοπεύει. Vulg. considerat.

פֶּלֶס m. *libra* (ab aequilibrio dicta) Prov. XVI, 11. Jes. XL, 12. Utroque loco copulatur cum מֹאזְנַיִם (lances, bilanx) et videtur pr. vectem ferreum numeris distinctum notare, quo ad librandum utuntur, nostr. Schnellwage (arab. قَبَّان Schindleri Pentagl.). Kimchius (ad Jes. XXVI, 7) iugum bilancis intelligit.

מְפָלֶשׁ m. *libratio* i. e. aequilibrium (nubium) Iob. XXXVII, 16.

פָּלַץ in Kal inusit. prob. similis potestatis atque פָּרַץ rupit.

Hithpa. contremuit (pr. ruptus est, Spalten bekommen, cf. נִבְקַע 1 Reg. I, 40), de columnis terrae Iob. IX, 6.

פַּלָּצוּת f. *tremor, horror* Iob. XXI, 6. Ps. LV, 6. Jes. XXI, 4. Ez. VII, 18.

מְפַלֶּצֶת f. pr. *formido*, dein (cf. פַּחַד) de numine, *idolo*. 1 Reg. XV, 13. 2 Par. XV, 16.

תִּפְלֶצֶת f. *terror* Jer. XLIX, 16.

פָּלַשׁ i. q. פָּגַשׁ, unde מִפְגָּשׁ.

I. פָּלַשׁ rad. inusit. pr. (ut recte Simonis in editt. 1—3 et Kimchi: התגלגל) *volvit, volutavit* (wälzen), sicut vicinae radd. פָּלַס, פָּלַל [פּוֹל]. Inde

Hithpa. volutavit i. e. *inquinavit se*, cinere (אֵפֶר) Jer. VI, 26. Ez. XXVII, 30, pulvere (עָפָר) Mich. I, 10. Absol. id. Jer. XXV, 34. — In prioribus editt. huic radici praeeuntibus LXX. et Vulg. *conspergendi* significatum tribuebam, cui assensum praebuerunt Rosenm. et Winerus (in Lex. p. 776): sed illud praefero, utpote ex interiore stirpis indole profectum.

II. פָּלַשׁ (prob. vic. verbis פָּגַשׁ, פָּגַע) aethiop. ፈለሰ: migravit, emigravit, ተፈላሰ: ultro citroque migravit, ፈላሲ: peregrinator, advena, ፍልሰት: migratio, emigratio. Inde

פְּלֶשֶׁת Jes. XIV, 29. 31. Ps. LX, 10. LXXXIII, 8. LXXXVII, 4. CVIII, 10, in Pausa פְּלֶשֶׁת Ex. XV, 14 *Philistaca*, pr. terra advenarum s. peregrinorum (v. rad.): Philistaei enim Aegyptiacae originis erant et ex terra Capthor (v. בַּפְתֹּר) in Cananaeae oras immigraverant, quocirca apud LXX interpretes Ἀλλόφυλοι appellati sunt (v. פְּלִשְׁתִּי). Comprehendebat ea australe Cananaeae litus ad mare mediterraneum (inde יַם פְּלִשְׁתִּים Ex. XXIII, 31) ab Ecrone usque ad fines Aegypti, cui certis temporibus haud exignae terrae interioris partes accedebant (1 Sam. XXXI, 8. 1 Reg. XV, 27. XVI, 15). Josepho *Παλαιστίνη* dicitur (Ant. 1, 6 §. 2. 2, 15 §. 2), quo nomine idem alibi cum plerisque antiquitatis scriptoribus (v. Relandi Palaest. p. 38 sqq.) de universa Israëlitarum terra utitur (Arch. 8, 4). Inde talmud. פלסתיני et arab. فلسطين. — In monumentis veteribus Aegyptiacis in numero populorum ab Aegyptiis devictorum reperitur *Poloste* (Champoll. gr. 180): hine *Philistaei* sunt?

פְּלִשְׁתִּי n. gent. *Philistaeus* 1 Sam. XVII, 4 sqq. 23 sqq. XIX, 3. XXI, 9. XXII, 10 pl. פְּלִשְׁתִּים Gen. XXVI, 1. Iud. X, 6 1 Sam. IV, 1. V, 1 et sexcenties, raro פְּלִשְׁתִּיִּים Am. IX, 7 *Philistaei*, gens origine Aegyptia (v. פְּלֶשֶׁת), quae Judicum et primorum regum tempore cum Hebraeis de principatu Palaestinae contendebat (v. Iud. XIV—XVI. 1 Sam. IV—VII. XIII. XIV. XVII. XXIII. XXIX. XXXI. 2 Sam. V, 17. VIII, 1) cuinsque animus in Hebraeos infensus continuis fere bellis mutuisque iniuriis nutritus est (2 Sam. V, 17. VIII, 1. 2 Par. XXI, 16. XXVI, 6. XXVIII, 18. Jes. XIV, 29), donec post Maccabaeorum tempora (v. Sir. L, 26) sensim cum aliis Palaestinae incolis in unum populum coaluisse videtur. אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים i. q. פְּלֶשֶׁת Philistaca Gen. XXI, 32. 33. Exod. XIII, 17. 1 Sam. XXVII, 1. 7. XXIX, 11. 1 Reg. IV, 21. 2 Reg. VIII, 2. 3. סַרְנֵי פְּלִשְׁתִּים principes Philistaeorum, quorum pro numero urbium quinque erant, v. סֶרֶן. LXX in Pent. scribunt *Φυλιστιείμ*, et sic Jos. XIII, 3. Sir. XLVI, 18. XLVII, 7. L, 26, sed in reliquis libris *Ἀλλόφυλοι*, Josephus *Παλαιστῖνοι* Ant. V, 1 §. 18. VI, 4, 2. 5, 6. 6, 1—6. 8, 1. 9, 1 al. De *Ἀλλοφύλων* nomine autem bene Theodoretus ad Ps. LIX: *Ἀλλοφύλους μέντοι καλεῖ τοὺς Παλαιστίνους ἡ θεία γραφὴ οὐχ' ὡς τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὁμοφύλων ὄντων, ἀλλ' ὡς τῶν ἄλλων μὲν ἀφεστηκότων, τούτων δὲ οὐ μόνον ὁμόρων ὄντων ἀλλὰ καὶ μεταξὺ κατοικούντων*, cf. Relandi Palaest. p. 42.

פָּלַת rad. inusit. Arab. فَلَتَ fugit cf. vic. פָּלַט, unde فَلَتَ, فَلَّتَ, فِلِّتَّانٌ, فَلَتَانٌ equus celer. Inde

פַּלָּת (celeritas) n. pr. virorum 1) Num. XVI, 1. 2) 1 Par. II, 35.

פַּלְּתִי m. *cursor publicus*, nonnisi hoc nexu הַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי *carnifices et cursores* (v. כְּרֵתִי p. 719 A), de satellitibus et praetorianis Davidis, qui a sequentis aetatis regibus הַכְּרִי וְהָרָצִים *confossores et cursores* appellantur 2 Reg. XI, 4. 19 (v. כָּר p. 671). Eorum qui כְּרֵתִי in hac formula *Philistaeos* esse volebant (v. כְּרֵתִי) nonnulli etiam פַּלְּתִי pro פְּלִשְׁתִּי dictum esse putant: sed ut alia taceam (de quibus iam supra dictum est), quis huiusmodi contractionem in linguis Semiticis ferat? quis credat, duas appellationes synonymas hoc modo cumulatas esse? quasi dicas: Engländer und Britten, Italiener und Welsche.

פֵּן *angulus* i. q. פִּנָּה v. rad. פָּנַן.

פֶּן c. Makk. פֵּן *ne*, v. פָּנָה.

פָּנַג rad. inusit., unde

פַּנַּג *ἅπ. λεγόμ.* Ez. XXVII, 17, ubi de Israëlitis, Tyri mercatum adeuntibus: בְּחִטֵּי מִנִּית וּפַנַּג וּדְבַשׁ וְשֶׁמֶן וָצֳרִי נָתְנוּ מַעֲרָבֵךְ *cum tritico Minnith et cum Pannag et melle et oleo et balsamo mercatum faciunt tecum.* Profecto audiendi non sunt, qui פַּנַּג pariter atque *Minnith* regionem Palaestinae tritico feracem esse volunt (ben Melech),

et minus etiam qui eam *Phoenicen* putant (Jun. Tremell.): contra vix dubitandum est, quin rem significet, quae (ut triticum, mel uvarum, oleum) in Palaestina gignatur. Sed quae illa sit, neque etymo neque aliqua traditionis constantia docemur. Nam LXX *κασία*. Vulg. *balsamum* (et ita Joseph. Gorion. 4, 22). Pesch. *milium*. Targ. קוֹלְבָּא quod esse videtur gr. *κολία*, *τὰ ἐκ μέλιτος τρωγάλια* (licet Kimchius herbam saponariam explicet). Sic explicat etiam R. Parchon: חלות דבש placentae mellis, et לחם פגג in libro Sohar (teste Celsio, Hierobot. II, 73) est aliquid dulciarii operis (licet nescias, utrum פגג materiam panis an praeparandi modum indicet), quod firmare student coll. syr. ܦܓܓ oblectavit se, unde ܦܘܓܓܐ i. q. *τρυφή* Sir. XVIII, 33, *τρυφήματα* XXXI, 3 (laudant etiam Ephr. I p. 48, ubi nil eiusmodi reperio). Equidem nihil definio, licet in illo פגג לחם aliqua spes lucis supersit. Ridiculum, quod (auctore Hillero, Hierophyt. II p. 51) arcessiverunt gr. *πάνακες*, *πανάκη* (a *πᾶς* et *ἀκέομαι*), unde arab. فُجْل. — Tres codd. Ross. exhibent פסג, quod *grossulos* significaret.

פָּנָה fut. יִפְנֶה conv. וַיִּפֶן, in reliquis personis וָאֶפֶן Deut. IX, 15. X, 5, תֶּפֶן Num. XVI, 15, וַתֶּפֶן 1 Reg. X, 15, וַיִּפֶן Deut. II, 1. 8. III, 1

A) *vertit*, in una formula פָּנָה לְעֹרֶף vertit cervicem s. tergum Jos. XVII, 12. Jer. II, 27. XXX, 33. Alibi semper

B) intrans. *vertit se*,

1) ad eundum, abeundum Gen. XVIII, 22: וַיִּפְנוּ מִשָּׁם הָאֲנָשִׁים וַיֵּלְכוּ. Exod. X, 6: וַיִּפֶן וַיֵּצֵא. VII, 23: וַיִּפֶן וַיָּבֹא בֵּיתוֹ XXXII, 15. Num. XXI, 23. Deut, I, 24. II, 1. 8. III, 1. IX, 15. X, 5. XVI, 7. Iud. XVIII, 21. 26. XX, 41. 45. 1 Reg. X, 13. 2 Reg. V, 12, passim adiecto dat. pleon. Deut. I, 40. II, 3. 1 Reg. XVII, 3, inde a) *convertit*, *contulit se* aliquo, sq. עַל Gen. XXIV, 49 (עַל יָמִין dextrorsum), אֶל 1 Sam. XIII, 17. Iud. XX, 42 (אֶל דֶּרֶךְ). Jes. XIII, 14: אִישׁ אֶל עַמּוֹ יִפְנוּ. Jer. L, 16, sq. ל Jes. LIII, 6: אִישׁ לְדַרְכּוֹ פָּנִינוּ. LVI, 11, acc. Iob. XXIV, 18: לֹא יִפְנֶה דֶּרֶךְ כְּרָמִים. Prov. XVII, 8. 1 Sam. XIII, 18. XIV, 47: בְּכֹל אֲשֶׁר יִפְנֶה *quocunque se convertebat*, c. He parag. 1 Reg. XVII, 3. Deut. II, 3. Cant. VI, 1, it. sq. אֶל pers. convertit se ad aliquem, adiit enm, max. Deum Jes. XLV, 22, angelos Iob. V, 1, idola Lev. XIX, 4. Deut. XXXI, 18. 20. Hos. III, 1, hariolos Lev. XX, 6 oraculum vel auxilium petendi causa, it. sq. אֶל rei, convertit se ad (peccatum) Iob. XXXVI, 21. פָּנָה אַחֲרֵי פ׳ convertit se, ut sequatur partes alic., in partes eius inclinavit Ezech. XXIX, 16. — b) *avertit se* ab aliquo, sq. מֵעַל Deut. XXIX, 17 (de animo), absol. XXX, 17: אִם יִפְנֶה לִבָּבְךָ sq. וְלֹא תִשְׁמַע *si vertit se cor tuum* (i. e. avertit se a Deo), *neque morem geris*. — c) Translate ad tempus *α) vertit se* ad discedendum. Jer. VI, 4: פָּנָה הַיּוֹם *dies inclinat*, et poët. Ps. XC, 9: *omnes dies nostri inclinant*. (Inde arab. فَنِيَ evanuit, disparuit). *β)* ad veniendum, accedendum, in formulis לִפְנוֹת הַשַּׁחַר appropinquante mane, sub tempus matutinum Ex. XIV, 27. Iud. XIX, 26. Ps. XLVI, 6, לִפְנוֹת עֶרֶב appropinquante vespera, sub vesperam Gen. XXIV, 63. Deut. XXIII, 12.

2) ad spectandum 2 Reg. XXIII, 16. Eccl. II, 12: פָּנִיתִי אֲנִי לִרְאוֹת חָכְמָה *convertebam me, ut viderem sapientiam*. Ex. II, 12: וַיִּפֶן כֹּה וָכֹה וַיַּרְא *et convertit se* (oculis) *huc illuc et vidit*; inde *spectavit*, *oculos coniecit* in aliquid, sq. אֶל Exod. XVI, 10. Num. XII, 10. XVII, 7. 2 Paral. XX, 24. Iob. XXI, 5, בְּ VI, 28. Eccles. II, 11, sq. אַחֲרָיו (post se) Jos. VIII, 20. Iud. XX, 40. 2 Sam. I, 7. II, 20. 2 Reg. II, 24, לְמַטָּה (sursum) Jes. VIII, 21 (22). Metaph. אֶל פָּנָה *rationem habuit* personae vel rei Deut. IX, 27, max. de Deo homines exaudiente 2 Reg. XIII, 23. Ps. XXV, 16: פְּנֵה אֵלַי וְחָנֵּנִי. LXIX, 17. LXXXVI, 16, it. פָּנָה Ps. CII, 18. 1 Reg. VIII, 28, אֶל תְּפִלָּה Num. XVI, 15. Malach. II, 13. De rege 2 Sam. IX, 8. — De rebus inanimatis: *spectavit* aliquam regionem. Ezech. VIII, 3: חַשְׁעַר פֹּנֶה צָפוֹנָה *porta spectans orientem versus*. XI, 1. XLIV, 1. XLVI, 12. XLVII, 2. 1 Reg. VII, 25. 2 Par. IV, 4. De termino Jos. XV, 2. 7.

Pi. pr. discedere fecit (v. Kal no. 1, c), inde 1) *removit*, *e medio sustulit* Zeph. III, 15. — 2) remotis, quae temere disiecta et impedimento sunt, *purgavit* domum (aufräumen) Gen. XXIV, 31. Lev. XIV, 36, viam i. e. paravit, munivit eam Jes. XL, 3. LVII, 14. LXII, 10. Mal. III, 1. Absol. Ps. LXXX, 10: פִּנִּיתָ לְפָנֶיהָ *purgabas* terram *ante eam*.

Hiph. fut. convers. וַיָּפֶן 1) trans. *vertit* Iud. XV, 4: וַיִּפֶן זָנָב אֶל זָנָב, max. cervicem, tergum, de discedente, fugiente 1 Sam. X, 9. Jer. XLVIII, 39. 2) intrans. *vertit se* (pr. vertit tergum) ad fugiendum, Jer. XLVI, 21. XLIX, 24, it. *retro se vertit*, in fuga substitit Jer. XLVI, 5. Nah. II, 9. Sq. אֶל convertit se ad aliquem Jer. XLVII, 3.

Hoph. terga vertit Jer. XLIX, 8, *spectavit* regionem (v. Kal no. 2 fin.) Ez. IX, 2.

פָּנֶה in sing. inusit. (alia eius forma פָּנִי, פְּנוֹ compareret in nomm. pr. פְּנִיאֵל, פְּנוּאֵל), pl. **פָּנִים** cstr. פְּנֵי m. (sed fem. Ez. XXI, 12)

1) *facies* (pr. pars alicui *obversa* v. Ez. XXI, 3, cf. arab. وَجْه facies, a وَجَهَ V. convertit se aliquo, et ad usum plur. gr. *τὰ πρόσωπα* ap. Homerum). Gen. XXXVIII, 15. L, 1. Ex. III, 6 et saepe, etiam de facie bestiarum Ez. X, 14. Iob. XLI, 6. Constr. c. verbo et adj. plurali Iob. XXXVIII, 30. Dan. I, 10, eoque fem. Ez. XXI, 21, rarius sing. Thren. IV, 16. Prov. XV, 14. Etiam pro plur., ut אַרְבָּעָה פָּנִים Ez. I, 6. X, 21. XLI, 18, כָּל־פָּנִים omnes facies Joël II, 6. Jes. XIII, 8. Nah. II, 11. לֶחֶם הַפָּנִים panis faciei (v. לֶחֶם), et שֻׁלְחַן הַפָּנִים mensa, in qua hi paniculi offerebantur Num. IV, 7. נָפַל עַל פָּנָיו procidit in faciem

suam, v. rad. נָבַל no. 2, a. חִגָּה פְּנֵי פ׳ demulsit faciem alic. i. e. precibus eum adiit, v. חָגָה.

Spec. hae notandae sunt locutiones:

a) פָּנִים אֶל פָּנִים Gen. XXXII, 31. Ex. XXXIII, 11. Deut. XXXIV, 10. Iud. VI, 22. Ez. XX, 35, פָּנִים בְּפָנִים V, 4 faciem de facie it. פָּנִים לַפָּנִים Prov. XXVII, 19.

b) *Dicere* et *facere* aliquid עַל פְּנֵי פ׳ *in faciem* s. *os* alic. i. e. libere, ingenue, adeoque saepe impudenter et insolenter, in contemtum eius, ibm zum Trotz und Hohn (cf. gall. dire dans la barbe, latine certe dicitur: laudare in os, Ter.). Iob. I, 11: עַל פָּנֶיךָ יְבָרֲכֶךָּ *in faciem maledicet tibi.* XXI, 31. Jes. LXV, 3: *qui me irritant* עַל פָּנַי *in faciem* i. e. in mei contemtum et ludibrium. In eandem sententiam dr. אֶל פָּנִים Iob. II, 5. XIII, 15. Deut. VII, 16: אֶל פָּנָיו יְשַׁלֵּם לוֹ *in faciem retribuit ei* (Deus hosti) i. e. fortiter, haud cunctanter. (Vulg. statim. In altero membro לֹא יְאַחֵר). Eodem pertinet בָּנָה בְּפָנָיו respondit ei in faciem i. e. refellit eum fortiter, libere, aperte. Iob. XVI, 8: כַּחַשִׁי בְּפָנַי יַעֲנֶה *macies mea me refellit in faciem* i. e. testatur contra me fortiter. Hos. V, 5. VII, 10.

c) שׂוּם פָּנִים עַל *faciem* s. *oculos convertit in* aliquem, in bonam partem 1 Reg. II, 15: עָלַי שָׂמוּ כָל־יִשְׂרָאֵל פְּנֵיהֶם לִמְלֹךְ *in me omnes Israëlitae oculos coniecerunt ut regem futurum*, in malam partem, Ez. XXIX, 2: *fili hominis* שִׂים פָּנֶיךָ עַל פַּרְעֹה וְהִנָּבֵא עָלָיו. VI, 2. XXXV, 2. Et eodem contextu שִׂים פָּנַיו אֶל Ez. XIII, 17. XXI, 7. XXV, 2. XXVIII, 20. XXXVIII, 2, et cum He parag. XXI, 2. Similis locutio est: שִׁית פָּנָיו אֶל convertit faciem versus (locum) Num. XXIV, 1, sed hostili modo הֵכִין פָּנָיו אֶל direxit faciem contra aliquid, ad adoriendum Ez. IV, 3. 7, הַשֵּׁם פָּנִים בְּ id. Dan. XI, 18. 19. — Absol. 2 Reg. VIII, 11: וַיְשֶׂם פָּנָיו וַיָּשֶׂם *tum* (propheta Hasaëlem) *immoto vultu aspexit.*

d) שׂוּם פָּנָיו sq. accus. *faciem suam convertit* aliquo, i. e. *eo tetendit*, profectus est. Gen. XXXI, 21: וַיָּשֶׂם אֶת־פָּנָיו הַר גִּלְעָד *et convertit faciem in montem Gilead* i. e. eo *profectus est*, sq. gerundio: *intendit, proposuit sibi* aliquid facere, sed spec. tamen de proficiscendi proposito Jer. XLII, 15: אִם אַתֶּם שׂוֹם תְּשִׂימוּן פְּנֵיכֶם לָבוֹא מִצְרַיִם *si propositum est vobis, Aegyptum adire.* 17. XLIV, 12. 2 Reg. XII, 18. Dan. XI, 17. Cf. Luc. IX, 51: καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήρισε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἰερουσαλήμ, et 53: ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἰερουσαλήμ i. e. quoniam ei propositum erat Hierosolymam petere. Eadem locutio Syris, Arabibus, Persis et Turcis familiaris est. Et Syri quidem dicunt ܣܡ ܦܘܡܗ posuit faciem suam B. H. 201 lin. 1: ܟܠ ܐܢܦܘ ܣܡ ܦܘܡܗ ooo ܣܡ *Hierosolymam versus directa erat facies eorum.* 187 lin. 4. 244 lin. 5 (ab inf. marg.) 322 lin. 1. 2. 557 lin. 3. 4, ܣܡ ܐܦ̈ܘ ܣܡ posuit obtutum suum BH. 333, lin. 7. 422 lin. 4, ܣܡ ܐܦ̈ܘ ܠ direxit obtutum suum ib. p. 376 lin. 9. 576 lin. 5. 584 lin. 2 (ab inf. marg.), Arabes وَجَّهَ convertit se aliquo, eo profectus est, sq. ل vit. Salad. p. 12 extr., Persae روی نهادن, روی آوردن faciem ponere, pro aliquo proficisci, velut Humajun Namch in Meninski gr. turc. p. 190 ed. maj. „Eodem modo loquendi .... usus est in huius loci [ex libro Humajun Nameh] Versione interpres Turcicus: جست وجو ايجون شهره متوجه اولوب. Pari modo occurrit turcicum يوز طوتمق in Locm. fab. leonis et tauri p. 142. Gramm. Meninsk. a Kollario curatae Vindob. 1756. 4: اوكوز بوغى كوردكدن صكره اوراداى قاچمغه يوز طوتدى postquam taurus hoc vidit, ad illinc fugiendum faciem posuit, i. e. se in fugam dedit. Et eadem phrasis legitur saepius in Chronico Peregrinorum ut p. 7. 8. 11 edit. Constantinop.“ Io. B. Koehleri observatt. in sel. loca s. cod. praef. Adde ex lingua Sinica *mián-hiáng* s. *mián-dschudn* faciei conversio, de itinere, imprimis cum *kiü* abire v. c. *ngo-mián-hiáng-kiü-Canton* mea faciei conversio abit Cantonem i. e. ego Cantonem proficiscendo peto).

e) נָתַן פָּנָיו faciem coniecit s. oculos coniecit aliquo, v. c. אַרְצָה in terram Dan. X, 15, sq. אֶל in aliquem (Deum) Dan. IX, 3, sq. gerundio: convertit se, animum applicavit ad aliquid faciendum 2 Par. XXXII, 2. Sed נָתַן פָּנָיו פ׳ אֶל direxit faciem alicuius (i. e. duxit eum) aliquo Gen. XXX, 40: וַיִּתֵּן פְּנֵי הַצֹּאן אֶל עָקֹד *duxit gregem ad versicolores* cet. Sed

f) שׂוּם פָּנָיו בְּ semper in malam accipitur: posuit faciem in s. contra aliquem (Deus) i. e. severe animadvertit in eum Lev. XX, 5. Ez. XV, 7, addita formula לְרָעָה וְלֹא לְטוֹבָה Jer. XXI, 10, לְרָעָה XLIV, 10, et sic: נָתַן פָּנָיו בְּ Lev. XVII, 3. 10. XX, 3. 6. XXVI, 17. Ez. XIV, 8. XV, 7, et sine verbo Ps. XXXIV, 17: פְּנֵי יְיָ בְּעֹשֵׂי רָע opp. comm. 16: יְיָ בְּצַדִּיקִים i. e. iustis propitius est. Vide עַיִן no. 1, e.

g) פָּנִים נָשָׂא v. נָשָׂא no. 1, c. Sed 2 Sam. II, 22. Iob. XXII, 26 est potius libere intuitus est in aliquem, et sic תֵּרֵם פָּנִים אֶל Esr. IX, 7.

h) רָאָה פְּנֵי פ׳ *videre faciem* alic., max. nobilioris est i. q. coram spectare aliquem Gen. XXXII, 21: *placabo eum munere: postea cum* (Esavum) *coram spectaba*, cum eo conveniam, cum eo colloquar. XLVI, 30: *lubens moriar* אַחֲרֵי רְאֹתִי אֶת־פָּנֶיךָ *postquam te coram spectavi.* XLVIII, 11; it. venire (admitti) in conspectum alicuius (principis, regis) Gen. XLIII, 3. 5. XLIV, 23. 26. 2 Sam. III, 13. XIV, 24. 28. Ex. X, 28: *cave in conspectum meum venias.* 29; aditum habere ad regem, de ministris eius familiaribus 2 Reg. XXV, 19. Jer. LII, 25. Esth. I, 14. Inde *videre faciem Dei* i. e. Deum adire, ad eum admitti Iob. XXXIII, 26. Jes. I, 12 (si legitur לִרְאוֹת פָּנָי), Gen. XXXIII, 10: רָאִיתִי פָנֶיךָ כִּרְאֹת פְּנֵי אֱלֹהִים *a te exceptus sum quasi a Deo* (i. e. paene divina benignitate), חָזָה פְּנֵי יְיָ Ps. XVII, 15 (fort. XI, 7). Aliis quidem locis docetur, mortalium neminem citra vitae periculum *Dei faciem videre* posse Ex. XXXIII, 20.

23 (cf. Gen. XVI, 11. XXXII, 30. Iud. VI, 22. XIII, 32. Jes. VI, 5) eamque ob caussam veteres interpretes his locis Deut. XXXI, 11: לֵרָאוֹת אֵת פְּנֵי, Jes. I, 12: לֵרָאוֹת פָּנָי, Ex. XXIII, 15: לֹא יֵרָאוּ פָנַי רֵיקָם. XXXIV, 15. Ps. XLII, 5: אֵרָאֶה פְנֵי יְהוָה ad analogiam locorum Ex. XXXIV, 23. 1 Sam. I, 22 (נֵרָאָה אֶת־פְּנֵי יְיָ) verbum passive et acceperunt et scripserunt (יֵרָאוּ, לֵרָאוֹת, אֵרָאֶה), hac sententia: *apparere apud faciem* Dei. Sed haud scio an activam structuram (videre faciem Dei) suadent tum פְּנֵי tribus locis nude positum, tum לִרְאוֹת his sine He positum, quibus litteris vim passivam (לְהֵרָאוֹת) tribuere durius videtur. — מַלְאַךְ פָּנָיו angelus facici eius Jes. LXIII, 9 est angelus, qui faciem Dei videt, minister eius familiaris Jes. LXIII, 9.

i) Sicut *videre faciem* alic. est ad conspectum eius admitti, et *quaerere faciem* alic. i. q. aditum petere (v. בָּקַשׁ no. 1, a—c cf. Prov. VII, 15), ita נָשָׂא פְּנֵי s *excepit faciem* alic. de *nobiliore* dicitur, qui aliquem ad se admittit (v. נָשָׂא no. 3, b), et contra הֵשִׁיב פְּנֵי *repulit faciem* eius, si eum non admittit, it. חָסַר פָּנָיו מִן avertit faciem suam ab eo 2 Par. XXX, 9, הִסְתִּיר פָּנָיו מִן v. סָתַר.

k) *Facies alicuius* saepe est *aliquis praesens*, *ipse* (jemand in Person), Exod. XXXIII, 14: פָּנַי יֵלֵכוּ *ego praesens* s. *ipse ibo*. 15: אִם אֵין פָּנֶיךָ הֹלְכִים *nisi tu ipse ibis*. 2 Sam. XVII, 11: פָּנֶיךָ הֹלְכִים בְּקִרְבָּם. Thren. IV, 16: פְּנֵי יְיָ חִלְּקָם *facies* (praesentia) *Iovae dispergit eos* Ps. XXI, 10: לֶעֶת פָּנֶיךָ *tempore facici* i. e. praesentiae *tuae*, quamdiu ipse praesens es in pugna cum hostibus. LXXX, 17: מִגַּעֲרַת פָּנֶיךָ יֹאבֵדוּ, et in bonam partem XXXI, 21: *protegis eos* בְּסֵתֶר פָּנֶיךָ *praesidio praesentiae tuae*. LXXXIX, 15: חֶסֶד וֶאֱמֶת יְקַדְּמוּ פָּנֶיךָ *gratia perpetua praecedunt faciem tuam*, o Deus. — Cunctis his exemplis פָּנִים nonnisi de facie s. praesentia Dei dictum erat, et ita Ps. XLII, 6: עוֹד אוֹדֶנּוּ יְשׁוּעוֹת פָּנָיו *adhuc laudabo eum, salutem facici eius* i. e. qui praesentia sua salutem affert (Luth. dass er mir hilft mit seinem Angesicht). Sed Comm. 12 et XLIII, 5 aliter divisis vocibus legitur: *adhuc laudabo eum* יְשׁוּעוֹת פָּנַי וֵאלֹהָי *salutem faciei meae et deum meum*, quod alii aliter accipiunt, vel *salutem* s. servatorem *capitis mei* Ew. (in quam sententiam dicendum fuisset יְשׁוּעוֹת נַפְשִׁי), vel *servator in quem faciem* s. oculos *conieci*, a quo salutem speravi (Maurer), vel *personae meae* i. e. mei ipsius (de Wette, Hitzig). Nisi etiam his locis legendum est יְשׁוּעוֹת פָּנָיו אֱלֹהָי, videant eruditi, possitne constructio praegnans esse hac sententia: מוֹשִׁיעֵנִי וְנַשָּׂא פָנַי qui servat me excipiendo faciem meam i. e. qui exaudit et servat me. Certe displicent, qui יְשׁוּעוֹת פָּנַי simpl. pro יְשׁוּעָתִי dictum existimant, neque provocaverum ad formulam חָנַן פָּנֵי עֲנִיִּים vulgo „commoluit personas miserorum i. e. miseros“: in qua *faciei* significatio retineri potest, modo חָנַן paullo fortius dictum accipis pro syn. דָּאַג (in altero membro): prolligere, percellere (niederschlagen) Jes. XIX, 10. Jer. XLIV, 10, inde: affligere (ad terram) faciem s. vultum miserorum (den Blick der Armen zu Boden werfen), facere ut oculos in terram deiiciant i. e. animum eorum frangere, gravius pro יְחַפֵּל פְּנֵי.

l) *Facies* saepe dicitur de *vultu* s. *ore* (Miene), in quo animi sensus et affectus conspiciendos se praebent. Gen. XXXI, 2: וַיַּרְא יַעֲקֹב אֶת־פְּנֵי לָבָן וְהִנֵּה אֵינֶנּוּ עִמּוֹ כִּתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם *vidit Jacobus vultum Labani erga se non esse ut antea*. Comm. 5. Inde עֵז פָּנִים duri oris i. e. perfrictae frontis (homo), impudens Deut. XXVIII, 30 (cf. Jes. L, 7); אוֹר פָּנִים vultus hilaris, serenus, v. אוֹר litt. g. פָּנִים רָעִים vultus malus i. e. morosus, tetricus et tristis Gen. XL, 7. Eccl. VII, 3. Neh. II, 2. 3, et sic פָּנִים absol. de vultu tristi 1 Sam. I, 18: וּפָנֶיהָ לֹא דָזוּ לָהּ עוֹד *vultumque non amplius habebat tristem* cf. Comm. 8. Iob. IX, 27. De eadem re usurpant פָּנִים (v. נָפַל no. 1, a et Hiph. no. 1, litt. d), et contra de vultu hilari פָּנִים נָשָׂא v. נָשָׂא no. 1, c. — Alibi in vultu (vel erubescente vel pallescente) conspiciendum se praebet pudor, inde בֹּשֶׁת פָּנִים Ps. XLIV, 6. Jer. VII, 19, et ignominia Ps. LXIX, 8: כִּסְּתָה כְלִמָּה פָנָי; מִנִּי אָב פָּנֵיהֶם קָלוֹן; ut nausea significatur vultu et ore distorto Ez. VI, 9: נִקְלְטוּ בְּפְנֵיהֶם pr. *nauscam ore significant*. XX, 43. XXXVI, 31. — Ad *vultum iratum* s. *morosum* (v. supra) refero etiam Gen. XXXII, 21: אֲכַפְּרָה פָּנָיו בְּמִנְחָה *placabo vultum eius munere*.

m) נֶגֶד פְּנֵיהֶם Jes. V, 21 est i. q. לְפְנֵיהֶם, בְּעֵינֵיהֶם in oculis eorum, de sententia eorum, v. עַיִן 1, b. — Translate ad res inanimatas est

2) *facies*, *superficies* (arab. وَجْهٌ, aethiop. ፊት: facies, superficies) rei v. c. terrae Gen. I, 29. II, 6. VI, 1. VII, 3. VIII, 13. XIX, 28. Jes. XIV, 21. XXIV, 1, agri Jes. XXVIII, 25, aquae Gen. I, 2. VII, 18. Iob. XXXVIII, 30. Cf. אֶל פְּנֵי no. 2, עַל פְּנֵי no. 2. — Paullo impeditior visus est locus Iob. XLI, 5: מִי גִלָּה פְּנֵי לְבוּשׁוֹ *quis retegat superficiem vestis eius* (crocodili) i. e. ipsam vestem s. loricam, quae superficies vel superior pars eius est reliqua tegens (cf. עַל no. 1, b); sic פְּנֵי לוּט de velo ipso, utpote tegumento Jes. XXV, 7. Inde a) *aspectus*. Iob. XXVI, 9: מְאַחֵז פְּנֵי כִסְאוֹ *claudit faciem* s. aspectum *solii sui*. b) *externa species*, *habitus* rei. Ps. CIV, 30: תְּחַדֵּשׁ פְּנֵי אֲדָמָה. Prov. XXVII, 23: יָדֹעַ תֵּדַע פְּנֵי צֹאנֶךָ *cura faciem gregis tui*, bekümmere dich darum, wie deine Heerde aussieht. c) modus et ratio, ut apud Rabbinos, arab. وَجْهٌ, v. לְפָנִי no. 3.

3) *pars anterior*, *frons* rei (وَجْهٌ, ፊት: id.). Jer. I, 13: וּפָנָיו מִפְּנֵי צָפוֹנָה *et pars anterior eius* (ollae) prospiciebat *a septentrione*; de *primo agmine* exercitus (gr. πρόσωπον) Joël II, 20. Adv. a) פָּנִים a fronte, opp. אָחוֹר a tergo Ez. II, 10. 1 Par. XIX, 10. 2 Par. XIII, 14. b) לְפָנִים prorsus, *protinus* (vorwärts) Jer. VII, 24, de tempore: *antea*, *olim* Deut. II, 10. 12. 20. Jos. XI, 10. XIV, 15. Iud. I, 10. 11. 23. Ruth IV, 7. 1 Sam. IX, 9. Iob. XLII, 5. Ps. CII, 26. c) מִלְּפָנִים antiquitus Jes. XLI, 26. d) נֶגֶד a fronte 2 Sam. X, 9. — *Facies* gladii est *os*, *acies* eius. Ez. XXI, 21: אָנָּה פָּנֶיךָ מוּקָדוֹת *quorsum facies tua directa est?* Eccl. X, 10.

Praeterea פָּנִים appellati sunt parietes domus e regione iannae positi: apud Hom. *τα ἐνώπια*, unde c. He parag. פְּנִיָּה q. v.

Cum praepositt. saepe vim particulae induit:

A) אֶל פְּנֵי 1) a) *in conspectum* alic., *obviam* alicui 2 Par. XIX, 2, *ante*, *coram* Lev. IX, 5. Num. XVII, 5 post verba motus; b) *in conspectu* Ex. XXIII, 17. — 2) *in superficiem* rei, אֶל פְּנֵי הַמְּדָבָּר Lev. XIV, 53. Ez. XVI, 5. Aliud v. supra no. 1, litt. b.

B) אֶת־פְּנֵי pr. apud faciem i. e. *in conspectu* alicuius, *coram* aliquo, v. c. אֶת־פְּנֵי הַמֶּלֶךְ coram rege Esth. I, 10, אֶת־פְּנֵי יְיָ coram Jova Gen. XIX, 13. 27. Ps. XVI, 11, idque pro: apud sacrarium, in formula נֵרָאֶה אֶת יְיָ comparuit apud sacrarium Ex. XXXIV, 23. 1 Sam. I, 22 (etiam נִרְאֹת אֶל יְיָ Ex. XXIII, 17, adeoque omissa particula: נֵרָאֶה פְּנֵי יְיָ, sed vide supra 1, h); *ante* v. c. אֶת־פְּנֵי פַרְכֶת Gen. XXXIII, 18, אֶת־פְּנֵי הַקֹּדֶשׁ Lev. IV, 6. Post verba motus: *in conspectum* alic. 1 Sam. XXII, 4. — מֵאֵת פְּנֵי *a coram* aliq. Gen. XXVII, 30, *ab ante*, ab anteriore parte 2 Reg. XVI, 14.

C) מִפְּנֵי i. q. לִפְנֵי *ante*, *coram*, sed max. apud seriores aetatis scriptores Ez. XLII, 12, plerumque in formula עָמַד מִפְּנֵי perstitit coram aliquo, restitit ei Deut. VII, 24. XI, 25. Jos. X, 8. XXI, 44. XXIII, 9. Esth. IX, 2. — Propria substantivi vis retinenda est in verbis Ez. VI, 9: נִקְשׁוּ בְּפְנֵיהֶם nauseam prodebant in vultibus eorum, vide supra 1, litt. l.

D) לְפָנַי, c. Suff. לְפָנֶיךָ, לְפָנָיו, לְפָנֵיכֶם, לְפָנֵיהֶם, 1) *in conspectu* alic., sub oculis eius, eo praesente et inspectante, *coram* aliquo. Num. VIII, 22: *Levitae intrabant ad ministrandum* לִפְנֵי אַהֲרֹן וְלִפְנֵי בָנָיו ..... *sub oculis Aharonis et filiorum eius* i. e. his inspectantibus. 2 Reg. IV, 38. Zach. III, 8. לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ *coram sole* i. e. quamdiu sol (quem oculo comparant poëtae, v. שֶׁפֶשׁ) terram lustrabit et illustrabit Ps. LXXII, 17, cf. לִפְנֵי יָרֵחַ Vers. 5 (sed Iob. VIII, 16 לִפְנֵי שֶׁמֶשׁ est: splendente sole). Saepe translate i. q. בְּעֵינֵי in oculis alic. i. q. eo iudice, v. c. חֵן וְרַחֲמִים לִפְנֵי gratia et favor *apud* aliq. Dan. I, 9. 1 Reg. VIII, 50. Ps. CVI, 46; יָטַב לִפְנֵי i. q. יָטַב בְּעֵינֵי v. יָטַב. גָּדוֹל לִפְנֵי אֲדֹנָיו multum valens apud dominum suum 2 Reg. V, 1, cf. Prov. IV, 3. XIV, 12. Praecipue notanda est formula לִפְנֵי יְהוָה, לִפְנֵי אֱלֹהִים, de qua vide supra p. 579. 580. — Praeterea eius usus est in his locutionibus aa) עָמַד לִפְנֵי הַמְּלָכָה stetit coram rege, mandata eius exspectans, i. e. ministravit ei (v. עָמַד), cf. עָמַד לִפְנֵי 2 Sam. XVI, 19; bb) adorare *coram* numine (v. הִשְׁתַּחֲוָה). 1 Reg. XII, 30: *ibat populus* לִפְנֵי הָאֶחָד *ad adorandum* (vitulorum) *unum*. 1 Par. XXI, 30. cc) fugari *coram* hoste (v. נָגַף Niph.), inde post verba dispergendi, perturbandi Iud. IV, 15. 1 Sam. XIV, 13. XX, 1. 2 Sam. V, 20. Jer. I, 17. XLIX, 37 (cf. infra מִפְּנֵי). dd) נָתַן לִפְנֵי פ posuit coram aliquo v. c. cibum 2 Reg. IV, 43, dein *proposuit* alicui ad eligendum Deut. XI, 26, imposuit legem ad eam observandam Deut. IV, 8. 1 Reg. IX, 6. Jer. XXVI, 4. XLIV, 10. Ez. XXIII, 24, it. dedit in potestatem alic. (i. q. בְּיַד פ) Jos. X, 12. Deut. II, 33. 36. Iud. XI, 9. 1 Reg. VIII, 46. Jes. XLI, 2. Ita sine dandi verbo Gen. XXIV, 51: *ecce! Rebecca* לְפָנֶיךָ *tibi tradita esto*. XXXIV, 10: *terra est coram vobis*, vobis et gregibus vestris pateat. XX, 15. XLVII, 6. 2 Par. XIV, 6. (Arab. dicunt قُدَّامَكَ prope te, infra te i. e. tollere potes, si lubet; cape, habe tibi Har. 2, 106 Sch. Eutych. ann. 2, 121).

2) *ante* (cf. פָּנִים no. 3) a) de loco, לִפְנֵי אֹהֶל מוֹעֵד ante tabernaculum conventus 1 Par. VI, 17, inde *ab oriente* Gen. XXIII, 17. XXV, 18. Deut. XXXII, 49; it. *prae*, max. de duce et praetore, qui exercitum praecedit (v. יָצָא וּבָא לִפְנֵי הָעָם s. v. בוֹא no. 1, litt. c), de rege, qui populo *praeest* (Eccl. IV, 16: *non erat finis omni populo* לְכֹל אֲשֶׁר לִפְנֵיהֶם *omnibus, quibus praecerat*) it. de captivis deque praeda, quam victor, ut gregem pastor (Gen. XXXII, 18 cf. 20. XXXIII, 14), *ante* se agit (Jes. VIII, 4. Am. IX, 4. Thren. I, 5. 6). — b) de tempore, v. c. לִפְנֵי הֶרֶשׁ ante terrae motum Am. I, 1. לִפְנֵי קָצִיר ante messem Jes. XVIII, 5. Gen. XIII, 10. XXIX, 26. Prov. VIII, 25. Zach. VIII, 10. — Gen. XXX, 30: לִפְנַי *ante me*, i. e. priusquam ego ad te veneram. Jer. XXVIII, 8. לִפְנֵי מִזֶּה antehac Neh. XIII, 4. Sq. inf. *antequam* Gen. XIII, 10. Deut. XXXIII, 1. 1 Sam. IX, 15. — c) de praestantia (ut lat. ante, prae). Iob. XXXIV, 19: *non curat divitem* לִפְנֵי דָל *prae paupere*. Post verba motus d) *obviam*, ut קָרָה לִפְנֵי פ obviam fieri alicui Gen. XXIV, 12, et frequentius hostili modo: *contra*, *adversus* (*ἀντί*), pr. in faciem, anteriorem partem, velut קָם לִפְנֵי surgere contra aliq. Num. XVI, 2, יָצָא לִפְנֵי egredi contra 1 Par. XIV, 8. 2 Par. XIV, 9, it. עָמַד לִפְנֵי (v. עָמַד), הִתְיַצֵּב לִפְנֵי persistere contra al., resistere.

3) *in modum*, *ad instar* (cf. פָּנִים no. 2, litt. c). Iob. IV, 19: *concidunt* לִפְנֵי עָשׁ Vulg. *sicut a tinea*. LXX. *ἡτὸς τρόπον*. Cf. lat. ad faciem Plaut. Cist. I, 1, 73 et III, 24. Ita נָתַן לִפְנֵי habuit pro aliquo (cf. נָתַן פְּ) 1 Sam. I, 16. — A לִפְנֵי ortum est adj. לִפְנִי anterior, q. v.

Non audiendi sunt, qui etiam has significationes addunt: *α*) *pro* (cf. עֵנֶג, et germ. *vor* et *für*), in formula עָרַב לִפְנֵי spondere *pro* al. Prov. XVII, 18 (sponsor enim *coram* amico spondere solebat); *β*) *propter* (ut מִלִּפְנֵי, מִפְּנֵי), in סָפַד לִפְנֵי plangere propter al. 2 Sam. III, 31 (plangentes enim in funeris deductione loculum praecedebant, v. Geierum de luctu Hebraeorum cap. 5. §. 15 — 19).

E) מִלִּפְנֵי (*ab ante*) 1) *e conspectu*, dicitur de his, quae *ante* aliquid fuerant et ex hoc loco recedunt, v. c. egredi מִלִּפְנֵי יְיָ Lev. IX, 24, מִלִּפְנֵי פַּרְעֹה Gen. XLI, 46, adde Gen. XXIII, 4: וְאֶקְבְּרָה מֵתִי מִלְּפָנֶיךָ *ut sepeliam cadaver eoque liberer*. Comm. 8. Inde post verba fugiendi (cf. מִן no. 3, litt. a. b) et fugandi 1 Par. XIX, 18. 2 Par. XX, 7, timendi et terrendi 1 Sam. XVIII, 12.

Ps. XCVII, 5. CXIV, 7. Eccl. VIII, 13. Esth. VII, 6, adeoque auxilium implorandi (quod cum fuga coniunctum esse solet) 1 Sam. VIII, 18, humiliandi se 1 Reg. XXI, 29. 2 Par. XXXIII, 12. XXXVI, 12. — 2) i. q. לִפְנֵי no. 2, b *ante*, de tempore Eccl. I, 10. Cf. מִן no. 4, b. — 3) Translate de causa: *propter* i. q. מִפְּנֵי, מִן, v. c. iubilare *propter* 1 Par. XVI, 33.

F) מִפְּנֵי 1) *a facie, e conspectu, ab anteriore parte* pers. vel rei, *vor* (etwas) *weg*. Ex. XIV, 19: *et columna recessit* מִפְּנֵיהֶם *e conspectu eorum* (vor ihnen weg), *et stabat a tergo eorum*. Inde frequentatur post verba abeundi Hos. XI, 2, fugiendi (cf. מִן no. 3, litt. a, a quo ita differt, ut מִפְּנֵי plerumque ante personas ponatur, מִן ante res, v. חָתַת Ni.). Gen. VII, 7. XVI, 8. Jes. XX, 6 cf. Ps. LXI, 4, opem implorandi Jes. XIX, 20. XXVI, 17, timendi (v. חָתַת, יָרֵא Ni.), reverendi, humiliandi se 2 Reg. XXII, 19. Lev. XIX, 32, se abscondendi Iob. XXIII, 17 et quae ad has notiones prope accedunt v. c. שׁוּב מִפְּנֵי terga dare metu alic. Iob. XXXIX, 22, נָדַד מִפְּנֵי periit fugiens aliquem Ps. IX, 4, מִפְּנֵי contremuit coram al. Ind. V, 5. Ita fugiendi et metuendi vis latet in his Ind. IX, 21: *ibi habitabat* מִפְּנֵי אֲבִימֶלֶךְ אָחִיו postquam fugerat *e conspectu Ab. fratris*. Bene Vulg. *ob metum A. fratris sui*. 1 Par. XII, 1 (de quo loco v. עָצַר no. 1). Jes. XVII, 9: *domus desertae* אֲשֶׁר עָזְבוּ מִפְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *quas deseruerunt*, qui fugiebant *Israëlitas*, int. aborigines Palaestinae. Vide de h. l. p. 1008 B.

2) De auctore et causa efficiente, a quibus aliquid proficiscitur i. q. מִן no. 2, litt. c. Gen. VI, 13: *terra plena est violentiae* מִפְּנֵיהֶם quae *ab iis* proficiscitur. (LXX. bene ἀπ' αὐτῶν). XLVII, 13: וַתֵּלַהּ הָאָרֶץ מִפְּנֵי הָרָעָב *languescebat* deficiebat, fracta est *fame*. Ex. VIII, 20. Ind. VI, 6. Jer. XV, 17. Ez. XIV, 15. De causa remotiore: *propter*. Jes. X, 27: *frangetur iugum* מִפְּנֵי שֶׁמֶן *propter pinguedinem* (tauri). Deut. XXVIII, 20. Hos. X, 15. Jer. IX, 6. Ubi ratio significatur, propter quam aliquid *non* fit, lat. utuntur praeverbio *prae*. Iob. XXXVII, 19. 1 Reg. VIII, 11. Sq. אֲשֶׁר in Conj. abit: *propterea quod*, *quia* Ex. XIX, 18. Jer. XLIV, 23.

Miror, Winerum (p. 779) etiam has significationes addidisse: *coram*, laudato Lev. XIX, 32 (ubi קוּם מִפְּנֵי assurgere alicui, modesti et senectutem reverentis est v. supra no. 1), adeoque: *versus* (qs. esset אֶל פְּנֵי) Jer. I, 13 (de quo loco v. s. v. פָּנִים no. 4).

G) עַל פְּנֵי varie significat pro varia potestate et nominis et particulae.

1) A *facici* et *frontis* (no. 1. 3) significatu est: a) *ad faciem*, *coram facie* alic., *coram* i. q. לִפְנֵי no. 1 (v. עַל no. 3, b) Gen. XXXII, 22. Lev. X, 3. Ps. IX, 20. 2 Reg. XIII, 14. Iob. IV, 15: רוּחַ עַל פָּנַי יַחֲלֹף *aura transibat coram facie mea* (ging vor meinem Gesicht vorüber), praesente et inspectante aliquo Num. III, 4. — Iob. VI, 28: עַל פְּנֵיכֶם אִם אֲכַזֵּב *ante oculos vestros* erit (i. e. manifestum erit), *num mentitus sim*. הֲנֶעְלַם פָּנַי = מִמֶּךָּ Gen. XXIII, 3. — b) *in fronte* rei, *ante*. 2 Par. III, 17. Ps. XVIII, 43: *ut pulvis ante ventum*, vento pulsus. In hunc censum veniunt etiam 1 Reg. VI, 3: *longitudo eius* (vestibuli) עַל פְּנֵי רֹחַב הַבַּיִת *ante latitudinem templi* (vor der Breite des Tempels hin). 2 Par. III, 8. Inde *α*) in re geographica: *ab oriente*. Gen. XVI, 12: עַל פְּנֵי כָל־אֶחָיו יִשְׁכֹּן *ab oriente omnium fratrum eius* habitat. XXIII, 19. XXV, 18. 1 Reg. XI, 7: *in monte* אֲשֶׁר עַל פְּנֵי יְרוּשָׁלִַם *qui ab oriente Hierosolymorum* i. e. in monte olivarum (cf. Zach. XIV, 4). Deut. XXXII, 49: *mons Abarim* .... אֲשֶׁר עַל פְּנֵי יְרֵחוֹ. 1 Sam. XV, 6. Nihilominus in huius particulae usu de situ locorum nonnihil ambiguitatis erat, quoniam etiam generalior significatio: *ante, e regione* adhiberi poterat. Quam ob causam coeli plaga passim addita est. Zach. XIV, 4: הַר הַזֵּיתִים אֲשֶׁר עַל פְּנֵי יְרוּשָׁלִַם מִקֶּדֶם *mons olivarum qui e regione Hierosolymorum* est *ab oriente*. Num. XXI, 11: *in deserto* אֲשֶׁר עַל פְּנֵי מוֹאָב מִמִּזְרַח הַשָּׁמֶשׁ. Jos. XV, 8: עַל רֹאשׁ הָהָר אֲשֶׁר עַל פְּנֵי גֵּי הִנֹּם יָמָּה. XVIII, 14: הָהָר אֲשֶׁר עַל פְּנֵי בֵּית חוֹרוֹן נֶגְבָּה. 2 Reg. XXIII, 13. Ubi nihil additum est, res e situ locorum diiudicanda et nonnunquam incerta est Iud. XVI, 3. 1 Sam. XXIV, 3. Jos. XIII, 25. XVII, 7 (cf. XVI, 6). *β*) *ante*, de tempore Gen. XI, 28 (licet *ante patrem* etiam esse possit: *coram patre*). *γ*) de praestantia (*prae*) Deut. XXI, 16. — c) *in faciem* vel *frontem* rei (cf. עַל no. 4), inde *versus* Gen. XVIII, 16. XIX, 28. Num. XXI, 20. XXIII, 28, et *adversus* Ps. XXI, 13. Nah. II. 2.

2) A *superficiei* potestate עַל פְּנֵי est a) *in superficie* v. c. terrae Gen. I, 29. VI, 1, coeli Gen. I, 20 (quo de loco v. pag. 1027 not.), aquarum Gen. I, 2, vallis Ez. XXXVII, 2, unde עַל פְּנֵי de iis, quae a superficie removentur 1 Sam. XX, 15. Am. IX, 8. — b) *in superficiem* v. c. terrae Iob. V, 10. Am. V, 8, agri Lev. XIV, 7. Ez. XXXII, 4. — c) *per* superficiem (*über* die Oberfläche *hin*) Gen. XI, 8. Lev. XVI, 14. 15. Jes. XVIII, 2. — Translate d) est superaddentis, ut עַל (no. 1, litt. b, *α*), *super*, *ἐπί*. Ex. XX, 3: *ne sint tibi dii alieni* עַל פָּנַי *super me* i. e. praeter me. Bene LXX. *πλὴν ἐμοῦ*. Targ. בַּר מִנַּי. Iob. XVI, 14.

פְּנִימָה Milel (a פָּנִים signif. 3, c. He locali, cf. ad terminationem pl. servatam נֶגְיָמָה, et אֶילָמָה Exod. XV, 27. Num. XXXIII, 9) pr. *ad parietem domus* vel conclavis et atrii, *qui e regione ianuae est* et oculis intrantium patet, *ἐν τοῖς ἐνωπίοις*, ubi solium stabat in aedibus regiis. Ps. XLV, 14: *tota splendida filia regis* (regina) sedet פְּנִימָה *ad parietem* i. e. solio insidet. Inde *in pariete interno* (ita etiam gr. *ἐνώπια*) 1 Reg. VI, 18, *intus*, *in domo* 2 Reg. VII, 11, *introrsum* Lev. X, 8. 2 Paral. XXIX, 18. Cum praeff. 1) לְפְנִימָה *intus*, *intrinsecus* 1 Reg. VI, 30, *introrsum* Ez. XLI, 3. מִבַּפְנִימָה *intra* aliquid Ez. XL, 16. מִמַּפְנִים *intus* (von innen) 1 Reg. VI, 29. — 2) מִפְּנִימָה *intrinsecus* (von innen) 1 Reg. VI, 19. 21. 2 Par. III, 4. Inde

פְּנִימִי (מ in hoc vocabulo in litteram radicalem fere abiit et propterea servatum est) fem. פְּנִימִית pl. פְּנִימִים 1 Par. XXVIII, 11, f. חִיצוֹן 2 Par. IV, 22 adj. *interior* (opp. חִיצוֹן exterior) v. c. de atrio, porta 1 Reg. VI, 27. 36. VII, 12. 50. Esth. IV, 11. V, 1. Ezech. VIII, 16. X, 3. XL, 15 sqq. XLI, 15. 17. XLII, 3. 15 al.

פְּנוּאֵל (facies Dei, a sing. obsoleto פְּנוּ i. q. פָּנִים, cf. בִּתְיוֹת pl. בִּתְיִם) n. pr. 1) oppidi transjordanensis Gen. XXXII, 32 (ubi origines eius narrantur). Iud. VIII, 8. 1 Reg. XII, 25, semel פְּנִיאֵל (id.) Gen. XXXII, 31, apud Josephum (Ant. I, 19) *Φανουήλ*. Einsdem significationis nomen (*Θεοῦ πρόσωπον*) in oppidis Phoenices memorat Strabo 16, 2. 15. 18. — 2) virorum a) 1 Par. VIII, 25, Chethibh פְּנִיאֵל. b) 1 Par. IV, 4.

פְּנִיאֵל v. anteced. no. 1 et 2, a.

פֶּן (pro פְּנָה) pr. subst. *amotio*, *remotio* (a rad. Pi. no. 1), ubique in statu constr. פֶּן־ (sq. Makkeph) abit in Conj. amovendi, prohibendi, impediendi i. q. *μή, ne*. Ponitur 1) ubi antecessit actio, qua prohibetur id quod timemus et amotum volumus. Gen. XI, 4: *exstruamus nobis urbem ... פֶּן־נָפוּץ ne dispergamur.* XIX, 15: *surge ..... פֶּן־תִּסָּפֶה ne intercas.* III, 3: *nolite comedere ..... פֶּן־תְּמֻתוּן ne moriamini.* Inde post verba timendi (ut gr. *δείδω μή*, lat. *vereor ne*) Gen. XXXI, 31 (cf. XXVI, 9), cavendi (cf. gr. *ἰδεῖν μή*) Gen. XXIV, 6. XXXI, 24. Deut. IV, 23, adeoque iurandi (cf. *ὀμνύω μή* Il. XXIII, 585) Iud. XV, 12. In huius generis exemplis nunquam ponitur אַל.

2) ab initio sententiae, ubi a) *retantis* est et *dehortantis* (ut אַל). Iob. XXXII, 13: פֶּן־תֹּאמְרוּ *ne dicatis*, nolite dicere. Jes. XXXVI, 18: פֶּן יְסִית אֶתְכֶם חִזְקִיָּהוּ (cavete, videte) *ne vos seducat Ezechias.* b) timentis, metuentis. Gen. III, 22: וְעַתָּה פֶּן־יִשְׁלַח יָדוֹ וְגוֹ׳ *iam vero* (timendum est) *ne forte manum extendat.* XLIV, 34: פֶּן־אֶרְאֶה בָּרָע וְגוֹ׳ (timendum esset) *ne testis fierem mali* cet. XXXI, 31. XXXVIII, 11. XLII, 4. Exod. XIII, 17. Num. XVI, 34. 1 Sam. XIII, 19. Sq. praet. ubi timetur, ne aliquid factum sit. 2 Sam. XX, 6: פֶּן־יָמְצָא *ne invenerit.* 2 Reg. II, 16: פֶּן־נְשָׂאוֹ רוּחַ יְהוָה (vereor) *ne ventus Jehovae eum sustulerit.* — Semel prope accedit ad vim adverbii negantis i. q. אַל Prov. V, 6: אֹרַח חַיִּים פֶּן תְּפַלָּס *viam vitae* sibi *non munit* (adultera), i. e. in via vitae non incedit. Sed integra sententia est: (cavet) ne in via vitae incedat, nostr. dass sie doch ja den Weg des Lebens nicht betrāte.

לְפָנַי (a לִפְנֵי ante) adj. *anterior*, *anterius* 1 Reg. VI, 17.

פָּנַן rad. inusit. Arab. فَنَّ Conj. II. dispescuit, in classes distribuit, فَنٌّ speciee, classis rei, modus et ratio, pl. أَفْنُنٌ rami, فَنَنٌ ramus, أَفْنُونٌ ramus perplexus, فَنَّانٌ arbor, ramosa, فَيْنَانٌ coma multifida, ramosa.

פֵּן i. q. fem. פִּנָּה (quod usitatius est) no. 2. *angulus*. Cum suff. פִּנָּתִי Prov. VII, 8. Plur. פִּנִּים Zach. XIV, 10. De etymo vide פִּנָּה.

פִּנָּה f. 1) *pinna* (Mauerzacke) q. d. *ramus* eminens muri (v. rad.) 2 Par. XXVI, 15. Zeph. I, 16. III, 6. Inde 2) *angulus* pr. exterior v. c. domus Iob. I, 19, plateae Prov. VII, 8, dein etiam interior, ut tecti ibid. XXI, 9. XXV, 24, atrii Ez. XLIII, 20, urbis 2 Par. XXVIII, 24. אֶבֶן פִּנָּה lapis angularis Iob. XXXVIII, 6. Jes. XXVIII, 16 et ita חֹזֶה Jer. LI, 26. רֹאשׁ פִּנָּה caput anguli i. e. lapis angularis supremus Ps. CXVIII, 22. שַׁעַר הַפִּנָּה porta anguli, una ex portis Hierosolymorum 2 Reg. XIV, 13. 2 Par. XXVI, 9. Jer. XXXI, 38. — 3) Metaph. de *principe* populi, in quo ceu lapide angulari innititur onus civitatis (cf. Ps. CXVIII, 22. Jes. XXVIII, 16). Jes. XIX, 13: הִתְעוּ אֶת־מִצְרַיִם פִּנַּת שִׁבְטֶיהָ *seduxerunt Aegyptum principes tribuum eius.* Targ. רַבְרְבֵי סַפְרְתָא. Zach. X, 4, et sic in vulgari sermone 1 Sam. XIV, 38: כָּל פִּנּוֹת הָעָם Targ. רֵישֵׁי עַמָּא. Iud. XX, 2.

פְּנִינִים m. tantum in pl. (singularem habes in n. pr. חֲנִנָּה) Prov. III, 15 (Keri). VIII, 11. XX, 15. XXXI, 10. Thren. IV, 7. Iob. XXVIII, 18, semel פְּנִינִים Prov. III, 15 Chethibh, res quaedam pretiosa, de qua triplici potissimum modo statuunt interpretes. a) *Lapides pretiosos* intelligunt LXX. Targ. Syr. in Provv., Kimchi in lex., et fuerunt, qui coll. Thren. IV, 7 gemmas rubras, velut *Sardios*, *Pyropos* aliasve gemmas *rubras* intelligerent. Non ineptum hoc, sed obstat quod in gemmarum praestantiorum numero Exod. XXXIX, 10 sqq. פְּנִינִים non recensentur. Haud negligendus etiam pluralis vocis usus, quum gemmarum vocabulis singulariter utantur. b) *Margaritas* intelligunt Targ. Iobi, Raschius, idque e recentioribus defendit Bochartus Hieroz. III pag. 601 sqq. Lips., sed argumentis usus ad persuadendum non satis idoneis, in quibus hoc omnino gravissimum est, quod nititur similitudine vocis *níwra*, *pinna*, quae *concham margaritiferam* significat (Plin. 9, 33): non multum enim illud valet, quod pendet ab interpretatione verborum מָשְׁךְ פְּנִינִים Iob. l. c., quae ad *extractionem* s. expiscationem margaritarum refert Vir doctus. Praeterea obstant verba Thren. l. c. אָדְמּוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים, quae ut cum Bocharto reddam: *candidiores sunt corpore quam margaritae*, a me non impetro, etsi arab. أَدْمٌ sit candidus (camelus), أُدْمَةٌ candor, albedo clara (in camelis), أَدْمَانُ candidi coloris (dorcas). Nam usus verborum אָדַם et أَدُمَ alias quoque secum discrepat. Vide אָדַם. c) *Coralia rubra* interpretantur *Bootius* in animadvv. sacris 4, 3. Michaëlis in suppl p. 2022, in quam sententiam ego quoque inclino tum propter Thren. l. c. tum propter etymon: apte enim *coralia* poterant *rami*, *arbores ramosae* appellari (v. rad.).

Occurrunt quidem, *coralia* alio nomine hebraeo רְאֵמוֹת appellari (v. rad. רום), sed ut hoc incertum est ita eadem ratio obstaret margaritis (v. בְּדֹלַח), et quidni aliae coraliorum species aliis nominibus insignitae esse possint?

פְּנִנָּה (i. q. פְּנִינָה quod ipsum nonnulli codd. exhibent v. praec.) n. pr. uxoris Elkanae 1 Sam. I, 2. 4.

פָּנַק in Kal inusit. Arab. فَنَقَ molliter et delicate habuit educavitque. IV. V. mollius vixit post duriorem fortunam. مُفَنَّقَة molliter habita puella. Syr. ܡܦܢܩ molliter habitus, delicatus, ܦܢܘܩܐ deliciae, voluptas. Cf. etiam פָּרַנֵּק.

Pi. molliter et delicate habuit (servum) Prov. XXIX, 21.

פָּסַג in Kal inusit. Chald. פְּסַג divisit, dissecuit (pro hebr. פָּצָר) i. q. פְּסַק quod usitatius est, פַּסְגָּא pars, segmentum.

Pi. semel Ps. XLVIII, 14: פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ LXX. *καταδιέλεσθε τὰς βάσεις αὐτῆς.* Vulg. distribuite domos eius, quae bene explicat L. de Dieu: „dividite palatia i. e. *obambulate inter palatia eius*, secando omnes palatiorum vias, quo omnia possitis commode intueri. Ita usurpavit Maimonides in יד חזקה נזקי ממון c. 5, ubi inter decem conditiones, quas in divisione terrae Canaan pactus dicitur Josua, haec quoque est, שיבל התועה בין החברים וכיוצא בהן מפסג ועולה מפסג וירד עד שיצא כדרכו *ut quicunque oberrat inter vineas similiaque loca dividat et ascendat, dividat et descendat, donec exeat in viam suam.* Sensus est: ut oberranti inter vineas a via liceat nunc sursum nunc deorsum per medias vites discurrere, donec in rectam viam exitus detur.“ Ita arab. فَجَرَ *fidit, diffidit*, dein *pervasit, pertransivit* regionem Har. I, p. 4 Sch., فَجُوَّاب peragrator, viator, atque in hoc usus Talmudici et Arabici concentu relinquendae sunt aliae aliorum coniecturae exegeticae licet per se non ita malae, velut: *singula* (palatia) *contemplamini* (de Wette), *gradimini, ingredimini per palatia* (Maurer) coll. פסס gradior (hoc enim hebraice est פָּשַׂס, ne dicam de Hebraeis, qui huic verbo significationes affingunt a n. pr. פַּסְגָּה petitas.

פַּסְגָּה n. pr. iugi montium in agro Moabitico ad terminum australem regni Sihonis et tribus Rubeniticae Num. XXI, 20. XXIII, 14. Dent. III, 17. 27. IV, 49. Jos. XII, 3. XIII, 20, cuius pars erat Nebo mons Dent. XXXIV, 1. LXX. Vulg. *Φάσγα, Phasga*. Appellative פַּסְגָּא Chaldaeis est *segmentum, pars*, quod ad montium iugum praeruptum non inepte referas: Onk. Pesch. uterque Arabs et Kimchius *collem* (גבעה) interpretantur.

פָּסַח 1) pr. *saliit, saltavit*, v. Pi. et infra notam.

פָּרַד 1) *disrupit, diffregit, rumpendo separavit.* Haec enim est primigenia potestas bilitteri פר, cf. פָּרַר, פָּרַם, פָּרַשׂ, פָּרַץ, פָּרַק, פָּרַם, quae varie transfertur ad dispergendi (פָּרַר), dissolvendi (פָּרַץ), crumpendi (פָּרַם), pandendi (פָּרַשׂ), denique iudicandi (פָּרַז) significatus. Similis potestas est syllabae בר, cf. בָּרָא, בָּקַר, בָּרַח, בָּרַךְ, בָּרַשׁ. Arab. فَرَدَ I. IV. V. VII. separatus, solus fuit, separatim egit in aliqua re. II. X. secessit et segregavit se a ceteris, solitudinem captavit. Syr. ܦܪܫ separavit, seiunxit. Chald. פְּרַד separavit, disiunxit, unde apud Grammaticos נִפְרָד שֵׁם nomen disiunctum i. e. absolutum (opp. constructo), פְּרָדִי singularis, individuus arab. فَرْدٌ.

2) *expandit*, v. c. alas. Ez. I, 11. Unde syr. ܦܪܕ volavit, et cito aufugit. Cf. פָּרָד.

3) *sparsit* i. q. פָּרַשׂ, unde פְּרוּדוֹת.

Niph. 1) *separavit se.* 2 Sam. I, 23: יִבְרוֹתָם לֹא נִפְרָדוּ *etiam mortui non separati sunt.* Gen. II, 10 de fluvio ex Eden egrediente: וּמִשָּׁם יִפָּרֵד וְהָיָה לְאַרְבָּעָה רָאשִׁים *et inde separavit se* i. e. divisit se *in quattuor capita* (brachia). Sq. מִן Iud. IV, 11. Prov. XIX, 4 et עַל Gen. XIII, 9. 11. 14 *ab* aliquo. Praegnanter dictum est Gen. XXV, 23: *duo populi* מִמֵּעֶיךָ יִפָּרֵדוּ *ex visceribus tuis* egressi *separabunt se.* Part. נִפְרָד separans se ab aliis, aliorum contemtor fastidiosus, sibi soli vivens (nostr. Sonderling) Prov. XVIII, 1. (LXX. *ἀπὸ χωρίζεσθαι βουλόμενος ἀπὸ φίλων*). Cf. illud Hoseae (VIII, 9): פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ. — 2) *dispersit se.* Gen. X, 32: מֵאֵלֶּה נִפְרְדוּ הַגּוֹיִם *ab his dispersi sunt gentes* i. e. ortae sunt et in varias terrae partes discesserunt. Audacius etiam Comm. 5: מֵאֵלֶּה נִפְרְדוּ אִיֵּי הַגּוֹיִם ab his ortae sunt insulae gentium i. e. incolae earum.

Pi. intrans. *secessit* cum scortis Hos. IV, 14. (Arab. فَرَّدَ in bonam partem: secessit devotionis caussa). — *Pu. separatus, singularis* Esth. III, 8 (cf. Prov. XVIII, 1).

Hiph. 1) *separavit*, sq. acc. Gen. XXX, 40. Prov. XVI, 28. XVII, 9, sq. בֵּין (cf. הִתְפָּרֵד בֵּין) Ruth I, 17. 2 Reg. II, 11. Prov. XVIII, 18. — Sq. בֵּין separavit *ab* aliqua re Ex. V, 4 cod. Sam. (ubi textus hebr. תַּפְרִיעוּ). — 2) *dispersit* Deut. XXXII, 8.

Hithpa. 1) *se separare, seiungere.* Ps. XXII, 15: יִתְהַפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתָי. — 2) *dispergi* Iob. IV, 11. Ps. XCII, 10.

פֶּרֶד c. suff. פִּרְדּוֹ pl. פְּרָדִים cstr. פִּרְדֵי m. *mulus* 2 Sam. XIII, 29. XVIII, 9. 1 Reg. X, 25. XVIII, 5. 2 Reg. V, 17. 1 Par. XII, 40. 2 Par. IX, 24. Esr. II, 66. Ps. XXXII, 9. Jes. LXVI, 20. Ez. XXVII, 14. Zach. XIV, 15. Hebraei mulum ita dictum volunt בעבור שלא הוליד *quippe qui non generet et separatus* (caelebs) *sit*, Bochartus (Hieroz. I, 213 Lips.) ,,quia natus sit ex parentibus qui a consorte naturali *separati* cum alienis copulentur.“ Utrumque longius petitum est, et equidem פֶּרֶד a celeritate fugae et cursus dictum putem coll. פָּזַז avolavit, *fugit* Aph. fugavit, cf. פָּרָא. In linguis indogerm. vide an eiusdem originis sint *veredus*, *Pferd*.

פִּרְדָּה f. *mula* 1 Reg. I, 33. 38. 44.

פְּרֻדוֹת pl. f. *grana* frumenti pro semine *sparsa* Joël I, 17. Bene Aben Esra: גרגרות החטה והשעורה. Abulw. grana seminando disiecta. (Syr. ܦܙܘܪ Mt. XIII, 31. XVII, 20. Mc. IV, 31. Luc. XIII, 19, de grano sinapi. Lex. Adl. male ܦܙܘܪ. Talmud. פֶּרֶד granum malorum Punicorum, nisi potius est pars mali Punici dissecta v. Buxt. p. 1799. 1800).

פְּרוּדָא (granum) n. pr. viri Esr. II, 55, pro quo פְּרִידָא Neh. VII, 57.

* * *

פַּרְדֵּס m. *hortus, arboretum.* Cant. IV, 13: פַּרְדֵּס שְׁקֵדִים רִמּוֹנִים *hortus malogranatorum.* Neh. II, 8: שֹׁמֵר הַפַּרְדֵּס *custos arboreti* i. e. silvarum regiarum (Forstaufseher). Pl. Eccl. II, 5: *feci mihi* גַּנּוֹת וּפַרְדֵּסִים. (In Targg. et Talmud. id. Respondet gr. παράδεισος, vc. proprium de arboreto et vivario, quod arcem regiam veterum Persarum cingere solebat, v. Xenoph. Cyrop. 1, 3. 5. 12. Oecon. 4, 13. Diod. 16, 41. 18, 36. Sturzii lex. Xenoph. h. v. Brisson. de regio Persarum principatu p. 52. 53, apud LXX pro פַּרְדֵּס ll. cc., pro גַּן Gen. II, 8 sqq. III, 1 sqq. XIII, 10. Num. XXIV, 6. Jes. LI, 3. Ez. XXVIII, 13. XXXI, 8. 9. Joël II, 3, גַּנָּה Jes. I, 30, adde Sir. XXIV, 31. XL, 19. 30. Sus. 4. 8. 15. 17 al. Utriusque vocabuli, Hebraei et Graeci, origo in vetere lingua Persica quaerenda est. Licet enim in recentiore lingua usus eius perierit (adeo Luc. XXIII, 43 pro gr. παράδεισος in Vers. pers. est ܦܪܕܝܣ), tamen lingua Armenica (պարտէզ *pardes* hortus domui propinquus, quod Schroeder in thes. ling. arm., diss. p. 56, male explicat պարտ սէզ necessaria gramina s. olera), Arabica (فِرْدَوْس pl. فَرَادِيس i. e. hortus vallisve varias plantas, etiam vites continens, v. Kamus I, p. 784 Calc., qui vocem ex Graeco vel Syriaco petitam esse coniicit), Syriaca (ܦܪܕܝܣܐ hortus, ܦܪܕܝܣܒܐ custos horti, hortulanus) eam servarunt, aptumque eius etymon offert lingua Sanscritica, in qua *paradêça* non solum (ut Tuchius affirmat, ad Gen. p. 69) *regionem aliam* i. e. peregrinam significat, sed etiam *optimam, eximiam* (das *ausser*ordentliche, *ausser*gewöhnliche), quam vim praeverbium *para* in multis nominibus habet, veluti *parabhâga* fortuna bona, eximia, *parabrahma* de summo numine, *parapada* status eximius, altus, licet ipsum compositum in lexx. non annotetur, qua de re Bohlenius in observatt. posthumis: ,,Es ist ein wenig viel verlangt und ohne hinlängliche Kenntniss der Verhältnisse, wenn man für die Zulässigkeit einer Etymologie aus dem Sanscrit erfordert, dass die biblische oder griechische *Form* und *Bedeutung gerade so* noch jetzt ein paar Jahrtausende später in den Lexicis hübsch bequem und fertig vorliegen soll; glücklich wenn so Passendes vorliegt als hier bey *paradêça*.“ — De usu vocis Hebraeae et graecae in re dogmatica de sede beatorum in coelo v. intpp. ad Luc. XXIII, 43 et lexx. in N. T.

פָּרָה (rarius פָּרָא q. v.) 1) *ferre.* (Praeter veterum Semitarum linguam haec radix late regnat in linguis indogerm., v. sanscr. *bhri* ferre, zend. *bara* fer v. Burnouf in Journal des Savans 1833, p. 507, pers. بار onus, برنن ferre, armen. բերել *bier*-il ferre, gr. φέρω, βάρος, βαρύς; lat. *fero*, *porto*, goth. *bair*-an, angl. to bear, trans. to burden, germ. ant. bären. Alias formas v. litt. b.). Inde a) *fructum tulit* arbor, planta. Jes. XI, 1. Metaph. Jes. XLV, 8: יִפְרוּ יֶשַׁע *fructifera sit salus omnigena.* Part. Deut. XXIX, 17: שֹׁרֶשׁ פֹּרֶה רֹאשׁ *radix ferens venenum*, fem. גֶּפֶן פּוֹרִיָה vitis fructifera Ps. CXXVIII, 3. Jes. XXXII, 12. Ez. XIX, 10, ellipt. פֹּרִיָּה Jes. XVII, 6 et פֹּרֶת (pro פֹּרָה) *fructifera* sc. arbor Gen. XLIX, 22. b) *fetum protulit*, de hominibus et bestiis, *fecundus fuit* Gen. XXVI, 22. Ex. XXIII, 30, plerumque copulatur cum רָבָה, ut Gen. I, 22: פְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת־הַמָּיִם. 28. VIII, 17. IX, 1. 7. XXXV, 11. XLVII, 27. Ex. I, 7. Jer. III, 16. XXIII, 3. Ez. XXXVI, 11. (Cf. pers. بار fructus, goth. *bairan* gebären, *barn* fetus. Sed ex parte hunc significatum in linguis indogerm. peculiaribus formis exprimunt, lat. *pario* fetum et fruges, *fruor*, *fruges*, *fructus*, germ. *Börde* regio fertilis. In semiticis est ܦܪܐ fecundus fuit, Aph. fecundavit, ܦܪܝ progenies, ⲀⲔⲢⲠ: fructum tulit, ⲪⲀⲔ: fructus).

2) *ferri, cito ferri, currere*, de curru (nostr. *fahren*, chald. פָּרָא cucurrit), unde אַפְרִיוֹן ferculum, lectica. Cf. פָּרָא.

Hiph. apoc. וַיַּפֵּר *fecundum reddidit*, multa *prole auxit* Gen. XVII, 6. 20. XXVIII, 3. XLI, 52. XLVIII, 4. Lev. XXVI, 9. Ps. CV, 24. Saepe copulatur cum הִרְבָּה.

פֶּרֶה i. q. פֶּרָא onager, v. פֶּרָא.

פֶּרֶה mus, v. rad. פָּאַר.

פָּרָה (i. q. פַּארָה ramus) n. pr. viri Iud. VII, 10. 11.

פְּרִי in Pausa פֶּרִי Jer. XII, 2. XVII, 8, c. suff. פִּרְיוֹ, פִּרְיָם, sed פִּרְיָכֶם Hos. XIV, 9. Ez. XXXVI, 8, et פִּרְיָתָם Am. IX, 15. Jer. XXIX, 28 m. *fructus*, isacpe collect., pluralis cnim (talmud. פֵּרוֹת, פֵּרוּת) in V. T. non legitur. 1) pr. plantarum, arborum. פְּרִי עֵץ fructus arboris Gen. I, 29. Exod. X, 15. Lev. XXIII, 40; עֵץ פְּרִי arbor fructifera Gen. I, 11. פְּרִי מִגָּדִים collect. fructus praestantissimi Cant. IV, 13. 16. פְּרִי הָאָרֶץ fructus, proventus terrae Num. XIII, 26 (cf. 24) Deut. I, 25. Jes. IV, 2 (parall. יְבוּל): sed פְּרִי הָאֲדָמָה definitius sunt fruges agri Gen. IV, 3. Deut. VII, 13. XXVI, 2. 10. XXVIII, 4. 18. 33. 42. 51. XXX, 9. Ps. CV, 35. Jer. VII, 20. Mal. III, 11, et ita פְּרִי Ps. LXXII, 16. פְּרִי אֶרֶץ terra frugifera Ps. CVII, 34. De arbore agrove fructum producente dicunt: עָשָׂה פְּרִי *fructum fecit* (v. עָשָׂה no. 2, c), נָשָׂא פְּרִי Ez. XVII, 8. XXXVI, 8. Joël II, 22, נָתַן פְּרִי Lev. XXV, 19. XXVI, 20. Ps. I, 3. Zach. VIII, 12. Metaph. dicitur de *fructu* s. proventu et effectu laborum studiorumque humanorum, proprio significatu vel servato (Jes. III, 10: *fructus operum vestrorum comedetis* i. e. experiemini. Prov. I, 31. Hos. X, 13) vel neglecto. Sic *fructus manuum* est lucrum Prov. XXXI, 16, sed Comm. 31 laus, praemium laboris, *fructus oris* i. q. sermo (isque probus, verus) Prov. XII, 14. XIII, 2. XVIII, 20, *fructus linguae* id. ib. XVIII, 21, *fructus* bene vel male factorum Jes. III, 10. Jer. XVII, 10. XXI, 14. XXXII, 19. Mich. VII, 13, de praemio Jes. XXVII, 9. Am. VI, 12. Prov. XI, 30. Ps. LVIII, 12: אַךְ פְּרִי לַצַּדִּיק, et de poena Jer. VI, 19. *Fructus sapientiae* esse dicuntur opes, honor, institia Prov. VIII, 19 cf. 18, *fructus superbiae* dicitur de iactatione Jes. X, 12. — Singulare est Ps. CIV, 13: מִפְּרִי מַעֲשֶׂיךָ תִּשְׂבַּע הָאָרֶץ, quod vulgo cum Kimchio explicant: *fructu operis tui* (nubium) i. e. pluvia *satiatur terra*, sed vide possitne פְּרִי abstr. *fecundationem* (Befruchtung) significare, פְּרִי מַעֲשֶׂיךָ *fecundationem a te factam* i. e. datam, coelitus demissam. Cf. פֶּרַח flos, et abstr. efflorescentia (das Blühen, die Blüthe).

2) פְּרִי בֶטֶן *fructus uteri*, vide בֶּטֶן no. 2, et sic simpl. פְּרִי i. q. זֶרַע de hominibus Ps. XXI, 11, et bestiis Jes. XIV, 29. Etiam פְּרִי עֵץ reperitur a plantis ad homines translatum 2 Reg. XIX, 30. Hos. IX, 16. Jer. XII, 2. (Arab. ثمر fructus dr. de liberis).

אַפִּרְיוֹן Cant. III, 9 *lectica*, *lectus gestatorius* vix diversus a מִטָּה Comm. 7. LXX. φορεῖον (lectica Athen. 5, 5). Vulg. *ferculum*, sed Pesch. ܦܘܪܣܦܐ solium. Kimchi: מטה שנשאים בה כלות lectus in quo gestantur sponsae. Ipso אפריון Talmudistae utuntur de lecto nuptiali (quo modo intelligunt etiam Cant. l. c.) Sota fol. 12, 1 ibique Wagenseil p. 260. Baba mezia extr., cognata sunt אַפַּרְיָא lectus Sanhedr. 109, 2 et סַפַּרְיָא lectus Chethub. 10, 2. Gittin 69, 1. Targ. Cant. I, 6 pro hebr. עֲרָשׂ, cui congruunt syr. ܣܦܣܐ l. Adl. ܣܦܣܝܪ صفير lectus parvus, ܣܦܣܝܪ ibid. سرير lectus, lectica, solium ܣܦܣܐ ibid. ܣܪܣܝ lecti. De origine alii (Hieron. ad Jes. VII, 14, Cohen de Lara, A. Th. Hartmann) ita statuunt, ut hoc vc. a gr. φορεῖον petitum existiment, alii radicem ponunt עַל שֵׁם שֶׁפְּרִין וְרִבְיָן עָלֶיהָ *quoniam super eo fecundi sint et multiplicentur* (Chethub. l. c.): sed Cant. l. c. *torus nuptiolis* minus aptus est quam *lectus gestatorius*: malo igitur rad. פָּרָה accipere signif. 2 (*cito ferri, currere* coll. פָּרָא, פָּרָא), sicut *currus* dicitur a currendo, τρόχος a τρέχειν, φορεῖον, *ferculum* a φέρω, *fero*.

אֶפְרָתָה, אֶפְרָתִי v. p. 141.

* * *

פַּרְוִים n. pr. regionis auriferae 2 Paral. III, 6. Bochartus (Can. 1, 46) eandem esse affirmat atque Ophiram i. e. Taprobanen. Magis placet *Wilford* (Asiat. Researches VIII p. 276), qui universe *regiones orientales* interpretatur, a sanscr. *púrva* prior, anterior, orientalis. Ad formam cf. סַפִּירִים.

פַּרְוָר v. פַּרְוָר.

פָּרַז verb. inusit. Arab. فرز segregavit, discrevit. Abulfh. dyn. 34. 446. Conj. III. IV. id. Sed Conj. II. modum praescripsit, *statuit*, *conclusit*. Eiusdem originis est atque verba פָּרַד, פָּרַשׂ, פָּרַץ: secandi autem et dirimendi vis translata est ad *iudicandi* significatum, minime, ut nuper voluerunt, ad vim nullis finibus circumscriptam (unumschränkte, souveräne Gewalt). Accedit *expandendi* potestas (coll. פָּרַשׂ) in פְּרָזָה, פְּרָזִי. Inde

פָּרָז m. *dux*, *praefectus* militum (pr. i. q. שַׂר, שַׁלִּיט). Hab. III, 14. Alex. ἀνάσσαι ἀλλ. ἀρχηγοί. Vulg. bellatores. Pesch. ܦܠܛܐ.

פְּרָזוֹן abstr. *iudicium*, *imperium*. Iud. V, 11: *ibi celebrent iustitiam Jovae* צִדְקֹת יְהוָה צִדְקַת פְּרָזוֹנָיו בְּיִשְׂרָאֵל *iustitiam imperii eius in Israële*. Inde concr. pro *imperatores*, *duces*, sq. plur. Iud. V, 7: חָדְלוּ פְרָזוֹן בְּיִשְׂרָאֵל *feriabantur* otiosi erant *duces in Israël*. LXX. Vat. ἐξέλιπον δυνατοὶ ἐν Ἰσραήλ, al. codd. οἱ κραταιῦται, al. οἱ καταγοῦται, unde fortasse ortum κατοικοῦντες quod in aliis iisque pluribus est. Vulg. fortes in Israël. Ex Rabbinis ita R. Jesaias. (Targ. פְּרָזֵי צַפְצַפְתָּא urbes pagorum, Pesch. ܦܪܘܙܐ planities, quod nuper probavit Studerus, hoc modo: *feriabantur vici* i. e. deserti erant et incolis vacui.

Inesse videtur haec sententia in 4 codd. scriptura פְּרָזוֹת, sed פְּרָזוֹן non aliter accipi poterit atque Comm. 11, illaque interpretatio ad contextum longe accommodatior est: *feriabantur* vel *deerant duces ..... donec ego surgerem*).

פְּרָזָה, nonnisi pl. פְּרָזוֹת *regiones planae* (arab. فَرَز planities), *rus* apertum, expansum (v. rad.), opp. urbibus. Ez. XXXVIII, 11: אֶרֶץ פְּרָזוֹת *terra plana*, cf. quae sequuntur: *quae sine muris, vectibus et portis est.* Esth. IX, 19: עָרֵי הַפְּרָזוֹת, quod Kimchi explicat עָרֵי הַיְשִׁישׁוֹר, opp. metropoli Comm. 18. Zach. II, 8: פְּרָזוֹת תֵּשֵׁב יְרוּשָׁלַ͏ִם Vulg. *absque muro habitabitur Jerusalem* i. e. propter incolarum multitudinem moenibus cingi non poterit. Abulw. explicat: פרזות البسايط غير المحصنة وغير المسورة *loca aperta non munita et muro carentia.*

פָּרָזִי m. *rusticus*, qui in *rure* habitat. Collect. Deut. III, 5: עָרֵי הַפְּרָזִי. 1 Sam. VI, 18: כֹּפֶר הַפְּרָזִי *vicus rusticorum.* Plur. Esth. IX, 19: הַיְּהוּדִים הַפְּרָזִים, sed Chethibh הַפְּרוּזִים.

פְּרוּזִי v. פְּרִזִּי.

פְּרִזִּי (i. q. פְּרָזִי paganus, rusticus) n. pr. LXX. Φερεζαῖος, Vulg. *Pherezaeus*, collect. *Pheresaei*, gens Cananaea habitans in montanis, quae postea Ephraimitis et Judaeis cesserunt (Jos. XI, 3. XVII, 15. Iud. I, 4. 5), Cananaeis strictius dictis vicina (Exod. XXIII, 23. Iud. l. c.). *Cananaei* et *Pheresaei* pro omnibus gentibus Cananaeis poni videntur Gen. XIII, 7. XXXIV, 30, alibi Pheresaei memorantur una cum multis aliis eius stirpis gentibus Gen. XV, 20. Exod. III, 8. 17. XXXIII, 2. XXXIV, 11. Deut. VII, 1. XX, 17. Jos. III, 10. IX, 1. XII, 8. XXIV, 11. Iud. III, 5. 1 Reg. IX, 20. Esr. IX, 1. Neh. IX, 8.

* * *

פַּרְזֶל st. emph. פַּרְזְלָא m. chald. i. q. hebr. בַּרְזֶל (q. v.) *ferrum.* Dan. II, 33—45. IV, 20. V, 4. 23. VII, 7. 19.

פָּרַח 1) *crupit, prorupit* a) de pullo prorumpente. (Arab. فَرَخَ Conj. II. pullum produxit ovum, pullos genuit avis. IV. id. افرخت البيضة ovum prorumpere fecit i. e. emisit pullum, unde فَرْخ pullus). Inde פִּרְחָה, אֶפְרֹחַ. — b) *pullulavit*, gemmas, folia emisit arbor Hab. III, 17, vitis Gen. XL, 10. Cant. VI, 11. VII, 13, virga Num. XVII, 20. 23, desertum Jes. XXXV, 2. (Arab. فَرَخَ pullulavit, propagines emisit planta, فَرْخ الشجرة ramus arboris). Metaph. *α*) de hominis gentisve statu florente et vigente, Hos. XIV, 6: יִפְרַח כַּשּׁוֹשַׁנָּה *florebit* Israël *instar lilii.* 8. Prov. XI, 28. Jes. LXVI, 14. Ps. XCII, 8. 13, et sine comparatione Ps. LXXII, 7: יִפְרַח בְּיָמָיו צַדִּיק. Jes. XXVII, 6. *β*) Hos. X, 4: *efflorescet instar papaveris poena*, cf. Ez. VII, 10. — c) *prorupit, erupit* lepra, ulcus Ex. IX, 9. 10. Lev. XIII, 12 sqq. XIV, 43.

2) *volavit*, quod quomodo cum signif. 1 conciliandum sit v. ad rad. נָצַץ. (Chald. פְּרַח volavit, avolavit, פְּרָחָא volucris, syr. ܦܪܚܐ id. Aph. avolare fecit, ܐܦܪܚ avis, volucris). Part. פֹּרְחוֹת volatrices i. e. aves (v. syr.). Sic Ez. XIII, 20: *ecce adoriar pulvillos vestros quibus incumbentes vos* מְצוֹדְדוֹת אֶת־הַנְּפָשׁוֹת לְפָרְחוֹת *venamini animas instar avium, ... dimittam animas, quas animas vos venati estis* i. e. cepistis לְפָרְחוֹת *instar avium.* Nam כְּ h. l. est comparantis, v. כְּ A, no. 13 extr. maxime formulam וְיָצָא כַּחֲפָשִׁי, cui h. l. respondet שַׁלַּח לְפָרְחוֹת dimisit instar avium captarum. Plerique לְפָרְחוֹת explicant לְהָדוֹת פְּרָחוֹת vel: *ut advolent* (Kimchi, Rosenm.), vel *ut avolent* (Maurer), quod quidem posterius extremo commate satis aptam sententiam efficit, sed minus aptam ubi primum legitur et hanc ipsam ob caussam, ut videtur, ab Alex. et Syro omissum est. Verumtamen illa ipsa ellipsis (לְבַנְיָן חִפְרָחָנָה = לְהָדוֹת פְּרָחוֹת pro לְפָרְחוֹת) dura est et nescio an simili exemplo careat.

Hiph. 1) *efflorescere fecit* segetem Jes. XVII, 11, arborem Ezech. XVII, 24. 2) *gemmas floresque* emisit arbor Ps. XCII, 14. Iob. XIV, 9. Metaph. Prov. XIV, 11. — Ad Hiph. referenda etiam cod. Sam. scriptura כאפרחת (כְּאַפְרַחַת) Gen. XL, 10 pro כְּפַרְחָה. Sequitur ea Samaritanorum usum, qui hoc verbum in Aph. frequentasse videntur, v. Vers. Sam. Lev. XIII, 12. Num. XVII, 8 et h. l., ubi etiam Onk. אַבַּר אַפְרַחַת.

פֶּרַח, in Pausa פָּרַח Ex. XXV, 33. XXXVII, 19 *flos* Num. XVII, 23. Jes. V, 24. XVIII, 5, etiam arte factus Exod. XXV, 31—34. XXXVII, 17. 20. Num. VIII, 4. 1 Reg. VII, 26. Abstr. efflorescentia, viror Nah. I, 4.

פִּרְחָה (11 codd. ap. J. H. Mich. per Patach, 13 codd. פרחה per He) m. *proles* bestiarum, contemtim de hominibus vilissimis (Brut) Iob. XXX, 12 cf. זָרַע Jes. I, 4. „Suspicor ductum a *pullo*, qui فرخ Arabibus. Id frequentatur pro eo quem *σκότιον ἐγένατο μήτηρ.* Nawab. وقع البارونج في البانوخ اخون من ولاية بعض *incussio bipennis in cerebrum levior prae imperio unius ex pullis.* Notat ibi Zamachsj. العرب يقولون فلان فرخ من الفروخ يريدون ولد الزنا ويجوز ان يراد بالفروخ الصبيان لانه لا خير في رايهم *Arabes dicunt, Ille est pullorum aliquis, scortatione natum noiantes. Fieri etiam potest ut pueri intendantur, quorum consilium nihili est ....* In Camus etiam extat الفرخ ولد الطائر وكل من الحيوان والنبات والرجل الذليل المطرود *appellatur* פרח *pullus avium omnisque soboles qua animantis qua plantae. Item vir contemtus et vagabundus.*“ Schult. ad l. c. Kimchi: הקטנים והנערים.

פָּרוּחַ (florens) n. pr. viri 1 Reg. IV, 17.

אֶפְרוֹחַ m. *pullus* avium, pl. Deut. XXII, 6. Iob. XXXIX, 30. Ps. LXXXIV, 4. Vide ad rad. 1, a. LXX. *νοσσοί.*

פָּרַט pr. *sparsit*, *dispersit* (v. פָּרַשׂ, vic. radd. פָּרַד, פָּרַס), inde sparsit s. *iactavit verba*, *effutivit* (cf. arab. نثر sparsit it. multam profudit orationem, garrivit, مِنْثَرٌ, نَيْثَرَانٌ, نَثْرٌ multiloquus, garrulus, et ipsum فرط negligenter et inconsiderate egit, insolens fuit in verbis. II. IV. properavit, oblitus est). Am. VI, 5: הַמְפַרְטִים עַל פִּי הַנָּבֶל *garrientes* (ineptientes i. e. inepta et nugas canentes) *ad vocem nablii*, die da faseln zum Ton der Harfe. Vulg. canentes. LXX. *ἐπιχροτοῦντες* (vitiose Vat. *ἐπιχρατοῦντες*), Pesch. ܢܨܚܝܢ, non bene, non enim pulsant (fides) *ad vocem* nablii, sed *cantant* ad vocem s. modos eius. In eo quod supra de etymo dixi, Abulwalidem secutus sum, cuius haec sunt verba: ופרט כרמך לא תלקט הו הכחב המנתר והמפזרן מן הענקבוד في حين القطاف كجانس لقول الاوايل كلط ופרט ولقولهم ايضا נגרגר באשכל ופורט ברמון وابين ما يكون فى هذا المعنى قولهم איזהו פרט הנושר בשעת הבצירה فقد فسروه بقولهم هذا فاما ترجمة اللفظة فهى النثر ..... فكذا تسمى العرب ما انتثر من الشى ومن هذا المعنى عندى המפרטים על פי הנבל لنثرهم الكلام وتقطيعهم النجس وما يبعد ان يقال انهم الفارطون وهم الذى يرتجلون الشعر اى الذى يشعرون ارتجالا من غير روية بل هذا عندى اقرب ما يقال فيه i.e. פָּרָט (Lev. XIX, 10) *sunt acini sparsi et decidui de racemis tempore vindemiae. Cognatum est talmud.* כלל ופרט *generale et speciale*, *et hoc* (Maas. c. 3): qui singula grana racemi et mali Punici legit (der die Traube einzeln abbeert und den Granatapfel einzeln auskernt), *et dilucidius etiam* (Peah 7): quid est פרט? quod decidit tempore vindemiae, *quod interpretantur ex hac eorum locutione.* „*Quod ad propriam significationem vocis attinet*, פרט *est i. q. arab.* نثر, *quo Arabes designant quidquid sparsim decidit de aliqua re; et inde mihi explicanda videntur verba* (Am. VI, 5): המפרטים על פי הנבל, *quoniam spargunt s. iactant verba et recitant inepta. Neque veri dissimile est*, פרטים *esse i. q.* فارطون *praecipites in loquendo h. l. de iis qui ex tempore et temere proloquuntur carmina. Imo hoc posterius maxime probabile videtur.* — Ad usum Talmudistarum quod attinet, פָּרָט apud hos est sigillatim fecit, unde פְּרָט, פֵּרָט singulare, speciale, opp. כלל generali, פְּרוּטָה moneta parva (Scheidemünze): quae omnia ex dispergendi, dividendi significatu pendent. Ad Amosi verba haec ita transfert Rosenm., ut *divisim facere* in re musica pro *modulari*, *canere* (carmina dividere Hor. Carm. 1, 15, 14) dictum censeat: quod longe petitum est. Sed non magis placet Maurerus, qui פָּרַט interpretatur *disrumpere* fides (coll. פָּרַשׂ, פָּרַס, פָּרַץ) contemtim pro *carpere* fides: idem enim huic interpretationi obstat, quod supra Alexandrino interpreti opposuimus. Quis enim dicat: *carpere fides* ad vocem (ad modos) nablii i. e. fidium? *Ludendi* et *iocandi* vis in verbo פרט apud Talmudistas incerta est, v. Buxt. lex. p. 1811.

פֶּרֶט m. *sparsio*, concr. *sparsum*, *deciduum*. Lev. XIX, 10: פֶּרֶט כַּרְמְךָ *deciduum vineae tuae*, i. e. acini decidui in vinea, ut recte Targ. Pesch. Vulg. LXX. *ῥώγες*. Talmudistae *singulos*, *binosve* acinos intelligunt, qui appellari possint פֶּרֶט *singulare* s. speciale, non ternos pediculo iunctos: sed hae argutiae sunt ex usu vocabuli Talmudico (de quo supra) petitae.

פֶּרֶךְ rad. inusit. quae 1) *confringendi* vim habuisse videtur (talm. פרך fregit nuces, coll. vic. פָּרַק), translatam illam ad oppressionem et tyrannidem (cf. פָּרִיץ), unde פֶּרֶךְ; 2) *separandi* vim (ut arab. فرق) unde פָּרֹכֶת.

פֶּרֶךְ in pausa פָּרֶךְ m. *oppressio*, *tyrannis* Ex. I, 13. 14. Lev. XXV, 43. 53. Ez. XXXIV, 4.

פָּרֹכֶת f. (Milel, ut omnia huius formae nomina, non Mihra, quam observationem Aben Esrae tribuit Fürstius) *velum*, *aulaeum*, quod in tabernaculo sancto et in templo Sanctum *separabat* a Sancto Sanctorum Exod. XXVI, 31. 33. 35. XXVII, 21. XXXV, 12. XXXVI, 35. XXXVIII, 27. XL, 3. 22. 26. Lev. IV, 17. XVI, 2. 12. 15. XXI, 23. XXIV, 3. Num. XVIII, 7. 2 Par. III, 14.

פָּרַם fut. יִפְרֹם *disrupit*, *laceravit* vestes Lev. X, 6. XIII, 45. XXI, 10. LXX. *διαῤῥήσσομαι*. Vulg. scindi (Talm. id. Syr. ܦܪܡ scidit, ܡܬܦܪܡ lacer, de veste).

* * *

פַּרְמַשְׁתָּא (auctore Ferd. Benaryo sanscr. *parameschta* superior) n. pr. filii Hamani Esth. IX, 9.

פַּרְנַךְ n. pr. viri Num. XXXIV, 25. Hamakerus (miscell. phoen. p. 199) censet esse Persicum *Pharnaces* (Herod. 7, 66. 9, 41), فرناك splendore s. magnificentia praeditus. Verum enimvero quum in Pentateucho Persicae originis nomen dubitationi obnoxia sit, equidem פַּרְנַךְ (r resolnto) ortum esse malim ex chald. פְּנַךְ subsiliit, celeriter cucurrit, vel ex hebr. פָּנַק oblectavit.

פָּרַס *fregit* (cf. פָּרַשׂ no. 1), in hac locutione: פָּרַס לַחְמוֹ לְ fregit panem suum alicui i. e. tribuit pauperi de pane suo Jes. LVIII, 7, et omisso לַחְמוֹ Jer. XVI, 7, ubi agitur de epulis feralibus, quas amici et propinqui

lugentibus mittere solebant (לֶחֶם אֲנָשִׁים Ez. XXIV, 17. 22). Vide etiam: פָּרַשׂ לֶחֶם Thren. IV, 4. (Syr. ܦܪܝܣܐ placenta, panis, spec. qui frangitur in eucharistia. Talmud. פְּרוּסָא frustum panis, quod pauperi datur).

Hiph. fidit, non nisi hac locutione הִפְרִיס הַפַּרְסָה, quae duplici modo usurpatur: a) pr. *fidit ungulam* i. e. ungulam habuit camque *fissam*. Lev. XI, 4 de camelo: *hic enim ruminat* וּפַרְסָה אֵינֶנּוּ מַפְרִיס *sed ungulam non findit* i. e. non penitus fissam habet. b) universe: *ungulam habuit*, ubi additur, utrum fissa sit, an non (quo sensu denom. videtur a פַּרְסָה ungula, sive fissa sive non fissa, pr. ungulam fecit, produxit). Lev. XI, 3: כֹּל מַפְרֶסֶת פַּרְסָה וְשֹׁסַעַת שֶׁסַע פְּרָסוֹת *omnis* bestia *ungulam habens et findens fissuram ungularum*. 26. Comm. 7 de porco: מַפְרִיס פַּרְסָה הוּא וְשֹׁסַע שֶׁסַע פַּרְסָה *ungulas habet et findit fissuram ungulae*. Comm. 5. 6 de mure montano et lepore: *ruminat* וְגַרְתָּה הִפְרִיסָה לֹא *sed ungulam non habet*. Deut. XIV, 7: מַפְרִיסֵי הַפַּרְסָה הַשְּׁסוּעַת *qui ungulam fissam habent*. Comm. 8. Sic Ps. LXIX, 32: פַּר מַקְרִין *taurus cornua et ungulas habens*.

פָּרַס chald. *divisit*. Part. act. pl. פָּרְסִין *dividentes* sc. sunt, dividunt. Dan. V, 25. Part. pass. Comm. 28: פְּרִיס פָּרִיסַת מַלְכוּתָךְ וִיהִיבַת לְמָדַי וּפָרָס *divisum*, id est *dividetur regnum tuum et dabitur Medis et Persis*. Theod. διῄρηται. Vulg. *divisum est*. Pesch. retinuit: ܦܫ, ܦܪܣ. Aben Esra: חלק. Taceo quaestionem criticam, an etiam Comm. 25 פָּרַס legendum sit pro פָּרְסִין, unumque addo, hoc verbo ad *Persarum* nomen (פָּרָס) allusum esse videri. *Dividendi* et *distribuendi* vim, quam פרס apud Hebraeos in Kal habet, etiam Chaldaeis usitatum fuisse, arguit פָּרַס מְזוֹנָא 1 Sam. IX, 13 *distribuit cibum*, et subst. פַּרַס dimidium, dimidia pars. Frequentior quidem est *expandendi* significatio i. q. פָּרַשׂ, sed huic loco inepta. *Rumpendi* et *deiiciendi* potestas (stürzen), quam adhibet C. a Lengerke, idoneo fundamento caret: licet eam (שבר) probet etiam Pseudosaadias.

פֶּרֶס 1) i. q. פַּרְסָה *ungula*, unde פַּרְסִיתָן Zach. XI, 16.

2) *aquilae* species Lev. XI, 13. Deut. XIV, 12 (LXX. γρύψ. Vulg. gryphus. Arabes عُقَاب melanactos. Sam. בואה accipiter), auctore Bocharto ea aquilae marinae species, quae *ossifragus*, *ossifraga* appellatur (Plin. H. N. 10, 3. 7. 30, 7. Lucret. 5, 1077. Isidor. Origg. 12, 7), arab. الكاسر fractor, كاسر العظام fractor ossium, gall. *orfraye*, v. Hieroz. II, 770 Lips.

פַּרְסָה f. *ungula*, eaque proprie fissa (v. rad. max. in Hiph.) Ex. X, 26 (cf. ad h. l. Bocharti Hieroz. 1, 446). Ez. XXXII, 13. Mich. IV, 13, dein etiam non fissa, velut equorum Jes. V, 28. Jer. XLVII, 3. Ezech. XXVI, 11. (Chald. dicitur etiam de planta pedis humani pro כַּף רֶגֶל Deut. XXVIII, 35. Jos. III, 13).

* * *

פָּרַס, in Pausa פָּרָס *Persia*, n. pr. nonnisi apud recentioris aetatis Hebraeos obvium Ezech. XXVII, 10. XXXVIII, 5. 2 Par. XXXVI, 20. 22. 23. Esr. I, 1. III, 7. IV, 3 spq. VI, 14. IX, 9. Esth. I, 3. 14. 18. 19. X, 2. Dan. VIII, 20. X, 1. 13. 20. XI, 2, chald. V, 28. VI, 9. 13. Persae recentiores patriae gentis nomen scribunt پارس, فارس, فرس, veteres in inscriptt. cuneatis *Pârasa*, *Pâraç*, v. Lassen über die keilförmigen Inschriften p. 150. 159. Idem in monumm. Aegyptiacis litteris hieroglyphicis scriptum reperitur hoc modo:



no. 1. PRS cum determinativo *terrae* vel regionis, no. 2. PRSO cum determinativo regionis peregrinae, inclusum margine idem significante (v. Champollion gramm. égypt. I, p. 150. 160). De origine nominis proprii nonnullas coniecturas indicasse sufficiat 1) a zend. *pârs* purus, splendidus; 2) a פָּרָשׁ, فَرَس *equus*, quia Persia equis ferax sit (contra alii equum a Persis nomen sortitum esse suspicantur, v. Pott. etym. Forschungen 1 p. LX), cf. Chardin Voyage dans la Perse ed. Langlès III p. 263. 366. Wahl Vorder- und Mittelasien I, 225 sqq. Tychsen in Heeren Ideen 1, 1 p. 627. Inde

פָּרְסִי n. gent. *Persa* Neh. XII, 22. Chald. emphat. פָּרְסָאֵה Dan. VI, 29 Keri, Chethibh פרסיא.

פָּרַע 1) *solvit*, *dimisit*. (Chald. פְּרַע solvit, vel potius *persolvit*, *retribuit*, in Targg. pro hebr. שָׁלַם, גָּמַל. Syr. id. solvit, rependit, reddidit, pro ἀποδίδωμι Mt. XVIII, 25. 26. 29, וְיִפְרַע ,פָּרַע solvit iustum, satisfecit officio BH. 455, נִפְרַע ,פָּרַע persolvit votum Ps. LXV, 2, cf. Schaaf. h. v. Apud Arabes respondet فَرَغَ absolvit rem, ad finem perduxit, it. evacuavit vas. V. vacuus ab opere fuit, فَارِغ vacuus ab opere, quae omnia a solvendi potestate sunt. Origo est in abrumpendo, cf. פָּרַץ et quae observavimus ad פָּרַד). Inde a) *absolvit*

sontem. Ez. XXIV, 14: לֹא אֶפְרַע וְלֹא אֹחוּס *non absolvam* sontes *et non parcam.* b) *solutis habenis dimisit* aliquem, *habenas dedit* ei (den Zügel schiessen lassen). Part. pass. פָּרוּעַ *effrenatus* (de populo). Ex. XXXII, 25: *quum videret Moses* כִּי פָרוּעַ הוּא כִּי פֵרַע אֹתוֹ אַהֲרֹן *eum* (populum) *effrenatum esse* (*nam frena dederat Aharon*), eandemque vocem habet Cod. Sam. Comm. 22 pro vulg. פָּרֻעַ. Cf. Niph. et Hii. no. 2. c) *exsolvit* s. avellit, abrupit se aliqua re (sich losmachen, losreissen von etwas), a se solutam abiecit, metaph. *abiecit* s. sprevit consilium, admonitionem, viam. Prov. I, 25. IV, 15. VIII, 33. XIII, 18. XV, 32.

2) *nudavit*, quod a solvendis vestibus proficisci videtur. (Chald. et Talmud. id. v. Buxt.). V. c. nudavit caput Num. V, 18, spec. tondendo Lev. X, 6. XXI, 10. Part. pass. nudatus Lev. XIII, 45.

3) *incepit* (quod et ipsum a solvendo et aperiendo esse potest, cf. הֵחֵל), inde *praecivit*, ἄρχομαι. (Arab. فرع in summo tenuit, summam tenuit cepitque Har. 2 p. 52 Sch., superavit alios nobilitate vit. Tim. I, 420, Sec. فَرْع capillus, it. caput et princeps familiae vit. Tim. II, 90 lin. 5, opp. اصل فرع ib. I, 122. Licet hoc verbum per ع scribatur, nihilominus eiusdem originis esse potest atque غرع). Iud. V, 2: בִּפָּרַע פָּרָעוֹת בְּיִשְׂרָאֵל LXX. (cod. Alex. cum novem aliis, Ald. Complut., it. Orig. v. Holmes) et Theod. ἐν τῷ ἄρξασθαι ἀρχηγοὺς ἐν Ἰσραήλ, *quod praeiverunt principes in Israël*, opp. בְּהִתְנַדֵּב עָם quod spontaneus fuit populus i. e. sponte secutus est populus. E recentioribus ita Schnurrerus, Herderus, Maurerus al. Alii a) a *solvendi* significatione (no. 1): *quod solverunt solutiones in Israël* i. e. quoniam iugum decusserunt Israëlitae, Luth. dass Israël wieder frey ist worden, Mich. dafür dass Israël die Bande zerrissen hat; b) ex usu Syrorum et Chaldaeorum, apud quos פרע etiam *vindicandi* (pr. rependendi) vim habet: *quoniam vindicarunt vindictas* i. e. vindictam exercuerunt. Ita Pesch. ܕܐܬܒܩܘ ܒܝܫܪܝܠ *pro vindicta qua vindicatus est Israël.* Verumenimvero פָּרָעוֹת *principes* significare, vix dubium est coll. Deut. XXXII, 42 (v. infra פֶּרַע no. 2), cui accedit huius ipsius carminis locus parallelus comm. 9, ubi prorsus eodem modo *principes* (חֹקְקֵי יִשְׂרָאֵל) opponuntur spontaneis in populo (הַמִּתְנַדְּבִים בָּעָם). Quicunque autem nomen in hunc sensum acceperit, non poterit non etiam verbum sensu cognato accipere, cf. עֲנוּת *miseria miseri* (non clamor miseri) Ps. XXII, 25, מְקֻרְקָר קֵרוּ Jes. XXII, 5.

Niph. pass. Kal no. 1, b. *effrenatus factus est* (populus) Prov. XXIX, 18.

Hiph. 1) *solvit*, inde *dimisit* a labore, sq. מִן Ex. V, 4, ubi cod. Sam. הסריד. (Arab. غرع V. vacuus fuit a labore). — 2) causat. Kal no. 1, b. *effrenatum fecit* 2 Par. XXVIII, 19.

פֶּרַע m. 1) *coma* (a tondendo dicta, v. rad. no. 2 et 3). Num. VI, 5. Ez. XLIV, 20. (Arab. غرع Sec. id.).

2) *princeps* exercitus, a praecundo dictus, v. rad. no. 3. — Plur. פָּרָעוֹת (v. de sexu nominum muneris Lgb. 468. 878). Cstr. Deut. XXXII, 42: מֵרֹאשׁ פָּרָעוֹת אוֹיֵב *de capite principum hostilium.* Alex. ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐχθρῶν. Saad. غرع. Iud. V, 2: בִּפְרַעַ פָּרָעוֹת בְּיִשְׂרָאֵל, vide ad rad. no. 3. Adde chald. פְּרָעָנִין Deut. XVI, 18 Onk. pro שֹׁטְרִים. *Comae* autem et *principis* significationes etiam in aliis voce. coniunctae sunt, velut ناصية et ذؤابة vide diss. Lugd. p. 1079 ibique Taurizium, Schult. ad Har. 5, 161. Schroederi observatt. ad origg. hebr. p. 52. Cf. ad פָּרְעָה.

פַּרְעָתוֹן (fort. principalis) n. pr. oppidi Ephraimitarum Iud. XII, 15, gr. Φαραθών 1 Macc. IX, 50. Gentil. est פִּרְעָתֹנִי Iud. XII, 13. 15.

* * *

פַּרְעֹה (LXX. Φαραώ, arab. فِرْعَوْن, فِرْعَون, فِرْعَوْن)

Phurao, communis titulus veterum Aegypti regum isque in solo V. T. et apud scriptores qui inde hauserunt (Josephum, Jul. Africanum, Eusebium al.) obvius fallitur enim Winerus, Reallex. II p. 289). Plerumque nude ponitur in modum nominis proprii Gen. XII, 15. XXXVII, 36. XL, 2 sqq. XLI, 1 sqq. XLV, 2 sqq. XLVII, 1 sqq. Exod. capp. II. V—XI. XIV et ubique in Pentatencho, Jes. XIX, 11. XXX, 2. 3. Cant. I, 9 al. בַּת פַּרְעֹה Ex. II, 5. 7. 8. 1 Reg. VII, 8. XI, 1, rarius addito מֶלֶךְ מִצְרַיִם 1 Reg. III, 1. IX, 16. 2 Reg. XVII, 7. XVIII, 21. Jes. XXXVI, 6. Jer. XXV, 19. XLVI, 17. Ez. XXIX, 2. 3. XXX, 22. XXXI, 2, vel adiecto speciali nomine proprio, ut פַּרְעֹה נְכֹה 2 Reg. XXIII, 33, 34. 35, פַּרְעֹה חָפְרַע מ׳ מ׳ ib. 29, פַּרְעֹה נְכֹה מֶלֶךְ מִצְרַיִם Jer. XLIV, 30. Proprie *regem* in lingua Aegyptiaca significare hoc vocabulum, iam Josephus observavit (Antiquitt. 8, 6 §. 2 et post eum Africanus et Eusebius (Chron. p. 20 ed. Scalig.), idque firmatur lingua Coptica, in qua rex memph. ⲟⲩⲣⲟ, theb. basm. ⲡⲣⲟ, ⲉⲡⲣⲟ, basm. etiam ⲡⲣⲁ, ⲉⲡⲣⲁ, c. art. masc. ⲡⲟⲩⲣⲟ, ⲡⲣⲣⲟ, ⲡⲣⲣⲁ appellatur (v. Peyron p. 150. 181. Jablonskii opuscc. ed. te Water I, 374. Kosegarten de prisca Aegyptiorum literatura p. 17). Nuper quidem Rosellinius (monumm. storici I, p. 117) et Lepsius (lettre à Rosellini p. 25) in aliam delati sunt opinionem, פַּרְעֹה respondere aegyptiaco ϕ–ⲣⲏ *Solem* notanti, quod signis hieroglyphicis scriptum in vertice titulorum regiorum margine inclusorum comparet, satisque constat, *Solem* regiae dignitatis attributum esse (v. Rosellini I, 156. 157): nihilominus de hac coniectura subdubito, quum in hac voce extrema ó vocalem desiderem (cf. ϕⲣⲏ = פָּרַע in בוטי פָּרַע). Omnia perspicua sunt, si modo in priore sententia acquiescens statuas, aegyptiacum ⲫⲣⲣⲟ ab

Hebraeis ita inflexum esse, ut Semiticum videretur i. q. פָּרַע princeps (v. hac voce no. 2) addita terminatione ה = ן. Ceterum idem vc. aegypt. latet in n. pr. regis *Φίφων* (ϕppo syr. ⲫⲓⲫⲱⲛ) Herod. 2, 111.

* * *

פָּרְעַשׁ rad. quadril. אזכוא: saliit, tripudiavit. Inde

פַּרְעֹשׁ m. 1) *pulex* a saliendo dictus. 1 Sam. XXIV, 15. Arab. بُرْغُوث melit. *berghud*, syr. transp. ⲫⲣⲟⲩⲕⲟⲩⲥ id. 2) n. pr. viri Esr. II, 3. X, 25. Neh. III, 25.

פָּרְפַּר v. פָּרַר.

פָּרַץ fut. יִפְרֹץ *rupit.* (Quae quidem primaria potestas non solum in litteris פר inest, v. ad פרד, sed etiam in syllaba ץרּ, *ῥήσσω reissen*, v. ad radd. עָקַשׁ, פָּטַשׁ. Nostrae contigua sunt praemisso sibilo, goth. *spreitan*, nostr. *spreitzen*, *to spread*. Emollita media radicali semivocali inde orta est rad. פּוּץ. Arab. فرس secuit, fidit, laceravit, فرش incidit, metaph. definivit. Chald. i. q. hebr.) Gen. XXXVIII, 29: *dixit obstetrix:* מַה־פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ quae ita capienda sunt: *quid dirumpis* genitalia matris? *super te* veniat *ruptura*, i. e. tua sit rupturae culpa. Verba sunt obstetricis increpantis gemellum secundogenitum, qui, ut fratri ius primogenitorae praeriperet, tanto impetu in lucem proruperat, ut matris genitalia disrumperet. Spec. 1) *diruit, destruxit* (niederreissen), ut domum Dei 2 Par. XXIV, 7, murum, maceriam Jes. V, 5. Ps. LXXX, 13. LXXXIX, 41. Mich. II, 13. Eccles. III, 3. X, 8. Neh. II, 13. IV, 1. 2 Paral. XXVI, 6. XXXII, 5. 2 Reg. XIV, 13: וַיִּפְרֹץ בְּחוֹמַת יְרוּשָׁלַ͏ִם .... אַרְבַּע מֵאוֹת אַמָּה *et diruit in muro Hieros. quadringentas ulnas.* עִיר פְּרוּצָה urbs muris dirutis Prov. XXV, 28 (cf. de primaria potestate vc. עִיר s. h. v.). LXX. *πόλις τὰ τείχη περιβεβλημένη*. Vulg. urbs patens.

2) *disrupit* i. e. *disiecit, dispersit* copias hostiles. 2 Sam. V, 20: פָּרַץ יְיָ אֶת־אֹיְבַי לְפָנַי כְּפֶרֶץ מָיִם *disrupit Jova hostes meos ante me instar disruptionis aquarum* i. e. sicut aqua, quae aggeres disrupit, omnia dispergit et vastat. 2 Par. XX, 37. Ps. LX, 3. Intrans. *dispersit, diffudit se* gens. Gen. XXVIII, 14: *erit semen tuum instar pulveris terrae* וּפָרַצְתָּ יָמָּה וָקֵדְמָה וגו׳ *et diffundes te versus occidentem, orientem* cet. Jes. LIV, 3. Ex. I, 12, inde *crevit* numero, *auctus est.* Hos. IV, 10: *scortantur* (coeunt), וְלֹא יִפְרֹצוּ *sed non augentur* (numero). Gen. XXX, 30. Iob. I, 10. 1 Par. IV, 38. Etiam de viro, cuius opes crescunt Gen. XXX, 43. De rumore se diffundente 2 Par. XXXI, 5. Metaph. *redundavit*, c. acc. rei (ut alia verba abundantiae) Prov. III, 10: תִּירוֹשׁ וְיִקְבֵךְ יִפְרֹצוּ *musto redundabunt lacus tui*, male alii: torcularia musto diffringuntur, nam neque lacus torcularis, neque torcular ipsum copia musti disrumpi potest. Adverbialiter 1 Par. XIII, 2: נְפָרְצָה נִשְׁלְחָה *dispergamus et mittamus* i. e. quoquoversus mittamus.

3) *irrupit* (irruit). Mich. II, 13: פָּרַצוּ וְיַעַבְרוּ שַׁעַר, sq. בְּ in aliquem Ex. XIX, 22: פֶּן יִפְרָץ בָּהֶם יְיָ *ne Jova irrumpat in eos*, eos iuvadat. 24. 2 Sam. VI, 8. 1 Par. XV, 13. Ps. CVI, 29: וַתִּפְרָץ בָּם מַגֵּפָה *et irruit in eos plaga*, sq. acc. Iob. XVI, 14. It. *irrumpendo produxit*, fecit. Iob. XXVIII, 4: פָּרַץ נַחַל *irrumpit puteum metallicum* i. e. in terram irrumpendo fodit putenm. Inde a) in malam partem: *violenter egit* (unde פָּרִיץ) Hos. IV, 2. b) in bonam partem: *instituit, ursit* precibus, sq. בְּ 1 Sam. XXVIII, 23. 2 Sam. XIII, 25. 27. 2 Reg. V, 23.

Niph. pass. no. 2 part. נִפְרָץ *diffusus* i. e. frequens. 1 Sam. III, 1.

Pu. pass. no. 1 *dirutus est* Neh. I, 3.

Hithpa. abrupit i. e. seiunxit *se* ab aliquo 1 Sam. XXV, 10.

פָּרִיץ cstr. פְּרִיץ Jes. XXXV, 9, sed pl. פָּרִיצִים, פָּרִיצֵי (formae dagessandae, pro פְּרִיצֵי) m. *violentus, tyrannus* (v. ad rad. no. 3, a) Ps. XVII, 4. Ez. VII, 22. XVIII, 10. Jer. VII, 11. Dan. XI, 14. — Jes. XXXV, 9: פְּרִיץ חַיּוֹת q. d. *tyrannus inter bestias* i. e. bestia fera.

פֶּרֶץ m. in pausa פָּרֶץ Neh. VI, 1, pl. פְּרָצִים Am. IV, 3, פְּרָצוֹת Ezech. XIII, 5 1) *ruptura, hiatus* muri 1 Reg. XI, 27. Neh. i. e. Jes. XXX, 13. LVIII, 12. Am. IV, 3. IX, 11. Iob. XXX, 14: כְּפֶרֶץ רָחָב יְאֵתָיוּ quod recte Vulg. *quasi rupto muro irruerunt*, metaphora ab oppugnatoribus petita, qui per muri rupturas magna copia magnoque impetu in urbem irrumpunt. Ab iisdem petita est locutio עָמַד בַּפֶּרֶץ *stare in ruptura muri* ad hostem arcendum, quod fortissimorum militum est vitamque praesentissimo periculo exponentium Ez. XXII, 30 (cf. XIII, 5). Ps. CVI, 23. — 2) *disruptio, dispersio* a) hostium, *clades.* Iud. XXI, 15: עָשָׂה יְיָ פֶּרֶץ בְּשִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *Jova clade affecit tribus Israëlis.* 2 Sam. VI, 8, cf. V, 20. Ps. CXLIV, 14. Inde פֶּרֶץ עֻזָּא n. pr. loci 2 Sam. VI, 8. 1 Par. XIII, 11, it. הַר פְּרָצִים Jes. XXVIII, 21. b) aquae 2 Sam. V, 20. — 3) *irruptio, invasio, impetus.* Iob. XVI, 14: *irruit in me* פֶּרֶץ עַל פָּנַי פֶּרֶץ עַל פֶּרֶץ *impetu super impetu.* — 4) n. pr. viri Gen. XXXVIII, 29. XLVI, 12. Patron. פַּרְצִי Num. XXVI, 20.

מִפְרָץ m. *sinus* maris, pec. portui inserviens (Bucht), pr. ruptura, incisura littoris. Iud. V, 17. Vulg. portus. Pesch. ⲗⲁⲙⲓⲟⲥ. (Arab. خَلِيج sinus maris, ubi naves consistunt, it. hiatus rivi, in quo aqua hauritur ad rigandum Abulph. dyn. pag. 91, apud Abulf. saepissime).

פָּרַק *rupit, fregit.* (Arab. فرق separavit, distinxit. Syr. et chald. i. q. hebr. sed rarius. Rad. est onomatop. eodem significatu late patens in linguis indogerm., ut sanscr. *prah*, lat. *frango*, goth. *prikan*, *prichan*, nostr. *brechen*, *brocken*, to break. Molliore forma dicitur פָּרַהּ fregit genna i. e. flexit, et abiecta labiali ῥήγνυμι). Spec. 1) *abrupit*, sq. עַל Gen. XXVII, 40: פָּרַקְתָּ עֻלּוֹ מֵעַל צַוָּארֶךָ praegn. *abrumpes iugum eius* et deiicies *de collo tuo*. — 2) *diffregit* ossa membraque (fera) Ps. VII, 3. — 3) *eripuit*, *liberavit* Ps. CXXXVI, 24. Thren. V, 8. (Syr. ܦܪܩ id.).

Pi. 1) *abrupit*, *avellit* Ex. XXXII, 2. Zach. XI, 16. — 2) *diffregit* (montes). 1 Reg. XIX, 11.

Hithp. 1) *diffractus est* Ez. XIX, 12. — 2) *avellit sibi* aliquid, c. acc. Exod. XXXII, 3. 24. Cf. gr. §. 53, 3, d.

פָּרַק chald. pr. *liberavit* (v. hebr. no. 3), inde *redemit* Dan. IV, 24. In Targg. saepissime pro hebr. נָצַל, פָּדָה, הוֹשִׁיעַ. Inde Pseudosaad. h. l. interpretatur פדה, Aben Esra נאל.

פֶּרֶק estr. פֶּרֶס *iusculum* Jes. LXV, 4 Chethibh, dictum a panis fragminibus (Brocken), quibus iusculum infunditur. J. D. Michaëlis confert arab. مفروقة cibus e frustulis panis calidi effuso oleo paratus. Idem est פָּרֵק (q. v.) in Keri. Duas alias interpretationes proponit Böttcherus, specc. p. 37: a) *frusta* carnis, coll. פְּסָתִים frustum panni laceri, et b) *articuli*, *genicula* ossium (cf. chald. פַּרְקָא et hebr. מְפֻרָּקֶת), unde פֶּרֶק פְּגוּמִים fort. „Schweinsknöchelchen-Schmäuse“: sed vulgaris ratio certior ut veterum anetoritate firmata (LXX. ζωμός. Vulg. *ius*. Targ. רְסָנָא).

פֶּרֶק m. 1) *violentia*, *rapina* (a diffringendo dicta cf. Ps. VII, 3 et פָּרִיץ a פָּרַץ) Nah. III, 1. — 2) *bivium*, a discedendo dictum, Obad. 14. (Cf. arab. تفرّق الطريقين divergium viarum, v. Schult. Imp. loctanid p. 86. Lexxea locutione carent).

מַפְרֶקֶת f. *vertebra cervicis* vel *dorsi* a frangendo dicta. 1 Sam. IV, 18. LXX. *νωτός*. Vulg. cervices. Targ. פַּרְקוּת. Pesch. ܦܫܩܐ, quod lex. Adl. explicat: خرز الظهر عظم الظهر الصلب *vertebra dorsi*, *os spinae dorsi*. (Chald. פַּרְקָא iunctura cervicis, it. articulus manus pedisque).

I. פָּרַר *fregit*, *diffregit*. (Cogn. בּוּר, cf. radd. a syllaba פר ordientes, ad פרד). In Kal semel inf. pleon. בּוֹר Jes. XXIV, 19, nisi potius haec forma ad rad. בּוּר referenda est.

Hiph. הֵפֵר, in Pausa הֵפֶר Gen. XVII, 14, inf. הָפֵר, c. suff. הַפְרָכֶם Lev. XXVI, 15 fregit, rupit, sed ubique translate 1) פֵּרַשׁ fregit s. violavit foedus Jes. XXXIII, 8. Ez. XVII, 15. 16, de hominibus foedus cum Deo iunctum violantibus Gen. XVII, 14. Levit. XXVI, 15. Deut. XXXI, 16. 20. 1 Reg. XV, 19. Jes. XXIV, 5. Jer. XI, 10. Ez. XVI, 59. XVII, 18. Zach. XI, 10, de Jova foedus cum hominibus violante Lev. XXVI, 44. Ind. II, 1. Jer. XIV, 21. Eodem modo dicunt: frangere s. violare legem Ps. CXIX, 126, praecepta Dei Num. XV, 31. Esr. IX, 14. — 2) הֵפֵר עֵצָה *irritum fecit* consilium 2 Sam. XV, 34. XVII, 14. Esr. IV, 5. Jer. XIV, 21. Ps. XXXIII, 10, cogitationes (consilia) alie. Iob. V, 12. Prov XV, 22. — Jes. XLIV, 25: מֵפֵר אֹתוֹת בַּדִּים *irrita facit signa hariolorum*; it. *irritum declaravit* v. c. votum Num. XXX, 9. 13. Intrans. *irritus factus est* Eccl. XII, 5 (v. אֶבְיוֹנָה). — 3) *ad nihilum redegit* (vernichten), *sustulit*, Iob. XV, 4: אַתָּה תָּפֵר יִרְאָה *tu tollis pietatem* in Deum. XL, 8: הֲתָפֵר תָּפֵר מִשְׁפָּטָי *tune tolles ius meum?* Ps. LXXXV, 5: הָפֵר כַּעַסְךָ עִמָּנוּ *tolle* averte *iram tuam erga nos*. Adde Ps. LXXXIX, 34: חַסְדִּי לֹא אָפִיר מֵעִמּוֹ, ubi אָפִיר est a פוּר.

Hoph. הֻפַּר *irritus factus est* Jes. VIII, 10. Jer. XXXIII, 21.

Po. פּוֹרֵר *fidit* (mare) Ps. LXXIV, 13. — *Hithpo.* הִתְפּוֹרֵר *rupta*, *fissa* i. e. concussa est (terra) Jes. XXIV, 19.

Pilp. fut. יְפַרְפֵּר *concussit* (cf. Jes. XXIV, 19). Iob. XVI, 12. Arab. فَرْفَرَ fregit. Chald. פַּרְפֵּר id.

II. פָּרַר prob. i. q. פָּרָא, פָּרָה cito ferri, currere. Arab. فَرَّ fugit. Inde פֶּרֶר, פָּרָה, פַּרְפַּר.

פַּר, in Pausa et c. acc. dist. פָּר, c. art. הַפָּר, בָּר, pl. פָּרִים m. *taurus*, isque maxime iunior, *iuvencus* (unde saepissime additur בֶּן־בָּקָר Ex. XXIX, 1. Lev. IV, 3. 14. Num. VII, 15 sqq. VIII, 8. Ez. XLIII, 19. 23. XLV, 18. XLVI, 6), licet etiam septennis Iud. VI, 25. Appositio est in his Ps. LXIX, 32: שׁוֹר פָּר *taurus iuvencus*, contra פַּר הַשּׁוֹר Iud. I. c. Cum aliis taurorum nominibus copulatur Jes. XXXIV, 7: פָּרִים עִם אַבִּירִים *iuvenci cum tauris*. Exceptis paucis locis (Ps. XXII, 13) dicitur de invencis ad sacrificium adhibitis, eoque pertinet etiam locus difficilior Hos. XIV, 3: וּנְשַׁלְּמָה פָרִים שְׂפָתֵינוּ *et persolvamus* ut *iuvencos labia nostra* ut offeramus pro sacrificiis pia verba, cf. incunte versu: קְחוּ עִמָּכֶם דְּבָרִים. LXX. *καρπὸς χειλέων ἡμῶν* = פְּרִי שְׂפָתֵינוּ). Translate de principibus Jer. L, 27. (Congruunt germ. *Farr*, anglosax. *fear*, fem. *Färse*, gr. *πόρτις*, fort. arab. فَرْلٌ et فِرْفِرٌ pullus ovis, capreae, vaccae silvestris. Sequitur analogiam rad. פָּרַר, possitque a *rumpendo* et a ferocia dictus videri: sed malim tamen פָּרַר eodem significatu accipere atque פָּרָה, פָּרָא *cito ferri*, *vehi*, ut invencus dictus sit a vehiculo trahendo, cf. עֶגֶל et germ. *Farr* et *fahren*. Aliis פָּרַר est i. q. פָּרָה fertilis fuit, v. Boch. Hieroz. I, 271 sqq.). Inde

פָּרָה f. 1) *iuvenca* (Färse) Gen. XLI, 2 sqq. Num. XIX, 2 sqq., etiam de vacca iam lactante Iob. XXI, 10.

1 Sam. VI, 7 sqq., iugum ferente Hos. IV, 16. Metaph. *iuvencae Basaniticae* appellantur mulieres luxuriosae in Samaria Am. IV, 1. — 2) c. art. (vicus iuvencarum) n. pr. oppidi Benjaminitarum Jos. XVIII, 23.

פַּרְפַּר (prob. celer, festinus, arab. فَرْفَرَ festinavit, levis, agilis fuit) n. pr. fluvii parvi, qui in Libano monte ortus prope Damascum cum Amana confluit, apud Nubiensem et hodieque النهر العقربي (v. Richter Wallfahrten p. 156. Burckhardt I p. 39). 2 Reg. V, 12.

פָּרַשׁ fut. יִפְרֹשׁ 1) i. q. פָּרַס fregit, *diffregit* v. c. carnem Mich. III, 3, פָּרַשׁ לֶחֶם לְ fregit (dedit) alicui panem Thren. IV, 4.

2) *expandit*, quod a disrumpendo et disponendo proficiscitur. (Chald. פְּרַשׁ, sed vulgo פָּרַס syr. ܦܪܘܫ id. Arab. فَرَشَ expandit in terra, ut stratum II. expandit alas motitans super re avis, sq. على. V. expansis ac motitatis alis imminuit rei avis, sq. على. VIII. expandit per terram brachia sua). V. c. vestem Num. IV, 6. 8. Deut. XXII, 17, tentorium Ex. XL, 19, velum Jes. XXXIII, 23, epistolam convolutam XXXVII, 14, lucem (sq. עָלָיו circa se) Iob. XXXVI, 30, nubem Ps. CV, 39, in pass. expandit se (aurora) Joël II, 2. Spec. a) פָּרַשׂ רֶשֶׁת expandit rete Hos. V, 1. Ps. CXL, 6, sq. לְ alicui Thren. I, 13, neque non עַל (pro אֶל, לְ) Prov. XXIX, 5 (cf. Thren. l. c.). Hos. VII, 12. Ez. XII, 13. XVII, 20. XXXII, 3 (sed Hos. V, 1. Jes. XIX, 8 עַל ad locum refertur). — b) פָּרַשׂ כְּנָפַיִם expandit alas (avis, Cherub) Deut. XXXII, 11 (v. usum Arabum conj. II et V). 1 Reg. VIII, 7. 2 Par. V, 8, sq. עַל, אֶל, לְ loci: expandit alas ad volandum aliquo Jer. XLVIII, 40. XLIX, 22. Iob. XXXIX, 26. Alio sensu: expandit lodicem super al. (v. כְּנָף no. 2, a), in tori societatem recepit. — c) פָּרַשׂ יָדַיִם, פָּרַשׂ כַּפַּיִם expandit manus, vel ad precandum, adorandum, sq. אֶל ad aliquem, aliquid Ex. IX, 29. 33. 1 Reg. VIII, 22. 38. 54. Esr. IX, 5. Iob. XI, 13, לְ Ps. XLIV, 21; vel ad largiendum alicui, sq. לְ Prov. XXXI, 20, vel ad diripiendum, sq. עַל rei Thren. I, 10. Metaph. Prov. XIII, 16: *stultus expandit* i. e. prae se fert *stultitiam*.

3) *dispersit* (v. Pi. no. 2), unde

Niph. dispersus est Ez. XVII, 21.

Pi. פֵּרַשׁ Jes. XXV, 11 fut. יְפָרֵשׁ *expandit*, ut manus, ad precandum (v. Kal no. 2, c) Jes. I, 15. XXV, 11. LXV, 2. Jer. IV, 31. Ps. CXLIII, 6. Singulare est פֵּרְשָׂה בִיָדֶיהָ expandit (expansionem facit) manibus Thren. I, 17, v. ad Iob. XVI, 4 p. 441 B. Eandem structuram habes in Carmm. Sam. II, 17: .מפרשת ידיה *expandens manus gratiae tuae.* — 2) *dispersit, in fugam coniecit* Ps. LXVIII, 15. Zach. II, 10.

מִפְרָשׂ m. *expansio* Iob. XXXVI, 29. Ez. XXVII, 7.

פָּרַשׁ pr. fidit (v. Hiph.), inde 1) *separavit, distinxit* (i. q. chald. Pe. Pa. Aph. et syr. Pe., unde פְּרוּשׁ, ܦܪܝܫܐ Pharisaeus i. e. separatus, singularis sc. pietate et doctrina).

2) *distincte dixit, definivit* cf. נָקַב no. 2. Levit. XXIV, 12: לָהֶם עַל פִּי יְיָ פָּרַשׁ *donec* aliquid *definiretur* (pr. usque ad definiendum) *ore Jovae.* (In Targg. Pa. pro hebr. נָקַב no. 2. distincte dixit Gen. XXX, 28. Jes. LXII, 2, syr. ܦܪܫ pro ὁρίζω Act. XVII, 26. 31, προορίζω 1 Cor. II, 7, Pa. distincte explicuit Assem. III, p. 149, sam. ופרש definivit, determinavit Carm. sam. 4, 2). Cf. Pu. et infra chald.

3) *expandit, distendit*, spec. pedes in equitando (v. פָּרָשׁ), cf. quadrilittera פַּרְשֵׁז et פַּרְזֵשׁ.

Niph. dispersus est Ez. XXXIV, 12. Sed 3 codd. Erford. et nonnullae editt. (v. J. H. Mich.) exhibent נפרשות (per Sin), idque accommodatius est ad usum loquendi, v. פָּרַשׁ Ez. XVII, 21.

Pu. pass. Kal no. 2. *distincte dictum est.* Num. XV, 34: לֹא פֹרַשׁ מַה־יֵּעָשֶׂה לוֹ, Targ. לָא אִתְפָּרַשׁ. Neh. VIII, 8: *et recitabant ex libro, ex lege Dei* מְפֹרָשׁ Vulg. *distincte* (Pesch. fideliter), *et dabant intellectum et explicabant quae legerant*, cf. Esr. IV, 18: *epistola, quam mihi* (regi Persiae) *misistis,* מְפֹרָשׁ קֳרָמַי קְרִי *distincte coram me recitata est.* Vulg. manifeste. Pesch. fideliter. Utroque loco intelligenda est recitatio distincta et accurate instituta, ita ut singula verba ab audientibus perciperentur, opp. raptim et festinanter factae. Eodem modo usurpatur כְּתָב מְפֹרָשׁ Jes. VIII, 1. Ex. XXVIII, 11 Targ. i. e. scriptura distincta s. accurata i. e. talis, quae ab omnibus sine negotio legitur, cuius singulae litterae (ut supra singula verba) sigillatim et ad scribendi leges expressae sunt. Talmudistae contra et intpp. Hebraei מְפֹרָשׁ interpretantur *explicate, cum explicatione* (cf. בֵּאֵר Deut. I, 5 Targ. פְּרִישׁ, פֵּירוּשִׁים explicationes, glossae, v. Buxt. p. 1851) i. e. *cum interpretatione vel Chaldaea* (Neh. VIII, 8) *vel Persica* Esr. l. c., quae a recitante addita sit: et ita e recentioribus Hengstenbergius (de authentia Danielis p. 299). Sed a) פרש vel apud Talmudicos nunquam dicitur de translatione in aliam linguam = תִּרְגֵּם (Esr. IV, 7): sed de explicatione verborum obscuriorum et de enarratione sententiae, qualis in scriptis Talmudistarum et commentariis Rabbinorum est. Haec autem utrique loco inepta est: nam Neh. l. c. hoc ipsum sequitur aliis verbis expressum (וְיָשִׂם שֶׂכֶל וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא), et Esr. l. c. in epistola civium ad regem commentario opus non erat. b) Judaeos illo tempore Hebraice (יְהוּדִית), non Chaldaice (אַרְמִית) locutos esse, apparet ex Neh. XIII, 24. c) Priorem illam rationem praeter vett. intpp. commendat usus vulgaris in lingua Hebraea et Chaldaea, v. Kal no. 2, nomen פָּרָשָׁה, et prae ceteris chald. כְּתָב מְפָרַשׁ. De loco Esr. IV, 7 v. s. תִּרְגֵּם.

Hiph. pupugit, vulneravit Prov. XXIII, 32. (Syr. ܐܦܪܫ id., ܦܪܣ stimulus, arab. فرث fidit, pupugit Schult. ad Prov. l. c.).

